BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
15 G
25

M

13-8.A.57

A VII b 176 f 2

Digitized by Google

VITT. EMANUELE

13-8.A.57

A. VII. b. 176 f 2

Digitized by Google

DN. HECT.
FELICII,
JVRISCONSVLTI,

Tractatus

DE COMMVNIONE
ſeu Societate.

Digitized by Google

Digitized by Google

DN. HECT.

FELICII,

IVRISCONSVLTI
ITALIÆ PRÆCLARISsmi.

Tractatus deſideratiſſimus.

DE COMMVNIONE SEV SOCIETATE;

Deque Lucro item ac Quæſtu, Damno itidem ac Expenſis,

Primum in Germania ab* ANGELO FELICIO *Auctoris filio LL. Candidato publici juris factus.

OMNIBUS TUM IN SCHOLIS TUM IN FORO verſantibus utilis ac neceſſarius.

Acceſſit demum* INDEX *rerum, verborum ac materiarum locupletiſſimus. Nunc denuò in lucem editus.

Cum notis & additionibus H. BOXELII J. C. Gorinchemienſis.

Nunc tandem præter verba legum initialia numerus eſt adjectus, & plures leges falſo allegatæ ſunt correctæ.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



GENEVÆ,

Sumptibus LEONARDI CHOUËT.

M. DC. LXXVII.

Digitized by Google

Ad

LECTOREM

Benevolum.

NON opus eſt Benevole Lector, vt multis verbis in laudes Authoris, eamus, aut tractatus hujus utilitatem & præſtantiam de prædicemus: cum ea ejus inter omnes eruditos ſit fama, ut laudes noſtros merito longe tranſcendat. Quapropter etiam Te, tantum monere voluimus quod, poſtquam priora exemplaria omnia erant diſtracta, & emptorum multitudo atque frequentia, iteratam ejus efflagitaverat editionem; nos, errores qui erant relicti in prioribus editionibus, in citatione legum, correxerimus; & defectum inſignem, qui erat, quod leges fuerint allegatæ ver-

Digitized by Google

bis tantum initialibus, id quod quærentibus & magnam difficultatem parit, & eos incertos ſæpe relinquit, propterea quod plures leges idem habent initium, ſuppleverimus. Ita ut hæc ultima editio, prioribus longe ſit correctior; & ſui uſum præbeat longe faciliorem & certiorem. In tractatu ipſo nihilominus eſt immutatum, neque in notis & additionibus, ſed omnia Tibi integra exhibemus, ne, dum commodo tuo ſtudemus, querendi Tibi præbeamus occaſionem, Vale.

AD IL-

Ad Illuſtriſſimum & Reverendiſs. Domin.

IOAN. BAPTISTAM MAMMIANVM,

è RVUERE, SANCTI ANGELI COMITEM,
ac Durantis Abbatem Ampliſſimum,

IN

EXCELLENTISSIMI DOMINI HECTORIS FELICII
I.V.C. præclariſſimum opus de ſocietate Sebaſtiani Maccij Durantini,
Philoſophi, Theologi, ac I.V.D. Equitis & Comitis Palatini,

CARMEN.

Maximus Aſtrææ, felici ex arbore cretus
Hector, magnanimo corde, & virtutibus Hector
Maximus Aſtrææ, ſtudio, vigiliq; labore
Pro ſociis quondam primis ſudavit ab annis,
Tolleret vt liteis, rixaſque & tetrica bella,
Diſcordeiſque animos concordi pace ligaret.
Angelus hac juvenis virtute & grandibus auſis
Haud patri abſimilis, decoratus acumine mentis,
Egregio, jurisque ſimul ſectator & æqui,
Pollicitis curis formam collegit in unam
Atque làboravit paucis comprendere multa,
Ut labor & ſtudium melius prodeſſet amicis,
Mentibus, & legum ſecreta arcana paterent.
Quanquam autem haud veriti, toties quin talia mundus
Excipiat dona, & referat pro munere grates:
Attamen ô Præſul, cui ſceptra Metaurus obumbrat,
Roboreis ramis & quercus glandibus aureis
Condecorat mitram, & ventura in tempora profert,
Ut libro accedat gravitas, fiatque perennis
Gloria, & æternos vitam producat in annos,
Et Pater & Natus devoto pectore ſacrant.

Hoc tibi nobile opus, tua ſunt hac munera, quando
Ingenium amborum, atque operis ſpectabile nomen
Statque, caditque tuo vultu, & capit inde perennem,
Aut vitam aut obitum, & penitus te innititur uno.
Tu potes & debes tantarum aſſumere laudum
Mite patrocinium, & tantis afferre ſalutem
Perpetuam rebus, nomenque extendere in omneis
Terrarum tractatus, & tradere gentibus olim.
In te etenim pietatis amor, probitaſque, fideſque,
Religio, cultuſque ſacer, verumque refulgent,
Ut radios inter ſtellarum Solis imago;
Jura autem & leges, quibus omnia nomina parent,
Et Regum, atque Ducum divino in pectore condis,
Inq; tuos populos divulgas, nobile ſancta
Virtutis ſpecimen, ſpectataque pondera rerum.
Unde etiam quondam totus mirabiter orbis,
Te unum præſignem ſacrata in ſede locatum,
Reddentemque tuis populis cœleſtia jura,
Et ſceleri pœnam, & juſtiſſima præmia ſanctis
Mentibus, & totum moderari legibus orbem.
Vive igitur felix, ſociiſque hac excipe latus
Jura addicta piis, generis teſtantia nomen,
Virtutemque tui, & tam claris conſule rebus,
Ut ſit uterque diu, & te defenſore per omneis
Vulgentur terras, & eat ſub Tartara livor,
Livor edax, vivatque in ſecula vivida virtus.

IN TRA-

IN TRACTATVM DE SOCIETATE RECENTER EDITVM AB EXCELLENTIS. I.C. HECTORE FELICIO, Antonij Mariæ Actij Thomæ filij I. C. Epigramma.

DVm populos alij recta ſub lance gubernant,
Quos ſolvunt curis, Patria, resque, domus;
Dum clamat aſſiduus ſtrepitoſum juxta tribunal
Patronus, miſeris litibus invigilans!
Dumque ignota aliis ſecreta latentia pandit
Parvo uſu Myſtes, celſus at ingenio!
O mirum! numero rerum compendia ſolus
Fert his, Cecropiæ magnus amore Deæ.
Nam populos, lector, juſta ut ratione gubernes,
Defendas cauſas, in cathedráque tones,
Omnigena ſparſus doctrina, quæ urbibus apta eſt,
Hectoreus Felix *te docet iſte liber.*
Ergo priſca ſuo quot grateis Papiniano,
Tot meritis debent ſecula noſtra ſuis.

Εἰς τὸν αὐτὸν τοῦ αὐτοῦ Ακτίου.
Ἡρώων ὡς ἄειστος ἴλιῳ Ἕκτωρ ὁ παλαιὸς
Τόσσον τῶν νομικῶν βέλτερος ἔσθ' ὁ νέος.

** ELEN.

ELENCHVS CAPITVM, ET EORVM, QVÆ PRINCIPALITER QVOLIBET IN CAPITE *Hujus tractatus Domini Hectoris Felicii ICti de ſocietate continentur.*

PROOEMIUM: Agitur, quotuplex ſit amicitia, quod ſocietas ſit amicitiæ ſpecies. Quotuplex ſit ſocietas. De ſocietatis ſignificatione, & quare inventa fuerit, & ponitur ordo totius tractatus. fol. 1.

CAPUT I. Ponuntur plures ſocietatis definitiones, & oſtenditur, quæ differentia ſit inter ſocietatem, & cæteros contractus. fol. 8.

II. Declaratur, quæ ſit cauſa efficiens, quæ materialis, quæ inſtrumentalis, quæ formalis, & quæ finalis ipſius ſocietatis? Et quæ ſint ejus ſubſtantialia, naturalia & accidentialia, & an pacto tolli ſeu alterari poſſint? Et ponuntur & examinantur ſex pactorum ſpecies. fol. 10.

III. Agitur de cauſa efficienti, nempe de perſonis, quæ poſſunt contrahere ſocietatem: & primo agitur de Minoribus quatuordecim annis, & an ſocietas cum eis contracta claudicare poſſit. & an eam contrahere poſſint, præcedente juſſu teſtatoris, & quid ſit agendum circa geſta à Minoribus, qui cum Minoribus commorantur, & bona communia adminiſtrant, & multa de negotiorum geſtatore explicantur. fol. 23.

IV. Tractatur de pupillo habente tutorem, an poſſit ſocietatem contrahere cum tutore, ſeu cum uno ex tutoribus, altero authorante, & an tutore auctore eam contrahere poſſit cum extraneo, & an & quando requiratur Iudicis decretum? fol. 47.

V. Tractatur de majore quatuordecim, & minori viginti quinque annis, habente, vel non habente curatorem, an poſſit ſocietatem contrahere, & quæ ſolemnitates requirantur, & de minore deſcriptio in albo mercatorum, & de ſtatuto diſponente, quod ætas decem & octo annorum dicatur legitima, & de juramento, & de reſtitutione in integrum. fol. 58.

VI. Agitur de filiis familias, de ſervis, & de religioſis, qui ſocietatem contrahere prohibentur ex defectu poteſtatis. Et an filiifamilias inter ſe ſocietatem poſſint contrahere; & an eam contrahere poſſint cum eorum patre, ſaltem ſuper peculio caſtrenſi, vel quaſi, & ſuper peculio adventitio, & qualiter quæſita à filio dividantur cum patre, ſocietate ceſſante? fol. 70.

VII. Enumerantur illi, qui contrahere non poſſunt ſocietatem ex defectu naturalis ſanitatis. fol. 78.

VIII. Enumerantur illi qui à lege ſocietatem contrahere prohibentur. fol. 85.

IX. Agitur de cauſa materiali, & explicatur, ſuper quibus rebus ſocietas contrahi poſſit? qualiter æqualitas & inæqualitas circa res ipſas veniant conſiderandæ; & qualiter rerum poſſeſſio transferatur, & dominum inter ſocios communicetur? fol. 93.

X. De cauſa inſtrumentali tractatur, nempe de verbis & factis, quibus ſocietas contracta probatur, & quibus verbis ſocietas expreſſa omnium bonorum contrahatur, & explicantur actus, qui ad contrahendam bonorum omnium ſocietatem neceſſarij ſunt. fol. 106.

XI. Agitur de ſocietate particulari ad tale lucrum, & ad quæſtum, qualiter contrahatur? Et quia ſine communione ſocietas contrahi non poteſt, enumerantur præſumptiones, ex quibus probatur communio & ſocietas. fol. 118.

XII. De cauſa formali tractatur, & quid ſit lucrum, & quæ veniant lucri appellatione, & quæ ſint communicanda & conferenda in ſocietate omnium bonorum. fol. 127.

XIII. Agitur

ELENCHVS CAPITVM

XIII. Agitur de ſocietate contracta ad quæſtum, & quæ quæſtus appellatione comprehendautur. fol. 137.

XIV. Explicatur, an quæſita à ſociis ſtatim inter eos communia efficiantur? An à ſocio alteri ſocio quæratur actio ſine ceſſione, ſaltem, ſi adſit Notarii ſtipulatio, & juramentum, & ſubſecuta fuerit ratificatio? An ſocius à ſocio dicatur habere mandatum; & quo nomine ſocius, & cum quibus pecuniis contraxiſſe præſumatur? fol. 139.

XV. Tractatur, qualiter diviſio lucri & quæſtus inter ſocios fieri debeat, & an, durante ſocietate, ex ea quæſtum contrahere liceat, & qualiter æqualitas in diviſione quæſtus ſit determinanda, & an ſocio liceat augere capitale conventum, & ſi fuit auctum, quid ſit agendum circa quæſtum, ex tali augmento obventum? fol. 159.

XVI. Explicatur, ſocio ex ejus capitali lucrum percipere non licere, niſi ejus periculum ſuſtineat, & quid ſi pereat pecunia poſita ante operas exhibitas, an domino pereat? fol. 180.

XVII. Tractatur de ſociorum conventione ſuper quæſtu dividendo, & an certa quæſtus taxatio fieri poſſit, & an poſſit quæſtus diviſio committi arbitrio tertii, & arbitrio unius ex ſociis, & quid ſit agendum, ſi inique arbitrati fuerint? fol. 184.

XVIII. Examinatur, an valeat pactum, quod capitale ſit ſalvum, & non ſit ſuppoſitum periculo, & inde lucrum percipiatur? fol. 192.

XIX. Agitur, an fieri poſſit, mediante recompenſatione, ſive per contractum emptionis, ſive per contractum eſſe curationis, quod unus ex ſociis ſuſtineat in totum, vel in parte periculum capitalis alterius ſocii? fol. 209.

XX. Ponitur, quod ſocius teneatur de damnis ſocietati ejus dolo obventis, & agitur de juramento, quod contra ſocium doloſum præſtatur, & an dolus futurus remitti poſſit? fol. 220.

XXI. Dicitur ſocium teneri de lata culpa & levi, & aliquando de leviſſima, & an culpa remitti poſſit, & an hæres ſocii etiam de culpa teneatur, & qualiter culpa probetur? fol. 228.

XXII. Ponuntur cauſæ, ex quibus ſociis ſe à culpa excuſare poſſit, & an inter ſocios, qui ſunt in pari culpa, admittatur compenſatio? fol. 248.

XXIII. Tractatur, quæ ſint reducenda & probanda ad hoc, ut culpa noceat, & quando dicatur ordinata ad caſum? fol. 252.

XXIV. Agitur, quid ſit intereſſe, quotduplex ſit, ad quod intereſſe ſocius teneatur, & quomodo probetur? &c. fol. 257.

XXV. Tractatur de caſibus fortuitis, & quæ ſint probanda à ſocio pro ſe caſum fortuitum allegante, & quæ probationes requirantur? fol. 275.

XXVI. Dicitur, expenſas omnes de communi fieri debere in ſocietate omnium bonorum, & examinatur, an dos filiæ unius ex ſociis de communi ſit ſolvenda? fol. 285.

XXVII. Agitur de expenſis & damnis in ſocietate ad quæſtum obvenientibus abſque dolo & culpa, & de expenſis in re communi facienda, & quid ſi ſocii diſcordant? fol. 298.

XXVIII Tractatur de cauſa finali, an ſocius à ſocio dicatur habere mandatum, an ſocius poſſit re communi uti extra uſum deſtinatum, & quid ſi ſocii diſcordant in re communi utenda ad uſum deſtinatum? fol. 313.

XXIX. Agitur de accidentalibus ſocietatis, nempe de pœna, & an poſſit excedere verum intereſſe? De juramento, & an eo ſtante, mora purgari poſſit; Et de fide juſſoribus & de inſtrumento, quod ſuper ipſo ſocietatis contractu confici ſolet. fol. 328.

XXX. Tractatur de obligationibus ſociorum cum extraneis, de inſtitore, & de contractibus ab eo geſtis, & quando unus ex ſociis à cæteris præpoſitus inſtitor dicatur, & an ſocii obligentur in ſolidum, ſive pro parte, quam quiſque habet in ſocietate, & qualiter obligati conveniantur? fol. 348.

XXXI. Agi-

XXXI. Agitur de obligationibus & actionibus inter ipſos ſocios, quod ſocius teneatur ſolummodo, in quantum facere poſſit, & quando perdat hoc beneficium, & de executione inſtrumenti ſocietatis, & qualiter impediri poſſit? fol. 361.

XXXII. Ponitur, qualiter morte naturali ſocietas diſſolvatur, & quæ ſit ratio, quod non tranſeat ad hæredes, & an pacto fieri poſſit, quod ad hæredes tranſeat, maxime adhibito juramento, & quid facere poſſit & debeat hæres ſocij defuncti? fol. 377.

XXXIII. Traditur, quod morte civili ſolvatur ſocietas, nempe capitis diminutione maxima & media. Et an ſolvatur ex communicatione, & per ingreſſum religionis? fol. 388.

XXXIV. Declaratur, qualiter reſolvatur ſocietas, nempe re exſtincta, & ſi res ſit exempta à commercio noſtro, & obveniente egeſtate, de coctione, ceſſione bonorum facta, & publicatione bonorum ſecuta. fol. 390.

XXXV. Declaratur, qualiter voluntate ſocietas diſſolvatur, nempe tacite actus faciendo diſſociativos, & expreſſe facta renunciatione, & quomodo, & de quo tempore renunciatio fieri debeat? fol. 398.

XXXVI. Declaratur, qualiter ſolvatur ſocietas, interpoſita ſtipulatione animo novandi, & agendo contra ſocium, ſive contra alium à ſocio delegatum? fol. 405.

XXXVII. Tractatur de ratione reddenda à ſociis, & an ratio reddenda remitti poſſit, & quibus verbis? &c. fol. 407.

XXXVIII. Tractatur, quo in loco rationes à ſocio ſint reddendæ, & quatuor neceſſaria examinantur? Et agitur de fide adhibenda libris ſociorum, de calculatoribus, & an ratio ſemel reddita iterum reddi debeat, & quando perperam & doloſe reddita dicatur? fol. 425.

XXXIX. Agitur de diviſione rerum communium, qualiter ſit facienda, ſive res ſint corporales, ſive incorporales? fol. 444.

XL. Agitur, an diviſio facta doloſe ex falſa cauſa, & per errorem, retractari debeat, & ſi adſit læſio, non in dimidia, ſed in ſexta parte; & an & quando in ea locum habeat evictio; & penes quem libri, & ſignum ſocietatis, diviſione facta, remanere debeant? f. 466.

XLI. Tractatur de ſocietatis renovatione, qualiter facta probetur, tacite & expreſſe & an omnia comprehenſa in prima conventione, in renovatione repetita dicantur? fol. 480.

TRACTA-

TRACTATVS

DE SOCIETATE

D. HECTORIS FELICII.

V.I.D. ac IC. Clariſſ. Practicabilis.

Proœmium & diviſio totius Tractatus.

SUMMARIA

1 *Univerſalia prius, deinde particularia ſunt tractanda.*
2 *Amicitiæ tres ſunt ſpecies: naturalis, hoſpitalis, & civilis.*
3 *Amicitia naturalis tres habet ſpecies: Pietatem, Indulgentiam, Neceſſitudinem.*
4 *Pietas quid ſit. &* num.6. *ex Cicerone.*
5 *Homo diverſimodo de aliis debitor efficitur.*
7 *Indulgentia quid ſit.*
8 *Amoris paterni ardor eſt ineſtimabilis.*
9 *Amicus melior quam pater non reperitur.*
10 *Amoris parentum in filios cauſa.*
11 *Amor parentum erga filios major, quam ſit filiorum erga parentes, & quæ ſit ratio.*
12 *Neceſſitudo quid ſit.*
13 *Donatio præſumitur inter conjunctos.*
14 *Hoſpitalitas quid ſit.*
15 *Hoſpitalitate conſiderata ſucceſſio deferebatur.*
16 *Amicitia civilis tres habet ſpecies.*
17 *Homo natura animal ſociale.*
18 *Virtus conciliat amicitias.*
19 *Amicorum omnia ſunt communia.*
20 *Societas eſt ſpecies amicitiæ.*
21 *Pronomina,* meum, *&* tuum, *à Satana inventa denotantia mundum.*

22 *Societas quare inventa.*
23 *Societatis ſignificatio quæ comprehendat.*
24 *Maritus & uxor dicuntur ſocii.*
25 *Maritus & uxor dicuntur conſortes, quia hoc nomine ſocii nuncupantur.*
26 *Pater & filia in actione dotali dicuntur ſocii.*
27 *Socii dicuntur inſimul militantes, & hæreditas ab uno alteri relicta facit peculium caſtrenſe.*
28 *Socii dicuntur, qui rem communem habent.*
Societas alia incidens, alia conventionalis, ibid. *ex gloſſ.*
29 *Socii dicuntur illi, qui inſimul junguntur delectationis cauſa.*
30 *Socii ad malum impropriiſſime ſocii nuncupantur.*
31 *Malusquis præſumitur ratione malæ ſocietatis, juxta proverbium Florentinum.*
32 *Collegium dicitur ſocietas.*
33 *Societas alia collegiata, alia ſingulorum.*
34 *Societas ſingulorum quæ ſit.*
35 *Societatis appellatione quæ veniat in dubio.*
36 *Ordo totius tractatus.*

QUONIAM ſermones noſtri clariores verioreſque red-
1 duntur, cum univerſalib. † prius cognitis ad particula-
ria deſcendimus, ut per Ariſt. *in lib.1.phyſ.* & per Jurecon-
ſultos *in l.1.ff. de juſt. & jur. & in l.1.ff.ſi cert.pet. & in l.1. ff. de
teſtam.& in §.his igitur 2.Inſt. de juſt.& jure.* & in multis aliis
locis; Ideo prius in univerſali ad contractum ſocietatis,
2 de quo acturi ſumus, conſiderandum eſt, tres † reperiri
amicitiæ ſpecies; una dicitur naturalis, ſecunda hoſpitalis, tertia civilis.
3 Et † naturalis amicitia tres ſimiliter habet ſpecies, quarum prima appel-
4 latur Pietas, ſecunda Indulgentia, tertia Neceſſitudo. Pietas † eſt juſtus
cultus & reverentia, qua Deum, patriam, parentes, & omnes alios majo-
5 res ſecundum eorum diverſam excellentiam proſequimur. Homo † enim
efficitur diverſimode de aliis debitor ſecundum eorum diverſam excellen-
tiam, ob diverſa beneficia ab eis ſuſcepta. In omnibus autem Deus ſum-
mum locum obtinet, quia excellentiſſimus eſt, & eſt eſſendi & gubernatio-
nis primum principium. Secundario vero noſtri eſſe, & gubernationis
principium ſunt parentes, & patria, à quibus, & in qua nati & enutriti ſu-
mus, ita tradit S. Thom. *2. 2.q. 101. art. 11.* & Cic. *lib.2. de Invent.* dicit, quod
6 † Pietas eſt, per quam ſanguine junctis patriæque benevolis officium &
& diligens tribuitur cultus, *& in Orat. pro domo ſua.* Nec eſt ulla erga Deos
pietas, niſi honeſta de numine eorum ac mente opinio, *& in Somnio Scipionis.*

Cole

Cole pietatem, quæ cum ſit magna in parentibus & propinquis, tamen in
patria maxima eſt.

Indulgentia † ſecunda amicitiæ ſpecies eſt amor erga filios & deſcen- 7
dentes, omneſque alios inferiores, & ita quod Indulgentia ſit jus, quo ſu-
perior uti poteſt: inferior vero non poſſit petere, tradit gloſſa *in cap. interfecto-
res 33. q. 2.* & indulgentia utitur Princeps, quando ſuorum ſubditorum de-
licta remittit, *l. cum indulgentia. 10. C. de ſent. paſſ. §. 1. Inſtit. quib. mod. jus patr. poteſt.
ſolu. l. ſi quis filio. 6. §. penult. ff. de injuſto rupto & irrito teſtam.* Et de patre dici ſolet,
quod filius ejus nimia indulgentia depravetur, & dixit Bald. *in l. precibus 8.
col. 6. verſ. verum dixi. C. de impub. & aliis ſubſtit.* ardorem † amoris paterni inæſti- 8
mabilem eſſe. Et quod † nullus melior amicus reperiatur quam pater, 9
habetur *in l. quidam cum filiofam. 46. & ibi Dd ff. de hæred. inſtit.* & † hujus amoris 10
& indulgentiæ parentum in filios cauſam eſſe dicit Ariſt. *lib. 8. Ethicor.* quia
quiddam ſuum ſunt, & dicit, quod † major eſt amor parentum erga filios, 11
quam filiorum erga parentes, quia magis ſciunt parentes, quos generarunt,
quam ſciant filii ipſi, qui geniti ſunt: vel quia major eſt propinquitas ge-
nerantis ad generatum, quam econtra. Neceſſitud. † tertia ſpecies eſt 12
Charitas ſeu amor erga illos, qui noſtro ſunt de ſanguine, & de familia, de
qua Cic. *in lib. 1. Offic.* ait: *Sanguinis conjunctio & benevolentia devincit charitate homi-
nes*, deinde ſubjungit: *Arctior vero colligatio eſt ſocietatis propinquorum.* Hinc † vide- 13
mus hac conjunctionis affectione & charitate conſiderata, aliqua donata
præſumi, quæ alias donata non dicerentur, *l. ſi paterno 15. C. de negot. geſt. l. Pro-
cula. 26. ff. de probat. l. ſervus communis 38. ff. de donat. inter vir. & uxor.* Secunda † 14
principalis amicitiæ ſpecies, quæ dicitur Hoſpitalis, eſt illa, qua utimur in
recipiendo advenas & peregrinos in domibus noſtris, benigne cum eis
agendo, & commoda noſtra pro eorum utilitate in commune redigendo,
de qua habentur hujuſmodi verba apud Cic. *lib. 2. Offic.* Recte enim à Theo-
praſto eſt laudata Hoſpitalitas: eſt enim valde decorum, (ut mihi videtur)
patere domos hominum illuſtrium illuſtribus hoſpitibus, idque etiam
Reipublicæ eſt ornamento, homines externos hoc liberalitatis genere in
urbe noſtra non egere, eſt etiam vehementer utile iis, qui honeſtè poſſe
multa volunt, per hoſpites apud exteros populos valere opibus & gratia:
Et † olim hoſpitalitatis benignitate conſiderata, jus ſuccedendi acquire- 15
batur, Gloſſa *in l. nutritoribus 10. C. comm. de ſucceſſ.* Quod tamen, quia forſan
benignitas hoſpitandi in malitiam fuit converſa, correctum reperitur à
Friderico Imperatore, ut habetur *in extravag. de ſtatut. & conſuet.* poſita ſub tit.
Com. de ſucceſſion. Tertia amicitiæ ſpecies † appellata civilis tres ſimiliter 16
habet ſpecies. Prima eſt, qua homines cujuſlibet Civitatis inſimul jun-
guntur, de qua Cic. *lib. 1. Offic.* dicit: *Multa ſunt civibus inter ſe communia, forum,
fana, porticus, viæ, leges, jura, judicia, ſuffragia, conſuetudines, præterea & familiarita-*

tes. Idem habetur *in §.jus autem civile.1.Inſtit.de jure natur.gent.& civil.& in §.univerſitatis 6. Inſtit. de rer. diviſ.* Homo enim eſt omni ape, omnique animanti
17 gregali civilius,& † eſt natura ipſa ſociale animal,longe magis quam apes, formicæ, grues, & hujuſmodi genera, quæ gregatim aluntur,gregatimque ſe tuentur. At cum Deus per naturam dederit rebus ſingulis facultatem ſe conſervandi, ſuiſque reſiſtendi contrariis, quantum ad incolumitatem ſalutis, nec homines facultatem hanc diſperſi aſſequi potuiſſent, iccirco inſtinctus eiſdem adjectus eſt gregatim vivendi, ſocietatem civilem conſtituendi, ut adunati aliis ſufficerent, victumque facilius plures quam ſinguli compararent, tutiuſque ab incurſu ferarum & hoſtium degerent, ita poſt Ariſt *lib.1.Politic.* tradit Covar.*in cap.1 pract.quæſt.ſub n.2.* S. Thom. *in libr. 4. de regim.princip.*dicit, quod Civitas eſt hominum multitudo, ſocietatis vinculo colligata, quæ virtute vera redditur beata. Bertaz.*in tract.de clauſ.gl. 24.clauſ.*
18 Altera † amicitiæ ſpecies eſt, quæ à virtute proficiſcitur, & eſt rata, quia rata eſt virtus, de ea ita tradit Cic. *in lib. de Amicit.* Virtus conciliat & conſervat amicitias, in ea eſt enim convenientia rerum, in ea ſtabilitas, in ea conſtantia, quæ cum ſe extulit, & oſtendit lumen ſuum, & idem aſpexit agnovitque in alio, ad id ſe admovet, viciſſimque accipit illud, quod in altero eſt, ex quo eorum exardeſcit ſive amor, ſive amicitia, & de iſta præci-
19 pue, & merito dicitur, *Amicorum † omnia eſſe communia, c.dilectiſſim.12. q. 1.* Alte-
20 ra, nempe † tertia & ultima amicitiæ ſpecies eſt illa, qua homines inter ipſos cauſa utilitatis utuntur, quæ proprie Societas ſeu ſocietatis contractus nuncupatur, & de jure gentium, ut emptio & locatio, & cæteri ſimi-
21 les contractus, iuventa fuit, *l.ex hoc jure.5.ff. de juſt. & jur.* Poſtquam † enim per impoſturam Satanæ excreſcente hominum malitia, inventa fuerunt pronomina illa, *meum*, & *tuum*, demonſtrantia mundum, ut habetur *in d.c.dilectiſſimus, & ibi gloſſ.in ver. omnium.* quemadmodum cæteri contractus inventi
22 fuerunt cauſa utilitatis, ſeu neceſſitatis, ita † homines attendentes, quod ultra ea, quæ aliquo modo reſtabant communia, aliquando utilitas & lucrum ſuadebant, bonum eſſe, & expedire proprias res & labores in totum, vel pro parte, in commune ponere, ideo ſub diverſis modis & formis communicnem in propriis rebus & laboribus inducere cœperunt, & ſocietatis contractum introduxerunt. Papienſ.*in forma libelli, in act. pro ſoc.in princip.* & de hoc contractu habemus *tot.tit.ff. & C. pro ſocio.* & de eo multa ſcripſit Angel.de Perigl.*in tractat.de Societat.* & Petr. de Ubald. *in tract. de duob. fratrib. & noviſſ.quidam.* Modernus Fanenſis *in tract.de Societ. officior.* poſt hæc ſcripta viſus. De hac ſocietate & ſocietatis contractu in præſenti tractatu acturi ſumus, ſed (ni fallor) magis plene, & magis diſtincte, quam fecerunt auctores præfati. Etiam in univerſa circa ſocietatem conſiderandum eſt, quod
23 † ipſius ſignificatio comprehendit cujuſlibet rei ſive intellectualis, ſive corporalis

poralis participationem, communionem, comitatum & commercium.
Hinc † videmus, quod maritus & uxor propter communionem animorum 24
& corporum ſocii nuncupantur. Bart. *in l. fructus eſt eſſe. §. interdum 15. num. 31. &*
4. ff. ſolut. matrim. Bald. *in l. nulla 4. Cod. de jure dot.* Alex. *in conſ. 133. lib. 4.* Covar.
ſuper 4. decret. p. 2. 6. 7. §. 1. n. 5. & §. 5. ſub n. 20. & habetur in Geneſi *c. 3.* ibi: *Mulier*
quam dediſti mihi ſociam. Et † quod maritus & mulier appellentur conſortes, 25
quia hoc nomine ſocii nuncupantur, tradunt Bald. & Salicet. *in l. dudum. 14.*
Cod de contrah. empt. Gozadin. *in conſ. 79. in princip.* Menoch. *in conſ. 122. num. 13. libr.*
2. Et pater † & filia ſocii nuncupantur ratione communionis, quam ha-
bent in actione de dote, *l ſi cum dotem 22. §. 1. ff. ſoluto matrimon.* Et † commu 27
nio laborum & militiæ inter fratres inſimul militantes, quod dicatur ſocie-
tas, & iſti ſocii nuncupentur, & faciat iſta ſocietas, ſi unus alterum hæredem
relinquat, quod illa hæreditas inter peculium caſtrenſe computetur, eſt
text. *in l. cum allegat. 4. & ibi Dd. C. de caſtr. pecul. milit. lib. 12.* Et ſi † in alicujus rei 28
communionem incidimus, vel facto hominis, vel facto naturæ, quod com-
munio iſta dicatur ſocietas, & ſocii dicantur, qui talem habent rem inter ſe
communem, eſt text. *in l. ad officium. 3. C. comm. divid. & in l fin. ff pro ſoc. & in §. item*
ſi inter 3. Inſt. de oblig. quæ ex quaſi contract. naſc. & habetur quaſi *toto tit. ff. & Codic.*
commun. divid. Et quod alia ſit ſocietas incidens, alia conventionalis, ponit
gloſſ. *in l. 4 & in l. ut ſit. 31. ff. pro ſoc.* Jaſ. *in l. ſi unus 27. in pr. ff. de pact.* Rimin. *in l. 1. n.*
12. C. qui teſtam fac. poſſ. Cephal. præceptor meus eruditiſſ. *in conſ 340. num. 6. lib 6.*
Menoch *conſ. 46. n. 5. lib. 1.* Et ſimiliter † ſi plures junguntur boni delectabilis 29
ratione, quod dicantur ſocii, & dicatur inter eos eſſe quædam ſocietas, po-
nit Bald. *in rubr. C. pro ſoc.* qui dat exemplum in ſocietatibus, quæ fiunt Peru-
ſii in feſto S. Herculani, quæ continent delectationem & recreationem ci-
vium. Et licet † illis, qui ad malum peragendum coadunantur, ſociorum 30
& ſocietatis nomen minime conveniat, quia delictorum turpis atque infi-
da communio eſt, *l. quod autem. 53. ff. pro ſoc.* Pract. Pap. *in form. libel. in act pro ſoc.*
num 6. ubi dicit, quod inter iſtos enſe præda dividi debet: cum nulla actio.
detur. Bald. *in conſ. 65. lib. 5. & in rub. C. pro ſoc. num. 6.* ubi dicit, quod iſtud no-
men debet eſſe ad bonum finem, & dat exemplum de ſocietatibus prædo-
num, qui tempore ſuo vexabant Italiam, & dicit, quod habent illicita no-
mina, & illicita facta, & quod iſtarum ſocietatum finis eſt ſcelerata libido
jurandi, terras occupandi, lites ſeminandi, & quod iſta omnia ſunt contra
naturam, & dicit, quod iſti ſocii incidunt in crimen læſæ Majeſtatis. Ponit
etiam exemplum in ligis, & dicit: In Civitates, quæ non habent aliquid
commune, invicem faciunt ligas, contra ſuperiorem non valent, & de
hujuſmodi ligis quando valeant ſive de jure, ſive de conſuetudine, habetur
per eundem Bald. *in c. unico. §. conventicula. de pace juram. firm.* & per Bart. *in l. fi.*
col. 2. verſ. permittere. ff. de colleg. illicit. & per Card. Zabarell. *in Clem. 2. n. 2. de ſent.*

& re judic. licet, inquam, iſtis ſociorum nomen non conveniat, nihilominus & ipſi ſocii nuncupantur, *l. ſi filium. C. de liber. cauſa. c. 1. de confeſſ.* & habetur paſſim apud omnes criminales cauſas tractantes in materia ſociorum ejuſdem
31 delicti. Et † juxta proverbium Florentinum dicitur etiam, quod ratione malæ ſocietatis quis præſumitur malus, Bald. *in l. eum qui. 19. n. 1. C. de Epiſc. & Cleric.* Et non ſolum hi, qui boni delectabilis occaſione junguntur, hoc nomine nuncupantur, ut dixi ſupra, ſed etiam ſi junguntur boni honeſti cauſa, ſocii dicuntur, ut per Bald. *in d. rubr. C. pro ſoc. num. 6.* qui dat exemplum in ſocietate juvantium oppreſſos, pupillos, viduas, & miſerabiles perſonas.
32 Et † ſi plures faciant Collegium, ſive temporale, ſive ſpirituale, quod di-
33 cantur ſocii, & dicatur ſocietas, & ſic diſtinguatur, quod † alia ſit ſocietas collegiata, alia vero ſingulorum, & ſocietas collegiata ſit, quando plures legitime vel ſuperiores auctoritate congregantur, habetur *in l. 1. ff. quod cujuſque univer. nom.* & per Bart. *in rubr. ff. de colleg. illicit.* Et per gl. & Innoc. *in c. de-*
34 *licta. de exceſſ. prælat. Bal. in d. rub. C. pro ſoc. n. 2.* & quod † ſingulorum ſocietas ſit, quando ordinatur ad bonum, ſeu utile acquiſitivum, & iſta ſit, ex qua datur obligatio, & actio pro ſocio, de qua modo acturi ſumus, tradit idem
35 Bald. *in d. rubr. 7.* & quod † ſocietatis appellatione in dubio ſit intelligendum de contractu iſto ſocietatis, ex qua datur obligatio & actio, tradit idem Bald. *in l. ſi convenerit. 14. in fine. in lect. antiq. ff. pro ſoc.* Et iſta de nomine ſocietatis, & ejus ſignificatu in univerſali dixiſſe ſufficiat, cum ſolummodo de ſocietatis contractu, & ejus obligatione & actione acturi ſimus, & tractatus om-
36 nis hoc ordine diſtinguetur. Primo † videbimus, quid ſit ſocietas. Deinde de cauſis introducentibus ſocietatem, & de ejus ſubſtantialibus, accidentalibus & naturalibus. Poſtmodum in ſpecie de cauſa efficienti tractabimus, & demonſtrabitur, qui poſſint contrahere ſocietatem. Deinde de cauſa materiali ſubſequetur, & agetur de conſenſu, & de rebus, quæ intervenire poſſunt in ſocietate, & qualiter inter ſe res poſitæ ſecundum earum proportionem conſiderentur, & de earum poſſeſſionis acquiſitione, & dominii communicatione. Poſtmodum agetur de cauſa inſtrumentali, & qualiter ſocietas expreſſe, & qualiter tacite contrahatur. Demum dicemus de cauſa formali, & quod ſocietas alia eſt ad lucrum, alia ad quæſtum, & quid ſit lucrum, & quæ lucra, & pro qua parte veniant communicanda. Et quid ſit quæſtus, & qui quæſtus, & pro qua parte veniant communicandi. Et agemus de damnis, expenſis, & de dolo, & de culpa, & de caſibus fortuitis, & demum agemus de cauſa finali. Poſtea de ejus accidentalibus, & deinde de obligatione, & actione provenienti ex ſocietate. Inſuper videbimus, qualiter ſocietas finiatur. Quis & qualiter rationem reddere teneatur, & de rerum ſocietatis diviſione. Et ultimo loco tractabimus de ſociatis renovatione, & multa alia quotidie in practica evenientia cumulabimus. Rogo lectorem,

lectorem,ut bono & ſyncero animo omnia legat,& conſideret, ubi erratum erit, corrigat ea, quæ Chriſtianos viros decet, charitate, & ſua opera diligentius edere diſcat, & ubi utilitatem repetiet, non mihi, ſed Deo Opt. Max.gratias agat, omnium rerum creatori, qui ſemper nos adjuvet, & ad cœleſtia regna fruenda producat.

N.9. Hinc optimè Hebræis pater dicitur *Ab*, & Syris *Abba*, à radice Hebræa *Abbah*, quod eſt, voluit, acquievit: & ſic nomen ipſum denotat propenſam patrum voluntatem in liberos; quaſi benè iis velint à natura, & ſuper eo ſuaviter acquieſcant. Hinc abbas, een Abt. Notatu digniſſimum eſt, pleraque verba Hebraica naturam rei ſignificatæ ipſa ſuâ etymologiâ deſignare: quorum exempla hîc proferre foret aproſdionyſon, nam & Græca noſtri reſpuunt.

N.15. Hoſpitalitatem quaſi ſpeciem ſocietatis conſiderat hic auctor. Et ſanè hoſpites antiquitus plerumque bona peregrinorum apud ſe divertentium ſibi tanquam hæredibus adrogabant, ſed malo more: cui obviam it Imperator, non Ferdinandus, ſed Fredericus ſecundus, *per authenticam omnes peregrini Cod.6.59.* Romanorom imperator electus anno Chriſti ſalvatoris noſtri 1212. Hujus varias Authenticas Codici inſeruit Irnerius, quem & ejuſdem volunt juſſu novellarum omnium conſtitutionum argumenta collegiſſe, & ſingula ſub nomine Authenticæ Codici intexuiſſe: at quàm benè aut malè, eleganter docet Wiſſenbach litterator & juriſconſultus inſignis, in *Sylloge errorum Irnerianorum.*

TRAC-

TRACTATVS DE SOCIETATE

CAPUT I.

Quid ſit Societas.

SUMMARIA.

1 *Diffinitio præmittenda.*
2 *Diffinitiones plures ſocietatis.*
3 *Diffinitio rei ſubſtantiam demonſtrat.*
4 *Diffinitio ſocietatis ſecundum auctorem.*
5 *Conventio eſt genus, contractus ſpecies ipſius, & genus ſocietatis.*
6 *Conſenſu perficitur ſocietas tacite & expreſſe* & n.7.
8 *Res aut opera, aut induſtria ponitur in ſocietate.*
9 *Conſenſu ſine re poſſe contrahi ſocietatem qualiter intelligatur.*
10 *Communio neceſſario requiritur in ſocietate.*
11 *Differentia quæ ſit inter ſocietatem & cæteros contractus, qui conſenſu perficiuntur.*

1 A Diffinitione † in quolibet tractatu incipiendum eſt, ut cognoſcatur,
quid ſit illud, de quo diſputatur, ut per Cic. *lib. 1. Offic.* & ab Imperato-
re fuit obſervatum *in tit. de juſt. & jure. & in tit. de Iure nat. gent. & civili. & in tit. de*
2 *rerum diviſion.* & à Jureconſultis *ſexcenis in locis.* Multæ † quidem dantur So-
cietatis diffinitiones. Aliqui dicunt, quod Societas eſt contractus, qui ex
duorum vel plurium conſenſu perficitur, communionem inducens inter
eos. Vel quod eſt communio pro indiviſo, conſenſu contracta. Vel
quod eſt communionis conſenſio inter aliquos. Vel quod eſt damni &
lucri ex conſenſu facta connexio honeſta & juſta. Has diffinitiones po-
nit Jacob. Cujac. *in ſuis paratit. in tit. ff. pro ſocio.* Et quod ſit participatio lucri
& damni, & participare idem ſit, quod ſocium eſſe, tradit Rota Senenſ.
deciſ. 46. num. 1. Alii dicunt, quod ſocietas eſt contractus ultro citroque obli-
gatorius, lucrorum & damnorum communicativus atque deciſivus eo-
rum, ſicuti æquitas dictat, Baldus *in conſil. 120. num. 1. lib. 1.* Caſtr. *in tract. de
ſociet. off. c. 4. num. 16.* Alii dicunt, & iſta videtur magis recepta, quod ſocie-
tas eſt duorum pluriumve ob commodiorem uſum, & uberiorem quæ-
ſtum, rationabilis conventio. Hanc ponit. gloſſ. *in rubr. Inſtit. de ſocietat.* Azo.
in ſumma. C. pro ſoc. Speculat. *in tit. de judic. §. & generalia. in verſ. & nota.* Petr. de
Ubald. *in tract. de duob. fratrib. qu. 6. num. 24.* Capic. *deciſ. 174. numero 2.* Jacob.

Graſſ.

3 Graff. *in ſuis deciſ. caſuum. &c. libr. 2. cap. 120. num. 2.* Quia † definitio ſubſtantiam rei definitæ demonſtrare debet, Gloſſ. *in l. omnis diffinitio 202. ff. de reg. jur.* Ariſt. *lib. 6. Topic.* & debet convertibiliter ſubſtantiam & propriam rei qualitatem complecti, ut per Bald. *in proœm decret. Rex pacificus in fi.* & debet conſtare ex genere & differentiis, Bart. *in l. 1. ff. de teſtam.* Dec. *in rubr. de jud. in 1. lect. n. 27.* Et genus immediatum, & differentiæ propriæ eſſe debent, ut in definitione hominis habetur poſita per gloſſ. *in l. legato generaliter 37. ff. de leg. 1.* & declarat Cagnol. *in l. imperium 3. n. 30. ff. de juriſd. omn. judic.* His attentis mihi videtur, definitiones ſupra relatas parvo negotio poſſe ſubverti, & licet credam, definire eſſe valde periculoſum, ut habetur *in l. mora 32. ff. de uſur.* & credam etiam quamlibet definitionem facile ſubverti poſſe, vt dicit Jureconſultus *in l. omnis definitio 202. ff. de reg. jur.* tamen & ego meam definitionem prætermittere nolui, ſed hoc ut huic tract. in omnibus ſatisfaciam. Dico igitur judicio
4 meo, ita ſocietatem diffiniri poſſe. Societas † eſt contractus, qui conſenſu, rebus vel operibus ſive induſtria intervenientibus ad communem quęſtum ſeu lucrum perficitur. Dixi, *contractus*, quia eſt nomen generis, & comprehendit ſub ſe omnes contractuum ſpecies, ut eſt text. *in l. juris gentium. 7. in*
5 *pr. ff. de pact.* Non dixi, *conventio*, quia ad ſocietatem † conventio eſt genus mediatum, quia primo datur conventio, deinde contractus, denique ſocietas, *l. 1. §. penult. & d. l. juris gentium 7. in pri. ff. de pact. l. ex hoc jure. 5. ff. de juſt. & jure.* Dixi, *conſenſu*, quia contractus fiunt aut re, aut verbis, aut literis, aut conſenſu, *§. fin. Inſtitut. de obligat. l. 1. & per tot. tit. ff. de obl. & act.*
6 & † contractus ſociet. conſenſu perficitur, *l. conſenſu 2. ff. de obl. & act.* Simon de Præt. *conſil. 24. num. 26.* Rimin. jun. *conſ. 636. num. 2. 52. lib. 6.* & dixi,
7 *conſenſu ſimpliciter*, ut comprehendatur tam † conſenſus tacitus quam expreſſus, ut in ſocietate intervenire poteſt, ut dicam infra agendo de cauſa materiali. Et ideo dum *in l. 4. ff. pro ſoc.* dicitur, ſocietatem nos coire poſſe re & verbis, interpretamur re, id eſt, tacito conſenſu, verbis, id eſt, expreſſo conſenſu, ut per Cujac. *tit. ff. pro ſoc.* Petr. de Ubald. *d. tract. de duob.*
8 *fratr. q. 2. num. 1. in fin.* Dixi, *rebus † vel operibus ſive induſtria intervenientibus*, quia pro parte cujuſlibet ſociorum ponitur aut res, aut opera, aut induſtria, *l. ſocietas contrahitur 5. l. cum duobus 52. §. utrum ergo 2. & l. ſi non fuerit 29. cum aliis ſimilibus, ff. pro ſoc. §. de illa ſane verſ. nam & ita. Inſtit. de ſociet. gloſſ. &* Dd. *in l. 1. C. pro ſoc.* Dominicus ſanctus frater S. Dominici, cujus religionis ſemper obſervantiſſ. fuit *in lib. 6. de juſt. & jur. q. 6. art. 1.* & de his ſimiliter latiſſime dicam, dum agam de cauſa materiali. Et quatenus gloſſ. *in d. l. ſocietas contrahitur,*
9 videtur innuere, ſocietatem † contrahi poſſe ſolo conſenſu ſine re, per textum, *Inſtit. de oblig. ex conſenſ. in princ.* eſt intelligenda, non quod loquatur de ſocietate ſimpliciter, ſed de ſocietate reſpective ad contractus, qui re contrahuntur, juxta textum, quem allegat. Ubi enim res inter ſocios actu

B ſeu

ſeu habitu communiter dividenda deficeret, ſocietatis eſſentia & forma deficeret, ut oſtendam agendo infra de cauſa materiali, & de cauſa formali.

10 Dixi, *ad communem quæſtum vel lucrum*, quia † in ſocietate neceſſatio requiritur communio, Bald & cæteri *in leg ſi paſcenda 8.Codic. de pactis*, & pro ejus fine & forma requiritur, ut ſit ad lucrum vel quæſtum, *l.1.& l. coire 7. ff pro ſoc.* Et

11 iſta † eſt differentia inter ſocietatem & cæteros contractus, qui conſenſu perficiuntur, ut eſt emptio, locatio, depoſitum, commodatum & mutuum. In iſtis enim non conſideratur pro eorum fine & forma communio ad lucrum, ſive quæſtum, ſed aut datur res mediante pretio, ut in emptione; aut fructus & uſus rei conceduntur, rei retento dominio, mediante mercede, ut in locatione; aut res penes aliquem deponitur, ſimiliter retento dominio, ut in depoſito; aut res traditur utenda, nulla conſtituta mercede, & dominio retento, ut in commodato; aut res datur ita, ut in totum dominium transferatur, cum obligatione tantundem reſtituendi in eodem genere, ut in mutuo, & nunquam in eis fit, ut res ad lucrum, ſive quæſtum, ut accidit in ſocietate, communicentur.

CAPVT II.

De cauſis ſocietatis, & de ejus ſubſtantialibus, naturalibus & accidentalibus.

SUMMARIA.

1 *Ad quamlibet rem introducendam cauſæ quatuor conſiderantur.*
2 *Cauſa efficiens quæ ſit.*
3 *Cauſa efficiens in ſocietate.*
4 *Cauſa materialis quæ ſit.*
5 *Cauſa materialis in ſocietate.*
6 *Cauſa formalis quæ ſit.*
7 *Cauſa formalis ſocietatis.*
8 *Cauſa finalis quæ ſit.*
9 *Cauſa finalis ſocietatis.*
10 *Cauſa inſtrumentalis quæ ſit.*
11 *Cauſa inſtrumentalis ſocietatis.*
12 *Contractus quilibet habet ſua ſubſtantialia, naturalia & accidentalia.*
13 *Subſtantialia quæ ſint.*
14 *Subſtantialia ſocietatis.*
15 *Naturalia quæ ſint, & quotuplicia.*
16 *Naturalia ſocietatis.*

17 *Accidentalia quæ ſint.*
18 *Accidentalia ſocietatis.*
19 *Pacta contra ſubſtantialia, & naturalia ſocietatis quid operentur.*
20 *Pactorum ſex ſpecies.*
21 *Pactum informativum quid.*
22 *Pactum reformativum quid.*
23 *Pactum transformativum quid.*
24 *Pactum conformativum quid.*
25 *Pactum deformativum quid.*
26 *Pactum reſolutivum quid.*
27 *Notarius quid facere poſſit circa ſubſtantialia, naturalia, & accidentalia, conficiendo Inſtrumentum.*

1 AD † quamlibet rem introducendam quatuor cauſæ conſiderari ſolent,
efficiens, materialis, formalis & finalis. Duæ dicuntur fiendi, ut effi-
ciens & finalis, duæ vero eſſendi, ut materialis & formalis, Bald. *in l. dictam*
legem ſub n. 2. C. de condict. ob turp. cauſ. & in l. patre furioſo 8. in 1. addit. num. 5. ff. de his
2 *qui ſunt ſui vel alien juris.* Abb. *in proœm. decret. col pen.* Cauſa † efficiens illa di-
citur, quæ facit opus mediante materia, Abb. *in d. proœm. decret col. fi.* Bald. *in*
3 *rub. ff de juſt. & jure. n. 18 & in d. l. dictam legem. n. 11.* Cauſa † efficiens in ſocietate
eſt homo, ut in contractibus cæteris. Decianus præceptor meus eloquentiſſ.
in conſ. 64. num. 13. lib. 3. & dupliciter conſiderari poteſt, proxime & remote.
Proxime, quando quis contrahit per ſeipſum; remote, quando per nun-
cium, ſeu procuratorem, juxta text. *in l. ſocietatem coire 4. ff. pro ſocio.* & per eun-
dem Decianum *in conſ 97. n. 36. lib. 2.* ita declarat Abb. *in d. proœm. decretal. col.*
4 *fin.* & poſt cum Maranta *in ſua pract. part. 1. ſub n. 21.* Cauſa † materialis illa di-
citur, ex qua aliquid fit Ariſt *lib. 2. Ethicor.* Gloſſa & Bart. *in l. cum convenerit 20.*
ff. de pignor. Abb *in d. proœm. decret. col. final* Bald. *in d. l. dictam legem. n. 9.* & dicitur
ſui natura formam præcedere, & quod ſit in potentia ad formam, Bald. *in*
5 *proœm. ff in 2. lect.* & ibi late Cagnolus. Cauſa † materialis in ſocietate eſt
conſenſus quia primo in homine requiritur conſenſus. & de partium con-
ſenſu fieri dicitur, *l. conſenſu 2 ff. de obl. & act. §. 1. Inſtit de oblig. ex conſ.* Decian *d. conſ.*
64. n. 13 lib. 3. qui dicit, conſenſum eſſe materiam, conſiderando ſeparatim
conſenſum ſingularum partium, & de per ſe, antequam conjungatur in
contractu. Res etiam dicitur cauſa materialis in ſocietate, quia circa res
in ſocietate poſitas homo conſentiendo agit; & ſine rebus ſocietas eſſe non
poteſt, Bald. *in l. 2. C. de contrah. emption. & in l. 1. num. 1. Cod pro ſoc & in conſil.*
452. ſub num. 2. lib. 3 Pariſ. *conſil. 82. num 2. lib. 1.* & væ illis, qui dant pecu-
nias ad ſocietatem officii, ſcientes officialem & officium non obligari,
ſed pecunias devenire ad manus alterius, ut per Caſtr. *in dict. Tract.*

de ſociet.offic.c.5. Et ſi aliquis dicat, conſenſum eſſe cauſam formalem, & non materialem, quia forma eſt illa, quæ dat eſſe rei, & non materia, *l. Julianus, 9.ff ad exhibend.* & ut dixi, iſte contractus ſolo conſenſu perficitur, & ſubſtantiam capit, ut dicit text. *in §.1.Inſtit.de obligat. ex conſenſu*, & mutuus conſenſus in unum colligatus, quod formam conſtituat, conſiderat Decian. *in d. conſ. 64.ſub n 13.lib.3.* Etiam quod conſenſus ſit cauſa formalis, & non materialis, ex eo probari poſſe videtur, quia (ut dixi) iſte contractus conſenſu perficitur, & quia conſenſu perficitur, à cæteris differt, qui re, vel verbis, vel literis perficiuntur, & ſi differt conſenſu, neceſſe eſt, quod conſenſus ſit cauſa formalis, & non materialis, quia differentia dat formam, & ab ea nova ſpecies ſub eodem genere conſtituitur. Exemplum: Homo & equus in eo, quod ſunt animalia, conveniunt, quia homo eſt animal, & equus eſt animal, ſed in eo, quod homo habet rationem, ſeparatur ab equo, quia data ratione in eo, & ſic poſita differentia, alia forma inducitur, & ipſe appellatur animal rationale, equus vero irrationale. Habentur iſta apud Logicos, & etiam traduntur per Bald. *in rubr.ff.ſi cert.pet.n 6.& in l fin n.5.C.de in integr. reſt. min.* & per Dd. *in l.ſi quid earum 47.§.interemptum 1.ff.de leg.3.* Reſpondetur, ſocietatem dupliciter conſiderari. Uno modo, prout eſt contractus, qui conſenſu perficitur, & qui conſenſu attento differt à cæteris contractibus, qui re, verbis, vel literis perficiuntur, & hoc modo conſiderato, forma ſocietatis, quod ſit ipſe conſenſus, dici poteſt: quia conſenſus conſtituit differentiam inter eam, & cæteros contractus, & conſenſu ſolummodo inſpecto, à cæteris differre dignoſcitur, ut *in d.l.1.ff.de act.& oblig.& in d.§.final.Inſtit de obligat.* Altero modo conſideratur ſocietas, prout differt à cæteris contractibus, qui ſolummodo verbis perficiuntur, & hoc modo erit materia, & non forma ſocietatis. Nam (ut dixi in exemplo ſupra poſito) quemadmodum homo & equus in hoc conveniunt, quia ſunt animalia, & habent formam animalis, ita ſocietas & emptio in hoc conveniunt, quia conſenſu fiunt, & in utroque pariformiter conſenſus reperitur, qui eis formam dat eandem, ita, ut dicantur contractus conſenſu celebrati. Et quemadmodum animal addita ratione fit homo, quia ob differentiam adjunctam datur nova forma, & mutatur prima, & non dicitur amplius, quod ille ſit animal, ſed dicitur homo, & animal in eo conſideratur pro materia recipiente novam formam à ratione ei adjuncta, ita in ſocietate evenire neceſſario dici debet, nempe, quod conſenſus, in quo cum emptione conveniebat, ſit pro materia aſſumendus, & quod ei ſit adjungenda differentia conſtitutiva ſpeciei, & per conſequens inductiva

6 novæ formæ. Cauſa † formalis eſt illa, quæ dat eſſe rei, *d.l.Iulianus ff. ad exhibend.* Bald. *in l.patre furioſo 9.in 1 addit.n.5.ff.de his qui ſunt ſui vel alien.jur.* & à qua rei nomen deſumitur, *l. juris gentium 7. in pr. ff. de pact.* Bal d. *in c.tanto, n.28. de conſtit.* & qua deſtructa res ipſa deſtructa dicitur, Bald, *in l. non ſunt liberi, num.7.*

n.2.ff.de ſtatu homin.& ideo dicitur, quod major eſt defectus formæ, quam materiæ, Bart.*in l.1.§.ſi quis ita.ff.de verb.obligationib* Baldus *in l.ex diverſo.17.§.ſi in judicio 2.ff.ſolut.matrimon.& in leg prima.C.de error.calculi.* Cauſa † formalis noſtro in contractu eſt communio ad lucrum, ſeu quæſtum : aſſumptis enim rebus ſeu in actu, ſeu in potentia ab hominibus conſentientibus velle contrahere, ſtatim intentio dirigitur ad commune lucrum, ſeu communem quæſtum, & ita eorum conſenſus formam inducunt, & ſocietatis contractum ad eſſe deducunt, qui, hac ejus forma attenta, differt à cæteris contractibus omnibus, qui conſenſu fiunt. Quia licet in eis adſit conſenſus, tamen non recipiunt formam, quod ſint ad lucrum, ſeu quæſtum communem, ut dixi *in c.*
8 *ſuperiori.in fine.* Cauſa † finalis illa dicitur, quæ principaliter ab agente conſideratur, Bald.*in l.1.n.17.C.de falſa ca.adject.* & eſt ſemper prima in intentione, licet ſit ultima in executione, Bart *in l.ambitioſa.n.29. ff. de decret.ab ord. faciend.*
2 Covar.*lib.1.var.reſol.cap.2. n.2.* Cauſa † finalis ſocietatis erit quæſtus ſive lucrum, quia contrahentes dum conſentiunt, habent intentionem ad lucrum, ſeu ad quæſtum, & ideo lucrum ſeu quæſtus, quod ſit cauſa finalis, neceſſario dici debet, facit text.*in l. coire. 7. & in l. ſed etſi adjiciatur 13. ff. pro ſoc.* ita in emptione in emptore eſt res, in venditore pretium, Bald.*in l.ſi creditor, n.3.C. de fideiuſſ* & Bald.*in rub.C pro ſoc.n.7.* dicit, quod contractus ſocietatis ordinatur ad bonum acquiſitivum ſeu utile. Decian.vero *in d.conſ.64.n.13.lib.3.* dicit, quod cauſa finalis eſt ipſa obligatio, quia in hoc conſentiunt & obligantur. Circa Baldi dictum *in d.rubr.* animadvertendum eſt, quod finis dupliciter conſiderari poteſt. Primo, quod ſit finis operis, ſeu operationis. Secundo, quod ſit finis operantis. Finis operationis eſt objectum, in quod ſuapte natura ipſa operatio dirigitur, finis operantis eſt, in quem per operantem operatio dirigitur. Et finis operationis eſt tantum unus, operarii vero finis multiplex eſſe poteſt. Exemplum ponitur in ædificante domum, ad hoc ut eam locando lucrum faciat. Finis operationis eſt domus, & ſic unus. Finis vero operantis eſt lucrum, & quia eſt etiam ejus finis domus, & ejus finis etiam eſſe poteſt, uti domo ad aliquid aliud faciendum, ideo dicitur quod ſit multiplex, ita poſt S Thom.tradit Navar.*in c.inter verba 11.q 3 concl.5. conſil. 6.n.29.* Quare dum Baldus dicit, quod contractus ſocietatis ordinatur ad bonum acquiſitivum, intellige quod loquatur de fine operantium, qui multiplex eſſe poteſt, & ſit quod ipſe bene loquatur. Quia etſi ſocietatis finis, reſpectu operis, nempe ipſius contractus ſit unus, nempe lucrum, ſeu quæſtus, tamen reſpectu operantium, nempe ſociorum, quod ſit multiplex, dici poteſt, nempe ad lucrum, ſeu quæſtum ad bonum, ad delectabile, & ad honeſtum, & ad augendum pecunias, ſeu alias facultates. Sed Deciani dictum quod finis ſocietatis ſit obligatio, non placet, quia agimus de fine contractus ſocietatis, & obligatio provenit à contractu jam in eſſe deducto, & eſt nimis

generale dicere, quod obligatio ſit finis, cum hoc de quolibet contractu dici poſſit, vel poteſt dici, ſuſtineri poſſe ejus dictum, prout vere loquitur, agendo de contractu, & conventione in genere, juxta text. quem allegat *in l. obligationum ſubſtantia. 3. ff. de act. & obligat.* Sed quia agens circa materiam, ut formam inducat juxta deſignatum in ſua intentione finem, uti ſolet inſtrumento aliquo, ideo cauſa inſtrumentalis etiam conſiderari ſolet, & præcipuè conſideranda eſt in præſenti, quia ea attenta, vt dicam, notabilis diviſio, ſeu diſtinctio ſocietatis traditur à Doctoribus. Cauſa inſtrumen-

10 talis † eſt illa, qua utitur agens verſando circa materiam, ut inducat for-

11 mam. Cic. *in Topic. libr. 5* Cauſa † inſtrumentalis in ſocietate ſunt verba, ſive facta, quia & verbis & factis voluntas declaratur, *leg. Non tantum verba, 5. ff. rem rat. habit.* & conſenſus informatur ſive ad lucrum, ſive ad quæſtum, & ſocietatis contractus ad eſſe deducitur, *l. ſocietatem coire, 4. & ibi gloſſ. & l. nam cum tractatu habito, 32. & l. duo ſocietatem, 71 ff. pro ſoc.* Et cum verbis & factis conſenſus ad lucrum & quæſtum informari poſſit, ſocietatem expreſſam verbis, & tacitam factis contrahi poſſe, dicunt Bart. & cæteri *in l. Titium & Mævium, 74. §. altero 6. ff. de admin. tut.* & Bald. *in l. ſi patruus, 4. C. com. utr. jud.* ut latius dicam infra, dum tractabo de cauſa iſta inſtrumentali. His traditis de cau-

12 ſis ſocietatis, quia † in contractibus etiam dici ſolet, ineſſe quædam ſubſtantialia, & quædam naturalia, & quædam accidentalia, ut per gloſſ. & Dd. *in l. pacta conventa. 72. ff. de contrah. empt. & in l. in vendentis. 23. C. eodem.* ideo & de eis hoc loco poſt cauſas præfatas tractare incongruum non erit. Subſtan-

13 tia † eſt res ipſa, ſive ipſius rei eſſentia, qua remota, actus deficit, *l. 2. ff. de uſufr. earum rerum, quæ uſu conſum. l. obligationum ſubſtantia 3. & ibi Bart. col. 1. ff. de act. & oblig.* Cagnol. *in l. cum quid 3. n. 3 ff. ſi cert. pet.* Coraſ. *lib. 3. Miſcellan. cap. 10.* Menoch. *in conſ. 37. n. 4. l. 12.* Fernan. *in d. l. pacta conventa 72. cap. 1. n. 46.* Et dupliciter ſubſtantia conſideratur. Uno modo complexive, hoc eſt, ut comprehendantur ſimul omnia ſubſtantialia contractus. Alio modo diſtinctive, hoc eſt, ut conſiderentur ſingulæ partes, ex quibus ſimul junctæ rei ſubſtantia fit, & ejus eſſentia, ita tradit Baldus *in dict. l. in vendentis. 23 n. 4. Cod. de contrah. empt.* Et licet conſiderari ſoleat, quod ſubſtantia differat à forma, Baldus *in c. 1. n. 1. de nova for. fidelit.* tamen conſiderando ſubſtantialia complexive etiam forma ipſa comprehenditur. Fernand. *in d. l. pacta conventa 72. c. 1. ſub n. 46.* Subſtan-

14 tialia † in ſocietate ſive complexive, ſive diſtincte conſiderentur, erunt conſenſus, res, lucrum commune ſeu quæſtus, & quod partes ſint æquales. De conſenſu habetur in *§. 1. Inſtit. de oblig. ex conſenſu.* Rim. jun. *conſ. 636. n. 12 lib. 6.* de cæteris habetur *in l. coire 7. in l. ſed ſi adiuvatur 13. & in l. ſi coita 75 ff. pro ſoc.* Nam licet aliqui dicant, text. *in l. ſi coita 75.* loqui in accidentalibus, tamen quod loquatur in ſubſtantialibus, teneo cum Baldo *in d. l. in vendentis. n. 23.* ubi, ſalva pace Cyni tenentis *ibi col. 2. verſ. ſecundo cave d. l.* loqui in accidentalibus, dicit,

eam

Digitized by Google

eam loqui in ſubſtantialibus, quia portiones, de quibus loquitur, ſunt de ſubſtantia ſocietatis, ita tenet etiam Alex. *in l. ſi quis arbitratu 43 ſub n. 4. verſ. & tenendo.* & Socio. *ibidem ſub num. 25. ff. de ver. oblig.* Et ſi etiam loqueretur tex. præfatus in naturalib. ut rectius teneri poſſe dicit Menoch *in tr. de arb. jud. qu. 68. ſub. nu. 33.* poſſet etiam dici, quod loqueretur de ſubſtantialib. quia, ut dixi, complexive conſiderata comprehenduntur omnia, quæ pertinent ad ſocietatis eſſentiam, ſubſtantiam, & formam, & ſic etiam hac ſignificatione complexive attenta, naturalia intrinſeca cujuſlibet contractus ſubſtantialia dici poterunt, licet inter ſe differant, & ita intelligendo ſalvari poſſunt illi, qui naturalia intrinſeca ſubſtantialia vocant, licet eos male loqui, & improprie dicat Fernand. *in d. l. pacta conventa. c. 1. n. 47.* Bene dicas male loqui Heinrichmannum quendam Germanum *in conſ. 8 n. 28. lib. 1.* qui dicit, de eſſentia ſocietatis eſſe, quod pecunias ponens in ſocietate non deſinat eſſe earum dominus, quia, ut dixi, & latius videbimus infra in c. 9. ubi agetur de cauſa materiali, neceſſario communio rerum poſitarum in ſocietate requi-
15 ritur, ſi ſuper eis ſocietas contrahetur. Naturalia † dicuntur ea, quæ proveniunt ab ipſo contractu, & quæ contractui inſunt, ab iis, quæ extrinſecus accidere poſſunt, ſeparata, *d. l. pacta conventa, & ibi gl. ff. de contr. empt.* Brun. *in tr. de form. col. 2.* Cagnol. *in d. l. cum quid ſub n. 4.* Fern. *d. l. pacta conventa. c. 1. n. 47.* Zaſ. *lib. 1. reſp. c. 12. n. 5.* Bello Supput. *lib. 1. c. 5. ad fin.* Coraſ. *lib. 3. Miſcellan. c. 10. n. 3.* Menoch. *d. conſ. 37. n. 11 lib. 1.* Rimin. jun. *conſ. 400. n. 98. lib. 4.*

Differunt naturalia à ſubſtantialibus, eo, quia ſubſtantialia à contrahentibus exprimi debent. Naturalia vero à contractu proveniunt, & contractui ineſſe dicuntur, licet non exprimantur. Fernand, *in dict. l. pacta conventa. c. 1. num. 48.* Naturalia ſunt in duplici differentia, quædam quæ contractus ſubſtantiam reſpiciunt, & ita contractui conjunguntur, ut contraria conventione ipſo contractu manente tolli non poſſint, ita tradit Coraſ. *d. lib. 3. Miſcellan. cap. 10. ſub n. 3.* Menoch. *d. conſ. 37. n. 12.* quæ forte recte dixerimus, virtutem eſſe à propria contractus ſpecie productam, quam Logici propriam paſſionem rerum nominant, veluti ab eſſentialibus principiis enatam, Zaſius *d. lib. 1. reſponſ. cap. 12. n. 15.* & poſt eum Rim. jun. *d. conſil. 400 ſub num. 98.* Et quod iſta naturalia conveniant cum ſubſtantialibus, quod utraque abeſſe non poſſint à contractu, dicit Fernand. *d. l. pacta conventa. c. 1. num. 48. verſ. conveniunt.* attamen ſubjungit, de ſubſtantia dici non poſſe, quemadmodum neque albedo, quæ eſt in cygno, & neque nigredo, quæ eſt in corvo de cygni & corvi ſubſtantia dici poſſunt. Alia naturalia ſunt, quæ ad ſubſtantiam non pertinent, ſed ſimpliciter naturalia dicuntur, hoc eſt, qualitates quædam innatæ, ex quibus virtus contractus proficiſcitur, niſi pacto contrahentium aliter diſponatur, Bald. *in proœm. feud. num 46.* Coraſ *d. c. 10. num. 4.* Sed videtur dicendum, iſta etiam naturalia ad ſubſtantiam pertinere, ut

de aliis dictum fuit, quia etiam iſta origini & ſubſtantiæ contractus junguntur, ſi pacto aliter à partibus non fuerit diſpoſitum, ut conſiderat Fernand. *in loco pluries ſupra allegato. ſub n. 47.* Poteſt dici iſta naturalia, de quo agimus modo, quod differant à prioribus, licet iſta etiam ad ſubſtantiam pertineant, quia priora ex viſceribus contractuum dicuntur deſumpta, & iſta poſteriora non alia ratione naturalia dicuntur, niſi quod frequentiori & aſſidua conſuetudine, quæ in nomen naturæ tranſit, ad contractus acceſſerunt. Ita ponentes exemplum in evictione, tradunt primo Zaſius *d. c. 12 num. 5.* & poſt eum Menoch *d. conſ. 37 n. 21 & n. 99.* & Rim. jun. *d. conſ. 400. ſub n. 49. lib. 4.* & cum his convenire videtur Bal. *in conſ. 352. in princ. lib. 1.* dum dicit, quod natura eſt quædam ratio, quæ inhæret ipſi actui per diſpoſitionem legis, vel conſuetudinis, vel æquitate jus dicentis, ſive principali ſive acceſſoria. Conſiderat enim, quod naturalia etiam à conſuetudine provenire dicuntur, prout à Zaſio conſideratur, & à Menoch. Sed veniamus ad exempla, quia ut vera loquar, regula certa & firma de his tradi non poteſt, & poſſet forſan dici, iſta nomina eſſe delenda, ut dicit Duaren. relatus à Fernand. *d. c. 1. n. 45. in fine.* & judicio meo magis, quæ ſint naturalia iſta cujuſlibet rei exemplo, quam
16 alio modo oſtendi poteſt. Naturalia † ſocietatis primo loco relata, ut ex Doctoribus tractantibus de hac materia colligere potui, ſunt iſta: Quod lucra ſeu quæſtus inter ſocios, & proportionabiliter communicentur, & quod non ſit leonina, Bald. *in rub. C. commod. n. 16.* Coraſ. *d. cap. 10. ſub n 3.* Fernand. *d. c. 1. ſub n 49* Rim jun. *d conſ. 400. ſub n. 100.* Naturalia ſocietatis ſecundo loco relata erunt, quod ſit contractus bonæ fidei, *§. actionum. 28. Inſtit. de act. l. pro ſocio. 38. ff pro ſoc.* quod ſocius teneatur reddere rationem, & quod non poſſet conveniri, niſi in quantum facere poſſit, *l. verum 63 & ibi gloſſ ff. pro ſoc.* & quod teneatur de culpa levi, *§. final. Inſtit. de ſociet.* quod ſocietas non tranſeat ad hæredes, *l. adeo 59. ff. pro ſoc.* & erunt ea omnia, quæ de conſuetudine in hujus-
17 modi contractu ſervari ſolent, Menoch. *d. conſ. 37. nu 99.* Accidentalia † ſunt, quæ adeſſe & abeſſe poſſunt, præter ſubjecti corruptionem, Bald. *in l. in vendentis. 23. nu. 23. C. de contrah. empt. & in l pacta conventa. 72. in pr. ff. de contrah. empt.* quam jungit cum *l. juris gentium 7. §. adeo. ff. de pactis.* Cagnol. *in d. l. cum quid. 3. n. 4. in fine ff. ſi cert. pet.* Coraſ. *d. cap. 10.* Fernand. *d cap. 1. num. 51.* Menoch. *d. conſ. 37. numero 98. lib. 1.* Exempla multa adduci poſſunt, ſed pro nunc ſatis ſit dixiſ-
18 ſe, accidentalia † ea omnia dici, quæ à partibus contrahentibus ſocietatem in contractu apponuntur ultra ejus naturam, & de his videbimus infra *in cap. 29.* ubi de accidentalibus ponam. Iſta omnia, quæ de naturalibus & ſubſtantialibus dicta fuerunt, inter alia utiliſſima etiam ſunt ad cognoſcendum, an pacta inter ſocios facta contra ſubſtantialia ſeu naturalia ſocietatis valeant, & ſi non valeant, an ſuſtineatur contractus ſocietatis rejecto pacto, an vero contractus ipſe in totum annulletur. Et erunt utiliſſima ad

cognoſ-

cognoſcendum, quæ ex ſubſtantialibus, naturalibus, & accidentalibus, No-
tarius rogatus conficere inſtrumentum poſſit in eo apponere, quia infra dum
agendo de cauſa formali agemus, qualiter pacta † inter ſocios fieri poſſint, 19
ideo modo ſolummodo concluſio erit, pacta appoſita contra ſubſtantiam à
contrahentibus ſocietatem non valere, & erit altera concluſio, pacta appo-
ſita contra naturalia intrinſeca ſocietatis non valere; erit & tertia conclu-
ſio, valere pacta appoſita contra naturalia ſocietatis extrinſeca. Prima &
ſecunda concluſio probantur ex traditis à Bart. *in l. ubi ita donat. 27 ff. de donat.*
cau. mort. ubi vult in precario pactum non valere, quod non poſſit revocari,
& eum ſequitur Dec. *in conſ. 293. ſub n. 6. lib. 1.* & Rim. jun. *d. conſ. 400. num. 95. lib. 4.*
Tertia concluſio, quod valeant pacta contra naturalia extrinſeca, probatur
in d. l. pacta conventa. 72. ff. de contrah. empt. & per Rim. junior. *d. conſ. 400. n. 98.* Circa
accidentalia, cum poſſint adeſſe & abeſſe præter ſubjecti corruptionem, pa-
cta valere circa ea, in dubium revocari non poteſt. Quando autem pacta
ſunt contra ſubſtantialia ſeu naturalia intrinſeca ſocietatis, an ſuſtineatur
pactum, ſive rejecto pacto ſuſtineatur ſocietas, utique dicendum videba-
tur, ſocietatis contractum ſuſtineri pacto rejecto, Gomeſ. *variarum reſolut. lib.*
2. cap. 5. ubi tractat de ſocietate, ſub *n. 5. verſ. ex qua regula. & verſ. ſecundo infertur.*
ubi dicit, quod pactum contra naturam & ſubſtantiam ſocietatis vitiatur,
& non vitiatur contractus; & dicit, non tamen intelligas, quod ſocietas
ſit nulla, ſed quod pactum vitietur, & ipſo jure annulletur, & allegat text.
in l. cum manu ſata. 80. in fin. ff de contrah. empt. & in l. cum precario. 12. ff. de precar. Sed
quia in juribus præfatis non dicitur, pactum rejici, & contractum remanere,
ſed *in d. l. cum precario.* ſolum habetur pactum contra ſubſtantiam precarii
non valere, nempe, ut ſupra dixi, quod non reſtituatur; & *in d. l. cum manu*
ſata. non ſolum non probatur ejus intentio, ſed totum contrarium, dum
vult, quod pactum in venditione appoſitum, ne dominium transferatur in
emptorem, faciat emptionem tranſire in aliam ſpeciem contractus, videtur
omnino dicendum, dictam Gomeſii traditionem veram non eſſe. Pro vera
cognitione an pactum contra naturalia intrinſeca ſocietatis, & contra ejus
ſubſtantialia rejiciatur, & ſuſtineatur ſocietas, vel an ſuſtineatur in vim al-
terius conventionis, etiam ſocietate ceſſante, conſiderandum eſt, plura pacta
reperiri. Et † quod ſint ſex pactorum ſpecies, dicit Fernand. *in d. l. pacta con-* 20
venta. c. 1. n. 52 ff. de contrah. empt. nempe, informativum, reformativum, trans-
formativum, conformativum, deformativum, reſolutivum, Dec. *in l. lecta.*
40. num. 1. ff. ſi cert. petat. Informativum † pactum ſecundum opinionem gloſſ. 21
Bart. Jaſ. & aliorum *in l. juris gentium. 7. §. quin imo. 5. ff. de pact.* dicitur infor-
mativum actionis, & non contractus, ut vult Dec. *in l. lecta. n. 1. ff. ſi cert. pet.* ſed
ſive informet contractum, ſive actionem parvi refert; ſed videndum eſt,
quid ſit informare? Et dicas, informare eſſe quando pactio adjicitur ſuper

accidentalibus contractus, remanente ſua prima forma. Datur exemplum
in vendente domum, ſi apponitur pactum, quod teneatur ire Romam, & iſta
eſt opinio gl. & etiam communis, ut teſtatur Coraſ. *d.c.10. ſub num.7. & 8.* &
Fernan *d.c.1.ſub n.53.* Et de hoc ſimile pactum, ſi in ſocietate fuiſſet appoſi-
tum, quæri, & in dubium revocari non poteſt, an vitiet, vel vitietur, quia
non tangit ſubſtantialia, neque naturalia, & illud valere, & actionem ex-
22 tendere, Doctores omnes admittunt. Reformativum † pactum dicitur,
quando per illud tollitur renovaturque prior contractus, & fit ſecundus
ejuſdem ſpeciei, & apponitur ſemper ſuper ſubſtantialibus. Datur exem-
plum: Si à te emi rem, & rurſus convenimus, quod ſit empta majori vel
minori pretio, probatur *in l.juris gentium, 7. §. adeo, 6. ff. de pact. & in dict. l. pacta
conventa. 72. ff de contrah.empt. & in l.ſi quam 2.ff.de reſcind.vendit.* Dec.*in d.l.lecta ſub
n.1.* Corat *d cap.10.n.6.* Fernand. *d.cap.1 n. 56.* Et in ſocietate exemplum poni
poſſet, ſi fuiſſet conventum debere ponere in ſocietate mille pro ſuo capita-
li, deinde fuiſſet conventum, quod tantum octingenta ponere teneretur. Et
hoc pacto erit verum, priorem contractum ceſſare, & novum contractum
23 ejuſdem ſpeciei induci. Transformativum † pactum dicitur, quo à primo
contractu receditur, celebraturque ex primo contractu, & ex pacto inſimul,
alter contractus & numero & ſpecie diverſus à primo, & hoc ideo fit, quia
hujuſmodi pactum apponitur contra ſubſtantiam, ſeu naturalia intrinſeca
primi contractus, Dec.*in d. l.lecta ſub n.1.* Coraſ.*d.cap.10.n.10.* Fernand, *d.c.1.nu 57.*
Exemplum habetur *in l.ubi ita donatur.12.ff. de donat. cau. mort. & in l. cum manu
ſata.§.fin ff.de contrah.empt. & in l.2.in princ.ff.ſi cert petat.* Duo alia exempla ponit
Dec.*in d.l.lecta.ſub n.1.* unum eſt de novatione, per text.*in l.1.ff.de novat.* & alte-
rum eſt de Aquiliana ſtipulatione, per quam receditur à contractu juris gen-
tium, ut deinde per acceptilationem ſtipulatio ipſa tollatur, *§. item per ac-
ceptilationem.Inſtit.quib.mod.toll.oblig.* Sed iſta duo exempla huic pacto non con-
veniunt, quia novatio & acceptilatio conventiones ſunt nominatæ, & ve-
ſtitæ, & nos agimus de pacto nudo contractui appoſito, & quia ex pacto
transformativo, de quo agimus, & ex primo contractu inſimul debet alius
contractus reſultare, & ita Dec. reprehendit Fernand. *d.c.1.n 57.in fi.* In ſocie-
tate pro nunc de hujuſmodi pacto exemplum ſumi poteſt ex *l. ſocietates con-
trahuntur 5.in fin.ff.pro ſoc.* ubi habetur, donationis cauſa ſocietatem non con-
trahi, & gl. ibi declarat, quod inter duos ſi contrahatur ſocietas, & conve-
niatur, quod unus nihil ponat, & lucri partem ſuſcipiat, dicetur contracta
donatio. Ita enim apparet, ex pacto fuiſſe transformatam ſocietatem, ex cauſa
& pacto adjuncto fuiſſe contractam donationem; & ſic ex hoc pacto verum
erit, primum contractum ceſſare, & novum contractum inductum ſuſtineri.
Duę difficultates circa hoc pactum conſiderari poſſunt. Prima eſt, an ſemper
ex eo alius contractus reſultet, ſeu potius ceſſet primus contractus, &
novus

Digitized by Google

novus contractus non inducatur, & ſic etiam pactum remaneat nullius effectus? Altera eſt difficultas, quis contractus reſultabit ex iſto pacto, quando novus contractus ex eo cauſatur? In prima difficultate duo jura contrarium diſponentia reperiuntur, ut ex eorum lectura prima facie apparere videtur. Nam habemus text. *in d. l. ubi ita donatur 27. ff. de donat. cauſ. mort.* ubi diſponitur, quod ſi donatio fiat cauſa mortis pacto appoſito, ut nullo caſu revocetur, dicitur facta donatio inter vivos. Et habemus text. *in d. l. cum precario. 21. ff. de precar.* ubi diſponitur, pactum de non revocando precarium non valere, quia eſt contra ejus ſubſtantiam, & non diſponitur ibi, quod alius contractus inducatur. Pro iſtarum legum concordia Bar. *in d. l. ubi ita donatur. 27.* dicit, aut verba patiuntur, quod poſſit pactum efficere, quod alius contractus inducatur, aut non patiuntur. Primo caſu dicit, novum contractum induci, & ita dicit eſſe intelligendam *d. l ubi ita donatur. 27.* Secundo vero caſu dicit, novum contractum non induci, & ita eſſe intelligendam *d. l. cum precario. 21.* & ſubjungit, quod ſi nullum nomen contractus exprimeretur, ſed ſimpliciter narraretur hoc modo: concedo tibi fundum, hoc pacto, quod non liceat revocare, tunc, quia non eſt expreſſum nomen precarij, vel alterius contractus, intelligitur de eo: qui ex verbis colligi poteſt, & allegat dicta per eum *in l. ſi quis rem 20. in princ. ff. de acq. poſſeſſ.* Iſta ultima verba Bart. non faciunt ad propoſitum noſtrum, dum agimus de pacto transformativo appoſito ad contractum nominatum. Et ejus diſtinctio licet ſit communis, non tamen caret difficultate, quia ut dixi ſupra, *gl. in d. l. ſocietas contrahitur 5.* vult, quod fuerit contracta ſocietas, & ſic appoſitum nomen, & tamen determinat reſultare donationem, ſi fuit conventum, unum ex ſociis in ſocietate non debere quicquam apponere, & lucrum percipere & ſic licet nomen ſit penitus diverſum à ſocietate, & nihil commune cum ea habeat, nihilominus vult, donationem ex tali pacto reſultare. Et dictam Bart. diſtinctionem reprehendit etiam Fernand. *d. c. 1. ſub n. 58.* & ſibi videtur, quod quemadmodum donatio cauſa mortis tranſit in donationem inter vivos, ſi adjiciatur pactum, quod eam non liceat revocare modo aliquo; ita etiam contractus precarii debeat tranſire in contractum commodati, pacto appoſito, quod repetere non liceret, nec referre, quod donationes cauſa mortis, & inter vivos, habeant idem nomen generis, quia in earum ſpecie ſunt diverſa, quemadmodum ſunt diverſa precarium & commodatum. Et hoc fortificari poſſe videtur, quia nomen generis in d l. ubi donatur, conſiderari non poteſt, quia uſus fuit donans nomine ſpeciei, & non uſus fuit nomine generis, ut Bartol. conſiderat, uſus, inquam, fuit nomine ſpeciei, quia dixit, donare cauſa mortis quemadmodum ille, qui dicit animal rationale, non utitur nomine generis quemadmodum uteretur, ſi diceret, animal, quia dicendo animal rationale utitur nomine ſpeciei,

ciei, nempe animalis rationalis, quod ſpecie differt ab animali irrationali: ita qui dicit, donare cauſa mortis, non utitur nomine generis, quemadmodum utitur dicendo, donare, ſed utitur nomine ſpeciei, quia donatio cauſa mortis ſpecie differt à donatione inter vivos. Et Fernand. contra Bart. conſiderat etiam, quod *in l. cum manu ſata 80. in fi* propter pactum appoſitum contra ſubſtantiam venditionis transfertur venditio in alium contractum, & tandem non habetur, quod transferatur in contractum, qui ſit ejuſdem nominis, & idem probatur *in d. l. 2. in pr ff. ſi cert. pet.* ubi habetur, mutuum propter pactum tranſire in alium contractum, qui non ſit ejuſdem nominis. Quare cum ex his appareat, Bart. diſtinctionem non eſſe tutam in puncto juris, teneo Fernand. opinionem, nempe, veriſſimum eſſe, pacto appoſito contra ſubſtantiam ſeu naturam intrinſecam contractus alium contractum reſultare, numero & ſpecie diverſum, & non eſſe curandum, an eodem vel diverſo nomine nuncupetur, & placet mihi *d. l. cum precario. 21.* intelligi debere de eo, qui precario conceſſerat rem alienam, ut idem Fernand, docte & ſubtiliter declarat *d. c. 1. n. 60.*

Et ita teneo in ſocietate evenire poſſe, ob pactum appoſitum contra ſubſtantiam & naturalia intrinſeca alium contractum reſultare, puta, donationis, ſeu alterius ſpeciei, prout ex verbis prolatis intelligi poterit, & iſta opinio comprobatur, quia videmus in contractibus potius attendi ejus naturam, quam verba, Bald. *in l. 2. C. commod.* Tiraq. *de retractu conventionali. gl. 1. n. 34.* Rolan. *conſ. 69 n. 40. lib. 3.* In alia difficultate ſupra poſita quis contractus reſultare dicatur, ex hujuſmodi pacto transformativo. Fernand. *d. cap. 1. n. 58. in fi.* dicit, mirari nunquam deſiiſſe, quia neque Jureconſultus explicavit, neq; interpretes auſi fuerunt explicare, & figere pedem, quis contractus reſultet ex pacto transformativo, de quo habetur *in d. l manu ſata 80. in fin. ff. de contrah. empt.* & deinde ſubjungit, ut jam ſupra dixi, eum contractum reſultare, qui colligitur ex relatione pacti ad contractum, & omnibus inſimul perſpectis, ſi reperiantur eſſentialia alicujus nominati, dicitur nominatus, & iſta eſt veritas judicio meo, & ita in materia ſocietatis, *in l. ſi paſcenda 8. C. de pact.* tenent Dd. aliquando ex pacto appoſito in ſocietate dici initum fuiſſe contra-
24 ctum innominatum. Pactum conformativum † dicitur illud, quod eſt ejuſdem formæ cum contractu, ut per Dec. *in d. l. lecta. 71. in princ.* qui dat exemplum de ſententiis conformibus, & in ſocietatis contractu habemus exemplum *in l. duo ſocietatem 71. ff. pro ſoc.* ubi ſtipulatio eſt conformis contractui, illud idem continet, & vocatur ſtipulatio coequina, gl. *in l. 1. ff. de prætor. ſtipulat.* Et licet ſtipulatio non ſit pactum nudum, tamen eſt pactum. Gloſ. *in l. 1. ff. de obl. & act.* ponit hoc exemplum, & alia de hoc pacto Fernand. *d c. 1. n. 62.* & de hoc ceſſat omnis dubitatio, an vitiet vel vitietur, cum conforme ſit cum
25 ipſo contractu. Deformativum † ſeu deforme pactum eſt, quod deſtruit

ſeu

ſeu deturbat priorem formam contractus, Dec. *in d.l.lecta.40.in princ.* Fernand. *d.c.1.n.62.verſ.deformativum,* & ſub *n.63.* ponit exemplum per text. *in c. ad noſtr.de empt.& vend.* ubi habetur, quod pactum de retrovendendo deformavit & deturbavit contractum emptionis, ut cenſeretur uſurarius, & de iſto dicendum eſt, quod & vitiet & vitietur, & ſic quod nec contractus, nec pactum ſuſtineatur, ita tales conventiones non ſolum reprobari, ſed alios actus quibus cohærent, inficere, & inde fieri, ut bono jure deformativa aut rectius deformia nuncupentur, tradit Fernand. *ibid.n.63.in fin.* Quare ſequitur, Gomeſ. relatum male loqui, dum vult pacta hujuſmodi rejici, & contractum ſuſtineri, & per conſequens ſequitur, quod bene loquatur Rim. jun. *in d.conſ. 400.* dum tenet, ex tali pacto deformativo in totum contractum annullari. Reſolutivum † pactum eſt, quo reſolvitur prior contractus, & ab eo rece- 26
ditur omnino, nec reſultat alius contractus, Fernand *d. c.1. num. 64.* Datur exemplum, ſi pactum apponatur in venditione, quod ſi tali die non fuerit ſolutum pretium, res ſit inempta, *l.1.& 2.ff.de leg.commiſſoria.* Poſſunt exempla etiam iſta conſiderari in ſocietate, quando apponuntur pro ejus diſſolutione, ut infra apparebit, ubi de ejus diſſolutione agetur. Et ſic ex iſtis remanet declaratum, quæ pacta vitient contractum, quæ vero una cum ipſo contractu ſuſtineantur. Reſtat videre, quid † Notarius conficiens inſtrumen- 27
tum, facere poſſit circa ſubſtantialia, naturalia & accidentalia contractus. Circa ſubſtantialia dicas, ea nullo modo pertinere ád officium Notarii, ſed omnino pendere à facto partium, & ab iſtis partibus exprimi debere, & à Notario exprimi non poſſe, ſi ab ipſis partibus expreſſum non foret, Gabriel. *tit. de conſuet.concl.3.n.27.* & ſi ea ſubſtantialia exprimat aliter, quam à parte fuerit expreſſum, falſitatem committit, ſi non errore, ſed dolo id faciat, Dd. *in l.errore.7.C.de teſtam.* Bald. *in rubr.C.de fide inſtrum.num.10. & num.14.* Circa naturalia intrinſeca aut quærimus, an ea poſſit apponere Notarius in inſtrumento, licet non fuerint expreſſa à partibus; aut quærimus, an poſſit ea mutare & alterare? Primo caſu dicas, Notarium poſſe in inſtrumento exprimere dicta naturalia intrinſeca, licet à partibus non fuerint expreſſa, quia iſta, ut dixi ſupra, etiam non expreſſa veniunt ab ipſius contractus natura, & ita videmus, Notarium in inſtrumento apponere poſſe clauſulas omnes ſolitas, & conſuetas, ut per Gabriel. *d.concluſ.3.tit.de conſuetud.* Secundo caſu dicas, Notarium non poſſe ea mutare & alterare, & hoc patet, quia nec etiam à partibus fieri poteſt, ita tradit Menoch. *d. conſ.37. numero 18. lib.1.* De naturalibus extrinſecis idem dicas, quod à Notario poſſint apponi, quia licet partium conventione poſſint removeri & alterari, tamen ſi non fuerint remota & alterata, contractui ineſſe dicuntur, ideo à Notario poterunt in inſtrumento apponi, Menoch. *dict.conſil.37.num.22.* non poterunt tamen mutari ab eo, nec alterari, quia hoc non pertinet ad ejus effectum,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

num.101. Circa accidentalia, quæ adeſſe & abeſſe poſſunt, concluſio erit, Notarium ea accidentalia apponere poſſe, quæ de conſuetudine apponi ſolent in inſtrumentis, licet à partibus non fuerit dictum, quia cenſetur rogatus ea apponere. Gabriel. qui more ſuo infinitos citat, *in d. concluſ.3. in princ. tit.de conſuet.* Sed adverte, quia (ut dixi) iſta, quæ de conſuetudine apponi ſolent, amplius dici non debent accidentalia, ſed naturalia extrinſeca, & ideo uti talia, ſi à partibus non fuerint immutata, apponi poterunt; ea vero, quæ proprie ſunt accidentalia, de quibus non extat talis conſuetudo, quod apponantur, non pertinent ad officium Notarii, & in eis ſe ingerere non poterit. Ita declarat Menoch.*d.conſ.37.n.101.* Et ſic remanent expedita omnia dicenda in præſenti Capitulo,

N.5. Societas officii quid ſit vide inferius cap.34.n.5.in notis.

N.16. Diſtinctio illa actionis bonæ fidei & ſtricti juris, quanquam non mala ratione ab antiquis juriſconſultis fuit introducta: tamen ſi verum fateamur, meliori negligitur, ut nec moribus amplius obſervatur. *Groenevvegen ad §.28.Inſtit.de actionib. 4.6.Gudelinus lib.3.de iure noviſſimo,cap.13.*& *Vinnius §.3.Inſtit de actionib.* Attamen non eo uſque à recti tramite deviat, ut ejus obſervatio aliquod peccatum involvat: ut ideò magnus quidam Theologus opinari neceſſe habuerit, illam nec in foro conſcientiæ locum habere, nec coram Deo, quemadmodum narrat doctiſſimus *Wiſſenbach* in doctis ſuis vindiciis theſium de mutuo in fine.

Hodiè ſocius poteſt conveniri ultrà quam facere poteſt. vide cap.31.n.21.in notis.

N.21. Hæc monſtroſa verba, quæ Barbaries antè aliquot ſæcula introduxit, nunc communis ſchola rejecit: quemadmodum & priſcis juriſconſultis fuere ignota.

N.23. Ergò pactum contra naturam ſocietatis, vel cujuſcunque alterius contractus initum, ſervandum eſt; non vi ſocietatis vel iſtius contractus cui adhæret; ſed vi contractus qui ex dicto pacto reſultare aptus eſt, ſive ille nominatus ſive innominatus fiet: nec rejicietur manente ſocietate, vel quocunque alio contractu cui adjectum fuerat, ut ſenſit *Gomeſius variar.reſol.lib. 2.cap.5. n.5.* Nam in lege 80. §.3.*ff. de contrab.empt.*18.1.*ita ait Labeo: Nemo poteſt videri eam rem vendidiſſe, de cuius dominio id agitur ne ad emptorem tranſeat, ſed hoc aut locatio eſt aut aliud genus contractus.* Et Marcianus in *l.* 27.*ff.de mortis cauſa donationib.* 39. 6. *Vbi ita donatur mortis cauſa, ut nullo caſu revocetur, cauſa donandi magis eſt, quam mortis cauſa donatio. Et ideò perinde haberi debet atque alia quavis inter vivos donatio: ideoq; inter viros & uxores non valet, & ideò nec falcidia locum habet quaſi in mortis cauſa donatione. Et eodem l.35.§.ſic quoque.* Quæ in ſocietate, cur locum non habeant nulla eſt cauſa. Hinc dicendum eſt contractum ſocietatis, inæqualibus partibus initum, ſi neuter reipſa alteri plus operæ vel pecuniæ contulerit, quia eſt contra naturam ſocietatis *l.* 29. *ff. pro ſocio* 17.2. non quidem valere ut ſocietas, valere tamen in donatio per ll.ſuperiùs adpoſitas. Et quamvis Azo contrarium ſentiat, tamen Ioannis ſententiam hoc pacto amplectendam putem: & quidem abſolutè, ſine diſtinctione, ut quidem facit doctiſſimus Buſius *hic in d.l.29. Ad l.cum precariò* 12.*ff de Precario* 43.26. reſpondet ipſe auctor. *Vide l.46 ff.locati* 19.2. & ibi Gothefrid.

N. 27. Nota quouſque ſe extendat poteſtas Notarii in conficiendis & extendendis inſtrumentis cum clauſulis ſolitis.

CAPUT.

CAPUT III.

De Cauſa efficiente.

S U M M A R I A.

1 *Digniora preponenda.*
2 *Contrahere ſocietatem quilibet poteſt.*
3 *Principes poſſunt contrahere ſocietatem.*
4 *Mulieres poſſunt contrahere ſocietatem.*
5 *Etiam ſuper mercatura.*
Et cum extraneis.
Cum fatribus.
6 *Cum marito.*
7 *Etiam ſi ſit mulier ruſtica.*
8 *Doctori atteſtanti de conſuetudine an ſit credendum.*
9 *Congnito uno de contrariis, cognoſcitur & alterum.*
10 *Minor 14. annis ſocietatem contrahere prohibetur.*
11 *Minor proximus infantia, ſeu proximus pubertati, qui dicatur.*
12 *Infans ſocietatem contrahere non poteſt.*
13 *Neque etiam ad ſui favorem.*
14 *Pupillus proximus infantia ad ſe obligandum ſocietatem non poteſt contrahere.*
15 *Sed bene obligat alterum ſecum contrahentem ſecundum aliquos.*
16 *Sed ſecundum veram & communem non obligat alterum ſecum contrahentem.*
17 *Lex quod non dicit, nec nos dicere debemus.*
18 *Generi per ſpeciem derogatur.*
19 *Generalitas non operatur, quando media non ſunt habilia.*
20 *Actio à ſocietate proveniens ſemper eſt directa.*
21 *Societas eſt leonina quod quis poßit lucrari, & non perdere.*
22 *Uſura prohibita ſub omni jure.*
23 *Delinquendi occaſio nunquam datur à lege.*
24 *Corneus* in conſ.183.lib.3. *reprehenditur.*
25 *Ratificari non poßunt nulla & iniqua.*
26 *Confirmatio operatur ex nunc, & non ex tunc.*
27 *Pupillus proximus pubertati non poteſt contrahere ſocietatem.*
28 *Pupillus proximus pubertati obligatur ex juramento.*
29 *Pupillus tacite ſocietatem contraxiſſe non præſumitur, &* num.90.
30 *Fallit juſſu patris præcedente juxta Baldi opinionem.*
31 *Fallentia iſta damnatur.*

32 He-

32 *Heres adeundo obligatur ad omnia depoſita in teſtamento.*

33 *Teſtatoris voluntas obſervanda.*

Fallit ſi mandet aliquid contra legis diſpoſitionem.

34 L.qui negotiationem, ff.de adm.tut. *declaratur, & n.35.*

36 *Baldi opinio declaratur.*

37 *Acquiſita à fratribus citra ſocietatem, ſi adſit inter eos unus qui ſit minor, qualiter dividenda, pulchra diſtinctione declaratur, &* numero 38. cum pluribus ſeqq.

38 *Acquiſita proprio nomine, & cum propria pecunia ſunt acquirentis.*

39 *Acquiſita proprio nomine cum pecunia communi ſunt acquirentis.*

40 *Acquiſita proprio nomine cum pecuniis pupilli ſunt acquirentis, & quid poßit facere pupillus pro recuperatione ſuarum pecuniarum? Et an in ſubſidium res acquiſita ſit pupilli, & an ei competat hypothecaria?*

41 *Acquiſita communi nomine cum pecuniis pupilli ſunt communia, pupillo ratum habente.*

42 *Acquiſita communi nomine cum pecuniis communibus cum pupillo ſunt communia, pupillo ratum habente.*

43 *Negotia in dubio tractata præſumuntur non communi, ſed proprio nomine, licet fuerint tractata cum pecunia communi. Fallit tamen ut* n.45.

44 *Perſona extrinſeca in contractu comprehenſa præſumi non debet.*

Declara ut n.46.

47 *Ex inſcriptione libri rationum conjectura ſumitur, quo nomine in dubio fuerit facta acquiſitio.*

48 *Negotia geſta præſumuntur eo nomine, quo juſſerit teſtator.* & n.49.

50 *Acquiſitio præſumitur facta ex cauſa præcedenti.*

51 *Acquiſitio quomodo facta fuerit, præſumitur à ſolito. &* n.89.

52 *Ex libro æſtimi præſumptio inſurgit, qualiter acquiſitio facta fuerit.*

53 *Acquiſitio qualiter facta fuerit, præſumitur ab excluſione delicti.* num.54.& 64.& ſeq.

54 *Furtum committit, qui convertit pecunias communes in propriam utilitatem.*

55 *Interpretatio illa ſumi debet, quæ ſit excluſiva delicti.*

56 *Adminiſtrator convertens pecunias communes in propriam utilitatem, tenetur civiliter ad duplum, & criminaliter puniri poteſt.*

57 *Præſumptio excluſiva delicti ſuperat alias præſumptiones.*

58 *Acquiſitio facta communi nomine an præſumatur facta cum pecunia communi, vel acquirentis,* & n.59.cum plurib.ſeqq.

61 *Acquiſitio communi nomine facta an ſit facta cum communibus ſeu propriis pecuniis, probatur conjecturis,* & n.62.cum 2 ſeqq.

65 *Uxor præſumitur acquiſiviſſe de bonis mariti, ad effugiendum ſuſpicionem turpis quæſtus.*

66 Vi-

66 *Vidua, quæ poterat acquirere ex bonis mariti, & ex bonis ſui filii pupilli, præſumitur acquiſiviſſe ex bonis mariti, ad effugiendum delictum.*
67 *Lucrum ex propria pecunia vel aliena cauſa fieri poſſit abſque delicto, quibus factum fuerit pecuniis, ad conjecturas eſt recurrendum.*
68 *Mater inops præſumitur acquiſiviſſe ex bonis pupilli divitis.*
69 L. ſi defunctus, C. arbitr. tut. *quomodo intelligenda.* & num. 72. & n. 86.
70 *Acquiſitio ex quibus facta ſit propriis an communibus pecuniis tempora ſunt diſtinguenda, an ante rationes redditas, vel poſt, &* n. 71.
73 *Dolus præſumitur in eo, qui male reddidit rationem ſuæ adminiſtrationis.*
74 *Probandi neceſſitas incumbit ei, qui agit.*
75 *Acquiſitio in dubio cenſetur facta cum pecunia ſolventis, &* n. 76. & 77.
76 *Quia ex poſſeſſione pecuniarum præſumitur dominium.*
78 *Sed contra hanc præſumptionem admittuntur aliæ præſumptiones.*
79 *Reo convento ſufficit incertitudo ad hoc, ut obtineat contra Actorem.*
80 *Conjecturæ enumerantur, ex quibus probatur, quibus cum pecuniis acquiſitio facta cenſeatur,* & n. 81. cum plur. ſeqq.
83 *Paupertate ſtante an quis præſumatur acquiſiviſſe cum propriis pecuniis,* & n. 84.
85 *Pauper, non conſtito de ejus induſtria actu, an præſumatur acquiſiviſſe de propriis pecuniis.*
87 *Maſchard.* concluſ. 611. n. 19. *reprehenditur.*
88 *Frater ſi ſtatim emit mortuo patre aliquid, præſumitur emiſſe de pecunia reperta in hæreditate.*
91 *Contrahens cum minore cogere eum poteſt, quod declaret, an velit ſtare contractui.* & num. 92.
93 *Declaratur, non procedere, ſi contractus ſit illicitus & uſurarius.*
94 *Declaratur etiam, procedere ſolum in minore, ſed non in pupillo.*
95 *Declaratur, ſolum procedere in minore effecto majore,* & num. 96.
97 *Minori convento in judicio, ſi declaravit, velle ſtare contractui, an ei detur reſtitutio in integrum, & an procedat in pupillo æque ut in minore,* n. 98 99 100. 101. 102.
103 *Pupillus non poteſt ſocietatem approbare ad ſui commodum, poſt oppoſitionem factam à conſocio.*
104 *Pupillus licet non obligetur ex contractu, tenetur tamen eatenus, quatenus factus eſt locupletior.*
105 *Et tenetur actione negotiorum geſtorum, ſi quod pro eo utile geſtum fuit.*
106 *Tutor & negotiorum geſtor in quibus differant.* n. 107.
108 *Negotiorum geſtor tenetur de dolo, & culpa lata, & levi, non de leviſſima.* & num. 109.
110 *Tenetur etiam aliquando de leviſſima, & de caſu fortuito.* numero 111. 112. 113. 114.
115 *Negotiorum geſtor tenetur aliquando neceſſario negotia exercere.* n. 116, 117.

118 *Negotiorum geſtor tenetur etiam de neglectu ab ejus factore.*
119 *Adminiſtrator bonorum pupilli tenetur pecunias ponere ad honeſtum lucrum*, n.120. & 121.
122 *Utiliter geſta pro pupillo valent abſque ejus ratificatione*, & num.123.

IN genere de cauſis ſocietatis actum fuit, modo de qualibet cauſa in ſpecie videndum eſt, ut earum magis cognitio clara habeatur. Et eſt inci-
1 piendum à cauſa efficienti, quia in ea agitur de perſonis, quæ † uti digniores in qualibet tractatione ſunt præponendæ *l. ſi quæramus, 4. ff. de teſtam.*
2 *§. final. Inſtit. de juſt. & jure.* Et concluſive dici debet, quamlibet † perſonam ſocietatem contrahere poſſe, niſi aliter à jure diſpoſitum reperiatur, *l. ſicut initio. 5. Codic. de obligat. & action.* & ibi gloſſa & Doctores communiter, Azo *in ſum. tit. pro ſoc.* Gomeſ. *variar. reſol. lib. 2. cap. 1. in princip.* Joſeph. Ludovic. *concluſ.*
3 *53. num. 165. verſ. & generaliter.* Et † à Ducibus etiam & Principibus ſocietatem contrahi poſſe, admittit loquendo de Duce Mantuæ Decian. *in conſil. 97. num. 37. & ſeq. libr. 2.* & ponit regulam generalem, Imperatores, Reges, Duces,
4 Principes & Comites contrahere poſſe, Gomeſ. *d. cap. 1. ſub n. 1.* A mulieribus † etiam ſocietatem contrahi poſſe, eſt textus *in l. alimenta. 16. §. final ff. de alim. & cibar. legat. & in l. ex diverſo. 17. §. 1. ff. ſoluto matrim.* & ibi hoc notat Baldus, ſed eam legit cum *l. rei judicata, 15. §. ſocero. 2. ff. eodem* & idem notant ibidem Bartol. & Imola, & tradit Jaſon *in l. 1. n. 20. C. qui teſtament. fac. poſſ.* & Petrus de Ubald. *in dict. tractat. de duobus fratribus, qu. 4. ſub numero 17. circa fin.* Anachar. *qu. 40. num. 30. lib. 3.*

Et licet dubitet, an poſſit eam contrahere ſuper mercatura, quia ei eam exercere ſit prohibitum, Joſeph. Ludovic. *d. concl. 53. verſ. fœmina. n. 164.* tamen
5 de hoc non eſt dubitandum, quia quod etiam † fœminæ mercaturam exercere poſſint, optimè probat Stracha *in tractat. de mercatur. quæſt. 3. num. 38.* & de muliere negociante, & quod ei debeatur intereſſe, habetur per Rot. Genuenſ. *deciſ. 28. numero 3. in fin.* & de muliere exercente aliquam artem ſeu mercantiam tradit Petrus de Ubaldis *dict. qu. 4. ſub numero 17. circa medium.* Et intelligendum eſt, non ſolum cum extraneis mulierem ſocietatem contrahere poſſe, & cum fratribus, & ſororibus, & fratre ſui mariti, ut exemplificant Bald. Jaſ. Petrus de Ubald. & Anchar. *in locis ſupra proxime citatis:* ſed etiam cum proprio marito, ut habetur expreſſe *in dict. leg. alimenta. §. final.* Girar. *ſing. 99.* Nec difficultatem facit afferere, non poſſe cenſeri contractum cum marito, quia ei operari tenetur, *l. ſicut. 48. ff. de oper. libert.* Nam reſpondetur, teneri tantum ad obſequia matrimonialia; ſed ſibi acquirere, ſi ſe exerceat in mercatura, vel in arte aliqua, cujus peritiam habeat, & ſuper his ſocietas ſubſiſtere poteſt, Petrus de Ubaldis *dict. quæſtion. 4. ſub numero 17.* Joſeph. Ludovic. *deciſion. 28. numero 8. & numero 12. in deciſion.*

Peruſ.

Peruſ.part.prim. Menoch.*in dict.conſ.154.num. decimoquint.libr.ſecund.* Girard. *dict. ſing.99.* Et dum Covar.ſuper *2.part theor.capit.ſeptimo.§.1.num.5.* dicit, jure non probari inter † maritum & uxorem, ex conjugali cohabitatione cenſeri 6
contractam ſocietatem ſuper bonis acquirendis, ſi loquitur in caſu, quo mulier exerceret aliquam artem, & negociationem, malè loquitur & contra textum expreſſum *in dict.leg.ex diverſo.17.§.ſecundo.ff.ſolut.matrimon.* & contra oppoſitionem formatam à ſupra allegatis Doctorib. Si verè loquitur, ex ſola cohabitatione ſocietatem non cenſeri contractam, in hoc caſu ejus opinio veriſſima eſt, & nec jure, nec ratione probatur, ſocietatem inter eos præſumi contractum ſuper bonis acquirendis. Neque etiam dici debet, ſocietatem à muliere contrahi non poſſe, ex eo, quia Petr.de Ubald. *d.q.4. ſub num.17.parum ante finem* dicit, quod † mulier ruſtica, quæ operatur & ligonizat in prædio, & ſimilia opera ruſticalia facit, nihil percipere debet, ſed debet eſſe contenta alimentis, quia ita de conſuetudine obſervatur. Nam 7
hoc ejuſdem vigeret ſolummodo, ubi in caſu ſuo eſſet † probata conſuetudo, quæ ſemper ab allegante probari debet, & non creditur Doctori de ea aſſerenti, & ſi crederetur, ſolummodo crederetur de Civitate, ubi eſſet ſolitus converſari. Gabr. *in ſuis com. concluſ. tit. de probat. concluſ. 4.* & eo magis non eſt ei credendum de tali conſuetudine teſtanti, reſpectu aliorum locorum, quia contrarium vidiſſe ſervari in partibus ſuis dicit Anchar. Regien. *d.q.40 ſub num.30.lib.3.* Igitur ſtante vera concluſione, ſocietatem contrahi poſſe à qualibet perſona, niſi à jure aliter diſpoſitum reperiatur, quia † co- 8
gnito uno de contrariis, cognoſcitur & alterum, videbimus, qui ſint illi, qui contrahere prohibentur, quia ex hac cognitione apparebit. quinam ſub dicta concluſione generaliter affirmativa comprehendantur, juxta text. *in l. 1. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni juris. & in §. 1. Inſt. eod.* Et quia aliqui ſunt, qui contrahere prohibentur ex defectu ætatis, aliqui vero ex defectu poteſtatis, & aliqui ex defectu naturalis ſocietatis, & alii ex aliis variis cauſis, ideo primo videbimus de his, qui contrahere prohibentur ex defectu ætatis. Primo † minores 14. annis ex defectu ætatis contrahere prohi 10
bentur, *l. ut in conductionib.33.ff.pro ſoc.* Alex. *in conſ.49.ſub num.1. lib.1.* Bart.*in l. Titium & Mævium 74.§. altero.6. ff. de adm. tut. & in l. ſi patruus 4. & ibi* Bald. *C. com.utr.jud.*idem Bald.*in addit.ad Bart.in tract.de duob.fratr. n. 17.* Menoch.*præſ. 56,n.6.lib.3* Joſeph.Ludov.*concluſ.53.num. 129.* & multo magis contrahere prohibentur, ſi ex diſpoſitione ſtatuti, prout eſt Piſaur.*rub.85,num. 2.* redduntur inhabiles ad omnem obligationem contrahendam, ut per Simon. de Præt. *in conſ.24.n.8.& n.24.*& per Rim.jun.*in conſ.280.n.11.libr.3,* ubi dicit etiam Ferrariæ extare ſimile ſtatutum, Bald.*in conſ.109.lib.2.* Maſchard.*in tract.de probat.concl.31.n 11. & concl. 1309.* Sed ut clarè & diſtinctè procedamus, quia † minores 11
quatuordecim annis primo dicuntur infantes uſq; ad ſeptennium, ſecundo

dicuntur proximi infantiæ uſque ad decimum annum cum dimidio in
maſculo, in fœmina uſque ad nonum cum dimidio; tertio dicuntur pro-
ximi pubertati, in maſculo uſque ad decimum quartum, in fœmina uſque
ad duodecimum, Gloſſa *in §.pupillus 9. Inſtit.de inut.ſtipul.& in l.1 ff de novat* &
ita communiter tenetur, ut dicit Dec. *in l.pupillu 111. in prin. ff.de reg. jur.* ideo
videbimus de qualibet ætate ſeparatim, quia & ſeparate aliqua à Doctori-
bus de qualibet ætate conſiderantur, & ſequentes ordinem naturæ age-
12 mus prius de infante. Infans ſocietatem † contrahere non poteſt, quia eſt
contractus ultro citroque obligatorius, & in eo requiritur ſimultaneus con-
ſenſus ut per Alex. *in d.conſ.49.ſub n.1.lib.1.* & in infante conſenſus conſiderari
non poteſt, quia ignorantia excludit conſenſum, *l.ſui fratres ff.de pact.* & ipſe
quicquid videt, ignorat, *l.final.in fin.C, de falſa monet.* & non habet nec velle,
nec nolle, *l.pupillum 111.ff.de reg.jur.* Angel.*conſ.60.n.2.* Barbat.*conſ.10.n.15.lib.4.* Et
13 quia omnino conſenſu caret, contractus cum eo geſtus † neque etiam ad ſui
favorem ſuſtinetur, ita ut ſecum contrahens ſit obligatus, licet ipſe obliga-
tus non remaneat, & ſic cum eo dici non poteſt contractum claudicare,
quicquid ſit dicendum in proximo infantiæ, & proximo pubertati, ut in-
fra videbimus, eſt text.*in d.§ pupillus 9.Inſtit.de inutil. ſtipulat.* & ibi Angel. *n.7.*
& in l.1.in princip.& l.mulier.70.ff.de verb.oblig.& in l.1.§.furioſus, ff. de act. & oblig.
& ita tenet & late comprobat Surd.*in conſ.9.n.45.cum plur. ſeqq. lib.1.* ubi etiam
dicit, eſſe magis communem opinionem, etiamſi dicatur ſecundum opi-
nionem aliquorum, infantem habere aliqualem intellectum, & loqui ſi ſit
major quadriennio, quia dicit ipſe, quod talis ejus loquela eſt ſine ratione,
& ideo habetur pro non loquente, & iſta eſt veritas. Tranſeamus modo
ad proximum infantiæ.
14 Pupillus † proximus infantiæ etiam contrahere non poteſt, & ex parte
ſua contrahendo nulla oritur obligatio, & in hoc convenit cum infante, ſed
ab eo differt, quia contractus valet pro parte ſecum contrahentis, & ſic
claudicare permittitur, *d.§.pupillus 9.Inſtit.de inutil ſtipul. & ibi Angel. ſub num.1.*
verſ. Nota quod ex benignitate. ubi hoc ex benignitate & ex gratia eſſe dicit,
& dicit unum notabile verbum, quod iſta benignitas, & iſta gratia forte
non haberet locum in diſpoſitione ſtatuti, ubi ſtrictè proceditur. Et hanc
15 opinionem, quod † reſpectu pupilli ſocietatis contractus poſſit claudica-
re, tenet Rom. *in conſ. 453.* ubi etiam loquitur in fortioribus terminis, ſtan-
te ſtatuti diſpoſitione, minorem non poſſe contrahere ſine certa ſolemni-
tate. Et eandem opinionem, quod contractus ſocietatis poſſit claudicare,
tenet Socin. *in conſ.160.ſub numer. 12.lib. 2.* Corn. *in conſ.187.numero 5. lib. 3.* Ripa
reſponſ.1 ſub num.6. tit. de confeſſu. fol. mihi. 89. Lambert. *in tractat. de ſolemn. adhib.*
in contr. mulie. gloſſ.1. in verb. in oblig. ſub numero 24. ubi dicit, hanc opinionem
veriorem, ex Socino *in d. conſ. 160. ſub num. 12,* & eam comprobari dicunt *in*

d.§.

*d. §. pupillus, Inſtit de unitil. ſtipul. & in §. 1. Inſtit. de auct. tut. & in l. Julianus 13. §. ſi
quis à pupillo. 29. ff. de act. empt. & in l. non eo minus. 14. Cod. de procur. & in l. 1 ff. de novat.*
& ita tenet gloſſa *in l. cauſæ 16. ff. de minor.* ubi loquitur de ſocietate. In † con- 16
trarium, quicquid ſit in cæteris contractibus, quod ſocietas non valeat,
etiam reſpectu contrahentis cum minore, & ſic quod non poſſit claudica-
re, tenet Bald. (cujus quanta ſit auctoritas, nemo eſt qui ignoret) *in l. cum
oportet. 6. in princip. ſub num. 9. Codic. de bon. quæ liber* Jaſ. *in l. 1. ſub numero 6. verſ.
amplia. Codic qui teſtam. fac. poſſ.* Alex. *in d. conſil. 49. ſub numero 1. lib. 1.* Pariſ. *conſil.
86. ſub num. 2. lib. 1.* Bertrand. *in conſil. 62. ſub num 4. libr. 1. part. 2.* Barbat. *in conſil.
10. ſub numero 11. libr. 4.* Menoch. *in conſil. 121. numero 35. libr. 2. & in tractat. de
præſumpt. libr. 3. præſumpt. 56. numero 11.* Cephal. *in conſil. 248. numero 34. libr. 2. &
in conſil. 483 num. 20. lib. 4.* Rim. jun. *in conſil. 180. num. 11. lib. 3.* Hanc opinionem eſſe
de mente Doctor *in d. l. ſi patruus.* dicit Socinus *in conſil. 160. ſub numero 12. libr. 2.*
Et iſta opinio vera & communis probatur per text. *in d. l. ut in conductionibus
33. ff pro ſoc.* ubi expreſſe habetur, in ſocietate conſenſum requiri, & ideo ſo-
cietate ſine tutoris auctoritate coita, pupillum non teneri, ſed teneri com-
muniter geſto negotio. Non obſtant jura ex adverſo allegata, quia in eis
nullum verbum habetur de ſocietate, & † quod lex non dicit, neque nos 17
facere debemus, *l. illam 19. C. de collat.* & dici poteſt, text. *in §. 1. Inſtitut. de
auctor. tut.* non ſolum non obſtare, ſed facere pro negativa opinione, quia
ibi connumerat contractus, qui favore minoris claudicare poſſunt, & ta-
men ibi ſocietas non nominatur, & non eſt credendum, quod Imperator
fuiſſet immemor nominare ſocietatem, ſi eam cum aliis contractibus, qui
conſenſu perficiuntur, nominare voluiſſet. Non obſtat dicere, eſſe regu-
lam generalem, contractus, in quibus mutuæ obligationes naſcuntur, fa-
vore pupilli claudicare poſſe, & ſub hac regula generali comprehendi etiam
ſocietatem, quia dicimus, in dicta regula generali comprehendi ſolum di-
ctos contractus in ſpecie nominatos, & non comprehendi ſocietatem non
nominatam, ea ratione, quia † generi per ſpeciem derogatur, *l. ſed etſi* 18
adjiciatur 13 ff. pro ſocio. l. uxorem 41. §. feliciſſ. 3. ff de leg. 3. & ſolum ſub generali
regula debent intelligi comprehenſæ ſpecies ibidem enumeratæ. Inſuper
dicta generalis regula non comprehendit ſocietatem, quia generalitas † 19
non operatur, quando media non ſunt habilia, *l. ſi de cura. Cod. de tranſact.* &
media in præſenti non ſunt habilia, quia in ſocietate dari non poteſt, quod
unus ſit obligatus, alter vero non ſit obligatus, quemadmodum id fieri
poteſt in aliis contractibus, qui conſenſu contrahuntur. Nam in aliis con-
tractibus quilibet eſt obligatus pro parte ſua, ut puta, venditor ad traden-
dam rem, emptor ad ſolvendum pretium, & in eis dantur † actiones directæ 20
& contrariæ, ſed in ſocietate una & eadem inter ſocios conſideratur obliga-
tio, & una ſolummodo actio ab utraque parte, nempe directa, datur, ut eſt tex.

in §.ex quibuſdam 2.Inſtit.de pœn.temere litig.& tradit gloſſa *in §.actionum in ver.pro ſocio Inſtitut.de action.*& Petrus de Ubaldis *dict tract.de duob fratrib.qu.14. ſub num. 1.* ideo in ea fieri non poteſt,quod adſit claudicatio,quæ in aliis contractibus conſideratur, in quibus dantur actiones diverſæ, & diverſæ obligationes, tendentes ad diverſa, & perſonæ in eis diſtinctæ conſiderantur, quia diverſo nomine nuncupantur, & in ſocietate cuique convenit idem nomen, nempe ſocii. Impoſſibilitas etiam magis in iſto, quam in cæteris contractibus conſideratur, quia in cæteris à tempore celebrati contractus uſque ad ratificationem pupilli non poteſt ea iniquitas intervenire, quæ intervenire dicitur contra expreſſam ejus naturam & eſſentiam in contractu ſocietatis.

21 Nam ſcimus,eſſe † leoninam ſocietatem,quod quis poſſit lucrari, & non perdere, *l.ſi non fuerint, 29.§. Ariſto.2.ff pro ſoc.* & pupillus in medio tempore à contractu uſque ad ratificationem poſſet lucrari, & non perdere, cum non eſſet obligatus, ſi omnia in ſocietate exiſtentia perirent,& ſi lucra facta fuiſſent, poſſet ea ratificando ſocietatem percipere Sed cum hoc ſit omnino in ſocietate, ejus natura attenta, impoſſibile, merito talem claudicationem admitti non poſſe, dicendum eſt.

22 Ulterius impoſſibilitas conſideratur, quia † neque etiam pupillorum favore uſuræ permittuntur, cum omni jure prohibitæ ſint, ut per Sotum *libro ſexto de juſti.& jure.quæſt.1.artic.1.* & ſi claudicaret contractus, uſura induceretur, quia pupillus ex pecunia, quam poſuiſſet in ſocietate, lucrum perciperet, obventum eo tempore, quo non fuiſſet ſuppoſitus periculo.Quod enim inducatur hoc modo uſura inter ſocios, infra *capite decimo ſexto* declarabo. Impoſſibile etiam eſt, quod à lege favore pupillorum inducatur delictum,
23 quia à † lege nunquam datur occaſio delinquendi, *l.in fundo 38.ff. de rei vind.* & faciunt tradita infra *n.93.& l.nec prætermittendum 57.ff pro ſocio.*

24 Et † cavendum eſt à dictis per Corn. *in dict.conſilio centeſimo octuageſimo ſeptimo, ſub numero quinto, libr.3.* qui ad ſuſtinendam iniquitatem non reperiri in ſocietate, licet claudicet, conſiderat, quod aut pupillus factus major, aut cum auctoritate tutoris ratificabit, & dicit ipſe, quod non erit iniqua ſocietas, quia obligatio erit hinc inde contracta. Aut ratificare recuſabit, & dicit, quod ſocietas non erit contracta, & ſic quod iniqua dici non poterit, cum non entium nullæ ſint partes. Iſta ejus dicta ſuſtineri non poſſunt, quia, ut dixi, iniquitas conſiſtit in ſocietate ante ratificationem, quia eo tempore poteſt pupillus lucrari, & non perdere. Et ſi, ut ipſe admittit, ſocietas eſt nulla à principio, quomodo dici poteſt, ratificatione
25 iniquitatem ceſſare, cum † quod nullum & iniquum eſt, ratificatione confirmari non poſſit, Gloſſ.Bart.& Bald. *in l.licet, 56.ff. de jud* & ita tenent omnes, ut per Dec. *in c. prudentiam, numer. 99. de offic. jud. deleg.* Inquam, quod iniquum & uſurarium eſt, quod non poſſit ratificari & ſuſtineri

pater,

patet, quia ſi non poteſt iniquitas & uſura à principio induci in ipſo contra-
ctu, multo magis non poterit induci per ratificationem. Et quod nulliter
geſta non poſſint confirmari in propoſito, patet, quia † confirmatio opera 26
tur ex nunc, & non uti ex tunc, ut per Bart. *in l.ab emptione 58 col. fin. ff. de pact.*
Caſtr. *in l.1.C.ſi major.fact.* Bald. *in l.fin.C.de SC.Macedon.* Rolan. *in conſ 60.n.40.lib.
4.* & nos indigemus confirmatione uti ex tunc, ad hoc ut geſta medio tem-
pore valida dici poſſint, quia de geſtis poſt ratificationem nulla eſt dubita-
tio, & ita ratificationem nihil operari, tenet Menochius *conſ.121.num.35.lib.2.*
Camillus Borellus inter conſilia diverſorum noviter impreſſa Francofurti,
conſ.18.n.16.part. 2. & ſic cum hac opinione ſocietatem à pupillo proximo in-
fantiæ non valere, & non claudicare pertranſeo, & in ea obſervari debere
teneo id, quod communiter dici ſolet; contractus contra eorum naturam
claudicare non poſſe, *l.litigatores, 11.§ penult.& fin.ff.de arbitr. & in §. proximis, in
Authent.de non eligend.ſecundo nub.* & ſic viſo de pupillo proximo infantiæ, vi-
dendum eſt modo de proximo pubertati. Pupillus etiam † proximus pu 27
bertati ſocietatem contrahere prohibetur, juxta textum *in d. l. ut in conductio-
nibus 33. ff. pro ſoc.* quia ipſe etiam contrahendo non obligatur civiliter, ſed
tantummodo naturaliter, Bart. *in l.1.ſub n.7.ff.de novat.* Angel. *in d.§.pupillus, ſub
num.3.Inſtit.de inutili ſtipul.* & de iſto etiam, uti de ſuperiori proximo infantiæ
dictum fuit, dici debet, ejus favore ſocietatem claudicare non poſſe, cum
militent ea omnia, quæ de ſuperiori dicta fuerunt. Solum enim iſti pupil-
li differunt in eo, quia proximus infantiæ, ut dixi, non obligatur, neque
civiliter, neque naturaliter, proximus vero pubertati naturaliter tantum
obligatur; & differunt in eo, quia proximus infantiæ non obligatur, etiam-
ſi adhiberet juramentum in contractu, ſed † proximus pubertati juramen 28
to adhibito tenetur ad ejus obſervantiam, perinde ac ſi eſſet major, Corn. *in
conſ.187.n.7.uſque ad finem conſilii, lib.3.* & iſta eſt communis opinio in omnibus
contractib. ut per Dec. & Cagnolum *in l.pupillum.ff.de reg.jur.* Gab. *tit. de minor.
concluſ.1.num 39.* Sera *in tract. de privil.jur.privil.83 ſub num.24.* Octav.Simoncell. *in
tract.de decret.minor.lib.3.tit.8.inſpect.18.* Et ſtante ſupradicta concluſione, quod
pupillus non poſſit contrahere ſocietatem, arguunt Doctores; quod nec
etiam eam † tacite contraxiſſe præſumi poterit, cum expreſſe eam contra- 29
here non poſſit, & ideo dicunt, ſi plures fratres, ſeu patrui & nepotes in-
ſimul vivunt, ponendo omnia in commune, inter eos ſocietatem contra-
ctam præſumi non poſſe, ſi unus ex eis ſit infans, ſeu infantiæ proximus,
ſeu proximus pubertati, Bart. *in l.Titium & Mævium 74.§. altero 6. ſub num.5.ff.
de admin tut.& in l.ſi patruus 4.n.9.C.com.utr.jud.& in l cum duobus 52.§.Papinianus,
n.3.ff.pro ſoc.* Bald. *in d.l.ſi patruus.ſub.n.13.& in l. cum oportet.6 num. 9. in fine. C. de
bonis quæ lib.& in addit.ad tract.Bart.de duob.frat ſub n.17.& conſ. 236 lib.4.* Petr. de
Ubald, *d.tract.de duobus fratr.part.3.num.3.* Angel. *in conſ.60.* Corn. *in conſ.1.lib.1. &*

in

in conſ.213 lib.3. Caſtr.in conſ.350.incip.ex die quo iſte. lib.1. Roman.in conſil.413.num.
14.Alex.in d.conſ.49 ſub n.1.lib.1.& in conſ.30.num.6 lib.2. & in conſil.37.num.3.lib.4.
Cæpol.conſ.civ.l.40.num.1. Ludov. Bolo. conſ.7.num.5. Barbat. conſil.37.lib.2. &
conſ.10 lib.4.Socin.in conſ.160.lib.2.Pariſ.in conſ.84.num.8.& num.58. & conſil. 86.nu.
2.lib.1.Cravet. in conſil.286.col.1.lib.2.Dec.in conſil 21.lib.1 & in conſil.556. lib.2. Jaſ.
in l.1.num.6.C.qui teſtam.fac poſſ Alciat.in tract.de præſ.reg. 1. præſ. 25. numero 4. Ce-
phal.in conſ.247.num.19.lib.2. Anchar. quæſt 40 ſub num.2. lib.3. Menoch. in conſil.
12.lib.1.& in tract.de præſumpt.lib.3.præſumpt.56.n.6. Joſeph. Ludov. d. concl. 53. verſ.
debet etiam n.161. Maſchar.in tract.de probat.concl.1309.num 4.& iſta eſt communis
30 opinio. Opinio iſta, ſocietatem † non cenſeri contractam inter fratres &
inter patruum, & nepotem, ſi unus ex eis ſit minor, declaratur non eſſe
vera, patris juſſu ſeu mandato præcedente in ejus teſtamento; ita per text.
quem dicit ſingularem, in l. qui negotiationem 58. in princip. ff. de adminiſt. tut.
hanc opinionem limitando tenet Bald. in d.l.cum oportet.6.ſub num.9. C. de bonę
quæ lib. & eum ſequuntur Alex.in conſ 49.ſub num.1.lib.1. & Soc.in conſ 4 num.5.
lib.4. Jaſ.in d.l.1.ſub num.6. verſ ſecundo notabiliter. C. qui teſtam fac.poſſ. Barbat. in
conſ.31.lib.1.Menoch.in tract.de præſumpt.lib.3.præſ.56.num.18. Dec. conſil.441. Sed
31 † mihi videtur dicendum, hanc declarationem ſeu limitationem non eſſe
veram, quamvis teſtator mandet communi nomine cum pupillo negotia,
& alia omnia, ut fit in ſocietate, debere tractari. Quia ſi eſt verum, prout
eſt veriſſimum, pupillum carere conſenſu, & non poſſe ſe obligare, ut
ſupra dixi, & ſi eſt ſimiliter verum & indubitatum, ut jam pluries dixi, in
ſocietate requiri conſenſum ſimultaneum, ut per Alex. in conſil. 132. num. 20.
lib. 5. adeo, ut ipſo jure conſenſu remoto ſocietas contrahi non poſſit, ut
per Cravet. conſ. 605. ſub num. 6. lib. 4. non video, quomodo etiam teſtatoris
mandato præcedente ſocietas cum pupillo conſenſu carente contracta dici
poſſit, quia impoſſibile eſt, quod tanta in teſtatore auctoritas & poteſtas re-
periatur, ut poſſit ejus juſſu & mandato inducere conſenſum in eo pupillo,
in quo propter ætatis imbecillitatem adhuc non reperiatur. Nec id fieri
etiam per modum fictionis dici poteſt, quia ab homine fictio, quæ eſt con-
tra veritatem, induci non poteſt, l.ſi forte 8.ff. de caſtr. pecul. & agens circa per-
ſonam patientem operari quicquam non poteſt; niſi perſona patiens ſit
bene diſpoſita ſecundum Philoſophos, & habetur in c. venerabilem de electione.
32 Neq; obſtat dicere, quod † hæres adeundo cenſetur obligari ad omnia or-
dinata in teſtamento,& ideo neceſſario ſequi, ſocietatem fuiſſe contractam,
ut à teſtatore in ejus teſtamento diſpoſitum reperitur, ut dicit Socin.d.conſ.4.
n.3.li.4. Nam facilis eſt reſponſio,& deſumitur etiam ex verbis ejuſdem Soci-
ni, dum dicit, hæredem remanere ex aditione obligatum ad omnia ordinata
per teſtatorem, quibus jura non reſiſtunt. Nam dico ego, ſocietatem man-
dato præcedente contractam non cenſeri, quia jura reſiſtunt, cum pupillus
careat

Digitized by Google

careat conſenſu, & ſine conſenſu ſocietas iniri non poſſit, & dico regulam illam voluntatem † teſtatoris eſſe ſervandam, ut *in §. diſponat. in authent. de nupt.* non procedere, quando teſtator diſponeret aliquid contra legis diſpoſitionem, *c. requiſiſti cap. ſua. de teſtam l. nemo poteſt. 55. ff. de leg. 1.* & non procedere quando mandaret impoſſibilia, *§. impoſſibilis. 10. Inſtit. de hæred. inſtit. l. Africanus 40. in fine. de leg. 1.* Et † non obſtat textus *in d. l. qui negotiationem*, quia non dicitur ibi, illum Pamphilum ſuper lucrata jure ſocietatis reddere obligatum eſſe, ſed dicitur lucrum facere ex tutela non debere, & ſic in illo textu probatur, verum juſſum teſtatoris adimpleri debere, ſed tamen adimpleri debere eo modo, quo poteſt, nempe, cum ea facultate & auctoritate, quæ de jure tutoribus competit, & quod id jure ſocietatis fieri debuerit, ibidem nullum verbum habetur. Unde tenendum eſt ex juſſu teſtatoris de ſtando & ponendo omnia in communi, ſocietatem non induci, ſed eo modo citra ſocietatem ejus juſſum eſſe adimplendum, quo de jure adimpleri poterit, & ita videtur tenere Riminald junior *in conſil. 636. num 52. libr. 6.* Dici etiam † poteſt, quod pupillus, ut teſtatori obediret, mandanti ſocietatem ab eo debere contrahi, poſſet id facere cum tutoris auctoritate, vel id facere poſſet tempore, quo eſſet legitimæ ætatis, & tunc incipere ſocietatem, quaſi quod juſſus teſtatoris eſſet intelligendus, quod eum arctaret, quando ſupervenisset legitima ætas. Et dico, etiam † Baldi opinionem ſuſtineri, quod juſſus teſtatoris ſit obſervandus, nempe ut dicti majores, patrui, ſive fratres poſſint & debeant teſtatori obedire, ut pupillus non poſſit contravenire, & iſta fieri debeant non quidem jure ſocietatis, ſed quia ita juſſit teſtator, cui ab hæredibus parendum eſt, adita hæreditate.

33

34

35

36

Sed † quæro deficiente juſſu teſtatoris, & admiſſo, inter fratres ſeu patruum & nepotem ſocietatem contractam dici non poſſe, eo quia inter eos adſit unus, qui ſit pupillus, quid erit agendum circa geſta & quæſita à majoribus pro tempore, quo inſimul in communione ſteterunt? Utique pro habenda perfecta hujus quæſiti cognitione plures ſunt diſtinguendi caſus. Primus † erit caſus, quando negotia à majorib. tractata fuerunt eorum propriis nominibus, & cum propriis pecuniis, & iſto caſu omni penitus difficultate ceſſante, acquiſita erunt propria acquirentium, & in eis pupillus nullam partem prætendere poterit, *l. ſi patruus, 4. Codic. comm. utr. jud. & ibi gloſſa, Bart. & Bald. & cæteri Dd. communiter.* Secundus † erit caſus, quando ſimiliter negotia à majoribus tractata fuerunt eorum propriis nominibus, ſed tamen cum pecuniis communibus cum minore, & hoc caſu etiam res acquiſita erit propria acquirentium, ut per textum *in l. filia 88 ff. de ſolut.* tenent Bart. & cæteri Doctores *in d. l. ſi patruus.* Rimin. *in conſil. 130. numero 6. libr. 1. & in conſil. 332. numero 25, libr. 2.* Alexand. *in conſil. 49. numero 11. libr. 1.* Jaſon. *in l. 1. colum. 3. Codic. de furt. & in l. 1. colum. 5. Codic. qui teſtamen. fac. poſſ.* Tertius

37

38

39

40 tius eſt caſus, quando † ſimiliter bona à majoribus tractata fuerunt eorum propriis nominibus, ſed cum propria pecunia ipſius pupilli, & hoc caſu etiam pupillus in acquiſitis partem aliquam prætendere non poterit, *l. ſi ex ea. 6. Codic. de rei vend.* Bartolus & Baldus *in dict. l. ſi patruus*, Rimin. *d. conſil. 130. num. 6. libr. 1. & dict. conſil. 332. num. 25. libr. 2.* Pariſius *in conſil. 180. n. 19 libr. 1.* Decian. *in conſil. 36. num. 39. libr. 1.* Corn *conſil. 213. libr. 3.* Poterit tamen minor in his caſibus ſolum repetere ſuas pecunias, *l. 1. Codic ſi quis alteri vel ſibi.* & ita admittunt ſupra citati Doctores, & tradit Cravetta *in conſilio 131. ſub num. 12. libr. 1.* etiam in ſubſidium res empta minori acquiſita dicitur, & poterit rem vendicare, ſi acquirens non ſit ſolvendo, Petrus de Ubaldis *in dict. tractat. de duobus fratribus, parte quinta, ſub numero tertio.* Pariſius *in conſilio 80. numero 20. libro primo.* Maſchard *in tractat. de probat. concluſion. 611. numero 9.* & etiam pupillo competit hypothecaria, Pariſius *dict. conſil. 80. numero 30.* Quartus eſt caſus,
41 quando † communi nomine etiam pupilli negotia tractata fuerunt, ſed etiam cum propria pecunia ipſius pupilli, & tunc res quæſitæ erunt communes, pupillo ratum habente, ſed, ut ſupra dixi, acquirentes erunt obligati, pupillo ratum non habente, reſtituere pecunias proportionibus eis tangentibus, & etiam in ſubſidium poterit minor rem vendicare, & hypo-
42 thecariam actionem exercere. Quintus eſt caſus, quando † ſimiliter communi nomine etiam pupilli negotia tractata fuerunt, ſed cum pecuniis communib. & hoc caſu res acquiſitæ erunt communes, pupillo ratum habente, ut dixi in ſuperiori caſu, *l. ſi ego 24. ff. de negot. geſt.* & eo ratum non habente, erunt acquirentium, *l. fundus ille. 64. ff. de contrah. empt.* Bart. Bald. & cæteri *in d. l. ſi patruus*, Bartol. *in dict. l. Titium & Mævium, 74. §. altero. 6 ff. de adminiſt. tut.* Bald. *in conſil. 109. libro 2.* & pecunias minor recuperabit ſeu aget in ſubſidium rei vendicatione, ſed cum poſſit ratum habere, quod id faciat ſolummodo in ſubſidium, non erit neceſſe. Sextus eſt caſus, quando
43 † ſumus in dubio, quo nomine negotia tractata fuerint, ut plerumque evenire in mercantiis, in quibus inſtrumenta non conficiuntur, dicit Bald. *in d. l. ſi patruus, ſub num. 5.* præſuppoſito tamen, conſtare negotia fuiſſe tractata cum pecuniis communibus, & dicendum videtur, in dubio præſumi debere negotia tractata fuiſſe proprio nomine gerentis, *l. & magis 4. ff. de ſolut. l. Titium & Mævium, 74. §. profectus, 4. & ibi Bart. ff de adminiſtr. tut.* & hoc ea
44 ratione, ne † extrinſeca perſona in contractu comprehenſa dicatur, *l. ſi ita ſtipulatus 126. §. Chryſogonus 2. ff. de verb. oblig.* & ita tenet Bart. *in d. l. ſi patruus, C. com. utr. jud. & in d. l. Titium & Mævium, §. altero. Alex. in conſil. 132. n. 8. & in conſ. 134. in fine, lib. 5.* Petr. de Ubald. *d. tract. part. 1. ſub num. 3.* Menoch. *in tract. de præſumpt.*
45 *lib. 3. præſ. 46. n. 5.* Et licet † in dubio ita præſumatur, nempe negotia proprio, & non communi nomine tractata fuiſſe, à tali tamen præſumptione receditur, ſi extant conjecturæ, & præſumptiones, ex quibus argui poſſit, negotia

gotia communi nomine fuiſſe tractata, ita tradit Bald. *in d.l.ſi patruus, ſub n.5.*
& reſpondet ad §. *Griſogonus*, quod † procedat, quando ſubintelligeretur per- 46
ſona, quæ redderet contractum inutilem, & in præſenti ſubauditur perſo-
na, quæ contractum inutilem non reddit, & ita tradit etiam *in l. penult. Cod. ſi*
quis alteri vel ſibi, & ita tenet etiam Bart. *in d. l. ſi patruus*, ubi in quæſtione de
facto ſibi obventa de quodam fratre majore, qui acquiſiverat multa bona
cum pecuniis hæreditariis communibus cum fratre pupillo, ad cognoſcen-
dum, an fuiſſent quæſita proprio vel communi nomine, refert feciſſe ſibi
oſtendi librum rationum, & quia in eo dicebatur: Hic eſt liber mercantiæ
mei talis, & mei fratris, determinaſſe dicit, ex † hoc apparere, quæſita bona 47
fuiſſe quæſita communi nomine, *argum. l. Neſennius 34. ff. de negot. geſt.* & hanc
Bart. determinationem approbant etiam ibidem Bal. & cæteri, & Alex. *in*
conſ. 132. ſub n. 9. & n. 12. lib. 1. & Menoch. *in tractat. de præſumpt. lib. 3. præſ. 46. ſub n. 7.*
Et † non ſolum ex libro rationum conjectura ſumi poteſt, acquiſitionem 48
non proprio, ſed communi nomine factam fuiſſe, ſed etiam aliunde con-
jecturæ & præſumptiones ſumi poſſunt, & una erit conjectura, quæ à teſta-
toris juſſu ſeu mandato deſumitur, puta, ſi teſtator mandet ejus filio majo-
ri, quod communi nomine aliorum filiorum adminiſtret communem hæ-
reditatem: eo enim nomine, quo † juſſit teſtator, negotia geſta præſumun- 49
tur, *l. qui negotiationem 58. in princip. ff. de admin. tut.* & ſemper acquirens commu-
ni nomine acquiſiviſſe cenſetur, ſi ita facere † ex aliqua præcedenti cauſa 50
tenebatur, Alciat. *in tract. de præſumpt. reg. 2. præſ. 24. n. 2.* Menoch. *in tract. de præ-*
ſumpt. lib. 3 præſumpt. 46. n. 8. Altera † erit conjectura, quæ deſumitur à ſolito 51
ipſus acquirentis. Si enim ſolitus erat acquirere communi nomine, & com-
muni nomine acquiſiviſſe cenſebitur, Baldus *in d. l. ſi patruus, ſub n. 5.* Menoch.
de præſ. 46. in fine. Altera † conjectura deſumitur à libro æſtimi, quia ſi ab ac- 52
quirente in eo acquiſita fuerunt deſcripta communi nomine, & communi
nomine pro eis fuerunt ſolutæ, expenſæ, ex tali appoſitione reſultat præ-
ſumptio, quod res fuerint communi nomine acquiſitæ, ſeu potius inde
ſequitur, res ipſas propter talem appoſitionem fuiſſe communicatas, Bar.
in l. Rura. 14. per illum text. C. de om. agr. deſer. lib. 11. Dec. *in conſil. 21. ſub numero 10.*
lib. 1. Rimin. ſen. *in conſil. 130. numero 5. lib. 1.* Rol. *in conſ. 4. lib. 2.* Altera † conjectu- 53
ra deſumitur ab excluſione delicti. Si enim conſtat, quod res de commu-
ni pecunia empta fuerit, prout præſupponitur, & quod communi nomi-
ne empta fuerit præſumi debet ad excludendum delictum: nam † conver- 54
tere pecunias communes in propriam utilitatem, eſt delictum, & furtum, *l.*
rei communis, 45. & l ſeq. & l. merito 51 ff. pro ſoc. & l. ſi ſocius, ff. de furt. & ideo ad evi-
tandum delictum, quod communi nomine empta fuerit, præſumi debet. Ita
† ſemper, quod ea interpretatio ſumi debeat, quæ ſit excluſiva delicti, 55
late probat Menoch. *in tract. de præſumpt. lib. 5. præſ. 2.* Et loquendo in termi-

nis noſtris, quod acquiſitio communi nomine facta cenſeatur, quando eſt facta cum pecuniis communibus ad excludendum delictum, latè compro-
56 bat Cravetta *in conſ.286. lib.2.* motus dicta ratione, quia † adminiſtrator deliquiſſe cenſeretur, & teneretur civiliter ad duplum, & etiam criminaliter puniri poſſet Angel. *in conſ.90. pro deciſione.* Socin. *in conſ.190. ſub n.5. lib.2.* Dec. *in conſ.192. in fin. lib.1.* Borgnin. *in tract. de tut. & curat. ſub n. 116.* Plot. *ad l. ſi quando. 9. n.209. C. unde vi* Et iſta opinio etiam comprobatur ex traditis per Bart. *in l. cum oportet. 6. in fin. C de bonis quæ liber.* ubi cæteri communiter eum ſequuntur, ibi, inquam, dum agit, ex quib. pecuniis res acquiſitæ præſumantur, dicit, quod
57 † illa præſumptio ſumi debet ante omnia, quę ſit excluſiva delicti, & quod, ubi iſta præſumptio delicti excluſiva non intret, reſumi debeat ad alias conjecturas & præſumptiones, & idem tradit *in tract. de duob. fratrib. n.5.* Ultima conjectura eſt. ſi negotium ad ſolum contrahentem pertinere non poſſit, Rota Genuenſ. *dec.14. num.96.* ubi declarat, qualiter ſit intelligendus Caſtr.
58 *conſ.242 lib.1* & Socin. *conſ.154. num.10. lib.1.* Septimus eſt caſus, quando † non conſtat, quibus cum pecuniis negotiatio & acquiſitio facta fuerit. Nam jam dixi, quod ſi acquiſitio facta fuit cum pecuniis communibus, ſive cum pecuniis acquirentis, pupillum nullam partem in ea habere, ſed quia ſi acquiſitio appareat facta communi nomine, ſi pupillus vult in ea partem habere, tenetur acquirenti pecuniarum partem reſtituere, *l. 2. C. pro ſoc* ideo hunc præſentem ſeptimum caſum poſui, ut videamus, quibus cum pecuniis acquiſitio à patruo ſeu fratre majori facta præſumatur, quando eam
59 communi nomine feciſſe apparet Una eſt opinio, acquiſitionem † præſumi factam à patruo ſeu fratre majore de communibus pecuniis, Specul. *in tit. de jud. §.4. ſub n.13.* Bald. *in l. cum oportet. 6. ſub nu.9. Cod. de bonis quæ liber.* Silvan. latè *in conſ.86.* ubi hanc opinionem de jure veriorem eſſe dicit Natta *conſil. 100. num.*
60 *15. & conſil. 358. num.9. & 10.* Altera † & ſecunda eſt opinio, acquiſitionem præſumi factam de propria pecunia, ita tradit Bart. *in l.2. per illum text. Cod. pro ſoc.* & monet contrahentes, quod in inſtrumento apponere faciant, rem fuiſſe acquiſitam de communi pecunia, & dicit tenendum menti, quia valet ad mille aureos, & idem tenet ibidem Bald. *in l. pen. C. ſi quis alteri vel ſibi.* & Bart. *in d. l ſi patruus,* hanc eandem tenet opinionem, & affirmare videtur, non eſſe recurrendum ad conjecturas, per text. *in l. ſi defunctus. 10. C. arbitrium tut.* ubi diſponitur, tutorem cenſeri acquiſiviſſe ex propria induſtria, licet eſſet pauper, & pupillo non datur rerum acquiſitarum retentio, nec rei vendicatio, ſed tantum ei permittitur, quod agat tutelæ
61 actione. Tertia eſt opinio ad cognoſcendum, an † acquiſitio communi nomine facta de communi pecunia facta fuerit, ſive de propria, eſſe recurrendum ad conjecturas, Bald. *in l. ſi patruus, ſub num.5.* Corn. *in conſil. 98. colum. pen. lib.4. verſ. debet autem intelligi.* Rom. *in conſil. 3. viſo themate, & in conſil. 274.* dicta

dicta mater.& in conſ 346. in hac cauſa. & idem videtur firmare Abb. *in conſil.36. col.1.verſ aliam ſolutionem, lib.2.* ubi dicit, conſiderandum eſſe quis agat, & quis conveniatur: nam ſi agat frater minor, ad hoc, ut res quæſita ſibi communicetur, dicit, ſibi onus probandi incumbere, rem † ab ipſo petitam fuiſſe 62
quæſitam de communi pecunia; & ſi agat frater major, ut dictam rem quæſitam præcipuam habeat, dicit ei neceſſitatem probandi incumbere, & ſubjungit, ad probationem faciendam ſufficere conjecturas, & ita etiam eſſe conſiderandum, quis agat, tenet Alex. *in conſ.78.n 5 libr.2.* & Silvan. *in d.conſ. 86 n.3.* Et cum hac † opinione videtur concordare Bart. *in d.l.cum oportet, in fine principii.C.de bon. quæ liber.* ubi ſe ita dicere in hac materia ſolitum eſſe affirmat, nempe quod aut ſumus in caſu, in quo præſumeretur delictum, ſi 63
præſumeretur lucrum factum de pecunia alterius, & hoc caſu præſumi non debet factum de pecunia alrerius, ſed de propria, per text. *in d.l. ſi defunctus, C.arbitr.tut* & hoc eſt, quod dicere voluit idem Bart. *in d.l. ſi patruus*, non eſſe recurrendum ad conjecturas, *in d l.ſi defunctus*, nempè † non eſſe conjecturandum, quod factum fuerit lucrum de pecunia alterius, quia eſſet præſu- 64
mere delictum, & Bart. ita loqui intelligunt Corn. *in d.conſ.98.col.penult.lib.4.* & Silvan. *d.conſ.86 ſub num.1.* Aut † effugitur præſumptio delicti, quando 65
præſumitur lucrum factum cum pecunia alterius, & tunc factum cum pecunia alterius præſumi debet, ut dicitur de uxore, quæ ad effugiendum ſuſpicionem turpis quæſtus præſumitur acquiſiviſſe de bonis mariti, *l.quintus, 51.ff de donat.inter vir.& ux.& l.etiam C.eodem.* & dicitur de vidua etiam, ut præſumatur acquiſita intra annum luctus acquiſiviſſe de bonis mariti ad evitandum turpis quæſtus ſuſpicionem, Baldus *in d.l.cum oportet.in princ.C.de bon. quæ lib.* Angel. *in conſ.140.* Pariſ. *in conſ.80.lib 1* Gabr. *in ſuis concluſ. tit. de præſumpt. concl.15.* Menoch *in tract de præſ.lib.3.præſ 51* Maſchard. *in tract.de probat.concl.30.* & Aret. *in conſil.31.* ponit pulchrum caſum de † vidua, quæ præſumi poterat 66
acquiſiviſſe de pecunia mariti, & de pecunia pupilli ſui filii, & determinat, præſumi debere acquiſiviſſe de pecuniis mariti, quia ſi præſumeretur acquiſiviſſe ex pecuniis pupilli, vel ex turpi quæſtu, majus delictum commiſiſſe præſumeretur, & ſic vult inter duo delicta minus delictum eſſe præſumendum. Aut † poſſibile eſt, quod cum propria vel aliena pecunia lu- 67
crum factum fuerit, & ſine delicto in utroque caſu, & tunc ex qua pecunia fuerit factum, eſſe recurrendum ad conjecturas dicit. Et hanc diſtinctionem ponit etiam *in tractat.de duobus fratribus, ſub num.5.* & eum ſequuntur Doctores communiter *in d. l.cum oportet. in princip.* & Corn. *in dict conſ 98. col pen lib. 4. & in conſil 103. ſub num. 2. libr. 1.* Quare cum dicat in hac ultima parte ſuæ diſtinctionis, eſſe ad conjecturas recurrendum, ſupradictam opinionem firmare videtur, quod non præſumatur quæſita de propria pecunia, ſed quod ſit recurrendum ad conjecturas, ad cognoſcendum, an fuerit

68 acquiſitio facta de proprio ſeu de communi pecunia. Hanc † eandem opinionem firmare videtur Bald. *in conſ. 137. quædam vidua. lib. 5.* ubi agendo de quadam vidua, quæ cum ſtaret cum propriis ejus filiis, quædam bona emerat, & ea ad ſe pertinere filii aſſerebant, dicit in dicto caſu eſſe recurrendum ad conjecturas, & ſi pupilli erant divites, & mater inops, præſumi debere de bonis filiorum acquiſiviſſe, ſi autem erat mulier induſtrioſa, & pupilli pauperes præſumi potius ex ejus induſtria acquiſiviſſe. Si autem non apparebunt iſtæ conjecturæ, ſufficere matri poſſidenti filios non probaſſe, bona
69 fuiſſe empta de eorum pecunia, per text. in † *l. ſi defunctus, C. arbitr. tut.* & ſi non præſumitur pro matre, ſufficit ei, quod non præſumatur contra eam, quia ceſſantibus præſumptionibus ad alterutrum extremorum ſufficit reo ipſa incertitudo; in his dictis, quod ſit recurrendum ad conjecturas, firmare videtur Bald. tum quia expreſſe dicit, eſſe recurrendum ad conjecturas, tum etiam, quia non firmat opinionem ſuam in præſumptionem, quod quis præſumitur quæſiſſe cum propria pecunia, ſed in eo, quia mater poſſidebat, etſi nihil probatum fuit pro ejus parte, nihil etiam probatum fuit pro
70 parte agentium. Quarta & ultima eſt opinio, eſſe † tempora diſtinguenda, nempe aut dubitatur, de qua pecunia facta fuerit acquiſitio ante redditam rationem, aut poſt redditam rationem. Si ante redditam rotionem, utique dicendum ſit, præſumi acquiſitionem factam de pecuniis, quas quis adminiſtrabat: ſi vero poſt redditam rationem, & reliqua, tunc ceſſare talem præſumptionem, & cenſeri acquiſitionem factam de propriis pecuniis. Et ita
71 intelligi debere *text. in d. l. ſi defunctus, C. arbitr. tut.* quod † procedat poſt redditam rationem, & reliqua tradit Aret. *in d. conſ. 31 col. 2.* Unus præterea, & ita tenere citat Bald. *in c. un. verſ. vel dic. melius, de contentione inter domin. & fidelem* & eundem Bald. *in d. loco.* pro hac diſtinctione probanda citat etiam Maſchar. *concl. 1134. n. 5.* & ad eam comprobandam citat etiam Imolam *in c. inveſtigandum. in fin. de pecul. cleric.* & Franc. Luc. *in tract. de fiſco & privileg. ejus, in 1. parte principali. num. 30.* & Barbat. *in tract. de preſtan.* Cardinal. *in 3 quæſt. 1. partis, num. 22. verſ. poteſt etiam.* Sed in hac ultima opinione parum eſt elaborandum, quia eſt
72 contra text. † *in d. l. ſi defunctus*, cum ibi expreſſe dicitur, pupillum debere agere actione tutelæ, & non poſſe res à tutore quæſitas retinere, neque pro eis conſequendis agere rei vendicatione, ita expreſſe præſupponitur adhuc; tutorem illam rationem non reddidiſſe, & nihilominus ibi præſumitur, interim antequam actione tutelæ conveniatur, res illas acquiſiviſſe cum propria induſtria. Et non eſt in ea elaborandum, quia ratione reddita ceſſat conjecturarum & præſumptionum inveſtigatio, cum, ſi bene & diligenter cum reſtitutione reliquorum reddita fuerit, ulterius aliquid à pupil-
73 lo prætendi non poſſit. Si † autem perperam & male reddita fuerit, contra eum præſumitur dolus & delictum, & quod res pupilli converterit in

rit in proprium uſum, ut per Rolan *in conſ.49.lib.1.*& per Borgnin.*in tract.de tut.& curàt.n.223.*utique ulterius de aliis conjecturis & præſumptionibs non eſt quærendum, & ita loquitur Bald.*in d c.unic.de controv.inter dominum & fidelem,* ubi ex bona reddita ratione dicit, non præſumi officialem acquiſiviſſe ex re domini, ſed bene ex re domini quæſiviſſe præſumi, ſi non reliqua reſtituit. Et loquendo de adminiſtratore hæreditatis, ſi in ea reperta fuit pecunia, vel fuit extracta de venditione alicujus rei, & quid de ea factum fuerit, non appareat, quod de dicta pecunia & non de propria ſolutio ab adminiſtratore facta fuerit, tradit Roman. *in conſ.276.variis dubiis,num.6. & 7.*
Borgnin.*dec.37.n 10.par.1.* Circa † alias opiniones ſupra poſitas pro earum 74
concordia & conciliatione admitto, neceſſitatem probandi ſemper incumbere ei, qui agit, juxta text.*in l.ei incumbit 2.ff.de probat.* & admitto, probationes per conjecturas fieri poſſe, ut tradit Abb. *d.conſ.36.* & tradunt cæteri omnes pro hac opinione confirmanda citati, ſed dico, præcipuam conjecturam
in dubio † eſſe, cenſeri acquiſitionem factam de pecunia ſolventis, quia 75
† qui poſſidet pecuniam, cenſetur ejus dominium habere, *l.ſicuti. §.ſi quæ-* 76
*ratur.*Bald.*in conſ.109 libr.2.* & non tenetur quis oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis, Bald.*in d.l.cum oportet.6.n.12. Cod. de bon. quæ lib. & in l.ultra ff.de donat.*
*inter vir.& uxor.*Ita † quod in dubio cenſeantur quæſita cum propriis pecu- 77
niis, firmat Bart.Bald.Salic,Angel.Caſtren.*in l.2.C.pro ſocio,* Bald. *in conſil.137. quædam vidua.lib.5.* Abb. *conſ.46.verſ.circa tertium,lib.1.* Alex.*in conſ.78.lib.2. & in conſ 132.n.13.in conſ.134.num.3.& 7.libr 5.* Bertrand *in conſ.253.n.1. & 2.lib.3.part.1.* Barbat.*in conſ.22.n.8.& 9.libr.1.*Dec.*in conſ.21.nu.11.lib.1. & in conſ.349. num.5.& in conſ 628.n.2.libr.2.*Rim.ſen.*in conſil.130.lib.1.*Cravetta *in conſil.131.n.12. lib.1.* Natta *in conſ.100.num.14.& 15.lib.1.* & iſta eſt magis communis opinio, ut dicit Alex. *in d.conſ.134 in fine lib.5.*Menoch.*in conſ.12.lib.1 ſub n.20.& in tract. de præſumpt.lib.3. præſ 46* Curt. jun *in l.1.num.11. C. de furt.* Maſchard.*in tract. de probat. concl. 611.*
num.1. Inſuper dico, quod † etſi verum ſit ſecundum ſuprapoſitam opinio- 78
nem, acquiſitionem in dubio præſumi factam ex propria pecunia, & ita procedat opinio affirmantium, hanc conjecturam ſufficere ad probandum, cum propria pecunia acquiſitionem factam fuiſſe, tamen verum eſſe, etiam ſecundum alteram opinionem ad conjecturas eſſe recurrendum, nempe, ſufficere conjecturas ad probandum contra ſuprapoſitam præſumptionem rem fuiſſe quæſitam de communi pecunia, ut per Speculator. *in d.§.4.ſub n.13.* & per Bald.*in d l.ſi patruus, & in l.pen.C ſi quis alteri vel ſibi,* & ibidem per Salicet. & per Bart. *in d.l.cum oportet. in ultim. part.ſuæ diſtinctionis*, & per Calcan. *in conſ.22.n.11.* & per alios ſupra relatos, & iſta eſt communis opinio, ut dicit Silvan.*in d.conſ.87.n.14.* & ita iſtæ opiniones remanent concordatæ, nempe, quod in dubio procedat, præſumi debere acquiſitionem factam de communi pecunia ſecundum primam opinionem, & quod aliis conjecturis con-

trarium probari poſſit, ſecundum aliam opinionem, & conſequenter etiam veriſſimum erit, quod ſi ceſſabunt præſumptiones ad alterutrum extremo-
79 rum, reo † ſufficiet ipſa incertitudo, ad hoc, ut abſolvatur, ut tradit Bald. *in d.conſ.137.lib.5* & Menoch.*d.tract.de præſumpt.lib 3.præſ.52.n.8.in fin.* Modo ſic con-
80 ciliatis ſupradictis opinionibus, quæro, quę ſint † conjecturæ ſufficientes ad probandum, rem fuiſſe quæſitam non de propria, ſed de communi pecunia? Reſpondet ad hoc quæſitum Baldus *in d.l.ſi patruus, ſub n.4.* & dicit, conſiderandam eſſe quantitatem bonorum communium, & an major natu habeat eorum adminiſtrationem, & geſtionem, & cujus ſit conditionis, & utrum conſuetus ſit lucrari, & ita præciſa verba Baldi referendo tradit Petr. de Ubald *d.tract.de duob.fratrib.q 5.ſub n.3. verſ. ſecundo caſu.* & has præſumptiones etiam conſiderandas eſſe Judicis arbitrio, tradit Luc.de Penna *in l. facultas. in fine.C.de jure fiſc.lib.10.* & poſt eum Menoch, *in d tract.de præſumpt. lib 3.præſ.52. num.8.* Ulterius agendo magis in ſpecie de conjecturis præfatis, quæro, quid
81 † dicere voluerit Baldus, dum dixit, conſiderandam eſſe quantitatem bonorum communium? Reſpondeo, ideo dixiſſe, conſiderandam eſſe quantitatem bonorum communium; quia neceſſe eſt, ut bona communia ſint in ea quantitate, ut poſſibile ſit, cum eis acquiſitionem fuiſſe factam. Si enim eſſent modicæ quantitatis, ut vix ſufficerent pro victu, & expenſis neceſſariis, utique præſumi non poſſet, quod acquiſitio de communi pecunia facta fuiſſet, ita conſiderat Bald.*in d.conſ.137.lib.5.* & ita dum agunt de acquiſitis à filio patris ſubſtantiam conſiderant Doctor. *in l. cum oportet. C. de bonis*
82 *quæ liber.* & Crot.*in l.frater à fratre.39.n.119.ff.de condict.in deb.* Secundo † quæro, quid importent alia verba Baldi, conſiderandum eſſe, an frater major habeat illarum adminiſtrationem? Dicas, ſignificare neceſſe eſſe, quod ea adminiſtret, ad præſumendum, quod cum eis fecerit acquiſitionem, cum quaſi ſit impoſſibile, præſumere cum eis acquiſiviſſe, ſi ea non adminiſtret, & videmus in caſu *l. 2. Cod. pro ſoc.* quod licet res ab uno ex ſociis fuerit empta communi nomine, & etiam præcedente conventione, quod ita emi deberet, ad hoc ut inſimul eſſent in ea ſocii ſecundum unam opinionem gloſſæ ibi, nihilominus præſumitur empta de propria pecunia, & hoc ea ratione eſſe poteſt, quia emens alterius ſocii bona non adminiſtrabat, ita, ut cum eis emptionem communi nomine feciſſe de communi pecunia præſumi poſſit, & in eo, qui non adminiſtrat pecunias publicas, loquendo de officiali, quod non præſumatur cum eis acquiſiviſſe, conſiderat Joan. de Plat. *in d.l facultas, Cod.de jure fiſci. lib.10.* Tertio quæro, quid dicere velit Bald. dum tradit. conſiderandum eſſe, cujus ſit conditionis adminiſtrator? Dicere inquam, intendit, eſſe conſiderandum, an adminiſtrator ſit dives vel pauper, & an ſit homo induſtrius ſeu potius negligens; & parum, aut
83 nihil aptus ad negotiandum, & acquirendum ſua induſtria, & ſuis † laboribus

bus, quia probata paupertate, & probato quod induſtrius non fuit, cum
pecunia communi acquiſiviſſe,& non cum propria præſumetur. Licet enim
præſumatur, adminiſtratorem acquirere cum propria pecunia, ut jam ſupra
dixi, & hoc verum ſit, etiam ſi adminiſtrator ſit pauper, ut per Cuman. *in*
conſ 88. caſus eſt talis. ſub n. 3. & etiam inopia laborante, ut per Cuman. *in conſ. 62.*
num. 13. inter conſilia Alex *lib. 4* per text. *in d. l. ſi defunctus 10. Cod. arbitr. tut.* ubi
† præſumitur, tutorem pauperem acquiſiviſſe ſuis laboribus,& multis aliis 84
cauſis, & inde concluſio generalis deſumitur, quem in diem ditari poſſe
præſumi debere, ut per Bald. & Salicet. *in l. ex perſona 3. C. de probat.* & per Ale-
xand. *in conſ. 16, n. 3. lib. 5.* & per Menoch. *in tract. de præſ. lib. 1. quæſt. 24. n 46. & lib. 6.*
præſ. 28. in princip. Nihilominus conſtito † non ſolum de paupertate, ſed 85
etiam quod non eſſet induſtrius, & ſic quod ſua induſtria aliunde quæſiſſe
præſumi non poteſt, de communi, & non de propria pecunia acquiſiviſſe
præſumitur, & ita intelligitur text. *in d.* † *l. ſi defunctus*, & intelligitur con- 86
cluſio ſupra relata, præſumi quem in diem poſſe ditari, nempe ut proce-
dat, quando ſit habilis ad acquirendum, & habitu & actu, ſed non proce-
dat, quando fuit probatum, quod non erat induſtrius, & ſic actu, quod ac-
quiſiverit, ejus induſtria præſumi non poteſt, ita declarat Roman. *in conſil.*
346. n. 16 uſque in finem & Purpur. *in addit. ad. Bar. in l. 2. C. pro ſocio.* & Angel. *in*
conſ. 141. ſuper 1. puncto. col. 2. verſ. quod intelligo verum. Aret. *in conſ. 31.* Franc. Curt. *in*
conſ. 23. col. 2. verſ. nam præſumitur. Præpoſ. *in c. ſignificavit. in fin. de donat. inter vir. &*
uxor. Barbat. *in capit. 1. de pecul. cleric.* Boer. *deciſ. 81. n. 8.* & iſta eſt communis opi-
nio, ut late pet Pariſ. *in conſil. 80. lib. 1.* Maſchard. *in tract. de probat. concluſ. 30. ſub*
n. 5. Bero. *conſ. 191. n. 49. libr. 1.* Et hac † opinione ſtante, male loquitur Maſchar. 87
in concl. 611. n. 19. dum aſſerit, ab allegante rem fuiſſe quæſitam de communi
pecunia, non ſufficere probare, adminiſtratorem non fuiſſe induſtrium ha-
bitu, loquitur, inquam, male, quia loquitur contra ſupradictam opinionem
magis communiter receptam, & loquitur male, quia lucrum non provenit
ab induſtria habitu, ſed requiritur actio & labor. Et ideo † videmus, quod 88
ſi frater major ſit induſtrius, & ſtatim poſt mortem patris aliquid emat,
præſumitur emiſſe cum pecunia communi reperta in hæreditate, quia in
tam brevi tempore, quod aliquid acquiſiverit, videtur quaſi impoſſibile,
& ſic ei non ſufficit, quod habitu ſit induſtrius; cum actu ſe exercere non
potuerit, Angel. *in d. conſil. 141. verſ. unde poſito.* Boer. *d. deciſ. 81. n. 2. in fine.* & idem
Maſchard. *concl. 30. n. 4. verſ. intellige igitur.* Quarto & ultimo quæro, quid im-
portent ultima verba Baldi, quod ſit † ſolitus lucrari? Poſſunt intelligi, 89
ut jam dixi, nempe, quod ſi fuit probatum, eum non lucratum eſſe actu, debe-
re cenſeri acquiſiviſſe de bonis communibus, quæ adminiſtrabat, & poſſunt
etiam intelligi, quod ſi fuiſſet probatum, ipſum fuiſſe ſolitum acquirere com-
muni nomine, & cum communi pecunia, quod ita juxta ejus ſolitum eſ-

ſe: credendum, ipſum cum communi pecunia acquiſiviſſe. Ita à ſolito, quomodo acquiſitio facta fuerit, argumentatur Bald. *in d. l. ſi patruus, n. 5.* & Menoc. *in d. præſ. 47. in fin.* & faciunt late tradita per Everard. *in cent. ſua, in loco à ſolito.* & per Dec *in conſ. 441. in 2. vol.* His cognitis, circa quæſita à patruo, ſeu fratre majore, ut redeam, unde digreſſus ſum, perſequendo ea, quæ ſupra dice-
90 bam, à † pupillo neque tacite neque expreſſe ſocietatem poſſe contrahi, cum ſupra dixerim, ſecundum aliquorum opinionem, contractum ſocietatis à pupillo geſtum poſſe claudicare, licet ego contrarium affirmaverim,
91 ſi placet dicta opinio, claudicare poſſe, notandum eſt, pupillum † cogere poſſe illum, qui ſecum contraxit, ut declaret, an dictæ ſocietati jam contractæ ſtare velit, text. eſt *in l. Julianus 13. §. ſi quis colludente 27. ff. de act. empt.* Et dictum textum eſſe ſingularem, dicit Bald. *in l. dolum 3. in fin. C. de peric. & com.*
92 *rei ven.* Alex. *in l. juri gentium 7. §. prator. 7. ff. de pact.* & illum † dicit notabilem Anchar. *in c. quum ſit, col. 1. de elect. in 6.* ad id. quod ubicunque eſt in facultate unius, actum cum alio celebratum fieri validum vel invalidum, poteſt cum eo agi, ut approbet vel reprobet, & ita tenet Octav. Simoncel. *in tract. de decret. minor. libr. 3. titul. 8. inſpect. 17. in fin.* & hanc communem Doct. opinio-
93 nem dicit Pinell. *ad l. 1. C. de bon. mater. p. 3. num. 34.* Sed † adverte, quod iſta opinio recipit duas declarationes. Una eſt, quod non procedat in contractu illicito & uſurario, ut per Tiraquell. *de retract. convent. in fin. n. 152.* quod eſt valde notandum in materia ſocietatis, in qua facile dari poteſt, quod eſſet illicitum & uſurarium velle ratificatione ſecuta, percipere lucrum obventum tempore, quo pupillus periculum non ſuſtinebat, ut dixi ſupra *num. 22.* dum probavi, ſocietatis contractum claudicare non poſſe. Altera eſt declara-
94 tio, quod † procedat ſolummodo in minore, ſed non procedat in pupillo, ita ibi tenent Salicet. Alber. Caſtr. Fulg. & Pinel. *d. p. 3. n. 5.* & dicunt, quod ad hanc differentiam non advertunt aliqui ex Doctoribus, & quod contra eam loquitur Tiraq. *in tract. de leg. connub. gl. 8. qu. 10. n. 91.* Et videtur dicendum,
95 quod non procedat neque in pupillo, neque in minore, ſed quod † tantum procedat contra minorem effectum majorem, ea ratione, quia facta à minore convento in judicio hac declaratione, non datur amplius contra eum reſtitutio in integrum, ut per Bart. Caſtrenſ. & Fulgoſ. *in d. §. ſi quis colludente.* & à minore beneficio reſtitutionis in integrum renunciari non poteſt. Si enim non poteſt ei renuntiare, & per talem declarationem dicitur ei renuntiare, conſequens fit, dictum textum eſſe intelligendum in minore effectu majore, in quo amplius reſtitutionis in integrum renunciatio non eſt in conſideratione, hoc argumentandi modo utitur Capic. *in deciſ. 110.* Et
96 dictum textum eſſe intelligendum, quod † loquatur de minore effecto majore, tenet ibidem Alexand. *in addit. ad Bart.* & Imol. *in clem. 1. numero 28. de reſt. in integrum.* Contra hanc argumentationem tenet Pinel. *d. loc. part. 3.*

ſub

ſub n 36. ubi dicit, minori † dari in integrum reſtitutionem, etſi conventus in 97
judicio declaravit, ſe velle ſtare contractui, & hanc eſſe veriorem opinionem,
dicit, & eam comprobat Oddo. *in tract. de reſt. in integr. qu. 25. art. 2. ſub n. 15.* Ego
credo, affirmandum † eſſe, quod procedat non ſolum in minore, ſed etiam 98
in pupillo, dummodo ſit ejus ætatis, ut poſſit contractus cum eo geſtus clau-
dicare, ut ſupra declaravi, & argumentatio ſupra relata non eſt attenden-
da, quia quod † poſſit minor modo præfato facta declaratione amittere 99
beneficium reſtitutionis in integrum, eſt communis opinio, ut teſtatur præ-
citatus Oddo *d. art. 2. ſub n. 13.* à qua non eſt recedendum, & ab ea etiam ipſe
recedere non audet, ſed eam limitat tribus modis. Primo † ut procedat ita 100
demum, ſi minor approbat actum cum his ſolemnitatibus, cum quib. à
principio explicare debuit, alias ſecus Gabriel Sarayn *in addit. ad Matthesil.*
ſing. 155. Secundo, ut † procedat ita demum, ſi iſtam approbationem mino- 101
ris Judex approbaret, alias ſecus. Mallen. *in ſuo repert. in verb. minor. ſi contractu.*
Auſt. *in addit. ad Toloſ. deciſ. 53. in fine. Matthesil. d. ſingul. 155.* Sed hanc limitationem
ſibi non placere dicit Pinel. *d. par. 3. ſub n. 36. verſ. ſed ſic mihi non placent.* Tertio,
ut † hoc procedat quoad reſtitutionem petendam adverſus ipſum adver- 102
ſarium principalem, contra quem minor reſtitui non poteſt, non autem
quoad tutores & curatores, quorum conſilio actum approbavit, contra
quos habet recurſum, & ideo ſi illi ſolvendo non fuerint, dabitur reſtitutio
in ſubſidium ipſi minori, etiam adverſus ipſum adverſarium, dictus Addi-
tionator ad Matthesil. *ſing. 155.* licet videatur dubitare, tamen hanc limita-
tionem veriſſimam putat Oddo *d. q. 25. art. 2. in fine,* per ea quæ habentur *in l.*
properandum 13. in fine. C. de judic. & in l. 3. ad finem. ff. de eo per quem factum erit. Ul-
terius prædicta opinio, quod † ſocietas poſſit claudicare, & poſſit eam pu- 103
pillus approbare, ſi ſibi placuerit, declaratur, ut procedat ſolummodo ante
oppoſitionem factam à parte, re integra, & non procedat poſt factam op-
poſitionem, Bald. *in c. 1. ſub num. 15. de reſcript.* Jaſ. *in l. non eo minus, num. 1. verſ. li-*
mita iſtam, C. de prob. Lapus *in repet. rubr. de donat. inter vir. & uxor. § 68 numero 7.*
Tiraq. *de leg. connub. gl. 8. num. 88.* Chaſſan. *in conſuet. Burgund. rubr. 4. § 1. num 27.*
Octav. Simoncel. *d. libr. 3. titul. 8. inſpect. 17. num. 131.* Pinel. *d. par. 3. num. 32. verſ. hæc*
tamen intelligi debent, & non procedit poſt negotium ſocietatis completum,
Menoch. *in conſil. 121. ſub num. 34. lib. 2.* Decian. *conſ. 60. num. 18. lib. 2.* Ultimo loco
prædicta declarantur, quod † licet pupillus ex contractu ſocietatis cum 104
eo geſto non obligetur, tenetur, tamen eatenus, quatenus factus eſt locu-
pletior, *l. nam hoc natura 14. & l. naturaliter 15. § fin. ff. de condict. indeb. & l 3. in prin-*
cip. ff. commod. & l. ſi pupilli 6. ff. de negot geſt. Et ſi aliquid † utile pro eo geſtum 105
fuit, tenetur etiam actione negotiorum geſtorum, *l. ut in conductionibus 33. ff. pro*
ſoc. l. ſi pupilli 6. in princ. ff. de neg geſt. l. furioſus 46. n. 123 ff. de act. & oblig. l. in pupillo 47.
§ plane 1 ff. de ſolut. & l. 2. & l. tutori, 20. C. de negot. geſt. Roman. *in conſ. 453. ſub num. 3.*

& Petr. de Ubald. *d. tract. part. 3. n. 4.* Bald. *in conſ. 109. ſub n. 1. lib. 2.* Et quia pupillum actione negotiorum geſtorum teneri diximus, ideo non erit incongruum & extra propoſitum, hic aliqua tractare de eo, puta patruo vel fratre majore, qui pupilli facultates & negotia adminiſtrat. Et primo ſciendum eſt, quod licet etiam tutor pupilli negotia adminiſtret, tamen inter nego-
106 tiorum geſtorem & tutorem aliquæ adſunt differentiæ. Primo † differunt in eo, quia officium tutoris eſt neceſſarium, & officium geſtoris eſt mere voluntarium, & tutoris officium non poteſt dimitti, niſi neceſſitate ceſſante, ſed geſtoris officium poteſt omitti pro libitu voluntatis. Secundo differunt, quia tutor omnia pupilli negotia gerere tenetur; ſed geſtor negotiorum
107 poteſt quædam negotia gerere, & alia omittere. Tertio † differunt, quia tutor poteſt contra extraneos actiones reales & perſonales pupillo competentes exercere, quia habet mandatum à lege, negotiorum vero geſtor actiones exercere non poteſt, quia nullum habet mandatum, tantum ſi pupillo ſit debitor, cujus negotia adminiſtrat, ſibi ipſi ad pupilli utilitatem ſolvere tenetur, hæc omnia habentur *in l. tutori. 20.* ubi gloſſa, Bar. Bal. Caſtr. & cæteri communiter ita declarant, Decian. *in conſ. 85. lib. 2* Secundo ſciendum eſt, quod
108 † negotiorum geſtor regulariter tenetur de dolo, lata & levi culpa, ſed non de leviſſima iſta enim actio connumeratur inter actiones bonæ fidei, & connumeratur iſte quaſi contractus inter contractus illos, qui gratia utriuſque celebrantur, ideo tenetur ſolum de levi culpa regulatiter, quia regulariter in contractibus cæteris bonæ fidei ſolum quis de levi culpa tenetur, Dec. *in l. contractus, ſub num. 38. ff. de regul. jur.* & ibidem Igneus *num. 49.* Corn. *in conſ. 81. n. 7. lib. 4. & in conſ. 103. lib. 1.* Cephal. *conſ. 372. num. 15. lib. 3.* Borgn. *deciſ. 37. num. 12.*
109 *part. 1.* Et † licet iſte dicatur ſua voluntate ſe ingerere in negotiis alterius, nihilominus de leviſſima regulariter non tenetur, ut facilius homines inducantur ad gerendum negotia abſentium, quæ perirent, ita declarat Bald. *in l. quod ſerva 32 n. 34. ff. depoſiti.* Sed quia hoc verum eſt regulariter,
110 ut dixi, ideo pro hujus regulæ declaratione ſciendum eſt, quod † negotiorum geſtor tenetur etiam aliquando de leviſſima culpa, ac etiam de caſu fortuito. Tunc de leviſſima culpa tenetur, quando alius diligentius negotium fuiſſet adminiſtraturus, & hoc ſciens, nihilominus voluit ſe ingerere in eo, & adminiſtrare, *l. ſi pupillis 6 §. videamus, ff. de neg. geſt. §. igitur 1. Inſtitut. de oblig. quæ ex quaſi contract. naſc.* Igne. *in d. l. contractus 23. ſub num. 49. ff. de reg.*
111 *jur.* Decian. *in conſil. 85. lib. 2.* Et de † caſu fortuito etiam tenetur in ſex caſibus, quos enumerat gl. *in l ſi negotia 11. in verſ ſit ſolitus, ff. de negot. geſt.* & primus caſus inter enumeratos ab ea, qui eſt ad propoſitum, eſt, quando quis negotia pupilli adminiſtrat, & idem tradit Gloſſa *in §. igitur 1. in verb. obligation. Inſtit. de oblig. quæ ex quaſi contract. naſc.* Sed advertendum eſt, non † eſſe ſim-
112 pliciter & abſolute verum, gerentem negotia pupilli teneri de caſu fortuito,

tuito, ſed eſt diſtinguendum, gloſſ. *in l. ſi pupilli in princip. in verſ. locupletior. ff. de neg. geſt.* Nam dum ibi in textu dicitur, pupillum teneri ſi factus ſit locupletior, ſic ex eo textu patere ait, quod ſi quid de geſtis periit, etiam fortuito caſu, erit periculo gerentis. Deinde ita diſtinguit: Aut geſtor † impendit in 113
rem neceſſariam pupilli, & tunc pupillus tenetur in ſolidum, quemcunque exitum res habuerit, dummodo utiliter ſit cœptum, *l. ſed an ultro 10. §. 1. ff de negot geſt. & l in pupillo. 47. §. plane 1. ff de ſolut. & l. verum 11. §. ſciendum 2. verſ. item non reſtituit ff de minor.* Aut † impendit utiliter, & obtinet quod ibi dicitur, 114
nempe, pupillum teneri quatenus factus eſt locupletior, & non teneri de eo, quod perit caſu fortuito, & an utiliter impenſum fuerit, dicit, inſpiciendum eſſe tempus litis conteſtatæ; *l. litis 37. in princip. ff. de negot. geſt. d. l. in pupillo 47. in princ ff. de ſolut.* Et quia ſupra dixi, *num. 106.* geſtoris officium eſſe voluntarium, & poſſe dimitti ad libitum voluntatis, cavendum eſt, hoc † non 115
eſſe verum abſolute, quia, ut dicit Caſtr. *in d. l. tutori. n. 2.* ſi hoc anno cœpiſti accommodare vineas meas, teneris perficere uſque ad perfectum laborerium iſtius anni, ſed anno ſequenti non teneris, ſed mihi ſufficere debet, quod ſponte feciſti, *l. in commodato 17. § ſicut 3 ff. commod.* & ſi habeam plures vineas, licet accommodando unam poſſis dimittere aliam accommodare, quando ſolum in intentione unam accommodare velle habuiſti, tamen omnes accommodare teneris, quando eo animo & intentione negotia gerere ſuſcepiſti, ut omnia ageres. Et qui hæc omnia negotia gerere incepit, tenetur omnia gerere, licet inter ſe ſint omnino diverſa, ut per Caſtr. *ibid. ſub num. 3.* qui ponit hanc notabilem & magiſtralem diſtinctionem, nempe, aut acceſſit † negotiorum geſtor omnia geſturus, & ad omnia gerenda, li- 116
cet ſint diverſa, tenetur. Aut non acceſſit tanquam omnia geſturus, ſed quædam vel non appareat, & tunc aut illa non geſta erant geſtis connexa, vel erant pars geſtorum, & tenetur, *l ſi cognati 21. C. de negot. geſt. & l. in commodato 17. §. ſicut. ff commod.* aut erant omnino ſeparata, & tunc aut alius fuiſſet geſturus omnia, ſi ipſe non acceſſiſſet ad gerendum aliqua, & ipſe hoc ſciebat & tenetur, *l. ſi pupilli 6. § final ff. de neg geſt.* aut alius † non fuiſſet geſtu- 117
rus, & tunc non tenetur. *d. l. ſi tutori. 20. C. de neg. geſt.* & ſecundum hanc diſtinctionem terminatur quæſtio, quæ fuit inter Joann. & Guiliel. antiquos gloſſatores, adminiſtrator teneatur de neglectis, ut per Bart. *in dict. l. tutori.* & per Corn. *in conſil 81. lib. 4.* nempe, quod teneatur quando acceſſit omnia geſturus. Hanc eſſe communem opinionem Dd. *in dict l. tutori.* dicit Corn. *in conſ 81 num 6.* ubi enumerat, quæ requirantur, & quæ probanda ſint ad hoc, ut adminiſtrator de neglectis teneatur. Et † non ſolum tenetur de 118
neglectis ab eo, ſed etiam de neglectis ab ejus factore ſeu coadjutore ab ipſo deputato, Burgn *deciſ 38. n 24. part. 1.* Burſat. *in conſ. 133. num. 62. & ſeq. & in conſ. 193. num. 3. l. b. 2.* etiam ſupradicta diſtinctione attenta utitur, quod male lo-

Google

119 quatur Pariſ. *in conſ,86,n 16. lib.1.* qui † affirmat, adminiſtratorem bonorum
pupilli non teneri ponere pecunias ad honeſtum lucrum, & loquitur in eo,
qui adminiſtrabat omnia bona. Et quamvis citet Dec. *in conſ. 178. & deciſ.
Neapol. 192.* tamen horum auctoritate ejus opinio ſuſtineri non poteſt, quia
in d.conſilio & in d deciſion. ad propoſitum nullum verbum habetur, ut conſi-
derat etiam Decian.*in d.conſ.85.ſub n.29.in fin.lib.2* & videtur dicendum, quod
120 † quando omnia bona adminiſtrat, teneatur ponere ad honeſtum lucrum
pecunias, dummodo pro parte pupilli ſint probata ea, quæ ponit Corn.*d.*
122 *conſ.81.lib.4.*& per Aret.*in conſ.31.col.1.*ubi † excuſat, adminiſtratorem, ſi adſit
conſuetudo in contrarium. Tertio & ultimo circa negotiorum geſtorem
122 bonorum pupilli ſciendum eſt, quod † ſi aliquid utile pro eo geſtum fuit,
abſque alia ejus ratificatione valet, & tenet, quia à lege ratificatum dicitur,
*l.Pomponius 15.l.1 ff.de neg geſt.& ibi Bart.n.14.& Ang.n.4.*Et hoc eſt verum, etiam-
ſi negotium fuiſſet geſtum nomine alterius.& non nomine pupilli, gloſſ. *in
l.ſi pupilli,§ ſi Titii, in ver.Sempronium,& §.item quæritur,in verſ.ipſo geſta. & ibi Alber.
col.3 & col.pen.ff.de neg geſt* Gabr.*in conſ.1.n.37.lib,1.*ubi tenet, donationem pro fi-
lia à jure factam prodeſſe filio abſque ejus ratificatione, ad excludendum fi-
123 liam dotatam,& ſic ejus ſororem vigore Statuti. Et quod † pupillus tenea-
tur abſque ratificatione, ſi aliquod utile pro eo geſtum fuit, eſt textus ex-
preſſus *in d.l.ut in conductionibus, ff.pro ſoc.* cujus verba ſunt iſta : *Et ideo ſocietate
ſine tutoris auctoritate coita,pupillus non tenetur,attamen communiter geſto negotio tenetur.*

N.7. **In Belgio paſſim obſervatur & præſertim in Hollandia, ut poſt contractum matrimonium, bonorum omnium etiam futurorum, ut hæreditatum, legatorum &c. ſocietas introducatur (niſi illa pactis antenuptialibus expreſſè ſit excluſa.) Quod adeò verum eſt, ut etiam vi iſtius ſocietatis conjugalis, æs alienum antè contractum, communicetur: id tamen ſi durante matrimonio creditor exigere neglexerit, eo ſoluto, adverſus ſocium nulla ejus ampliùs eſt actio, ſed contrà eum qui ex conjugibus id contraxerat aut ejus hæredem. *Neoſtad: de pactis antenuptialib. obſ. 12. & 13.* Sed ſi pacto ſocietas omnium bonorum ſit excluſa, & ita redi'um ad jus commune: dicendum eſt conjugibus licere quamvis ſocietatem inire; ita tamen ut non ſapiat donationem, quæ illam invalidam reddit, niſi morte confirmatam, *l.7.§.6.& l.32.§.1.2.3.ff.de don.inter vir & uxor.23.1.***

Sic poſſunt quoque conjuges quemcunque inter ſe celebrare contractum, extrà donationem; de quo videndus *Rodenburg de iure coniugum.tit.2. de coniugum gratificandi poteſtate cap 4.n.21.*

N.14. Vid.in not. cap.5.

N.22. Vid.not.cap.17.& 18.

N.28 Vid.not.cap.5.& 39.

N.35. & 36. An & quando ſocietas præſumatur, & communi nomine aliquid geſtum eſſe dicatur, tractat hic autor. Sed an ſocietas quæ in hac Patria eſt inter conjuges, continuata cenſeatur inter ſuperſtitem & liberos, ſi nulla ſit facta bonorum diviſio? vide inferiùs *cap ult.in notis.*

N.40. Minor repetet pecunias cùm uſuris, vid.not.cap.17. & 18.

CAPUT.

CAPUT IV.

De eadem materia.

SUMMARIA.

1 *Societas inter pupillum & tutorem contrahi non poteſt.*
2 *Societas ſine conſenſu eſſe non poteſt.*
3 *Societas à tutore tum pupillo publice & palam contrahi poteſt, & ejuſdem ratio aſſignatur,* n.4.
5 *Intellige, ſuper rebus mobilibus & aliis, quarum alienatio ſibi permiſſa eſt.*
6 *Societas à tutore cum pupillo, juſſu teſtatoris præcedente, contrahi poteſt.*
7 *Morte ſolvitur ſocietas.*
8 *Non tranſit ad hæredes.*
9 *Tutorem poſſe auctorare in facto proprio.*
10 *Alienationem rerum minoris fieri poſſe, præcedente juſſu teſtatoris abſque alia ſolemnitate.*
11 *Limitatur quatuor modis,* & n.12.
12 *Juſſus teſtatoris probatur ex teſtamento invalido, non tamen ex ſcriptura ab eo confecta.*
13 *Juſſus teſtatoris ſi non fuit obſervatus, ſocietas in dubio contracta præſumi non poteſt.*
14 *Societas contrahi poteſt à pupillo cum uno ex tutoribus, altero contutore auctorante.*
15 *Secus eſt ſi unus ſine alio adminiſtrare non poteſt.*
16 *Societas à pupillo cum extraneo tutore auctorante contrahi poteſt,* & n.17.
18 *Si expreſſe contrahitur ſocietas, erit neceſſaria expreſſa auctoritas, ſi tacite, ſufficit etiam tacita auctoritas.*
19 *Maximè ſi contrahatur ſuper rebus, quæ ſervando ſervari non poſſunt.*
20 *Decretum Judicis requiritur in alienatione rerum pupilli.*
21 *Decretum Judicis requiritur in ſocietate.*
22 *Decretum Judicis non requiritur in tacita ſocietate.*
23 *Etiam ſi ſit ſocietas omnium bonorum.*
24 *Solemnitates à Statuto requiſitæ in contractu mulierum, ceſſant in contractu tacite inito.*
25 *Alienatio tacita rerum minoris ſit ſine ſolemnitatibus.*
26 *Alienatio rerum minoris proveniens à lege non requirit ſolemnitates.*

27 De-

27 *Decretum Judicis requiri in ſocietate pupilli, tenet auctor, omnium bonorum, &* num. 28.
29 *Societas poteſt contrahi cum pecuniis pupillaribus,* n. 30. & 31.
32 *Fallit, ſi pecunia ſit deſtinata in emptionem prædiorum,* & num. 33.
34 *Fallit etiam, ſi pecunia ſint irrogata in emptionem cenſuum, niſi cenſus ſint redempti vigore pacti in eo appoſiti, &* n. 35.
36 *Fallit, ſi pecunia jam ſit poſita in mercatura.*
37 *Fallit, ſi ſit jam erogata in officiis & montibus, qui habentur in Romana Curia.*
38 *Societas officii pupilli ſine decreto alienari non poteſt, nec diſdici. &* n. 39.
40 *Tutor ſi cum pecunia communi cum pupillo acquirit, acquiſita erunt communia.*
41 *Pecunia redacta ex re pupilli eſt tutoris, & ex eis acquiſita ſunt tutoris, &* numero 42.
43 *Tutor an teneatur pupillo ad intereſſe.*
44 *Tutor an præſumatur contraxiſſe cum propria pecunia, & an pupillari nomine,* & n. 45. & 46.

VIdimus ſupra de pupillo carente tutore, an poſſit contrahere ſocietatem, modo videndum eſt de pupillo habente tutorem; & ut clare & diſtinctè procedamus, plures ſunt conſiderandi caſus. Primus erit caſus,
1 quando agitur de † ſocietate inter pupillum & ejus tutorem contrahenda, & hoc caſu concluſio erit, inter eos ſocietatem eſſe non poſſe, ita dicit Bald. *in conſ. 109. ſub n. 1. lib. 2.* ea ratione, quia tutor in facto proprio authorari non poteſt, *l. 1. ff. de auct. tut.* Rom. *in conſ. 413. n. 15.* Dec. *in conſ. 21. ſub n. 1. lib. 1. & in conſil. 441. n. 6. lib. 2.* Anchar. Regienſ. *qu. 40. nu. 2. lib. 3.* Petrus de Ubald. *d. tract. de duob. fratrib. part. 3. ſub num. 5.* Alciat. *in tract. de præſumpt. reg. 1. præſ. 25. num. 2.* Menoch. *in tract. de præſ. lib. 3. præſ. 56. num. 14.* Et quatuor rationes pro hac opinione pro-
2 banda adducit Petr. de Ubald. *d. loco.* Una eſt, quod ſocietas † ſine conſenſu eſſe non poteſt, *l. ut in conductionibus, ff. pro ſoc.* Secunda eſt, quod (ut jam dixi) tutor in facto proprio authorari non poteſt, *d. l. 1. ff. de auct. tut.* Tertia, quod in ſocietate requiritur mutua collatio, & hoc ceſſaret in tutore, quia cum adminiſtret, ſibi ipſi communicaret, *c. fin. de inſtit.* Quarto & ultimo, quod de adminiſtratis tenetur reddere rationem, *toto tit. ff. de tutel. & rat. diſtrah.* & actione tutelæ eſſe agendum ceſſante ſocietate admittit Corn. *conſil. 1. in fine lib. 1.* Et quinta ratio addi poteſt, quod in ſocietate aliquando, puta omnium bonorum, requiratur bonorum ſtabilium communicatio, & ſic alienatio, quæ à minore fieri non poteſt, *l. lex quæ tutores 22 C. de admin. tut. toto tit. ff. & Codic. de rebus eorum.* Hanc rationem conſiderat Corn. *in conſil. 308. ſub num. 1. lib. 1.* Et his fundamentis attentis, hanc concluſionem veriſſimam eſſe, omni difficultate ceſſante, dicendum eſt, & ſi pupillus cum extraneo ſocietatem contrahere non poteſt, multo magis

to magis dicendum eſt, quod non poſſit contrahere cum ejus tutore, cum plura fundamenta ſint hoc impedientia, & cum extraneo contrahere non adſunt tot fundamenta hoc prohibentia. Fallit iſta concluſio, quando † tu- 3
tor contrahit cum minore palam & bona fide, ita tradit Socin. *in conſ. 60. ſub n. 15. lib. 3.* Corn. *in conſ. 1. n. 8. & in conſ. 308. ſub n. 1. libr. 1.* Dec *d. conſ. 44. n. 6.* ea ratione, quia † tutor palam contrahendo ſibi ipſi authorate poteſt ſecundum com- 4
munem opinionem, à qua non eſſe recedendum in judicando dicit Socin *d. conſ. 60. ſub n. 15.* & de communi teſtatur etiam Jaſ. *in l. 1. § fuit quæſitum, ff. ad Trebellian.* & Borgn, *in tract. de tutor. ſub n. 179.* Declaratur tamen iſta fallentia, ut † 5
procedat ſolum circa mobilia, & circa alia, quarum alienatio eſt ſibi permiſſa, ſecundum Rip. *in d. l. 1. §. fuit quæſitum, num. 9 ff. ad Trebellian* & Cephal. *in conſ. 248. n. 3. lib. 2.* Fallit etiam ſupradicta concluſio, quando † juſſus teſtato- 6
ris intervenit, ut per Dec. *dict. conſ. 441. lib. 2.* Nam in caſu ſuo quidam teſtator cogitans, quantum honoris & utilitatis ſibi attuliſſet, ſeu afferret Trafficus de Venetiis, voluit & diſpoſuit, quod dictus Trafficus fieret & continuaretur per ejus filios & hæredes cum ſociis de Gualteruciis, ſi, & quando, & prout Antonio de Gualterotis videretur & placeret, & dictum Antonium conſtituit executorem, factorem, & procuratorem duraturum poſt mortem, circa omnia gerenda, facienda, & exercenda circa dictum Trafficum & ſocietatem cum auctoritate, poteſtate, & talia pleniſſima poſſe proſequi facere, & de novo creare, & in plena forma. Admittit † morte teſtatoris 7
fuiſſe diſſolutam ſocietatem, *§. ſolvitur 5. Inſtit. de ſociet. & l. actione 65. §. morte 9. ff. pro ſoc.* & in hæredem † tranſitum non feciſſe, *l. furti. 6. §. penultim. ff. de his qui not.* 8
infam. l. nemo poteſt 35. l. verum 63 §. in heredem 8. ff. pro ſoc. & à principio non potuiſſe paciſci, quod ſocietas ad hæredes tranſiret, *l. adeo. 59. in princ. ff. pro ſoc.* Et licet dictus Antonius eſſet tutor dictorum filiorum & hæredum, nihilominus † propter juſſum teſtatoris determinavit, tutorem potuiſſe authorari in 9
facto proprio, & ſocietatem inter eos fuiſſe contractam. Et hanc Decii conſultationem confirmat etiam Rim. jun. *in conſ. 636. n. 6. lib. 6.* Et quamvis dixerim *in cap. præcedenti*, etiam juſſu teſtatoris præcedente, inter pupillos conſenſu carentes ſocietatem contrahi non poſſe, non ſequitur, idem dicendum eſſe in præſenti, quia modo adeſt tutor, quem propter juſſum teſtatoris authorari poſſe in facto proprio, admittitur. Ita videmus, poſſe, juſſu teſtatoris præcedente, alienationem † rerum minoris fieri à tutore, ſine 10
alia ſolemnitate. Menoch. *de arbitr. jud. caſu 171. numero 67.* Octav. Simoncellus *in tract. de decret. minor. lib. 2. inſpect. 7. num. 109.* Roland. *in conſil. 99. libr. 2.* & hoc eſt verum, etiam ſi teſtamentum irritum factum fuerit, ut per d. Octav. Simoncell. *d. loc. num. 109* Sed limitatur iſta opinio † trib. modis. Primo, 11
ut alienatio fieri non poſſit, ſi non tendat in minoris utilitatem. Secundo, ut fieri non poſſit niſi ſervata forma teſtamenti. Tertio, ut non ſufficiant

G con-

*potuit 5.C de jure de liber.*dummodo non ſit proximus infantiæ, Gomeſ. *variar.*
*reſolut.lib 2.cap.14. ſub n.1.*Item intellige,quod ſi agatur † de ſocietate expreſſe 18
contrahenda, erit etiam neceſſarium, quod verbis expreſſis tutor ſuam au-
ctoritatem interponat.

Si vero agatur de ſocietate tacite contrahenda, actus exercendo ſociales
ſatis erit, ſi tacite tutor ſuam auctoritatem interponat, ita declarat Baldus
in d. l. ſi patruus, ſub numero 15. & in d. l mandatum ſub numero 5. & in addit. ad
tractat. Bartol. de duob fratrib numero 18. Barbat. *in conſilio 10. ſub numero 18. libr. 4.*
Dec. *in conſil. 19. numero 5.* Tiraq. *in tract. de leg. connubial. Gloſſa 7. numero 20. &*
21. & eſt communis opinio Menoch. *d. tract de præſumpt. libr. 3. præſumpt. 56.*
numero 13. Lamberteng. *in tract. de ſolemn. requiſ. in contract. mulier. in ver. conſenſus,*
gloſſ. 3. numero 3. & 4. Iſta diſtinctio tranſit ſine difficultate, quando † ſocie- 19
tas contrahitur ſuper rebus,quæ ſervando ſervari non poſſunt, ut ſi contra-
hatur ſuper fructibus ſolummodo, quæ ſervando ſervari non poſſunt, &
ſuper lucris, quæ proveniunt ab aliqua negotiatione, vel aliunde, quæ
indies conſumantur, ut per Alex. *in conſil. 89. numero 4. libr 1.* & per Jaſon. *in l.*
1. ſub numero 6. citando Alexand. *d. loco. C. qui teſtam. fac. poſſ.* & per Menoch. *in*
tractat. de præſ. lib. 3 præſ. 56 numero 18. Sed quæro, quid ſit dicendum, quando
† ſocietas contrahitur ſuper rebus, pro quibus alienandis Judicis decre- 20
tum requiritur, juxta tradita per Roland. *in conſ. 54. lib. 2. & in conſil. 7. lib 3.* &
per Menoch. *in tractat. de arbitr judic. caſu 171.* inquam; ſupra dicta diſtin-
ctione attenta, communiterque recepta, dicendum videbatur, in † expreſ- 21
ſa ſocietate, quemadmodum tutoris auctoritas expreſſa requiritur, quod
ita etiam requiratur Judicis decretum, quia in ſocietate dominium trans-
fertur, *l. 1. in fine, ff. pro ſocio.* & quemadmodum in cæteris contractibus,
in quibus dominium transfertur, requiritur decretum, ita quod in iſto
requiratur, dicendum videtur, cum contrarium de jure cautum non re-
periatur. Hanc concluſionem late comprobat Octav. Simoncel. *in tractat.*
de decret. minor. lib. 1. tit. 1. & diligentiſſime ſcripſit, & non reperio, quod re-
gulam præfatam in ſocietate non procedere declaraverit.

In tacita vero † ſocietate videbatur dicendum, non requiri decre- 22
tum Judicis quia ſi Judicis decretum requireretur, nunquam daretur ca-
ſus, quod ea tacite contrahi poſſet, prout tacite contrahi poſſe admit-
tunt Doctores, tacite aucthorante tutore in ſupradicta eorum diſtinctio-
ne. Et ſi diceretur, eos loqui in ſocietate, quæ contrahitur ſuper reb.
quæ ſervando ſervari non poſſunt, reſpondetur, eos loqui etiam de
† ſocietate omnium bonorum, in qua fit rerum immobilium aliena- 23
tio, ita videtur loqui Bald. *in dict. l. ſi patruus, ſub numero 15. Codic. com-*
mun. utr. jud. & in l. mandatum, numero ſexto. Codic. mandati. & in ad-
dition. ad Bart. in tractat. de duobus fratrib. numero decimo ſeptimo, in fine.

G 2 Corn.

Corne. *in conſilio 213. numero 1. libr. 3.* ubi ponit verba dicta à Decio *in conſil. 21. in princip.* Petr. de Ubaldis *dict. tractat. de duobus fratribus, part. 3. num. 5.* Menoch. *de præſum præſum. 56. numero 12.*

24 Et horum opinio comprobari videtur, quia videmus, quod † ſi ſtatutum diſponatur, ſolemnitates aliquas requiri in contractu mulierum, non habet locum in contractu tacito, ſed ſolum in expreſſo. Ita loquendo de ſocietate tacite contrahenda à muliere, tradit Lamberteng. *in tract. de ſolem. adhib. in contract. mulier. in ver. conſenſus, gloſſ. 7. numero 3.* & ejus opinio vera videtur, licet contrarium teneat Menochius *in conſilio 121. numero 100. libr. 2.* loquendo tamen de ſocietate renovanda per ſolam dimiſſionem capitalis, de qua materia agam ſuo lo o Et videtur comprobari opininio præfata, quia

25 quod † tacita alienatio rerum minoris poſſit fieri ſine ſolemnitatibus, quicquid dicat Octav. Simonc. *in dict tract. de decret. minor. libr. 3. tit. 8. inſpect. 10. num. 72.* tenet Bald. *in l. ſed ſi pecunia. 3 §. ſi jus 4. ff. de rebus eorum*, ubi dicit, quod ſi alienatio procedit per negligentiam, & non per aliquod factum, non requiruntur ſolemnitates, & idem tenet Rom. *in conſilio 199. numero 13.* & Fabian. de Monte *in tractat. de empt. & vendit. quaſt. 5. principali. tit. de ſolemn. in*

26 *alien. minor. requiſ. numero 89.* Etiam † quod non requirantur ſolemnitates in alienatione rerum minoris, quæ provenit à legis diſpoſitione, tradit Alciatus teſtando de communi opinione *in l. 1. in princip. numero 14. ff. de verborum obligation.* Cephal. *in conſilio 396. numero 35. libr. 3.* Ego ſum in opinione, ſo-

27 cietatem omnium bonorum à pupillo tacite authorante † tutore ſine ſolemnitatib. contrahi non poſſe, quia in ea requiritur communicatio, & ſic alienatio, & eſt indubitata concluſio, res minoris ſine ſolemnitatibus alienari non poſſe. Nec me retrahit ab hac opinione, quod in alienatione obvenienti ob negligentiam, & ex diſpoſitione legis, ſolemnitates non requiruntur, quia in ſocietate contrahenda negligentia operari non poteſt, ſed requiritur actus poſitivus, nempe, quod quilibet ſociorum bona ſua conferat, ut infra ſuo loco dicam: & iſte actus poſitivus etiam ſit expreſſe, & non tacite, licet ex eo poſtea tacite reſultet ſocietas, & ſi ſit expreſſe, quod in eo procedant ea, quæ de actu tacito dicuntur, affirmari non poteſt.

28 Et non † poteſt in ſocietate conſiderari tacita legis diſpoſitio, ex qua inducatur alienatio ſine ſolemnitatibus, quia hoc lege cautum non reperitur, & erubeſcimus ſine lege loqui, *l. illam 19. C. de collat.* Et ita ſocietatem omnium bonorum à pupillo accedente etiam tutoris auctoritate contrahi non poſſe, quia in ea intervenit alienatio, quæ fieri non poteſt ſine ſolemnitatibus, tradit Corn. *in conſ. 308 ſub n. 1. verſ. his tamen libr. 1.* Quæro inſuper, quid dicendum

29 ſit de ſocietate † contrahenda cum pecuniis pupillaribus? Utique regula erit, ſocietatem cum tutoris auctoritate ſive expreſſe, ſive tacite contrahi

poſſe

poſſe abſque Judicis decreto, ea ratione, quia pecunia eſt de rebus, quæ ſervando ſervari non poſſunt, ita tutorem, hac ratione attenta, poſſe [illegible]here & expendere pecunias pupillares, poſt infinitos, quos citat, tradit Simoncel. *d. tractat. de decret. minor. libr. 3. titul. 8. inſpection. 16. numero 115.* Et † cum ea 30
poſſe contrahi ſocietatem officii, tradit Caſtrac. *in tractat. de ſocietat. offic. capit. 12.* Et non ſolum id fieri poteſt, ſed † bene faciet tutor, ſi cum pecuniis pu- 31
pilli contrahet ſocietatem, ut inde lucrum percipiat, quia non debet illas tenere otioſas, ſed tenetur ponere ad honeſtum lucrum, puta, in cambiis, ſeu in mercatura, ſi ſit in Civitate, ubi cambia & mercatura exerceantur, Borg *in tractat. de tutor. num. 115.* Roland. *in conſilio 49. numero 35. libr. 1.* Simoncell. *dict. inſpect. 8. numero 117.* alias tenetur emere prædia, Borgn. *dict. tractat. num. 115.*

Primo, iſta regula † fallit, ſi pupillaris pecunia ſit deſtinata in emptio- 32
nem prædiorum. Nam licet ſecundum magis communem opinionem pecuniæ in emptionem prædiorum deſtinatæ, ſi ſunt majorum, inter immobilia non computantur, ut per Boer. *deciſione ducenteſima nona.* Simoncel. *dict. inſpect. decimaſexta, numero centeſimo decimo ſeptimo,* tamen bene inter immobilia computantur pecuniæ pupillares, favore minoris ætatis. Simoncel. *dict. inſpect. decimaſexta, numero centeſimo vigeſimo ſecundo,* ubi inter alios ad hoc probandum citat Horatium Lutium Callienſem, virum equidem ſummi ingenii, *in tractat. de Privileg. ſcholar. privileg. 27. verſ. quarto amplia.* & certe fuit vir maxima eruditione præditus in utroque jure, & fecit etiam annotationes ad Concilium Tridentinum, & niſi fuiſſet immatura morte præventus, alia etiam opera edidiſſet, & præcipue tractatum *de Archiepiſcop.* & quædam ejus conſilia reperiuntur impreſſa inter conſilia criminalia diverſorum compilata à Piletto, ubi etiam adſunt conſilia quædam D Bartholomæi Ghiſii avunculi ſui Civis Callienſis, qui ſimiliter fuit in utroque jure bene eruditus. Lucas de Gallio etiam fuit Doctor excellentiſſimus, Petrus de Ubaldis *in tractat. de duobus fratribus, part. 6. ſub numero vigeſimoquarto,* & mendax fuit quidam æmulus gloriæ Civitatis præfatæ, quia auſus fuit aſſerere in ea, Doctorem aliquem non fuiſſe, qui ejus ſcripta promulgaverit. Et ut redeam unde digreſſus ſum, ubi cum pecuniæ † pupillares, ut dixi, deſtinatæ in 33
emptionem prædiorum inter immobilia computantur, ſive decreto alienari non poſſunt, ideo ſine decreto ſuper eis ſocietas contrahi non poterit.

Secundo fallit, ſi † pecunia jam ſit erogata in emptionem cenſuum ſeu 34
Conſtitutionem Pii V. commentatum à Havarr. in ejus tractat. de uſur. Dicti enim cenſus diſtrahi non poſſunt, ut pecunia inde redacta convertatur in ſocietatem, quia inter immobilia computantur, *Clem exivi. de verborum ſignific.* Roland. *conſ. 54. libr. 2.* Sed † iſta fallentia non procedit, quando cenſus à debi- 35

 toribus

toribus juxta facultatem eis competentem extinguerentur, talis enim ex-
[illegible] poteſt ſine decreto, quia decretum non requiritur, quando tene-
tur quis aliquid de neceſſitate facere, *l.à Divo Pio.15.§.final,ubi Alex. & Jaſ ff.de*
*re jud.*Simoncel.*dict. inſpect.8.n.119. & ſeq.* Et ſic pecunia licet ſit redacta ex re
immobili, nihilominus inter mobilia computanda eſt prout dicitur de alia
qualibet pecunia redacta ex aliis rebus, ſecundum Bald. *in l.ea demum 6. C. de*
*collat.*Tiraq.*in tractat.de retra.ligna.§.1.gloſſa 7.n. 113.*& vide eundem *in dict.tract.*
in fine, quaſt.13.

36 Tertio † fallit, ſi pecunia jam ſit poſita in mercatura, vel penes aliquem
emptorem, nam inde amoveri non poteſt, ſine Judicis decreto, quia in-
ter immobilia computatur, Baldus *in c.cum cauſa, ad fin.de re jud.* Tiraq.*d.gl.*
7.num.114.

37 Quarto fallit, ſi † pecunia ſit jam erogata in officiis ſeu montibus, qui
habentur in Romana Curia, ſeu ſit poſita in ſocietate officiorum, his etiam
38 caſibus inter immobilia computatur, & ſine † decreto inde amoveri non
poteſt, Simoncell.*dict.inſpect.16.n.118.*qui *n.121.* dicit, quod licet diſdicta ſocie-
tatis officii à minore fieri poſſit, maxime ſi in infirmitate tenetur de ejus
morte, ne pecuniæ perdantur, tamen quod ſocietas ſine decreto alienari
non poteſt, licet permaneant in periculo, ſi minor moreretur Et dicit non
39 obſtare, quod res † alienari poteſt, ſi ſit ſuppoſita periculo ſine decreto, ut
tradunt Doctores de molendino, quia, ut ipſe dicit *in dict.titul.8.inſpect.12.num.*
86, male loquuntur Dd. quia etiam ſi adſit periculum interitus, requiritur
decretum, & periculum interitus erit cauſa ſufficiens pro ipſo Judice ad de-
cretum interponendum. Poteſt etiam dici, quod non obſtet deciſio Docto-
rum loquentium de molendino exiſtenti in periculo, quia loquuntur de
periculo interitus imminente circa rem ipſam, & in ſocietate periculum
conſideratur circa perſonam eveniente morte, quæ à quolibet, & in quali-
bet ætate eſt continue expectanda, juxta illud: *Eſtote parati.* Et cum ſocietas
non poſſit alienari ſine Judicis decreto, videtur etiam dicendum non poſſe
fieri diſdictam, & recuperare pecunias, quia cum non poſſint recuperari a-
lienando, videtur etiam quod non poſſint recuperari diſdicendo, cum idem
ſequatur effectus.

Quartus erit caſus principalis, proſequendo ſuprapoſitam materiam, quan-
do pupillus habet tutorem, qui citra ſocietatem ejus bona adminiſtrat Nam
quemadmodum dixi *in capite præcedenti* de fratre ſeu patruo adminiſtrante
bona fratris pupilli, ita hic incongruum non erit agere de tutore admini-
ſtrante circa ſocietatem, & quia quaſi omnia dicta ſupra de fratre admini-
ſtrante bona communia citra ſocietatem conveniunt huic caſui, ideo ea non
repetam, ſed tantum dicam ea, quę in particulari circa tutoris perſonam con-
40 ſideranda veniant. Et dico, quod † ſi tutor aliquid acquiſit cum pecunia

communi,

communi, erit id commune cum pupillo, quicquid ſit in fratre, qui non ſit tutor, tam ſi acquirat nomine communi, quam etiam ſi acquirat nomine proprio, Bart. *in l. Titium & Mævium 74. §. altero 6. ff. de adm. tut. & in l. ſi patruus, & ibi Bald. Cod. comm. divid.* ubi idem tradunt de re empta à tutore cum pecunia pupilli, quod ſit ipſius pupilli.

Si autem † acquiſitio fuerit facta à tutore, non de pecunia pupilli, neque de pecunia communi, ſed pecunia redacta ex re pupilli, ſeu ex re communi, res acquiſita non erit pupilli, neque communis, quia pecunia redacta ex re communi, ſeu ex re pupilli, eſt ipſius tutoris, & ideo ipſius eſt etiam res empta cum ea, Bartolus *in d. §. altero. & in d. l. ſi patruus, ubi etiam Bald. C. com. utr. judic.* 41

Et eſt † ratio differentiæ inter pecunias redactas, & inter rem acquiſitam, quia pecunia facilè conſumitur, ideo voluit lex favore pupilli, quod tutor ſit debitor in genere, propter periculum ſi periret, quod pereat tutori, & non pupillo, ita declarat Bart. *in dict. §. altero.* & Bald. *in d. l. ſi patruus.* Et licet pecunia efficiatur tutoris, & res ſimiliter quæſita cum ea ſit ipſius, tamen † tenetur pupillo ad intereſſe, ut Bart. & Bald. tradunt *in locis præfatis.* 42 43

In dubio † autem àn præſumatur tutor contraxiſſe de propria pecunia, late explicavi ſupra *in capite præcedenti.* & explicaui etiam quando præſumatur contraxiſſe nomine proprio ſine nomine pupilli. Et nota unum, quod ſi tutor contraxit ſub nomine officii, nempe uti tutor, præſumitur contraxiſſe & acquiſiviſſe eis, quorum nomine gerebat tutelam, Menoch. *in tractat. de præſumptionibus, libro 3. præſumption. 46. numero 9.* 44

Et contrahendo etiam de † re ſpectante ad pupillum, nomine pupilli contrahere præſumitur, Menoch. *d. tractat. libr. 3. præſumption. 49. num. 5.* 45

Sed ſi ſpectare † poſſet etiam ad ipſum tutorem, tum proprio nomine contraxiſſe præſumeretur, niſi aliter appareret ex lectura ſuorum librorum, Borgn. *in tractat. de tutor. ſub num. 243. & 244.* 46

N. 37. vid. not. cap. 34. n. 5.

CAPUT V.

De eadem materia.

SUMMARIA.

1 *Minor habens curatorem, non poteſt ſine ejus auctoritate ſocietatem contrahere.*

2 *Minor non habens curatorem poteſt ſocietatem contrahere, & quemlibet contractum facere, n. 3.*

4 *Et multo magis procedit in Judæo minore.*

5 *Decretum requiritur in ſocietate contrahenda à minore carente curatore.*

6 *Minor deſcriptus in albo mercatorum poterit ſocietatem contrahere ſine decreto*, n.7. 8 9,&10.

7 *Conſuetudo circa alienationem rerum minorum ſtricte intelligenda.*

8 *Procurator conſtitutus ad vendendum poterit ea omnia facere, quæ de conſuetudine in contractu venditionis requiruntur.*

10 *Res eadem diverſo jure cenſeri non debet.*

11 *Conſequens præſupponit neceſſarium antecedens.*

12 *Minor non poteſt res mobiles, quæ ſervari poſſunt, alienare ſine decreto, &* numero 13.

13 *Diſpoſitio legis in uno ex æquiparatis procedit etiam in alio.*

14 *Poteſt illas alienare, quæ non poſſunt ſervari.*

15 *Minor, qui veniam ætatis impetravit, non poteſt alienare immobilia ſine decreto, & mobilia quæ ſervari poſſunt, &* n.17.

16 *Minor an poſſit alienare ſine decreto, ſtante Statuto, quod ætas decem & octo annorum intelligatur ætas perfecta & legitima, & recenſentur tenentes negativam.*

18 *Affirmativam tenet auctor, & citati ab eo.*

19 *Statuto diſponi poteſt, quæ ætas dicatur legitima & perfecta.*

20 *Argumentum à venia ad legitimam ætatem non procedit*, & n.21.

22 *Caſtrenſis ſaluatur.*

23 *Argumentum à juramento ad dictum Statutum valet.*

24 *Juramentum firmat contractum minoris factum ſine decreto.*

25 *Juramentum firmat etiam ſocietatem à minore jam celebratam.*

26 *Juramentum an firmet contractum Judæi minoris.*

27 *Judæus obligatur juramento.*

28 *Reſtitutio in integrum conceditur minori adverſus ſocietatem.*

29 *Limitatur, ſi ſocietas dolo contracta fuit.*

30 *Declaratur non procedere quoad ſocietatem reſcindendam, ſed ut ad æqualitatem reducatur.*

31 *Declaratur non procedere, ubi pro annullanda ſocietate daretur remedium ordinarium, &* n.32.

33 *Reſtitutio in integrum non datur, ſi in ſocietate damnum proveniat ex accidenti.*

34 *Minor non reſtituitur ob damnum obventum caſu fortuito.*

35 *Minor non reſtituitur adverſus judicium ſortis.*

36 *Minor non reſtituitur adverſus contractum, ex quo poteſt dubitari, an obventurum damnum ſive lucrum*, & n.37.cum pluribus ſequentibus.

38 *Emptio minori pretio fieri poteſt, ſi venditor non vult teneri de cautione, & ad pretii reſtitutionem.*

40 *Reſti-*

40 *Reſtitutio an detur minori contrahenti ſocietatem officii*, & num. 41.

42 *Minor ſi ſe ſupponat periculo, quod poteſt evenire abſque ſpe lucri, ut in locatione domus facta potentiori, reſtituitur in integrum.*

43 *Reſtitutio in integrum an detur minori, qui veniam ætatis obtinuit.*

44 *Reſtitſtutio in integrum an concedatur minori deſcripto in albo mercatorum*, & num. 45.

46 *Mercator ad hoc, ut quis dicatur, non ſufficit, ſi ſemel vel bis mercaturam exercuit.*

47 *Minori 18. annorum non datur reſtitutio, ſi vigore ſtatuti ætas illa habetur pro legitima.*

48 *Juramentum appoſitum in contractu non impedit reſtitutionem in integrum*, & num. 49.

50 *Minori, qui juravit ſe majorem, non datur reſtitutio in integrum.*

51 *Debet minor reſtitui ſaltem per denunciationem evangelicam.*

52 *Contra.*

53 *Et ſi denegatur reſtitutio ex capite minoris ætatis, non denegabitur ex alia cauſa.*

54 *Reſtituetur, ſi juravit, ſe majorem abſque dolo, credens ſe eſſe talem, & interveniente dolo ſecum contrahentis.*

55 *Filia ſi cum juramento renuntiavit hæreditati paternæ, aſſerens ſe majorem, reſtituitur, quia pater ſciebat eam eſſe minorem.*

56 *Reſtituitur minor jurans ſe majorem, ſi ex ejus aſpectu percipitur, eum eſſe minorem.*

57 *Reſtitutio licet denegetur adverſus eum, qui cum minore contraxit & aſſeruit, ſe jurejurando majorem, tamen non denegatur adverſus extraneum.*

58 *Reſtituitur minor, ſi ipſe & contrahens cum eo fuerit in pari dolo.*

59 *Reſtituitur minor, ſi juravit generaliter contenta in inſtrumento vera eſſe*, & num. 60, 61. & 62.

63 *Reſtitutio an detur minori, qui juravit, quando contractus eſt nullus.*

64 *Limitatur pluribus modis*, cum plurib. num. ſeqq.

SEquendo ſuprapoſitum ordinem, quia vidimus de pupillo, modo videndum eſt de minore viginti quinque annis, & majore quatuordecim, an ſocietatem & quando contrahere poſſit?

Primo agemus de minore habente curatorem; ſecundo agemus de minore curatorem non habente. Si minor † habebit curatorem, de eo dicendum 1 eſt, ut ſupra dictum fuit *in capite præcedenti* de pupillo habente tutorem, nempe, non poſſe obligari, neque tacite, neque expreſſe, ſine auctoritate curatoris, *l. ſi curatorem habens 3. C. de in integrum reſtit. minor.* & ideo neque poſſe expreſſe, neque tacite ſine curatoris auctoritate ſocietatem contrahere, Jaſon *in l. prima, ſub nu. 6. Cod. qui teſtam. facere poſſ.* Cephal. *conſil. 146. numero trigeſimo ſecundo, libro 1.* Joſeph Lud. *concluſione quinquageſima tertia, verſ. & iſtæ ſocietates, num. ſexto*

Menoch. *in tractat. de præſumptionib. libro tertio, præſumptione quinquageſima ſexta, numero nono.*

2 Secundo † agendo de minore carente curatore, de eo dicendum eſt, & expreſſe & tacite poſſe ſocietatem contrahere, Rom. *in conſilio 453. parum ante finem.* Alex. *in conſilio 45. ſub numero quarto libri primi.* Corn. *in conſilio 24. column. final. verſ. tamen ſocietas, libr. 1.* dicit tamen, quod operæ minorum minus ſunt æſtimandæ, *& in conſil. 27. numero decimo quarto, libr. 2.* Menoch. *in conſ. 656. num. 8.*

3 *libr. 7.* Et verum eſſe & procedere † in quolibet contractu, tradunt communiter Doctores *in dict. l. ſi curatorem habens 3. C. de in integrum reſtitution.* Gomeſ.

4 *libr. 2. reſol jur. capit. 14. ſub n. 1.* Et hoc procedere † multo magis in Judæo minore, quia cum eis ſit ſervanda lex Moſaica, tradit Riminald. jun. *in conſ. 399. num. 12. libr. 4.*

5 Intellige tamen, quod † ubi minor iſte carens curatore vellet ſocietatem contrahere ſuper rebus requirentibus decretum, quod id ſine decreto facere non poterit, ut dixi ſupra *capite præcedenti*, loquendo de pupillo. Ita, quod etiam in alienatione, quæ fit à minore carente curatore, requiratur Judicis decretum, tenet Roland. *in conſil. 54. n. 34. & ſeq. libr. 2.* Et hanc eſſe communem & veriorem opinionem, reſpondendo ad contraria, tradit Simoncell. *dict. tract. de decret. minor. lib. 3. tit. 8. inſpect. 2. n. 26. cum plurib. ſeqq.*

6 Quod ſi minor † fuit in numero ſeu albo mercatorum deſcriptus, utrum ex cauſa mercaturæ poterit obligare immobilia ſine decreto? Stracha *in tractat. de mercat. parte 3. n. 29. & n. 30.* tenet affirmativam opinionem, quia hodie mercatores ut plurimum inſtrumentis negociantur, in quibus de more hypothecam & omnium bonorum obligationem apponunt, ideo ſecundum mercaturæ conſuetudinem in albo deſcripto minores cenſeri debent. Negativam opinionem tenet Simoncell. *in dict. tractat. de decret. minor libro ſecundo, titul. 6. inſpect. 4. num. 46.* Nam dicit ipſe, licet conſuetudo mercatorum ſit, ut hypothecam omniumque bonorum obligationem adjiciant, poterit tamen id verum eſſe in mercatore, qui ſit major, ſecus in mercatore minore, & ad obtinendum ex iſto capite conſuetudinis, neceſſarium eſſet, quod præciſe probent conſuetudinem extare, ut mercatores etiam minores eſ-

7 ſent ſoliti eorum bona ſtabilia obligare, cum † conſuetudo circa rerum minorum alienationem ſit ſtrictiſſime intelligenda. Dec. *in conſilio 142. numero quinto.* Ego credo, Strachæ opinionem ſuſtineri poſſe, præſuppoſito tamen, Conſules, qui minorem in albo mercatorum deſcripſerunt, facultatem & auctoritatem habuiſſe cum eo diſpenſandi, quod poſſit obligare immobilia ſine decreto, & præſuppoſito extare conſuetudinem, ut hujuſmodi obligationes & hypothecæ apponantur in inſtrumentis mercatorum. Secundum enim iſtud ultimum præſuppoſitum dico, minorem

8 cenſeri debere deſcriptum, quia videmus, ſi † procurator conſtituatur

ad

ad vendendum, poterit ea omnia facere, quæ de conſuetudine in contractu emptionis & venditionis intervenire ſolent, ut poſt alios quos citat tradit Gabriel. *in ſuis comm. concluſ. titul. de conſuetudin. concluſ. 1. num. 22. cum ſequenti uſque ad 24.*

Neque obſtat Simoncelli conſideratio, conſuetudinem eſſe intelligendam in mercatore majori, & non in mercatore minori, quia conſuetudo non reſpicit perſonas, ut ipſe præſupponit, ſed mercaturam & contractus, quia ita exercetur mercatura, & ita fuit contractus cum obligatione & hypotheca, ideo minor habilitatus, ut mercaturam exercere poſſit, cenſeri debet habilitatus, ut eam exercere valeat, prout de conſuetudine fieri ſolet. Ita enim evenit in mandato ad vendendum, ſolum enim ex eo procuratori † datur auctoritas & facultas vendendi, & 9
inde ſequitur, ut poſſit ea apponere, quæ ſunt de conſuetudine, non quia conſuetudo reſpiciat perſonam, ſed quia reſpiciat contractum ab ipſo celebratum. Et quod reſpiciat mercaturam, & ſic cauſam, & non perſonam, tradit Roland. *conſilio nonageſimo ſecundo, numero undecimo, libro tertio.*

Inſuper conſiderari poteſt contra Simoncellum in albo mercatorum deſcribi eos omnes, qui habent auctoritatem mercaturam exercendi, prout de conſuetudine fieri poteſt, & alii mercatores diverſæ ſpeciei in eo deſcripti non reperiuntur, ideo debere dici, quod ex deſcriptione ſint effecti ejuſdem ſpeciei, & quod diverſa ſpecies inducta cenſeri non debeat, ne † eadem 10
res diverſo jure cenſeatur, *l. eum qui ædes. 23. ff. de uſucap.* & ne dicatur receſſum à ſolito, *l. ſi quis donaturus 24. & ibi gloſſa ff. de uſufruct.* Etiam iſta opinio Stracchæ contra Simoncellum adjuvatur ex vulgata regula, qui † vult 11
conſequens, vult etiam neceſſarium antecedens, ut dicitur de ſervo proprio tutore relicto, præſumi ei datam libertatem, quia alias tutor eſſe non poſſet, *§. 1. Inſtitut. qui teſtamen. tutor. dari poſſ.* Qui enim nolunt, minorem poſſe contrahere mercaturam, ſi mercatura requirit de conſuetudine, quod bona obligentur, cenſendum eſt, quod voluerint etiam minorem poſſe obligare, prout ad mercaturam contrahendam requiritur, & iſta regula procedit etiam in odioſis, Everard. *in loco à conceſſione conſequentis, poſt princip.*

Quid dicendum eſt de † mobilibus, quæ ſervando ſervari poſſunt, utrum 12
poterit ea alienare minor carens curatore ſine decreto? Negative reſpondendum eſſe non poſſe, dicit Simoncell. *dict. tractat. libr. 3. titul. 8. inſpect. ſecunda. num. vigeſimo primo.* Et probari affirmat hac ratione, quam dicit validiſſimam, ſi duo caſus ſunt parificati per legem † antiquam, & lex nova aliquid di- 13
ſponit in uno, cenſetur etiam diſponere in alio, etiam in materia correctoria, gloſſa *in l. ſi quis ſervo, 20, C. de furtis, & in l. quod vero contra 14. ff. de legib.* Ideo cum in

alienatione rerum immobilium ſint patificati minores habentes, & non habentes curatorem, lex nova, nempe *l. lex quæ tutores 22. C. de admin. tutor.* quæ de novo diſponit, minores curatores habentes non poſſe ſine decreto alienare immobilia, & mobilia, quæ ſervando ſervari poſſunt, etiam habebit locum in alio caſu, quippe in minore non habente curatorem.

14 Ita dicit Simoncell. & ſubjungit quod minor † curatore carens poſſit res mobiles, quæ ſervando ſervari non poſſunt, alienare ſine decreto, *d. l. lex quæ tutores & l. ultim. §. ultim. ff. de adminiſtrat. tut. & l. final. Codic. quando decr. opus non ſit*, & hoc nullam habet difficultatem, Alexand. *conſil. 49. num. 4. libr. 1.*

15 Quid dicendum † de minore, qui carens curatore veniam ætatis impetravit? Et de iſto etiam dicendum eſt, quod non poſſit bona immobilia & mobilia, quæ ſervando ſervari poſſunt, ſine decreto alienare, *l. 1. & l. eos 3. C. de his qui ven. ætat. impetrav.* Gomeſ. *reſolut. variar. lib. 2. c. 14. n. 12.* Simoncel. *d. tit. 8. inſpect. 3 n. 23.*

16 Sed † utrum ſtante ſtatuto, (prout eſt Florentiæ) quod ætas decem & octo annorum intelligatur ætas perfecta & legitima, poterit minor exiſtens in ætate præfata bona alienare ſine decreto, adſunt contrariæ opiniones. Nam quod alienatio ſine decreto fieri non poſſit, tenet Caſtr. *in conſilio 106. ſub numero 2. libr. 2.* Socinus *in conſilio 130. numero 3. libr. 1.* Roland. *conſilio 7. numero 17. libr. 3.* Simoncell. *dict. libr. 3. inſpect. 3. titul. 8. numero 26.* qui hanc dicit receptiorem & veriorem. Dicunt, quod hujuſmodi ſtatutum poteſt verificari tribus modis. Primo in contractibus & obligationibus, in quibus non continetur alienatio. Secundo, in contractibus, in quibus continetur alienatio mobilium & aliarum rerum, quæ poſſunt alienari ſine decreto. Tertio, in contractibus ſuper alienationibus immobilium. Et dicunt, quod debet intelligi de primis duobus, ad hoc, ut jus commune lædatur minus, quam ſit poſſibile, ad not. per Bart. *in l. omnes populi. 9. in quæſtione ſexta. ff. de juſtit. & jure.* & per Doctores *in l. ſi ſervi veſtri 2. Codic. de noxal.*

17 Et dicunt, quemadmodum † venia ætatis conceſſa non poteſt alienare immobilia ſine decreto, *l. 1. & l. eos. 3. Cod. de his qui ven. ætat. impetrar.* ita Statutum debet interpretari, quod ſine decreto ab eo alienatio non ſit permiſſa.

18 Contrariam opinionem, poſſe † alienationem immobilium fieri ſine decreto, tenet Caſtrenſ. ſibi contrarius *in l. omnes 9. numero nono, Cod. de his qui ven. ætat. impetr.* Corn. *in conſ. 108. libro tertio.* Cardinal. Alba. *in lucubrat. ad Bartol. in l. magis puto 5. §. ſi pupillus 2. ff. de rebus eorum*, & ab hac opinione non eſſe recedendum puto, propter illa verba Statuti, quod ætas octo & decem annorum ſit ætas legitima & perfecta. Nam ſi de jure communi ætas perfecta & legitima dicitur

dicitur in vigeſimo quinto anno, *l. final. C. de his qui ven. ætat. impetr.* & in ea æta-
te poteſt alienatio fieri ſine decreto.

Et † ſi à Statuto etiam poteſt determinari, quod ætas legitima & perfecta 19
ſit in 18. anno, ut probat Corn. *dict. conſilio 108. ſub numero ſexto, libro 3.* Tira-
quell. *de nobilit. cap. 20. numero 42.* ſequitur neceſſario, quod iſte etiam, qui
eſt in ætate legitima & perfecta, ex diſpoſitione Statuti poterit alienare ſine
decreto. Et argumentum, quod Statutum tribus modis intelligi poſſit, &
duobus modis debeat intelligi, ut minus deroget juri communi, quam
ſit poſſibile, tollitur & removetur, conſiderando, Statutum non diſpone-
re, quod minor poſſit alienare, ſed diſponere circa ætatem, conſtituendo,
quænam ſit legitima & perfecta ætas. Et in hac ejus determinatio non tri-
bus, ſed uno tantum modo intelligi debet.

Non obſtant dicta de venia ætatis: quia † ab ea ad præſens Statutum 20
argumentari non licet. Nam in ejus conceſſione ſolum conceditur venia,
& non diſponitur, quod ætas ſit perfecta & legitima tunc, quando con-
ceditur; ſecus eſt in Statuti diſpoſitione, quia in ea diffinitur & determina-
tur, quænam ſit ætas legitima & perfecta, ita conſiderat Corn. *dicto conſilio
centeſimo octavo, num. 8.* Et dicta de † venia non obſtant, quia quoties requi- 21
ritur perfecta & legitima ætas, non ſufficit impetrare veniam ætatis, ſed ea
requiritur, quæ à lege legitima & perfecta declaratur, ut eſt textus expreſ-
ſus *in dict. l. final. Codic. de his qui ven. ætat. impetr.* & diſpoſitum in jure non habe-
mus, quod legitima & perfecta ætas à Statuto declarata pro tali haberi
non debeat, ubi ea opus eſt, ſed bene habemus in jure determinatum, in
qualibet Civitate Statuta eſſe obſervanda, quia faciunt jus, *leg. omnes populi
9. ff. de juſtitia & jure.*

Et dum † Caſtr. *in dict. leg. omnes*, dicit eſſe magis favorabile ſtatutum, 22
quam reſcriptum, non eſt adeo falſum, quam quod falſiſſimum, (ut aſ-
ſerit Simoncell. *in d. tit. 8. inſpect. 5. ſub numero 26.* ubi etiam miratur, quod
Caſtr. ita locutus fuerit.) Nam poteſt magis favorabile dici ſtatutum,
quia procedit à mera voluntate ſtatuentium, & venia conceditur ad par-
tis inſtantiam, & favorabilior eſt conceſſio, quæ fit motu proprio, quam
illa, quæ fit ad inſtantiam partis, *c. quamvis, & c. ſi pluribus, de prabend. in 6.*
& ita ſtatutum eſſe magis favorabile conſiderat Corneus *dict. conſil. 108. num.
9.* Confirmatur dicta opinio, quia cum adhibito † juramento teneat alie- 23
natio à minore facta, ſine decreto, ea ratione, quia juramentum facit eum
majorem; ita & valere debet ſtante præfata ſtatuti diſpoſitione. Ita argu-
mentatur Caſtr. *in d. l. omnes, ſub numero 9.* Quod autem † contractus à mi- 24
nore factus ſine decreto, & ſine ſolemnitatibus à ſtatuto requiſitis, valeat,
ſi juravit, eſt magis communis opinio. Gabr. *tit. de minor. concl. 5. numero 20.*
Gabr. *in conſil. 127. numero 8. lib. 1.* Et eam late diſputando defendit & com-

prebat Rimin.jun. *Inſtit.quib. alien. licet, vel non. in princip. numero 199. cum pluri-
bus ſeq. uſque ad numero 228.* & hanc eſſe, magis communem & veriſſimam
dicit Seraph. *in tract.de privil. juram. privil. 61. in princip.* & loquendo de ſocie-
25 tate tradit Corn. *in conſ. 187. ſub numero 7. lib. 3.* Poſſe † etiam ſocietatem jam
contractam à minore validari, & etiam à pupillo pubertati proximo, &
juramentum confirmare contractum jam celebratum, tenent gloſſa *in cap. 1.
§. item ſacramenta, de pace [illegible] firman* & gloſſa *in Auth. ſacramenta puberum.,
Codic. ſi adverſ. vendit.* Lamberteng. *in tract. de ſolemn. requiſit. in contract. mulier.
in fine, numero 76.* ſed intellige, quod confirmet contractum jam celebra-
tum, ſi fuerit poſt contractum in continenti appoſitum. Gabr. *d. tit. de minor.
concluſ. 5. numero 25.* Seraph. *d privil. 61. numero 8.* & ex hoc redditur dubia Cor-
nei opinio, qui loquitur in juramento adhibendo longe poſt contractum
26 celebratum. Sed quæro, utrum † iſta dicta de juramento procedant in jura-
mento Judæi, pro veraque parte tam affirmativa quam negativa multos
citat more ſuo Tiraq. *in tract. de jure primogen. qu. 66. numero 27. & ſeq.* Gabr. *tit.
de donat. concluſ. 3. numero 25. & 26.* Maranth. *in pract. in 3. parte princip. ſub numero
55.* putat Doctorum diſſidentium opiniones concordari poſſe hac diſtinctio-
ne. Aut Judæus contrahit cum alio Judæo, aut contrahit cum Chriſtia-
no. Si cum alio Judæo, procedit opinio tenentium ipſum non obligari, ſi
cum Chriſtiano, procedit alia opinio Dd. tenentium ipſum obligari, ſed iſta
ejus diſtinctio mihi non placet, quia in juramento attenditur perſona ju-
rantis, & non perſona illius; cui juratur; & ejus vinculum cauſatur à vo-
luntate jurantis, & non à voluntate ejus, cui juratur. Et non placet etiam,
quia eſt contra communem opinionem, nempe contra opinionem Docto-
27 rum affirmantium ſimpliciter, & ſine diſtinctione, Judæum † juramen-
to obligari, hanc enim eſſe communem, dicit Jo. Maria. Riminal. *in l. non
erit. 5. col. penul. verſ. in ea gloſſa, in fine, ff. de jurejur.* & poſt eum Lamberteng. *d. tract.
de ſolem. mul. in fine, ſub num. 59. & num. 60.* dicit eam eſſe veriorem, & eam eſſe
veriſſimam & magis communem dicit Seraph. *d. tract. de privileg. juram. privileg.
123. ſub n. 6.* Dicet fortaſſe aliquis, in vanum quæri, dum agimus de ſocieta-
te, an Judæus obligetur juramento, quia cum eis ſocietatem inire non
licet? Dico, de hoc in vanum non tractari, quia ſocietas inter ipſos con-
trahi poteſt, & an Chriſtiani etiam cum ipſis eam contrahere poſſint, vi-
28 debimus infra, *cap. 8.* Pro complemento hujus materiæ, quia † minores
frequenter contra contractus ab ipſis geſtos petunt reſtitutionem in inte-
grum, ideo & de ea modo aliqua ſcribenda ſunt. Multa dici poſſunt, ſed
conſulto omitto, quia plena manu doctiſſime & diligentiſſime de ea tra-
ctatum fuit ab eruditiſſimo & excellentiſſimo Sfortia Oddo præceptore
meo; ſolum aliqua magis neceſſaria ad ſocietatem apponam. Equidem
minor reſtituitur etiam adverſus ſocietatem à ſe contractam, *l. ait. prætor. 7.
in*

Digitized by Google

in princip.ff de minor. in illis verbis: *Proinde ſi emit aliquid, ſi vendidit, ſi ſocietatem
coiit, ſi mutuam pecuniam accepit, & captus eſt, ei ſuccurritur.* Gomeſ. *var. reſolut. lib.
2. cap. 14 ſub num. 1.* Corn. *in conſ. 308. ſub n. 3. verſ. & qui poterant, libr. 1.* Oddo. *in d.
tract. de reſtit. in integr. q. 56. art. 4. num. 26. & art. 6. num 50.* ubi loquitur de ſocieta-
te officii. Duobus modis opinio iſta limitatur ſecundum Odd. *in d. quæſt. 56.*
Primo † limitatur, ſi ſocietas dolo contracta fuit, quia tunc ipſo jure non 29
tenet, & ideo reſtitutione non eſt opus, *l. in cauſæ 16. ff. de minor.* Et hoc eſt ve-
rum, etiam ſi pro parte minoris fuit juratum, ut per Bald. *in conſ. 213. lib. 1.* Se-
cundo † limitatur ſeu declaratur ut non procedat quoad ſocietatem reſcin- 30
dendam, quia remedio ordinario, & de ſui natura ſemper ab ea recedere
licet, *§. manet autem. Inſt. de ſociet.* ſed intelligitur concluſio quoad pacta ſo-
cietatis à minore perperam appoſita, quorum vigore ipſe in lucris dividen-
dis, vel in damnis reparandis læſus fuit: poterit enim reſtitui non ad hoc ut
ſocietas contracta non ſit, ſed ut bona fide ſingula dividantur, & ad æqui-
tatem rationabilemque participationem tam lucri quam damni pacta re-
diguntur. Sed advertendum † eſt ad hanc ſecundam limitationem, quod 31
ſi pacta erant talia, ut omnino deſtruant ſocietatem, de quibus locutus fui
ſupra, *cap. 2. numero 25.* & dicam infra *cap. 8.* reſtitutione uti opus non erit, quia
jure ordinario annullantur pacta & ſocietas, & ideo ceſſat remedium reſti-
tutionis extraordinarium, *l. in cauſæ 16. ff. de minor.* Tunc igitur reſtitutione
opus erit, quando † pacta & ſocietas ſuſtinentur, & ceſſat remedium ordi- 32
narium. Nam ſocietas etiam inter majores, ſi æqualiter non ſit contracta,
non valet *l. ſi non fuerint 29. ff. pro ſoc.* & ut ad æqualitatem reducatur, non eſt
opus reſtitutione. Et † ſi ſocietas fuit rite contracta eo modo, quo quilibet 33
majori diligentia contrahi potuiſſet, & ex accidenti damnum eveniat, reſti-
tutio denegatur. Dec. *in conſ. 441. ſub n. 13. verſ. nec iſto caſu loc. 2.* quia non reſtitui-
tur † minor ob damnum fortuito caſu obventum, *l. verum 11. §. ſciendum ff. de* 34
minor. Odd. *d. tract. art. 5. q. 4.* ubi *n. 23.* teſtatur de vera & communi opinione. Et
† videmus, quod nec etiam reſtituitur, ſi aliquid ei obveniat judicio ſortis. 35
Bald. *in l. & ſi ſine ff. de minor.* Gomeſ. *leg. 2. reſol. jur. cap. 14.* Odd. *qu. 66. art. 4.
ſub numero 25. verſ. limitatur ſecundo.* Neque † etiam reſtituitur adverſus con- 36
tractum, ex quo poteſt veriſimiliter dubitari an lucrum ſeu damnum ſit
allaturum, ut per Odd. *d. tract. qu. 4. art. 6. numero 40.* ubi ita diſtinguit & ſub-
tiliter & docte quidem more ſuo. Quandoque minores in ſuis conventio-
nibus exponunt ſe lucro & damno, & ita eſt veriſimile unum, ſicut aliud,
quandoque exponunt ſe periculo tantum, quod tantum poteſt, & non po-
teſt evenire.

Primo caſu dat exempl. † in aditione hæreditatis, in qua poteſt eſſe, quod 37
lateat, vel quod non lateat æs alienum, & dicit hoc caſu nõ debere reſtitui, ſi
damnũ accipiat, quia poterat ẽt lucrũ accipere, & quilibet etiã major ita de-

cipi

cipi potuiſſet, quod minor non reſtituatur iſto primo caſu, quando contrahendo ſe pariformiter exponit lucro, & damno. Eſt communis opinio, ut Odd. *ibid.* dicit, ſed exemplum de aditione hæreditatis mihi non placet, quia cognito quod ſit damnoſa, licet hoc non appareret, datur ei reſtitutio. Odd.
38 *d. tract. q. 36. art. 6. n. 50. & ſeq.* Aliud † exemplum ponit Natt. *in conſ. 181. in fin. lib. 1.* de emente rem pretio deteriori, eò quia venditor non vult teneri de evictione, neque etiam ad reſtitutionem pretii, & dicit, licet æquitas ſuadeat, quod venditor teneatur reſtituere pretium, quando non vult teneri de evictione, tamen æquitas ceſſat, quando venditio fuit facta deteriori pretio, & ita emendo deteriori pretio poteſt ſe ſubmittere periculo, & eſt licitum ita contrahere propter dubium eventum, an damnum ſeu lucrum ſit contractus allaturus, & hanc emptionem licitam eſſe comprobat, ex hac concluſione, quod ubi aliquid habet ſe ad lucrum & damnum, ſi damnum cauſaliter poteſt contingere, non dicitur quis adeo læſus, quod in tali caſu minori datur reſtitutio. Retuli hoc exemplum, quia quotidie evenire poteſt in practica & modo habeo præ manibus, & multum etiam confert ad
39 ſocietatis materiam. Aliud † exemplum de compromiſſo ponit Bertrand. *conſ. 191. n. 6. & ſeq. lib. 4.* Et exemplum de locatione, creſcentibus poſtea fructibus forte fortuna, ponit Rebuff. *de reſt. in integr. art. 1. gloſſ. 2. n. 8.* Et exemplum de tranſactione facta ſuper fideicommiſſo reciproco habetur *in l. de*
40 *fideicommiſſo 11. & ibi Dd. C. de tranſact.* Et exemplum † dari poteſt in noſtro contractu ſocietatis, quia in ea ignoratur, an damnum ſeu lucrum ſit eventurum, & licet eum non ponat Odd. *in d. q. 4. art. 6. num. 40.* tamen ponit eum, ut ſupra dixi, *num. 28. q. 56. art. 4. num. 26. & art. 6. num. 50.* ubi loquitur de contractu ſocietatis officii, & ita diſtinguit. Aut eques minor contrahit ſocietatem ſuper ejus officio, & læditur diſſipando pecuniam acceptam, & reſtituitur. Aut ipſe minor accommodat officium ſuum ad utilitatem alterius, ſive majoris, ſive minoris, qui non ſoluit fructus, vel ſuo tempore facta diſdicta non reddit ſortem & reſtituitur, ſed tenetur cedere actionem ei, qui pecunias poſuit in ſocietatem ad hoc ut poſſit agere contra eum, cujus favore ſocietas contracta fuit tam pro fructibus, quam pro ſorte. *l. patri. 27. §. ſi pecuniam 1. ff. de minor.* Aut contrahitur ſocietas favore minoris, ſed ſuper officio majoris, & ipſe minor recipit pecunias, & eas diſſipat. & non efficitur locupletior, & tam contra equitem, quam contra eum qui pecunias dedit reſtituitur, ſicut accidit in mutuo. *l. patri 27. §. ſi pecuniam 1. ff. de*
41 *minor.* Aut † ſocietas contrahitur à minore, quia ipſe pecuniam ponit ſuper officio majoris, & perditur pecunia, quia moritur ille, ſub cujus vitæ periculo poſita fuerat, & diſdicta facta non fuit per quindecim dies ante mortem, prout fieri debuerat, & non reſtituitur, quia non ex negligentia ſua ſola, ſed ex accidenti, eveniente ejus morte, læſus fuit, adeo quod tempore

mor-

mortis non competebat ipſi reſtitutio, quia non adhuc erat completa læſio, unde ad hæredem illam tranſmittere non potuit, & conſequenter ex perſona minoris defuncti reſtitui non poterit, *l. interdum 19. ff. de minor.* & non obſtat *l. Jamnonius 86. & trad. ibi per gloſſ. & Dd. ff. de acquir. hered.* quia ſecundum communem opinionem reſtitutio ibi competit ex clauſula generali, & ex capite juſti impedimenti, non autem ex edicto minorum. Neque quod modo concedi debeat ex clauſula generali dici poteſt propter caſum mortis, quia hoc eſt contra terminos legum in hac materia, cum non reſtituatur minor ex caſu fortuito, *d. l. verum 11. §. ſi locupleti. 5. ff. de minor.* Præterea non eſt æquum, quod reſtituatur ex caſu fortuito, quia in hoc conſiſtit hujus contractus fundamentum, quo ſublato illicitus redderetur, & uſuratius. Secundo caſu † juxta diſtinctionem ſupra poſitam, quando minor exponit ſe periculo, quod poteſt & non poteſt evenire, non tamen ſperat conſequi poſſe lucrum aliquod, ut ſi locat domum potentiori ſe: nam poteſt eſſe, quod potentior ille non ſolvat penſionem conventam debito tempore, & hoc caſu, quia lucrum aliquod ſperare non poteſt, ſed tantum damnum timere, non poteſt dici, niſi male rem ſuam geſſiſſe, ita quod prudens paterfamilias non ita geſſiſſet, & ideo quod ei erit concedenda in integrum reſtitutio. Abb. *in cap. pervenit. in fin. extra de arbitr.* Roch *de Curt. in cap. fin. de conſuet. col. 113.* Cravett. *conſ. 192. n. 4. lib. 1.* & faciunt tradita ab eodem Odd. *qu. 4. art. 5. n. 38.* ubi loquitur de obligatione facta à minore ſub conditione, quæ, licet ſit dubium, an evenire debeat, & ſic an minor lædatur; tamen reſtitui debet, ſolum propter dubium, quod conditio evenire poteſt, qua obventa ſequeretur damnum. Fulgoſ. *in l. nam & poſtea quam 9. §. ſi minor. 4. n. 4. ff. de jurejur.* Ad prædicta etiam, quia agimus de eo, qui veniam ætatis impetravit, & de deſcripto in albo mercatorum, & de ſtatuto Florentino, & de juramento, quæro, an in his caſibus ceſſet in integrum reſtitutio? In primo caſu impetrata † venia, ſi minor contrahit ſuper rebus, ſuper quibus contrahere poteſt ſine decreto, denegatur ei reſtitutio in integrum, ne is, qui cum eo contrahit, imperiali auctoritate circumſcriptus videatur, *l. 1. & ibi Bart. & Bald. & cæteri. C. de his qui ven. ætat. impetr.* Gomeſ. *loc. 2. reſolut. jur. cap. 14. numero 11.* Odd. *quæſt. 23. art. 9. num. 27.* ſed ſi contrahit ſuper rebus, in quibus requiritur decretum, ſi contrahit ſine eo; quia alienatio eſt nulla, opus non eſt reſtitutione in integrum, *l. in cauſæ cognitione 16. ff. de minor.* ſi vero contrahit cum decreto, ei reſtitutio in integrum eſt concedenda, Gomeſ. *dict. cap. 14. numero 12.* & eſt communis opinio Odd. *d. qu. 23. numero 4.* In ſecundo caſu † de deſcripto in albo mercatorum, dico ei reſtitutionem non eſſe concedendam, ita ſtante induſtria minoris publice in actis redacta, quod ei non ſit concedenda reſtitutio in integrum, ut ſi ſit deſcriptus in matricula alicujus artis, tenent Petr. Cin. & Bar. *in l. 1. Cod. qui & adverſus quos.* Rom. *in l. ſi vero, §. de*

42 43 44

viro. num. 3. ff. ſolut. matrim. Aret. *in l. minoribus 3. in fin. C. de reſt. in integr.* Angel. *in l. civitas 27. ff. ſi cert. pet.* & eſt magis communis opinio, Vivius *in ſuis commun. opin. in verſ. doct. 1. verſ. 1 in fin.* Odd. *d. tract. quæſt. 23. art. 4. ſub num. 12.* Et loquendo in ſpecie de minore deſcripto in matricula mercatorum, quod ſi decipiatur in his, quæ pertinent ad mercaturam, reſtitutionem in integrum ei non concedi tradit idem Odd. *d. q. 25. art. 6. num. 21.* poſt Strach *in tract. de mercat. part. 3. num. 26.* Limitatur iſta concluſio, ſi minor ſemel vel bis tantum exercuerit mercaturam Odd. *d. loco num. 22.* & pro hac limitatione probanda citat Bero.
45 *quæſt. 115.* Sed ego credo, hanc † limitationem non eſſe veram, quia concluſio, quod minor deſcriptus in albo mercatorum non reſtituatur, in eo fundata eſt, quia iſte pro idoneo publice approbatus eſt, & talis præſumitur præſumptione juris, & de jure, ut declarat idem Odd. *d. q. 23. art. 4. n. 13.* ubi etiam ponit quaſdam declarationes, & cum in hoc ſit fundata parum refert an ſemel bis vel pluries contraxerit. Neque obſtant tradita à Bero. *d.*
46 *quæſt. 115.* quia ipſe † loquitur de ſtatuto Bononiæ, in quo diſponitur, quod mercatores etiam minores 25. annis poſſint ſe obligare uti majores, & dicit, quod ille, qui uti vult d. ſtatuti diſpoſitione, tenetur probare, minorem illum qui contraxit, fuiſſe mercatorem tempore contractus, & dicit ad probandum eum fuiſſe mercatorem non ſufficere probare, ipſum ſemel vel bis exercuiſſe mercaturam, ſed debere probari pluries mercaturam exercuiſſe, & hoc non facit ad propoſitum, de quo agimus, quia minorem eſſe mercatorem in caſu noſtro probatur ex eo, quia deſcriptus eſt in albo mercatorum. Et nota ad dicta ibi per Bero. quod diſpoſitio dicti ſtatuti non habet locum, ſi minor contraxit extra territorium Bononienſe, etiamſi Bononiæ vigore dicti contractus conveniretur, ſed ſervanda eſſet
47 diſpoſitio juris communis. In tertio caſu, de ſtatuto Florentino † ſeu alio ſimili ſtatuto diſponente, quod ætas decem & octo annorum habeatur pro ætate legitima & perfecta, an reſtitutio ſit concedenda, & quod ſit prohibita concludendum videtur, ita de ſtatuto abbreviante ætatem, videlicet quod ætas minor, quæ de jure communi eſt 25. annorum, Authent. ſit 20. annorum, quod dicatur denegata reſtitutio in integrum, tenet Bald. *in ſi captivi. numero 4.* ubi magiſtraliter diſtinguit, *Cod. de Epiſc. & cler.* Bald. Novell. *in tract. de Dote part. 6. privileg. 63. in fin.* Ruin. *in conſ. 126. ſub numero 4. & ſeq. lib. 5.* Et ita eſſe concludendum ſine ſcrupulo dicit Odd. *d. tract. quæſt.*
48 *15. artic. 9 numero 78.* In quarto & ultimo caſu † de juramento, an impediat reſtitutionem in integrum, de eo late ponit Odd. *dict. tract. 1. quæſt. 24.* Videbimus modo ſolummodo de duobus caſibus, nempe quando minor adhibet juramentum in contractu ſocietatis, ut communiter fieri ſolet,
49 & quando adhibito juramento aſſerit ſe eſſe majorem. Primo † caſu ob juramentum ſimpliciter appoſitum in contractu ſocietatis non impeditur reſtitutio

reſtitutio in integrum, ita loquen... ue omnibus contractibus tenet Odd. *d.q.24.num.13.* poſt Barb.*in ...j 53.col.1. & 2.lib 2.* Soc.jun. *conſ 3.num.32 lib.2.& conſ.8.n.5.lib 4* Curt... *conſ.119.num.8.& ſeq.* Secundo caſu, quando minor † ſe majorem eſſe aſſerit cum juramento, habemus textum expreſſum *in l. ſi alterius 3 C. ſi minor ſe major. dixer.* in qua ſecundum communem intellectum ita diſtinguitur. Aut præſtitit minor corporaliter hoc juramentum, & amplius non auditur, etiam ſi clare probare vellet ſe eſſe minorem. Aut non corporaliter, ſed verbotenus præſtitit. Et tunc aut vult probare teſtibus ſe eſſe majorem, & pariter non auditur, & hanc diſtinctionem ponit Odd. *in d.qu.24.art.2.num 6.& ſeq.*Seraph.*in tr. de priv.jur.privil.63 ſub num.3. & priv.96.* Declaratur, quod ſi minor † offerat probare evidenter minorem ætatem, debet audiri in petitione reſtitutionis in integrum ſaltem per viam denunciationis Evangelicæ, ita dicit Odd. *d.q.24.art.5.nu.39.* & ſubjungit, quod ſi Judex eſſet, cognita veritate ætatis minoris, & erroneo ejus juramento ſine dolo interpoſito, omnino admitteret minorem ad reſtitutionem petendam, non obſtante rigore *d.l.ſi alterius,* ſed judicio meo iſta opinio † ſic ſimpliciter affirmata dubia redditur per ea, quæ tradit Menoch *intr. de præſ.lib.1.q 79.* ubi agit, an adverſus præſumptionem juris, & de jure admittatur denunciatio evangelica, & inter alia dicit peccato ceſſante denunciationem non concedi, & in eo, qui utitur legis diſpoſitione, à jure canonum non improbata, ceſſat peccatum, merito videtur dicendum ceſſare debere denunciationem evangelicam, & vide Dd. *in c.venit.cum plurib.ſeq.de re jud.* Declaratur ſecundo, quod licet denegetur † minori reſtitutio ex capite minoris ætatis, tamen non ei denegatur ea, quæ ex alia cauſa etiam majori concederetur. Seraph.*d.tract.de priv.jur.d.priv 96.n.11.* Declaratur tertio, quod minor † non reſtituitur, ſi doloſe juravit ſe eſſe majorem; ſecus vero, ſi juravit abſque dolo, credens ſe talem eſſe. Seraph.*d.tr.priv.96.n.12.* & hoc procedit, etiam ſi minor dolo adverſarii inductus corporaliter juravit. Odd. *d.q. 24. n.43.* ea evidenti ratione, quia unius juramentum dolum alterius purgare non debet. Qui enim jurat, ſemper dolum alterius excludere cenſetur, *c. quintaval. cum ibi notatis per omnes, de jurej.* Bar.*in l.ſi ſocietatem 6.n.32.ff. pro ſoc.* Ex hac limitatione infertur, quod ſi filia † renunciat hæreditati paternæ, & jurat ſe eſſe majorem, quæ vere non eſt, hoc non obſtante reſtitui poterit, Caſtr.*in conſ.455. n.5.6.lib.2.* quia præſumitur, imo clare patet, quod pater dolo eam ad ita jurandum induxit, cum melius quam ipſamet filia ejus ætatem ſcire poſſet. Odd.*d.q.24.art.5.n.45.*Et infertur, quod ſi ex aſpectu † evidenter appareret de minori ætate jurantis, ut quia eſſet 16. annorum, & juraret ſe eſſe majorem, hoc caſu etiam diceretur conſtare de dolo adverſarii recipientis tale juramentum, & per conſequens daretur in integrum reſtitutio Seraph *d tract.de priv jur.d.priv.96.in fin.* Declaratur quarto, quod licet minori † denegetur re-

50 51 52 53 54 55 56 57

ſtitutio adverſus adverſarium, non [illegible]atur adverſus alios extraneos Bald. *in d. l. ſi alterius, num. 2. Ang. ibi num. 3. Caſtr. num. 6.* quia voluit decipere adverſarium & non extraneos Odd. *d. q. 24. art. 6. num. 50.* Declaratur quinto,
58 quod ſi minor † & contrahens cum eo fuerint in pari dolo, ut quia contrahens etiam cum eo juret, eum eſſe minorem, reſtitutio non denegatur, ea ratione quia dolus cum dolo compenſatur, & quia ſibi imputare debet adverſarius, qui hoc ſciens contraxit, & iſta eſt magis communis opinio, Borgn *in tract. de tuto. ſub num. 299.* Odd. *d. q. 24. art. 7. numero 51.* Declaratur ſex-
59 to, quando minor † ſolummodo juravit generaliter, omnia & ſingula in inſtrumento contenta vera eſſe, tunc ex tali juramento reſtitutio in integrum non impeditur, quia ſpecifice interponi debet, & generaliter præſtitum non ligat. Cagnol. *in l. ſi quis major. 41. num. 73. Codic. de tranſact.* & quia verba illa, *omnia & ſingula*, intelliguntur de obligationibus, & pactis principaliter contentis in inſtrumento. Aret. *in l. gerit. 88. ſub numero 6. ff. de acquir. hæred.* Contrarium tenet Pariſ. *in conſ. 97. numero 8. lib. 1.* qui pro ejus opinione
60 allegat Anchar. *in conſ. 226.* Veriorem opinionem, quod reſtitutio † non impediatur, eſſe dicit Odd. poſt alios, quos citat *d. q. 24. art. 3. ſub numero 16.* & ad ita tenendum ultra alias rationes dicit magis moveri, quia dicta clauſula apponitur à Notariis in inſtrumentis de eorum ſtilo, & conſuetudine, neque intelligunt partes ut plurimum, & præſertim minores, quod ultra generalem obligationem ad aliud extendantur, & à conſuetudine fieri non poteſt, ut intelligatur fuiſſe juratum, ubi juratum non fuit. Cagnol. *in d. l. ſi quis major. numero 74. Cod. de tranſact.* & Galiaula *in l. 1. p. 1. in fin. ff. de verb. oblig.*
61 Et ad dicta per Anch. & Pariſ. reſpondet, quod eorum † opinio vel ſit parum ſecura, vel quod poſſit ſalvari, ubi adeſſet clauſula, referendo ſingula ſingulis, quæ aderat in caſu Pariſ. Vel poteſt etiam dici, quod ſem-
62 per, quando † ea generalitate verborum poteſt modo aliquo conjecturari, fuerit cogitatum à minore de aſſertione ſe eſſe majorem, quod tunc dicendum ſit id affirmaſſe, quia tali caſu juramentum habet vim ſpecialis expreſſionis, ut per Seraph. *in dict. tract. de privil. jur. privil. 70. numero 16. in fin. & num. 17.*
63 Declaratur ſeptimo, quando contractus † eſſet nullus, & iſta eſt communis opinio, quicquid dicat Pariſ. *in conſ. 97. lib. 1.* ut per Riminald. jun. *in §. 2. num. 28. & ſeq. Inſtit. quib. alien. lic. vel non.* Borgnin. *d. tract. de tutore. num. 266.* & Odd. *d. qu. 24. art. 4. ſub numero 26. & 29.* ubi hanc opinionem dicit veriorem & magis communem, & ultra alios eam probat ſubtiliſſima & funda-
64 mentali argumentatione. Limitatur iſta opinio † magis communis, primo ut non procedat in nullitate præcedente ex cauſa ætatis, puta propter non interpoſitum decretum, ſed ſolum in nullitatibus præcedentibus ex qualibet alia cauſa. Anchar. *conſ. 226. ſub numero 3.* Pariſ. *d. conſil. 97. numero 61. lib. 1.*

Sed

Sed iſta limitatio † vera non videtur, quia Doctores pro opinione dicta 65
magis communi adducti loquuntur etiam de hac nullitate, ut tradit Odd.
dict. qu. 24. art. 4. ſub numero 37. Limitatur † ſecundo, ut procedat ſolum de 66
jure civili, non autem de jure canonico. Pariſ. *d. conſil. 97. numero 59. lib. 1.* Et
iſta limitatio † etiam non videtur tenenda, quia ratio nulla religionis & 67
perjurii hoc ſuadet, ut per Odd. *d. loco numero 38.* Limitatur tertio, niſi
† utrumque juramentum adeſſet, nempe aſſertorium, & confirmatorium. 68
Pariſ. *d. conſil. 97. numero 60. lib. 1.* Bero. *qu. 43. numero 3.* Et hanc limitationem
† veram putat Odd. *d. loco numero 40.* quia juramentum confirmatorium 69
contractus ſupplet etiam defectum nullitatis, ſecundum magis communem opinionem totius mundi hodie, *in auth. ſacramenta puberum, Cod. ſi adverſ.*
Limitatur † quarto, ſi minor doloſe aſſeruiſſet, ſe eſſe majorem, Ang. *in conſ.* 70
160, num. 5, Odd. *d. loco. num. 41.*

N. 2. 15. 43. Minores ſive mares ſive fœminæ vix repererint in hac patria cum quibus contrahant, propter facilem in integrum reſtitutionem: ideò à DD. Ordinibus, ut Hollandiæ ſummo Magiſtratu, ſi ad annum vigeſimum & ultrà pervenerint & juſta cauſa ſubſit, veniam ætatis non difficulter impetrant; quam video quotidiè concedi, dùm nomine *Urbis Patriæ* inter dictos DD. Ordines deputati vice fungor. Vis hujus conceſſionis in eo conſiſtit, quod liberam omnium bonorum, etiam feudorum adminiſtrationem habeant, non ſecus ac ſi majores eſſent, ſecundùm jus & mores Patriæ, abſque contradictione quorumcunque ſive cognatorum, ſive hæredum, ſive eorum quibus ceſſa eſt actio. Hæc ſumma eſt conceſſionis. Ex qua elicitur tales minores etiam immobilia alienare ut ſolent majores; non putem tamen temerè aut promiſcuè, ſed cùm id res familiaris & negotia requirunt. An abſque decreto? ita dixeris ex tenore litterarum, quæ verbotenus permittunt: ſulr te diſponeren ende handelen als na rechten ende coſtuymen gemlouſt ſoude weſen alſ ſy ſynen werligen ouderdom ſoude hebben gehaelt. *Papegay in titulo, Venia ætatis.* Aliter jus civile, quod abſque decreto ne quidem immobilium oppignorationem concedit, nedum alienationem, *l. 3. Cod. de his qui veniam ætat. 2. 45. Grotius in introductione l. 1. cap* 10. *& Groenevv. ad d. titulum.* Sed & fœminas 18. annorum hoc beneficio frui ſinit, cùm mares vigeſimum ſuperaſſe oporteat, eadem lege 2. Melius mores patrii, qui in utriſque vigeſimum annum requirunt. Nam quamvis ſequior ſexus priùs munia comparis æquare, quàm maſculinus aptus ſit, & ideò illi nuptiis contrahendis duodecimus, huic verò decimus quartus à jure ſit attributus: tamen cùm utrique antè vigeſimum quintum annum non diſpar ſit providentia, aut potius imprudentia In rebus ſuis adminiſtrandis, rectè ſanè eandem temporis metam ambos expleſſe oportuit, ut huic beneficio locus eſſe poſſit. Denegata potiò ipſis in integrum reſtitutione *juxtà l. 1. dicti tituli,* nempe ex capite minorennitatis, abſque ulla diſtinctione, quam d. l. non admittit: Nam quo caſu majores, eodem & hi reſtituendi ſunt: Sed ex reſcripto principali major factus, ſi putet reſtitui oportere in iis quæ minor geſſit, quadriennium illi currere incipit ab impetratione veniæ & inſinuatione judici facta, *l. 5. C. de tempo in integrum reſtit 2. 53. Perezius ibidem.*

N. 51. De denuntiatione evangelica in hiſce regionibus inuſitata & incognitâ habetur *cap. 13. Novit ille lib. 2. decret, Gregor. tit. 1, de indiciis,* ubi hujus materiæ fons eſt & ſe-

des. Rex Anglorum queritur apud Innocentium tertium, à Francorum rege Philippo Fœdus cum ipſo, interveniente juramento, ictum, non ſervari. Hoc judicium ſibi adſumit Papa, etiam altera parte invita; quia, inquit, non de feudo ſed de peccato judicabimus. Allegat verba Chriſti ſalvatoris noſtri apud *Matthæum cap. 18. verſ. 15. dicentis: Quod ſi peccaverit in te frater tuus, ita & argue eum inter te & ipſum ſolum: ſi te audierit lucratus es fratrem tuum. Sin verò te non audierit, aſſume tecum adhuc unum aut duos, ut ex ore duorum aut trium teſtium confirmetur res tua. Quòd ſi neglexerit eos audire, dic Eccleſiæ. Quod ſi Eccleſiam audire neglexerit, ſit tibi velut ethnicus vel publicanus quiſpiam.* Ergò cùm quis adverſarium ſuum bis admonuit de cauſa ſua, nec quidquam obtinuit, denunciabit eccleſiæ, id eſt Prælato ſuo: qui cauſâ cognitâ ſententiam feret, & ſi pars adverſa non obediverit, excommunicatur. Hæc eſt denuntiatio evangelica, de qua hìc auctor noſter: & accuratè *Alciatus tractat. ad. d. cap. 13. novit ille.* Vtuntur eâ ut plurimum qui juſtam putant habere cauſam, & in natura fundatam, cujus tamen jūs civile rationem non habet vel in cauſa fœderis & juramenti aut etiam miſerabilium perſonarum. Sic ajunt peccare hæredem qui non ſervat voluntatem teſtatoris, licet invalidam propter defectum ſolemnitatis aut teſtium, & poſſe cogi per denuntiationem evangelicam. Sic ſtipulationem alteri factam & de jure invalidam præſtare quis cogitur, ut & nudum pactum per denuntiationem evangelicam. Sic ſententia notoriè iniqua annullatur. Sic filius familias licet Senatusconſulto Macedoniano tutus, tamen ſi nummos in bonos uſus converterit, nec dilapidaverit, per denuntiationem evangelicam eos reſtituere tenetur. *Vid. Alciat. d. l.*

N. 24. & ſequent. Multus hìc eſt auctor in contractibus cum juramento à minore initis: qui præſertim in hac Patria non magnum habent uſum: ubi quævis negotia, etiam inter majores, nullo interpoſito juramento, tranſigi moris eſt. Ita ut pernicioſa illa Frederici authentica *lib. 2. Cod. tit. 28.* hic in deſuetudinem abierit. *Groenevv. ibidem.* Vide de illa Authentica *Ioh. à Sande ,, de prohibita rerum alienatione parte 1. cap. 1. § 6. n. 98.* ubi illam adductis multis authoritatib. ut abominandam exſibilat, & multis Italiæ ſtatutis, ut & in Gallia, aliiſque locis ubi rectiùs reſpublicæ conſtitutæ ſunt, eſſe abrogatam. Ad hanc Authenticam ſcripſit latiſſimè *Chriſtophorus Richter in expoſitione ſua omnium Authenticarum.*

N. 31. Beneficium, ne ſocius ultrà quam facere poſſit, conveniatur, moribus ceſſare diximus ut & in Galliâ. *Groenevv. § 38 Inſt. de Actionib.*

CAPUT VI.

De his qui contrahere prohibentur ex defectu poteſtatis.

SUMMARIA.

1. *Filius familias prohibetur contrahere ex defectu poteſtatis.*
2. *Poteſt contrahere etiam cum patre ſuper peculio caſtrenſi vel quaſi.*
3. *Non poteſt cum eo contrahere ſuper peculio adventitio, quia dicti peculii uſusfructus pertinent ad patrem.*

4 *Et non datur in eos civilis obligatio, & eſt inutilis contractus ſine civili obligatione.*

5 *Societas inter patrem & filium contrahi non poteſt ſuper adventitiis*, & num. 6. 7. & 8.

9 *Contrariam opinionem affirmativam tenent aliqui.* num. 10. & 11. *Sed non eſt vera.* num 12.

13 *Quia ſecundum gl opinionem inter eos datur civilis obligatio, ſaltem datur civilis obligatio de jure canonico non eſt verum. Et quia quæſita à filio cum præſentia patris ſuis laboribus ſunt communia inter eos. Declara ut* n. 14.

15 *Opinio affirmativa, ſocietatem poſſe contrahi, procedit in adventitiis, in quibus patri non quæritur uſusfructus.*

16 *Et ex ſola obligatione naturali licet non detur actio, poteſt peti ejus obſervantia per denunciationem evangelicam ſeu manu regia.*

17 *Et erit ſervanda, ſi fuerit adhibitum juramentum.*

18 *Quæſita à filio ſuis laboribus, & cum præſentia patris, qualiter in eos ſint dividenda.*

19 *Quæſita à filio cum pecunia patris & nomine patris, pertinent in totum ad patrem.*

20 *Quæſita ſimpliciter à filio cum pecunia patris ad patrem pertinent, quia ejus nomine præſumitur in dubio negotiari.*

21 *Quæſita à filio cum pecunia patris proprio nomine & proprio periculo pertinent ad filium.*

22 *Quæſita à filio cum pecunia patris negotiante communi nomine inter eos communiter dividi debent pro medietate.*

23 *Imo arbitrio boni viri.*

24 *In dubio pro medietate, ſed apparente, cui magis debeatur arbitrio boni viri.*

25 *Si filius lucratus multa fuerit, & non conſtet, quomodo & cum qua pecunia, quid ſit agendum, &* n. 45.

26 *Societas inter fratres exiſtentes ſub eadem patris poteſtate contrahi poteſt ſuper peculio caſtrenſi, vel quaſi. Sed non poteſt contrahi ſuper adventitiis ſecundum aliquos.*

27 *Contrariam opinionem poſſe contrahi inter eos ſuper adventitiis, tenet auctor.*

28 *Filiusfamilias poteſt ſocietatem contrahere cum extraneo.*

29 *Et ſi non habet bona, erit obligata perſona, & contra perſonam erit facienda executio.*

30 *Sed patre mortuo contra perſonam filii amplius executio fieri non poteſt, quia teneretur ſolummodo, quatenus facere poteſt.*

31 *Et quilibet ſocius tenetur ſolummodò, quatenus facere poſſit.*

32 *Sed perditur hoc beneficium ſtante juramento.*

33 *Filius vivente patre non obligatur in legitima, quia ei vivente patre non debetur.*

34 *Fallit, ſi legitima filio à patre fuerit aſſignata.*

35 *Pater obligatur ex contractu filii, ſi ei conceſſit peculium, ſed ſolummodo pro peculii quantitate.*

36 *Actio ex peculio contra patrem eſt annalis, contra filium perpetua.*

37 *Acti*

37 *Actio de in rem verſo contra patrem eſt perpetua.*
38 *Ex ſocietate contracta à filio juſſu patris obligatur pater.*
39 *Et actio quod juſſu datur contra patrem.*
40 *Contra patrem heredem filii actiones provenientes ex facto filii dantur perpetuo.*
41 *Et prædicta de filio ſunt vera, etiamſi habitet ſeorſum à patre abſque ejus voluntate.*
42 *Filius quando ſeorſum à patre de ejus voluntate, vel ex legitima cauſa habitare dicatur.*
43 *Filius legitimè habitans ſeorſum à patre ſocietatem poteſt contrahere.*
44 *Emancipatio præſumitur, ſi filius per decennium habitavit ſeorſum à patre.*
46 *Servi ex defectu poteſtatis ſocietatem contrahere prohibentur.*
47 *Servus habens peculium, & etiam juſſu domini ſocietatem contrahit.*
Dominus ex facto ſervi tenetur actione quod juſſu, & de in rem verſo.
48 *Religioſi ſocietatem contrahere prohibentur propter defectum poteſtatis.*

IAm vidimus de his, qui contrahere prohibentur ex defectu ætatis;
modo juxta propoſitum ordinem videndum eſt de his, qui contrahe-
1 re prohibentur ex defectu poteſtatis. Primo ex defectu poteſtatis † con-
trahere prohibentur filiifamilias, ſed quia hoc non eſt ſimpliciter & ab-
ſolute verum, ideo diſtinctione hac uti debemus. Aut filiusfamilias
contrahit cum patre; aut cum fratre; aut cum extraneo. Primo caſu
2 conſiderandum eſt; quod † filius poteſt habere bona caſtrenſia, bona
quaſi caſtrenſia, bona adventitia, & bona profectitia. Circa caſtrenſia
& quaſi caſtrenſia dicendum eſt, poſſe filium cum patre contrahere ſo-
cietatem, quia in his bonis pro patrefamilias reputatur, *l. 2. ff. ad Ma-*
3 *ced. l. fin. Codic. de inoff. teſtament.* Circa adventitia † vero dicendum vide-
batur, inter eos ſocietatem contrahi non poſſe, quia cum uſusfructus
bonorum adventitiorum pertineat ad patrem, *leg. cum oportet 6. Codic. de*
bonis quæ lib. & Inſtit. per quas perſon. nobis acqu. in princ. quod ad eum jure
4 ſocietatis pertinere debeat, fieri non poteſt. Et quia inter patrem † & fi-
lium in ejus poteſtate exiſtentem non datur obligatio civilis, *l. frater à fra-*
tre 39. §. quantum, ff. de condict. indebiti & per conſequens non datur actio,
l. actiones, ff. de act. & obligat. & non datur lis aliqua, *l. lis nulla. 4. ff. de jud.*
Et quod contractus, qui ſolam obligationem naturalem parit, & non
civilem, reputetur inutilis, dicit loquendo de ſocietate Corn. *in conſil.*
5 *272. ſub numero 5. lib. 1.* Et in ſpecie ſocietatem inter patrem † & filium
contrahi non poſſe, tenet Bart. *in l. ſi quis pro eo. 56. §. 1. in fin. ff. de fidejuſſ.*
Bald. *in auth. ex teſtamento, ſub num. 25. Codic. de collat. & in l. cum oportet. 6. in princ.*
numero 9. Cod. de bonis quæ lib. Henrichman. *conſil. 7. lib. 1. tom. 1.* & ita videtur
6 tenere Angel. *in conſil. 85.* ubi loquitur † de patre, qui habebat plures
filios,

filios, quibus tradiderat pecunies ad mercaturam exercendam, & plura lucrati fuerunt, ſe exercendo, & ponendo vitam in periculo, & determinat quæſita omnia ad patrem pertinere. Et Angeli conſilium approbat Jaſon. *in l. illud 20. ſub n. 8. C. de collat.* & Socin. *in conſ. 162. ſub n 3. libr. 2.* & Ihob *in conſ. 92. n. 4. & num. 5.* Et idem Angel. *in conſ. 112.* affirmat, ſocietatem † inter patrem & 7
filium contrahi non poſſe. Nam in caſu ſuo Vannutius & Antonius ejus filius per multos annos inſimul ſteterunt in eadem familia cum Luca fratre conſobrino Antonii, omnia communiter agendo, & dum quærit, an quæſita debeant inter eos dividi in tres partes, quarum unam habeat Vannutius, alteram Antonius, tertiam Lucas, determinat ſolum in duas partes dividi debere, quarum una ſit Vannutii & Antonii, altera vero Lucæ, quia perſona pàtris & filii unica reputatur, & Lucas dicitur ſocius Vannutii & Antonii, ſed Antonius non dicitur ſocius Vannutii ſui patris, quia cum eo ſocietas eſſe non poteſt, & hanc Angeli opinionem probat Pariſ. *in conſilio 94 num. 31. lib. 1.* Et ſocietatem † non contrahi inter patrem & filium, tenet 8
etiam Corn. *in conſilio 272. lib. 1.* qui loquitur de quodam Jacobo, qui negotiabatur cum pecunia patris & patrui, & lucra ponebat in domo communi patris & patrui, & Corn. approbat Matt. Brun. *in conſ. 151. n. 11. & ſeq.* In contrarium, ſocietatem † ſuper bonis adventitiis inter patrem & filium con- 9
trahi poſſe, dicendum videtur, quia ſuper eis inter patrem & filium datur obligatio naturalis & civilis ſecundum opinionem gloſſ. *in d. l. frater à fratre 39. in princ. ff. de condict. indeb.* Et quia licet de jure civili † inter eas non daretur 10
obligatio civilis, tamen datur de jure canonico Mart. de Laud. *in repet. d. l. frater à fratre*, ut refert ibi Caccialup *n. 29.* & refert & ſequitur Eugen. *in conſil. 78. n. 40.* Et etiam † quia ſi filius acquirit cum pecunia patris, & induſtria 11
ſua, lucra quæſita communiter ſunt inter ipſum patrem & filium. Roman. late in *conſ. 469.* & his fundamentis motus inter patrem & filium ſocietatem ſuper adventitiis ſubſiſtere poſſe tenet, dicens, eſſe veriorem & magis communem opinionem Eugen. *in dict. conſ. 78.*

Sed de ejus dictis videtur † valde dubitandum, & primo dum dicit, iſtam 12
eſſe magis communem opinionem, judicio meo toto aberrat cœlo, quia qui ſint iſti Doctores, qui conſtituant magis communem opinionem, ipſe non aperit, imo dum refert, Bart. Bald. Angel. & Corn. tenuiſſe contrarium, eorum opinionem eſſe magis communem affirmare debebat, attenta eorum maxima auctoritate, & attento alios Doctores paris auctoritatis non reperiri, qui contrarium affirment, & ita ego teneo, quod Bart. & Baldi opinio ſit communis, & etiam vera. Et non obſtat dicere † de jure canonico dari obligationem inter patrem & filium, quia 13
iſta opinio non eſt vera, ut per Caccialup. *in dict. l. frater à fratre, num. 29.* ubi dicit de ea dubitari & dicendum ſibi videri, quod introducatur obliga-

tio civilis de jure canonico in caſibus, in quibus jus canonicum illam oriri
14 abhorret. Neque etiam obſtant † tradita per Rom. *in d. Ꝺ. conſ. 469.* Quia etſi
verum ſit, quod quæſita per filium ſuis laboribus, & cum pecunia patris,
ſint communia, tamen hoc non eſt jure ſocietatis, ut Eugenius præſupponit,
ſed quia ita æquitate inſpecta de jure diſpoſitum reperitur, ut per Corn. *d.*
conſ. 272. in fin. lib. 1. & per Ang. *in d. conſ. 118. parum ante finem.* & Dd. qui *in l. cum*
oportet. 6. C. de bonis quæ lib. tractant de hac acquiſitione & communione inter
patrem & filium, non dicunt, quod ſit jure ſocietatis, ſed ex legis diſpoſi-
tione. Et quia à jure diſpoſitum habemus, qualiter lucra adventitia inter
patrem & filium ſint communia, affirmare poſſumus, ulterius de obliga-
tione ex ſocietatis contractu non eſſe quærendum.

15 Iſta dicta de bonis † filii adventitiis, in quibus pater habet uſumfructum,
non procedunt in adventitiis illis, in quib. pater non habet uſumfructum,
quia in eis datur inter eos obligatio naturalis & civilis, ut datur exem-
plum in pecunia acquiſita ex maleficiis, *l. quod ſervus 24. in fin. ff. de acquir. poſſ.*
& datur exemplum de omnibus bonis, in quibus patri uſusfructus non
quæritur, Cagn. *in d. l. frater à fratre. numero 240. ff. de condict. indeb.* Similiter ſe-
16 cundum eſt, ex ſola obligatione † naturali, licet non detur actio patri ad
agendum, poterit peti obſervantia talis obligationis per denunciationem
17 evangelicam, aut per implorationem manus regiæ, petita † tamen prius
venia vocandi patrem, Jaſon. *in l. juris gentium 7. §. ſed cum nuda. col. 3. ff. de pact.*
Crot. *in d. l. frater à fratre, colum. 5. & ibi Cagn. numero 41. & 42 ff de condict. indeb.* &
ſi fuerit adhibitum juramentum, erit omnino ſervandum, Alexand. *in conſ.*
18 *8. lib. 2.* Contra ſocietatem † qualiter quæſita à filio ſuis laboribus, &
cum pecunia patris ſint inter eos dividenda, hac diſtinctione uti debe-
mus, quam ponit Roman. *in d. conſil. 469. ſub numero 5.* Aut filius negotia-
tur cum pecunia patris, & nomine patris: aut negotiatur ſimpliciter: aut
proprio nomine, & proprio periculo: aut communi nomine & commu-
19 ni periculo. Primo caſu quæſita † in totum pertinent ad patrem, ita te-
net ibidem Roman. ea ratione, quia à patre tanquam inſtitor cenſetur
ad negotiandum conſtitutus, & idem tenet Angel. *in dict. conſil. 85. ex thema-*
20 *te.* & allegat plura fundamenta. Secundo caſu † ſimiliter quæſita perti-
nent ad patrem ea ratione, quia in dubio cenſetur negotiari nomine pa-
tris, argumento text. *in l. poſt mortem 5. §. 1. & in leg. fin. ff. quando ex facto tuto.*
21 Tertio caſu quæſita † in totum pertinent ad filium, quia nomine proprio,
& proprio periculo negotiatur, *l. idemque 10. § ſi mandavero 8. ff. mandati. l. ſi unus*
22 *ex ſociis 67. §. ſi quid unus 2. ff. pro ſocio.* Quarto & ultimo caſu † quæſita à filio
negotiante cum pecunia patris & ſuo & patris nomine, inter eos communi-
ter dividi debent, ſed dubitatur, qualiter iſta diviſio ſit facienda, an pro
medietate, an vero arbitrio boni viri, qui conſiderare debeat, an magis

ab

ab operibus, quam à pecunia vel econtra lucra pervenerint. Quod ſimpliciter lucra pro medietate inter patrem & filium dividi debeant, tenet Bart. *in l.1. §.nec caſtrenſe. col.3 ff.de collat.bonorum.* Bald.*in conſil.259.lib.5.* & hanc dicit communiorem & veriorem poſt alios, quos citat Mandoſ. ad Roman. *in dict.conſ.469.* Quod debeant dividi arbitrio † boni viri ſecundum aliam Bal- 23
di opinionem, determinat Roman *in d.conſ.469.ſub n.2.& ſub n 5.* & ita tenet Cravett.*in conſ.165.n.1.& 2.* Poſſunt ſalvari iſtæ opiniones, conſiderando primam † procedere regulariter, & in dubio ubi non conſtat, an magis de lu- 24
cro ſit tribuendum pecuniæ, quam operibus, & ſecunda procedat, ubi conſtaret, an magis pecuniæ, quam operibus vel econtra eſſet tribuendum, quia eſſet iniquum conſtito de veritate, cui magis eſſet tribuendum, ſi diviſio fieret pro medietate.

Et caſus à Romano conſideratos, nempe † ubi non conſtaret, quomo- 25
do & cum qua pecunia filius lucratus fuiſſet, & quod de lucris ſit agendum, vide Rolan.*conſil.90 lib.2.& conſ.54.lib.3.* Altera ſuprapoſita diſtinctionis † pars eſt, quando filius contrahit cum ejus fratre pariter ſub eadem pa- 26
tris poteſtate exiſtente, quia ſi non eſſet ſub eadem poteſtate, diceretur extraneus, *l.fin.C.de in jus voc.* & ſimiliter, ut ſupra dixi, agendo de ſocietate inter patrem & filium, ſuper caſtrenſi & quaſi caſtrenſi peculio, inter eos ſocietas contrahi poterit, quia in talibus peculiis pro patribus familias reputatentur, *d.l.2.ff. ad Maced.* Et quia quicquid acquirunt filii, patribus acquirunt, exceptis peculiis, videtur dicendum inter eos neque etiam ſuper adventitio peculio ſocietatem contrahi, cum, ut dixi ſupra, ex legis diſpoſitione abſque ſocietate uſusfructus patri quæratur, & ita tenet Angel. *in d. conſ.112.* & Pariſ. *d.conſ 94.numero 31.libr 1.* Menoch. *in tractat. de præſ.lib.3. præſ.56. nu.5.* Sed quicquid ſit inter patrem & filium, affirmari poſſe videtur inter † fratres ſub eadem patris poteſtate exiſtentes ſuper peculio adventitio ſo- 27
cietatem contrahi poſſe. Quia licet inter patrem & filium legis diſpoſitione diſpoſitum reperiatur, qualiter ex tali peculio provenientia dividi debeant, & ſocietate non ſit opus: tamen ſecus eſt inter fratres, quia quoad proprietates acquirendas & augendas poſſunt inſimul convenire, qualiter inter eos ſint dividenda, ſalva acquiſitione patri facienda de uſufructu, & ad hoc faciunt tradita per Cephal.*in conſil.775.* ubi determinat, acquiſitionem proprietatis eſſe inter filios operantes dividendam in capita, licet uſusfructus pertineat ad patrem, à quo ſit communicandum cum ejus fratre. Tertia † & ultima pars † diſtinctionis eſt, quando filiusfamilias contrahit cum 28
extraneo, & poteſt ſe obligare, & contrahere ſocietatem, *l. tam ex contractibus 57.ff.de judic.l.filiusfamilias 39. ff.de act.& oblig.l quoties 21.ff.de noxal. act.l. ſi id quod 58. § ſi filiusfamilias 2.ff.pro ſoc.* Decian.*in conſ.11.num.2.lib.1.* Pariſ.*conſ.94.num. 2.lib.1.*

29 Et ſi non habet bona, obligatio † ab ipſo contracta contra ejus perſonam
erit exequenda, niſi bonis ceſſerit, l.penult.C.qui bon.cedere poſſ. Bart.in l.ſi dubitet.
30 10.§.2.ff.de fidejuſſ. Sed quod executio in perſonam fieri † poſſit contra filium-
familias, verum eſt, durante patria poteſtate, quia ea diſſoluta per mortem
patris, ſive per emancipationem, non tenetur filius, niſi eatenus quatenus
facere poſſit, l.2.ff.quod cum eo.Brun.in tractat.de ceſſ.bon.q.4.priu.n.7.& 8. Etiam
31 ex obligatione † provenienti ex ſocietate dicendum eſt, teneri ſolummodo
eatenus, quatenus facere poſſit, ſive duret, ſive ſit diſſoluta patria poteſtas,
& hoc provenit à natura ſocietatis, quæ ſe habet inſtar fraternitatis, l.ſunt
qui 16 ff de re jud §.ſed & ſi quis.Inſtit. de act. ubi gloſſ. Pract. Papienſ.in forma li-
belli, in cauſa ſocietat.in gloſſ.ad dividendum.

32 Sed quod hoc beneficium † ne conveniatur ultra quam facere poſſit, per-
datur in aliquibus caſibus, & etiam appoſito juramento in contractu, tradit
Corn.conſ.128.in princ lib.3.Seraf.in tract.de privileg.juram.privil.56. Surd.in tractat.de
alim.tit.1.q.78.num.27.

33 Et quod filius obligetur † ex ejus contractu, & non obligetur ejus pater,
ut toto titul.C.ne filius pro patre. eſt verum, & procedit etiam reſpectu legitimæ
debitæ filio, quia in ea nullum jus habet filius vivente patre, l.1.§.ſi impube-
ri.ff.de eo.bo. Bart. in l.Sticho. ff.de pen.leg.

34 Bene ſi filio pater † in ejus vita legitimam aſſignavit, poterit filius ſuper
ea cum quocunque contrahere, & in ea plenum jus habere dicitur, ac ſi eſſet
ſui juris. Bald.in l.cum oportet. §.non autem, ad fin.C.de bon.quæ lib. Jaſon.in dict.l.
frater à fratre, num.vigeſimo tertio. ff.de condict.indeb.

35 Et ſi pater filio in ejus poteſtate † exiſtenti peculium conceſſit, ex filii
contractu pater obligatur, quia concedendo ſibi peculium tacite velle vi-
detur poſſe à filio obligari. Quia tamen talis voluntas abſolutè non præ-
ſumitur, ſed cenſetur limitata à peculii conceſſione & quantitate, non obli-
gatur in ſolidum, ſed ſolummodo pro ipſius peculii quantitate, §. actiones,
Inſt.de act.l.1.cum ſeq.ff.de pecul.& ibi Bart. Ang.in d.§. actiones. Jaſon.in d. l. frater à
fratre, n.9 & Cagn.n 51.

36 Intellige tamen, quod poſt † mortem vel emancipationem filii iſta actio
contra patrem ſolum durat per annum, licet contra filium actio perpetuo
competat, ut toto tit.ff.quando de pecul.actio ſit annal.

37 Et intellige etiam, quod † ſi ex contractu filii aliquid verſum ſit in patris
utilitatem, perpetuo datur contra eum actio de in rem verſo.leg.Macedoniani,
38 Codic.ad Macedonian. Et ſi juſſu patris à filio † erit contracta ſocietas, pater
erit obligatus, quia attenditur perſona principaliter conſiderata in contra-
hendo, l.fin.ff.pro ſoc. ſecundum intellectum, quem dicit magis communem
39 Decian. in d.conſil.11.ſub num.2. & 3.lib.1. & talis † actio, quod juſſu perpetuo
datur contra patrem, Jaſon, in d.l.frater à fratre, n.9.

40 Similiter

Similiter ſi pater † poſt mortem filii ejus bona occupat, non jure patriæ 40
poteſtatis, prout erat olim, ſed jure hæreditario, provt hodie fit, actiones
contra patrem ex contractu filii dantur perpetuo, Bartol. *in l. 1. ff. de pœnis.*
Bart.Socin. *in d.l. frater à fratre, num.22.* Et prædicta de filio ſunt † vera, etiam 41
ſi habitet ſeorſum à patre abſque ejus voluntate, Angel. *conſil. 75.* Cæpol.
conſil. 159. Rolan. *conſil. 54. lib. 3.* Boer. *deciſ. 95.* Et quando filius ſeorſum à † 42
patre de ejus voluntate, vel ex aliqua legitima cauſa habitare dicatur, tra-
dunt Cæpol. *d. conſil. 159.* & Rolan. *d. conſil. 54.* De filio habitante legitime † 43
ſeorſum à patre, quod ſocietatem contrahere poſſit, tradit Bald. *in addit. ad
tract. Bart. de duobus fratribus, num. 25.* & Petr. de Ubald. *d. tract. de duob. fratr. p. 3.
num. 2. in fin.* Et filium habitantem † per decennium ſeorſum à patre eman 44
cipatum præſumi, tradunt Gabr. *in ſuis comm. concl. de præſumpt. concl. 1. numero
31.* Cæphal. *in conſ. 687. numero 5.* Qualiter quæſita † per filium quæſita præ- 45
ſumantur, an ex pecunia patris ſeu aliunde, ponunt late Calcan. *in conſil.
19.* Roland. *in conſ. 90. lib. 2. & in conſil. 54. lib. 3.* Eugen. *in conſil. 78.* Menoch. *in conſ.
364. lib. 4. & in tract. de præſumpt. lib. 3. præſ. 50.* Secundo principaliter † ex defectu 46
poteſtatis ſervi ſocietatem contrahere prohibentur, quia tantum ex eorum
contractu naturalis oritur obligatio, & non civilis, *§. ſunt inutiles, Inſtit. de
inutil. ſtipulat l. ſi quod dominus 64. ff. de condict. indeb.* Sed ſi ſervus † contrahat 47.
ſocietatem, quia ſit propoſitus inſtitor, vel alias juſſu domini, vel habeat
peculium, & ſi aliquid ex ejus contractu ſit verſum in domini utilitatem
dantur actiones contra ipſum dominum, & de eo quod juſſu, & de in rem
verſo. *l. 1. in fin. & l. ſeq. & l. habeat. § fin & l. ſeq. ff. de inſt. l. 1. & l. 2. ff. quod juſſu. l. ſi.
ſervus, & ibi gloſſ. & l. fin ff. pro ſocio.* Petr. de Ubald. *d. tract. de duob. fratr. part. 9. ſub
num. 1.* Tertio principaliter † propter defectum poteſtatis religioſi contra- 48
here ſocietatem prohibentur, quia ſtatim religione ingreſſa, ſe ſuaque Deo
dicare dicuntur, *auth. ingreſſi, & auth. ſi qua mulier. Cod. de ſacroſan. Eccl. c. quia in-
gredientibus, & c. ſi qua mulier. 19. q. 3. & c. non dicatis, 12. q. 1.* & non habent nec vel-
le, nec nolle, *c. ſi religioſus, de cler. in 6.* & quoad mundum pro mortuis haben-
tur, *l. Deo nobis, 56. C. de Epiſc. & Cler.* & tranſeunt in poteſtatem ſui ſuperioris,
Bart. *in l. patre furioſo. 8. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. jur.* Et idem judicari de reli-
gione ſuperveniente quod de ſervitute ſuperveniente, dicit Bald. *in l. 2. circa
fin. C. de ſentent.* Dec. *in c. decernimus, n. 85. de judic. & in cap. bona memoria, num. 7. de ap-
pellat.* & in ſpecie Monachum ſocietatem contrahere non poſſe, dicit Baldus
in l. cum duobus 52. § 6. in lect. antiq. ſub n. 1. ff. pro ſoc. Petr. de Ubal. *d. tract. de duob fratr.
par. 6. ſub num. 16.*

N. 16. Vide notas cap. 5. n. 51.

N. 18. & 21. Vide l 6. cod. de bonis quæ liberis. *6. 61.* ubi contrarium deciditur.

N. 22. Quicquid filius in poteſtate conſtitutus ex ſubſtantia vel pecunia patris adquirit, non ſibi ſed patri adquirit. *d. l. in verbis: Si filius familias aliquid ſibi adquirit, non ex eius ſubſtantia cuius in poteſtate ſit:* Nam ſi ex ejus ſubſtantia, tunc manet jus antiquum & totum patri adquiritur. *Secus* eſt ſi adquiſitio fiat ex aliis quibuſcunque cauſis, tunc enim patri adquiritur uſusfructus tantum, exceptis caſtrenſibus peculiis, vel quaſi, *ut d. l. 6.* latiùs explicatur.

N. 45. Profectitia bona præſumuntur, ſi filius habitet cum patre, & bona ejus adminiſtret: niſi filius ſit artifex, & ex lucro negotietur: vel ab extraneo mutuaſſe pecuniam adpareat, vel pater valdè ſit pauper. Adventitia præſumuntur, ſi filius ſeorſum habitet à patre, & mercaturam exerceat. Eam dat rationem Baldus; quia non tenetur dicere titulum ſuæ poſſeſſionis, cùm agenti contrà poſſeſſorem incumbat onus probandi. Militia empta præſumitur pecunia patris, *l. ult. Cod. de pigneribus*, 8. 14. Et in dubio pro poſſeſſore judicandum, id eſt, eſſe adventitium. *Menoch. de præſumptionibus lib. 3 præſumpt.* 50. ubi etiam diſquirit, adquiſita per uxorem, per quæſtorem Principis, vel reipub. per clericum & Eccleſiæ Prælatum, unde proveniſſe ſint præſumenda. De adquiſitis per tutorem licet pauperem *vid l. 10. Cod. arbitr. tutelæ,* 5. 51. *Et noſtrum auctorem cap. 3. n. 83. & ſequentib.* Nam ex pecuniâ propriâ adquiſiviſſe præſumitur.

N. 48. An & Paſtores noſtri & Prædicantes? ita videtur juxtà textum *in nov. 123. cap 5. & 6.* Vbi Epiſcopi tutelam gerere, ut & publica aut privata conducere prohibentur, & contravenientium bona Eccleſiæ vindicantur. Et ſubjicitur ratio præcipua, ne ſacra miniſteria impediantur. Quod repetitur in *lege 52. § 1. C. de Epiſcopis & Clericis,* 1. 3. Vbi tutelæ immunitatem etiam legitimæ ipſis concedit imperator: nempe ut aliis omnibus derelictis Dei omnipotentis miniſteriis inhæreant. Qua ratione ipſis interdictum ſit lucri gratia ſocietatibus & mercaturæ vacare: Exemplo militum qui in hoc cum Eccleſiaſtis pari paſſu ambulant, ut videre eſt in novella 116. Vterque enim, diverſimodè tamen militat, & ſuis rebus intentus, aliis omnibus ſe abdicat. Epiſcopos autem Eccleſiaſtis & paſtoribus æquiparari, tàm notum eſt, quàm quod notiſſimum. Vid. *Calvinum ad Timotheum 1. cap. 3.*

CAPUT VII.

De his, qui contrahere prohibentur ex defectu naturalis ſanitatis.

SUMMARIA.

1 *Societatem contrahere prohibentur conſenſu carentes ex defectu ſanitatis.*
Societas eſt ultro citroque obligatoria.
2 *Mutus & ſurdus non poſſunt contrahere ſocietatem,* & n. 3.
4 *Furioſus,*

5 *Et pro eo non tenet datio fidejuſſoris.*
6 *De furioſo habente dilucida intervalla.*
7 *Ebrius*, & n.8.
8 *Etiam juramento adhibito.*
9 *Dicta de ebrio non procedunt in exhilarato à vino*, & n.10.
11 *Amator non poteſt contrahere.*
12 *Intellige de amore voluptuoſo*, & n.13.
14 *Pictura & ſculptura à muliere amante inventæ fuerunt.*
15 *Stultus & fatuus contrahere prohibentur.*
16 *Stulti & fatui qui dicantur*, & num.17.
18 *Lætitia percitus contrahere non poteſt.*
19 *Iratus etiam non poteſt contrahere*, & num.20.
21 *Mente capti.*
22 *Lunatici.*
23 *Frenetici.*
24 *Prodigi.*

OMnes, qui legitimo conſenſu † carent ex defectu naturalis ſanitatis, ſocietatem & alios contractus inire prohibentur, ea manifeſta ratione, quia conſenſu deficiente; ſocietas, quæ eſt ultro citroque obligatoria, contrahi non poteſt, *l.ſocietates contrahuntur 5. §. ultim. ff. pro ſoc.* & tales eſſe dicuntur muti & ſurdi, furioſi, ebrii, amantes, ſtulti, fatui, lætitia perciti, irati, mente capti, lunatici, frenetici, & prodigi. 1

In muto & ſurdo † ita diſtingui ſolet. Aut quis eſt ſimpliciter mutus, ſive accidentaliter, ſive à natura, aut eſt ſimpliciter ſurdus ex accidenti, quia ſi eſſet à natura, eſſet etiam mutus ſecundum Ariſtot. *libr. 4. de Natura animal. capit. nono.* & iſti contrahere poſſunt. Aut quis eſt inſimul mutus & ſurdus à natura, & non poterit contrahere. Aut eſt ex accidenti, & contrahere poterit, ita diſtinguitur *in l. diſcretis. Codic. qui teſtament. fac. poſſunt.* & per Gomeſium *libro ſecundo reſolut. jur. capite decimoquarto, numero 29.* 2

Et mutus & ſurdus † ex accidenti, licet verbis uti non poſſit, & per conſequens non poſſit contrahere ſtipulationem, cæteros contractus, & in ſpecie ſocietatem inire poterit, actus exercendo ſociales, & ſcriptura, & aliis ſignis voluntatem ſuam declarando, ut per Gomeſ. *dict. cap. 14. ſub num. 19.* & ſi non poſſet modo aliquo explicare ſuum conſenſum, & ſuam voluntatem, contrahere etiam non poſſet, & eſſet ei providendum de curatore, Rip. *in l.1.in princ.num.71.ff.de verbor.obligat.* & Jaſon. *in l. mutum 5. ff. de acquir.hæred.* 3

De furioſo † dicitur, quod id, quod agit, non intelligit, *§. furioſus, Inſtit.* 4
de

de inutili.ſtipulat.c.ſicut.47.diſt. & quod furioſi nulla eſt voluntas, *l.furioſi 40.ff.de regul.jur.§.præterea. Inſtitut. quib. non eſt permiſſ.facere teſtament.* & ideo de eo traditur, ſocietatem contrahere non poſſe, *l.final. Codic.pro ſoc.l.4.§.furioſum, ff. de act.& obligat.l.in negotiis 5.ff.de regul.jur.l.qui ad certum,14.ff.locati.* Petrus de Vbaldis *dict.tractat. de duob.fratrib. part. 6. ſub numero 16.* Barbat. *in conſil.37. numero 7.* Stracc.*in tractat.de Mercat part.3.num.18.* Vanz.*in tractat.de nullitate ex defectu mandati.num.15.* Gomeſ.*d.cap.14.num.28.* Boer.*dec.23.num.47.* Afflict. *dec. 365.numero 2.* Tiraq *de pœnis leg.temper.cauſa 2.* Covar.*ſuper 4.decret.part.2.cap.2.num.5.*& multa de furore probando ponit Genitor meus in ejus *conſil.25.lib.1.* ſecundum ordinem à me modo compilatum animo & intentione promulgandi conſilia præfata, annuente Deo.

5 Neque etiam pro furioſo † tenet datio fidejuſſoris, Boer.*deciſ.23. num 50. & n.48.*dicit,quod nec etiam ejus contractus firmatur juramento, poſt Baldum
6 *in l.2.q.10.Cod.de reſcind.vendit.*Quid dicendum ſit † de furioſo habente dilucida intervalla,tradunt ad ſocietatem Joſeph.Lud.*dec.1.in deciſ.Peruſ.* Menoch. *in conſil.82.num.220.libr.1.*Cephal.*in conſil.753. libr.5.* & Maſchard.*in tractat.de probat.concluſ.824.& ſeq.*

7 Ebrius etiam † quid loquatur, neſcit, *c.ſane.15.quæſt.1.* & ebrietas mentis inducit exilium, *cap.à crapula. de vita & honeſt.Cler.cap.vinolentum.35.diſt.* Ebrietas rationem perturbat, intellectum hebetat, memoriam enervat, oblivionem immittit, errorem infundit, & ignorantiam inducit, ubi ebrietas, ibi furor dominatur: ubi furor, ibi nulla ſapientia, ſed inſipientia pervagatur, Boetius *in libello de diſciplina ſcholaſtica, cap. 2.* Ebrietas eſt peſtis ſeviſſima animorum ſimul & corporum labes, quæ rationis hominem impotentem facit, & multorum malorum fomitem ſubminiſtrat. Vitr. *in lib.de modo ſtudendi & docendi de legibus.* Ebrium non debere dare operam liberis procreandis, quia qui vino refertus eſt, tam animæ, quam corporis rabie concitatus, quovis & trahit & trahitur, & veriſimile eſt, eum fœtus inæquales, inſtabiles, obliquos, tam membris quam moribus procreare. Et *in lib.3. Eſdræ cap. 3.* dicitur, forte eſt vinum, prævalet omnibus hominibus, qui bibunt illud, ſeducit mentem; & babetur *in libro Proverbiorum capite vigeſimo.* Luxurioſa res vinum, tumultuoſa ebrietas, quicunque his delectatur, non erit ſapiens. Et Plato *in dialogo 1. de legibus* verba iſta profert: *Tale quiddam interrogo, an vini uſus, voluptates, dolores, iras, amores vehementius concitet? Maximè quidem. Verum etiam ſeorſus memoriam, opinionem, intelligentiam ſimiliter vehementiora efficiat. An prorſus extinguat, ſi quis ebrietate fuerit occupatus, omnino certè extinguit. Ad eum igitur animi habitum redit, quem puer primis ab annis habebat. Profectò. Quare tunc minime ipſius compos erit. Minimè. Erit itaque peſſimus? Valde. Non ſolum igitur ſenex, ut videtur, bis erit puer, ſed ipſe etiam temulentus.*

Meri-

Merito igitur ebrium † contrahere non poſſe, tenendum eſt, ut tenet 8
gloſſa *in capit. unuſquiſque. 22. queſtion. 4.* & Dec. *in conſilio 112, libro primo*, & Tiraquel. *in tractat. de pœnis legum tempor. cauſa 6. num. 8.* Socinus *conſil. 47. colum. 3. libr. 3.* & ejus contractus non valet etiam interveniente juramento, Ripa *in l. final. ſub numero ſeptuageſimo ſexto, Codic. de revoc. donat.* ubi etiam dicit, quod ſi quis aliquem ad prandium invitavit, & illum inebriavit, & poſtea ſecum contraxit, quod etiam talis contractus dicitur dolo initus. Iſta ſunt vera
† in eo, qui vere ebrius eſt, ſed non procedunt in eo, qui propter vinum ſit 9
tantum gaudens & exhilararatus, Dec. *in d. conſ. 112. num. 1.* Ripa *in d. l. final. num. 79.* Gomeſ. *ſuper regul. cancel. de infir. reſigna. qu. 10.* Covar. *in clem. ſi furioſus, de homicidio. p. 3. in princip. ſub num. 3.* Cephal. *in conſil. 753. in fin. lib. 5.* ideo dantur verſus:

Aut nulla ebrietas, aut tanta tibi ſit, ut curas.

Sublevet † ſi qua eſt inter utrumque nocet. & Bald. *in c. 1. de teſtib.* dicit, con- 10
ſiderandam eſſe qualitatem ebrietatis, & Judicis arbitrio conſiderari ebrietatem ad minuendam pœnam, ponit Menoch. *in tr. de arb. jud. caſu 326.* Amato-
rem etiam † ut de furioſo dictum fuit, contrahere non poſſe affirmandum 11
videtur, quia furioſo æquiparatur, *§. illud quoque, in authen. quib. mod. nat. effic. leg.* ubi gloſſ. ponit hos verſus:

Non frater fratri cum furor ille venit,
Igneus ille furor neſcit habere modum.

Gloſſ. *in §. final. Inſtitut. de ſucceſſ. ſublatis*, ubi dicit, ut vino quis capitur, & bacchatur, ita & amore & fervore amoris vehementius nihil reperiri, ut idem dicit gloſſa *in leg. uni. in ver. capta. Cod. de Senat. claud. tol.* & quod neque Philoſophi à furore amoris agitati continentes eſſe potuerunt, ut habetur *in dict. §. illud.* Et amorem puellarum pervertère ſenſum, tradit Baldus *in l. 2. §. initium, ff. de origin. jur.* & habetur *libr. 3. Eſdra, capite 4.* diligit homo uxorem ſuam magis quam patrem & matrem, & multi dementes & ſervi facti ſunt propter uxores ſuas, & multi peccaverunt. David Rex & Propheta magnus propter Berſabeam commiſit adulterium & homicidium, *libr. 2. Regum capit. 11. & 12.* Samſon Hebræorum fortiſſimus vilis mulierculæ amore devictus oculos primum amiſit, & demum vitam cum morte commutavit, *in libro Judicum, capite decimo ſexto.* Et Salomon Rex omnium ſapientiſſimus alienigenarum mulierum amore devictus idolis templa conſtruxit, *libr. 3. Regum, capite undecimo. &c. Salomon. 32. queſtion. 4.* & ſcriptum reliquit: *Vinum & mulier apoſtare faciunt.* Et Appius Claudius amore virginis captus omne fas & nefas miſcuiſſe dicit, *leg. 2. §. initium, ff. de origin. jur.* Craverta *in tractat. de antiquit. tempor. part. 1. ſub numero 8.* Boer. *deciſione vigeſima tertia, ſub numero ſeptuageſimo quinto*, ubi ex Ariſtot. *in libro tertio Ethicorum capite tertio* dicit: Iram & cupiditates venereas cæteraque ſimilia corpus

manifeſte permutaſſe, atque nonnullos in furorem & in inſaniam adegiſſe. Et amore durante hominem quo cœcus præcipitetur ignorare, & in beſtiæ naturam devolui, tradit Marſil. Ficin. ad Plat. *in conviv. oration. 7. capite duodecim.* Et amorem eſſe furoris ſpeciem, dicit Tiraq. *in tractat. de pœnis leg. cauſa 4.* ubi more ſuo plura congerit. Et amorem ecſtaſim ſeu mentis alienationem inducere potius morti quam ſomno comparandam, declarat Leo Hebræus Medicus *in ſuis dialogis de amore, dialog. 3. in princip.*

12 Prædicta ſunt intelligenda † de amore voluptuoſo atque ferino, qui naſcitur, quando quis proclivis eſt ad vitam voluptuoſam, & mentem excedat, & in furorem & inſaniam inducat. Cæterum ex amore, quo ducimur ad vitam contemplativam, talia dici non poſſunt, talis, inquam, amor incipit ab aſpectu, & ſtatim formæ corporalis aſpectu ad ſpiritualis atque divinæ conſiderationem erigimur, ac per gradus aſcendimus, atque demum, quid ipſum pulchrum ſit, contemplamur, Plat. *in conviv. in Orat. Socratis*, & legitur de Poeta Etruſcho:

Che mirando ſi ben fiſo quanto & quali
Eran belezze in quella ſua ſperanza,
Duna in altra ſembianza
Potea tirarlo all'alta cagione prima.

Et legitur de quodam, cujus nomen modo in mentem non venit, qui ſedens ad menſam cum Rege Francorum, & ejus pulcherrima uxore, ab ea oculos nunquam divertit, quid comederit non guſtavit, & accumbentes alios non cognovit, à forma pulcherrimæ mulieris præfatæ ad beatorum ſpirituum & gloriæ cœleſtis & omnipotentis Dei contemplationem erectus.

13 Et ex amore, quo † ducimur ad vitam activam, conſiſtente in videndi atque converſandi oblectatione, prædicta etiam de amore voluptuoſo dici non poſſunt. Quinimo affirmandum eſt, amorem iſtum inter homines amicitias indiſſolubiles, ſocietateſque frequentes parere, hominibus, omnibuſque viventibus pacem & cubile ſecurum elargiri. Dicitur bonorum ſtudioſus, malorum ſpretor, in labore, in timore, in deſiderio, in ſermone gubernator, perfectus adjutor, ſervatorque præcipuus. Cum primum amor iſte afflaverit ruditas ab hominibus removetur, & iſto amore duce virtutes omnes cognitæ, & artes liberales inventæ fuerunt, & exercentur Plato *in convi. in 2. orat.*

14 Et me legiſſe † recordor, picturam & ſculpturam à muliere quadam virum ſuum amante inuentas fuiſſe. Etenim mulier quædam in Civitate Corinthi, quæ amati viri ad bellum proficiſcentis imaginem in ſui abſentia ſemper præ oculis retinere cupiebat, quemadmodum in corde indelebiliter ſculptam

Digitized by Google

ſculptam conſervabat, dum viri facies appoſita ad lucernæ lumen umbram in muro reddebat, accepto carbone leviter, quaſi tenui penicillo, lineas in muro protraxit, juxta extremas imaginis ab umbra deſignatæ partes, & ſic chari & amati viri imaginem deſignavit & pinxit, qua viſa, ejus pater, qui figulus erat, accepto luto, levi manu ad imaginis ſimilitudinem ſtatuam fecit, & eam coxit in fornaci cum ſuis vaſibus, & ita cæteri poſtea ex imagine illa pingere, & ex illa ſtatua fingere didicerunt.

Stultus & fatuus † contrahere prohibentur, Boer. *deciſion. 23. ſub numero 42.* quia furioſo æquiparantur, *l. tam dementes 28. Codic. de Epiſcop. aud. & l. vel ſurdo 20. ff. de rebus author.* & non eſt intelligendum de ſtultitia illa, quæ aliquando fingi ſolet, juxta illud: *Stultitiam ſimulare loco ſumma prudentia eſt*, ut aliquando ſolent facere delinquentes ad evadendum pœnas delictorum, ut refert Alber. *in leg. furioſum 8. ff. de curat. furio; & in l. divus. ff. de offic. prat.* 15

Stultus dicitur ille, qui † imprudens eſt, & improvidus; fatuus vero ille dicitur, qui plane inſipiens eſt, tractum à ſapore ciborum. Nam quemadmodum quando non ſapiunt, fatui dicuntur, ſic homo, qui non ſapit, fatuus appellaturr Laurent. Vall. *libro quarto, capite decimo tertio*, & Martialis: 16

Ut ſapiant fatua fabrorum prandia Beta,
O quam ſæpe petiit, vina piperque coquus.

Et fatuus quoties ad homines refertur, idem eſt, quod inſulſus, Terentius *in Eunucho*:

Fatuus, inſulſus, tardus.

Alii dicunt, ſtultitiam † quatuor modis dignoſci, aut cum non venit in mentem quod oportet; aut cum venerit, non retinetur; aut bonum conſilium non admittitur; aut malum admittitur, Vel dicitur ſtultus in factis, & fatuus in verbis, juxta illud *Eſaia c. 32. Fatuus fatua loquar.* Vel proprie ſtultus eſt, qui per ſtuporem non movetur injuria, gloſſ. & Dominic. *in l. Conſtantinopolitana, 22. diſtinct.* 17

Lætitia percitum contrahere † non poſſe, dicendum eſt, quia lætitia eſt animi motus, & elevatio ſine ratione, & talis mentis perturbatio rationis eſt expers, & in lætante, ſicut in ebrio, impetus & quædam privatio ſenſus reperitur. Et hoc eo magis, quia vehemens repentinumque gaudium non ſolum privat intellectu & ratione, ſed etiam exanimat, ut aſſignata ratione docet Alex. Aphrodiſ. *in ſuis problematibus*, & Joſeph. Mainar. *in rub. C. pub. lat. vel conſul. libr. 12. in ſecunda parte* incipiente, *Altera quæſtio. n. 2. & 5.* & apud Valer. Max. *lib. 9. cap. 12.* legitur: Mulieres duas nimia lætitia periiſſe. Una nunciata clade facta apud lacum Traſimenum, hodie Peruſinum nuncupatum, filio ſuperſtiti redeunti obvia facta in complexu ejus expiravit. Altera, 18

cum audito falſo nuntio de morte filii domi mœſta rediret, ad primum conſpectum filii redeuntis exanimata remanſit. Genus caſus inuſitatum, quos dolor non extinxerat, lætitia conſumpſit. Philippus quoque Comœdiographus.cum in certamine Poetarum præter ſpem viciſſet, ac propterea lætiſſime gauderet, & inter illud gaudium repente mortuus eſt. Gellius *libro tertio, capite decimo quinto.* Igitur timendum eſt, lætitia percitum his rationibus attentis contrahere non poſſe, & ita tenet gloſſa *in §. ſervi. in verb. balneum. Inſtitut. de libert.* & facit textus *in c. unuſquiſq; 22. n. 4.* & trad. per Gomeſ. *in reg. de infir. reſignant.*

19 Iratus habet oculos † truces, os turbidum, immaniter clamat, in ſpumam ruboremve effervèſcit, pudenda dicit & pœnitenda, trepidat & geſſit. Plutarchus apud Gellium *libr. 1. capit. ultim.* Ita inexpugnabilis invictaque eſt, mentem alienans, & ſpecies eſt morbi humani, quo infra hominis ſpeciem homo deiicitur, & ex homine brutum quodammodo redditur, quoniam qui ita vexantur, altè vociferantur, in obvios irruunt, & ſeipſos aut alios cædunt, & ut cerebri vel cordis vitio laborant, vel una aut altera bili occupantur, effervet ſanguis, viſus eorum corrumpitur, ut unum videntes duo propter motum ſpirituum judicent vidiſſe, agitantur, inflammantur, & ſuccenduntur, & tanquam dementes quandoque redduntur, Joſeph. Mainar. *in dict. rubr. Codic. pub. lat vel conſul. lib. 12. part. 2. num. 2.* Ideo non mirum,

20 ſi † ita iratus contrahere non poteſt, *l. quicquid calore 48 ff. de regul. jur. & ibi Bart. & Dec. l. divortium 3. ff. de divort. gloſſ. in c. ſi quis iratus, 2. quæſtion 3.* Jaſon late *in l. ſi filiam tuam 19. numero 4. Codic. de inoff. teſtam. Gomeſ. ſuper reg. de infir. reſignant. quæſtion. 18.*

21 Mente capti † contrahere prohibentur, Stracc. *in tractat. de Mercat. part. 3. numero 21.* quia eis mens & conſilium animi defecit, Baldus *in l. humanitatis 19. numero decimo quinto, & ibi Dec. ſub numero 1. Codic. de impub. & aliis ſubſtit.* & furioſis æquiparantur, *§. furioſi. & ibi gloſſ. Inſtitut. qui teſtament. fac. poſſunt, l. 2. Codic. de curat. fur. l. conſilio 7. §. cum dementis 2. & l. obſervare 6. ff. eodem, l. ſi furioſi 25. Codic. de nuptiis, & l. tam dementis 28. Codic. de Epiſcop. audient. Alexand. in conſilio 54. ſub numero 1. libr. 1. Jaſon in l. patre furioſo 8. numero tertio. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. jur. Boer. deciſion. 23. num. 4. Vant. in tract. de nullit. titul. de nullitate ex defectu mandati num. 18.*

22 Lunatici ſunt, quorum † mens propter lunam ſuam non facit officium, & ideo defectu hujuſmodi durante contrahere prohibentur. Stracc. *dict. tract.*

23 *de mercat. par. 3. numero vigeſimo tertio.* Phrænetici ſunt † illi, qui propter febrim in phrænesim incidunt, *l. ob quæ vitia. 4. in princip ff. de ædil. edict.* & ea phrænesi durante contrahere prohibentur, Baldus *in l. 2. num. 33. C. de reſcinden. vend. Dec. in d. l. humanitatis 9. num. 6. C. de impub. & aliis ſubſtit.* Stracc. *d. tract. de mercat. part. 3. num. 24.*

Prodigi

Prodigi etiam furioſis † æquiparantur, & contrahere prohibentur, §. 2 4
furioſi Inſtitut. de curat. l. 1. ff. de curat. l. Fulcinius 7. §. adeo 9. ff. quibus ex cauſis in poſſ. eatur. l. 1. C. de curat. furio. l. ſi prædia 11. ff. de rebus eorum, §. & hic dicimus, in authent. ut ſi qui obligat. ſe habere perhibent res mino. Alex in conſilio centeſimo octuageſimo ſecundo, libro quinto. Jaſon & cæteri ab eo relati in *l. is cui bonis, ff. de verb. obligat.* Doctores omnes *in l. is cui lege 18. ff. de teſtament. Petrus de Ubaldis dict. tract. de duobus fratribus, part. 6. ſub num. 16. Gomeſ. libr. 3. reſolut. jur. cap. 14. num. 30. Vant. in tract. de nullitat. tit. de nullit. ex defect. mand. num. 3. Stracc. in tractat. de mercat. part. 3. ſub num. 20.* Et de his, qui ob defectum ſanitatis contrahere non poſſunt, ſaltem per modum exempli dixiſſe ſufficiat.

N. 9. De Ebrio contrahente ita Nicolaus Burgundus *in prologio ad conſuetudines Flandriæ: Homines Septemptrionales interno calore Flagrantes ſiti magis urgentur & ad pocula prontiores ſunt: & ideò tota ferè Flandria frigori expoſita & commercio addicta ſancitum fuit, ut ab obligationibus in taberna potoria celebratis, alterutro contrahentium poſtridiè antè meridiem recedere liceat.* Idem aſſerit Grotius, ſi nempè intrà viginti quatuor horas contractui renuncietur. *Introduct. lib. 3. cap. 14. in principio.* **Dyt het gunt hier voren.** Quod & rationi conſentaneum putat *Anthon. Matthæi diſput. de Obligat n. 12.* Dummodò, inquit, captus ubi vinum edormierit tempeſtivè renuntiet adverſario, ne ſubſecuta taciturnitate conſenſiſſe videatur. Et ſanè multa & facimus & dicimus imprudenter, cum paulò liberaliùs aſperſi ſumus flore Liberi Patris, quæ aliàs aut facta aut dicta nollemus. Quare etiam condonandum putem contrahenti inter pocula, ſi tempeſtivè, id eſt, poſtridiè pœniteat: cùm id ſine læſione tertii procedat facilè: Vt ut ſit in delinquente ebrio: quem & damnum læſo reſarcire, & in exemplum, reipublicæ ſatisfacere oportere volunt. Et ita ſtatuit *Car. quintus anno 1531. teſte Dambouderò praxi crimin. cap 84. n. 14.*

N. 10. De Ebrio delinquente *vide latè Gail. lib. 2. obſ. 110. Gomeſium reſolt. tom. 3. cap. 1. n. 73. Perezium Cod. ad. l. Corn. de Sicariis n. 10. 11. Gudel. lib 5. Cap. 17. juxtà principium. Item juriſconſultiſſimum van Leeuwen in parati jur. nov. lib. 4 par. 3. cap. 3. n. 4.* Sed exemplum quod ibi allegat pœnæ capitalis, quam Scabini Delphenſes ob commiſſum homicidium cuidam Vander Have inflixere, latiùs accuratiuſquè deductum & tractatum vide in de Duyrſe conſult. lib. 4. conſil. 292. 293. & 294. & anteriùs.

CAPUT VIII.

De quibuſdam aliis, qui à lege contrahere prohibentur.

SUMMARIA.

1 *Aliqui ſunt prohibiti à lege contrahere ſocietatem.*
2 *Officialis cum ſubdito.*

3 *Medicus cum infirmo.*
4 *Advocatus cum ſuo clientulo.*
5 *Tutores & curatores cum pupillis & adultis.*
6 *Excommunicatus, ſed contra.* ibidem.
7 *Excommunicatione non diſſolvitur ſocietas,*
8 *Maritus poteſt converſari cum uxore excommunicata.*
9 *Excommunicatus non poteſt agere.*
10 *Acquiſita ab excommunicato an ſint pauperibus irroganda.*
11 *Mercatura & negotiatio aliquibus eſt interdicta, ut puta Clericis.*
12 *Ideo non poterit ſuper eis ſocietas contrahi.*
13 *Poteſt Clericus neceſſitate victus aliquid quærere ejus artificio,*
14 *Contractus Clerici ſuper negotiatione non eſt nullus.*
15 *Sed quid agendum ſit de quæſitis ab eo.*
16 *Milites armatæ militiæ non poſſunt mercaturam exercere.*
17 *Proceres palatii ſeu conſiliarii.*
18 *Nobiles omnes,* num.19.
20 *Niſi mos regionis aliud ſuadeat.*
21 *Chriſtianis eſt prohibitum contrahere ſocietatem cum hæreticis, hoſtibus & Saracenis.*
22 *Cum Judæis contrahi poteſt, quicquid dicant aliqui,* n.23.
24 *Sed ſuper rebus & negotiis, ſuper quibus datur cum eis commercium.*
25 *Sed optimum eſt conſilium, à talibus ſocietatibus abſtineri.*
26 *Carcerati contrahere non poſſunt, quod tamen ibidem declaratur.*
27 *Pactum de ſuccedendo inter ſocios non valet.*
28 *Principibus Chriſtianis quando licitum ſit inire fœdus cum infidelibus.*

1 SUnt & alii, qui adeo à lege contrahere † prohibentur, ut eorum contractus nec etiam juramento firmentur, *l.non dubium, Cod.de legib.& ibi gloſſ. & Dd.*

2 De officiali temporali † quod non poſſit cum ſuo ſubdito contrahere, dicitur *in l.non licet, 46.& in l.qui officii cauſa 62.ff.de contrab.empt.& in l.1.ff. de condit.indeb.& in l. qui quis, & ibi Dd.C.ſi cert.pet.& in l.principalibus, 33.& ibi Jaſ.Dec. & cæteri ff.ſi cert.pet.*Bart *in l.auſertur 46.§.quod à præſide 2.ff.de jure fiſci.*Bald.*in l.ſolent.in §.fin.in 2.q.ff. de offic.pro conſ. & leg. & in conſ. 333. col.1.lib.3.* Put.*in tract.de ſyndicat.in ver.contrahere.* Strach. *in tract.de mercat.part.3.n.17.* Rolan.latè *in conſ.83. lib. 2.*

3 Medicus etiam † quod non poſſit contrahere cum infirmo, infirmitate durante, eſt tex.*in l.ſi Medicus 2 ff.de var.& extraord.cognit.& ibi Alber.* gl.*in l.quisquis, 6.verſ.contractum,C.de poſtulan.*Practi.Papien. *in forma libelli.in act.reali.in verſ. veris ac legitimis, ſub n.16.*Gom.*lib.2.reſolut jur.c.14.num.33.in fin.* Traditur etiam

de

de advocato, quod † non poſſit contrahere cum ſuo clientulo lite durante, 4
l. quiſquis, & gloſ. ibi & Dd. C. de poſtulan. Gomeſ. *d. c. 14. circa fin. lib. 2. reſolut. jur.*
Tutores & curatores † etiam cum pupillo vel adulto contrahere prohiben- 5
tur, *l. ſi in emptione 34. §. fin. ff. de contrab. empt. l. Titium & Mævium, §. altero. ff. de ad-*
miniſtr. tut. Dec. *in conſ. 441. n. 5.* Petr. de Ubald. *d. tract. de duob. fratr. part. 3. n. 5,* latè
dixi ſupra *in c. 3.*

De excommunicato aliqui † etiam tenere videntur, quod non poſſit 6
contrahere. Hoſt. *in c. veritatis, de dolo & contumac.* Fortun. *in l. Gallus 29. §. & quid*
ſi tantum. num. 21. ff. de lib & poſthum. & agendo de diſſolutione ſocietatis, ita vi-
detur tenere Petr. de Ubald. *in d. tract. de duob. fratr. part. 11. in princip.* Sed in con-
trarium excommunicatum contrahere poſſe, eſt text. *in c. felicis, §. verum, de*
pœnis, in 6. & ita tenet Abb. *in d. c. veritatis, n. 33. de dolo & contumac. & in c. ad pro-*
bandum, & ibi Felin. ſub num. 1. de re judic. Joan. de Silva. *in tract. de benefi. part. 3. q.*
4. col 3. Alfonſ. à Gaſt. *in tract. de poteſt. leg. pen. lib. 2. cap. ult. colum. 2.* & ita te-
nent Dd. communiter, *in c. ſi vere. de ſent. excom.* ut teſtatur Covar. *in 1. parte.*
in c. alma mater, §. 1. ſub num. 9. de ſent. excom. Dec. *in c. cum parati. numero 2. de ap-*
pellat.

Et ex cauſa excommunicationis † ſocietatem non diſſolvi, & licere ſocio 7
communicare cum conſ. cio excommunicato, tenet gl. *in c. 1. diſtinct. 41. & in c.*
ſi vere. in gloſ. penult. de ſentent. excommunis. Et ſocietatis conjugalis † ratione poſ- 8
ſe maritum communicare cum uxore excommunicata, poſt alios tradit
Covar. *in d. part. 1. relect. ad c. alma mater. §. 1. ſub num. 8.* Et quamquam excom-
municatus † non arceatur à contrahendo, non poterit tamen ex contractu 9
agere in judicio, niſi obtenta abſolutione. Abb. *in c. ad probandum, num. 8.*
de ſent. & re jud. & in c. veritatis, ſub numero 35. de dolo & contumacia. Aliqui
tenuerunt, acquiſita † ab excommunicatis negociando diſtribui debere 10
pauperibus, ſed contrarium tenet Abb. *in c. cum ſit, ſub numero 2. de Judæis*
per text. *in c. fin. de Simon.* Sunt etiam aliqui, quibus eſt interdicta merca-
tura, & negotiatio, & eam exercere non poſſunt, ideo quatenus ſuper
mercatura & negotiatione ſocietatem contrahere intendunt, id à lege fa-
cere prohibentur, & datur exemplum † in clericis ſive ſecularibus ſive re- 11
gularibus, quibus mercatura & negotiatio prohibita eſt, *c. fornicationem,*
& c. fornicari, 88 diſt. & c. 1. & c. canonum 14. quæſt. 4. cap. 1. ne cler. vel monach & ibi Abb.
ſub numero 6. & numero 10. clem. 1. de vita & honeſt. cler. & ibi Cardin. Concil. Trident.
ſeſſ. 22. de refor. cap. 1. Franc. *in c. quamquam, in fin. de cenſib.* Bertac. *in tract. de*
Gabell. part. 3. in princ. Strac. *in tract. de mercat. part. 3. numero quarto.* Et cum
ſit eis prohibita † mercatura, & negotiatio, per conſequens ſuper eis 12
prohibitum eſt contrahere ſocietatem, Menoch. *in conſil. 12. numero 12. lib. 1.*
& in tract. de præſumpt. lib. 3. præſ. 56. numero 8. Rimin. jun. *conſil. 280. numero 14. lib.*
3. Joſeph. Ludov. *concluſ. 53. verſ. undecima conjectura. & verſ. cum clericis.* De-

clara,

13 clara, quod poſſit clericus † neceſſitate victus rem aliquam emere, ut aliquid operetur, & rem poſtea mutata prima forma vendat, quia hoc caſu non dicitur facere mercaturam & negotiationem, ſed dicitur quærere ex artificio, ut erat Apoſtolis permiſſum, *c.1.22.q.1.gloſ.in ſum.14 qu.3.* tradit Strac. *dict. tract. de mercat. part. 3. numero 5.* Graf. *in ſuis deciſionibus part. 1. lib.2. cap. 119.*
14 Item declara contractum clerici † ſuper negotiatione & mercatura non eſſe nullum, Dec. *in conſil. 115. ſub num.4. verſ. ſecundo reſpondetur, lib. 1.* Et quid ſit
15 agendum † circa quæſita à clerico ex negotiatione & mercatura, an ſint eroganda pauperibus, ſeu uti ſpolia ad Cameram Apoſtolicam pertineant, vide Strac. *d.tract.de mercat.part.3.numero 8.& ſeqq.* Abb. *in cap.1.ne cler.vel monac. ſub numero 11.in fin.& in c.quia plerique, numero 34.de immun.eccl.ſumm.Thab.in verſ. emptio.numero 16.in fin & in ver. Clericus ſub numero 2. Navarr. in tract. de ſpoli. §. 7.*
16 *not.4. & not.5.* In milite etiam † armatæ militiæ exemplum datur, quod mercaturam & negotiationem exercere non poſſit, *l.uni. & ibi Bald & Salic. C.ne milit.lib.12.l.milites qui à repub.15.Cod. de re milit.lib.12.l.miltes 31. C. locati.& l. uni.C.in quib.cauſ.milit.& l.officium 12.§.paternus 1.ff.de re milit.* Strac. *d.tract. de mercat.part.3.num.11.* Tiraq. *in tract de nobilita.cap.33. numero 4.* Proceres palatii etiam
17 † ſeu conſiliarii inter prohibitos exercere mercaturam & negotiationes enumerantur, *l.fin.& ibi gloſ.1.C.de reſcind vendit.l.nullum 10. Codic. de offic.rect. pro.* Bald. *in l.fin.Cod.de reſcind.vendit.* Strac. *dict.tract.part 3.numero 16.* Inſuper nobi-
18 les omnes † inter prohibitos mercaturam & negotiationes exercere enumerantur, *l.nobiliores, 3.Codic.de com.& mer.* Marti.Laud. *in tract. de nobilit.quæſt 66.* Bald. *in l. nobiliores.* Strac. *in dict,tract.part.3.numero 14.* Tiraq. *in d tract. de nobi-*
19 *lit.cap. 33.* Et ideo ſuper negotiatione † & mercatura ſocietatem contrahere erit prohibitum. ut per Tiraquel. *dict. loco cap.37. numero 162.* ubi vult, ſocietatem tacitam contractam fuiſſe præſumi non poſſe inter nobiles, quia non poteſt introduci abſque negotiatione, & ipſi negotiari non poſſunt, ſed decipitur in hoc, quod non poſſit præſumi contracta ſine negotiatione, ut per Natt. *in conſil.91.lib.1.* & per Cephal. *in conſil. 247. numero 4.*
20 *lib. 2.* & dicam infra ſuo loco. Declara mercaturam † derogare nobilitati, niſi mos regionis aliud inducat, vel niſi ſimus in loco, in quo fere nulli alii reditus haberi poſſunt. Vel ſi quis exerceat eam non per ſe, ſed per ejus miniſtros. Tiraquell. *dict.loco numero 21. & ſeq.* Hodiè ubique & ab omnibus paſſim mercatura exercetur, & ideo an nobilitati deroget,
21 non eſt ulterius diſputandum. Ulterius quia non † cum omnibus indifferenter contrahere permiſſum eſt, ideo cum hæreticis, hoſtibus & Saracenis ſocietatem contrahere prohibitum erit, quia cum eis nulla datur nobis participatio, Innoc. *in c ſuper iis, de voto.* Felin. *in cap.cum ego, ff. ſub num 8. de juram.* Boer. *deciſ. 179. numero ſeptimo.* Strac. *in tract. de mercat. part. 4. numero duodecimo, & numero decimo ſeptimo.* Navarr. in *c. ita quorundam, de Judæis,* & ha-

& habemus bullam, quæ legitur in die cœnæ Domini.

Quid dicendum de Judæis, an † cum eis ſocietatem contrahere liceat? 22
Et quidem de jure permiſſum videtur cum eis contrahere, *l. quicunque 10. & l. Judæi 8. C. de Judæis*, Alex. *in conſil. 75. num. 6. lib. 5.* Corn. *in conſil. 260. lib. 3* Felin. *in d. c. cum ego, ff. ſub num. 8. de juram.* Ripa *in l. ſi inſulam, num. 10. & ſeq. ff. de verb. obligat.* Boer. *dec. 179. n. 6.* Dec. in *c. conſuluit. 3. num. 2. de appellat.* Cravet. *conſ. 37 numero 25. lib. 1.* Rimin. *conſil. 119. num. 7. lib. 2.* & immunitas conceſſa Titio & ſociis intelligitur etiam conceſſa ſocio Hebræo, ut per Bocci. *conſil. 84.* quod tamen intellige, ut per Rimin. *in d. conſ. 119. num. 43.* Non poſſe cum eis † ſocietatem 23
contrahi, etiam jure communi inſpecto, tenet Joſeph. Lud. *in concl. 53. verſ. & hodie.* ſed à priori opinione non eſt recedendum. Declara tamen, cum eis permiſſum eſſe † contrahere ſocietatem ſolummodo ſuper rebus & nego 24
tiis, ſuper quibus datur nobis cum eis commercium. Et ſuper quibus rebus nobis cum eis commercium habere permiſſum ſit, diſpoſitum reperitur in bullis publicatis à Paulo PP. IV. & à Pio PP. V. ita declarat Caſtr. *in tract. de ſociet. officii, cap. 13.* Joſeph. Lud. *d. concl. 53. verſ. & hodie.* Et in omni caſu bonum
† eſſe abſtineri à commercio & ſocietate Hebræorum dicit Caſtr. *d. cap. 13. in* 25
fin. & ita ego aliquando interrogatus conſului quibuſdam amicis meis, qui ſocietatem quandam cum Judæo quodam inire volebant, & ita ſemper conſulerem.

Carceratos etiam † contrahere non poſſe eſt text. *l. qui in carcerem 22. ff.* 26
quod met. cauſ. intellige tamen quod non prohibentur contrahere inter ipſos & ad eorum favorem, & eorum contractus favorabiles, ut probat in ardua cauſa conſultus à ſereniſſ. Duce Parmæ Decian. *in conſ. 102. in princ. lib. 3.*
Quid ſi ſocii omnium † bonorum paciſcantur inter eos, ſuper ſucceſſione 27
an valeat conventio? Dic eam non valere, diſtinguendo tamen ut late ponit Pract. Papien. *in forma libelli. in act. pro ſocio. in verſ. ſocietatem, numero 7.*
Quid dicendum de principibus † Chriſtianis, utrum bello oppreſſi ab 28
aliis Principibus Chriſtianis, non volentes ſe aliter tueri neceſſitate ducti, poſſint fædus, ligam ſeu confœderationem inire cum infidelibus & invocare eorum auxilium, ut feciſſe Junonem legitur apud Poëtam *lib. 7. Æneidos.*

Flectere ſi nequeo ſuperos Acheronta movebo.

Ponit hanc quæſtionem Oldr. *in conſ. 71.* ut quia licet vim vi repellere, & neceſſitas non habet legem, & multis aliis fundamentis determinat hoc Principibus Chriſtianis facere licere. Contrariam ſententiam conſtanter exiſtimat eſſe veram, ſcilicet nefas eſſe Chriſtianis Principibus fœdere & amicitia infidelibus jungi, ab eiſque contra Chriſtianos auxilium, etiam ad ſui rerumque ſuarum defenſionem petere. Et hanc opinionem probat pluribus fundamentis, & ad ea quæ in contrarium allegantur reſpondet Oſaſ in ſua

 diſputat.

ſuarum deciſionum, ſalva ſemper determinatione ſanctæ eccleſiæ, tamen non eſſe recedendum ab opinione Oldr. *in d. conſ. 71.* quem in omnibus ſequitur & comprobat Jo. Andr. fons & lucerna juris canonici *in addit. ad Speculat. in rub. de Jud. col. 3. verſ. convertendo hunc caſum*, & hanc opinionem tenet, & alios multos eam tenentes refert Decian. *conſ. 20. lib. 3.* ubi in fine dicit, quod nullus eſt J C. quem ipſe viderit qui negare audeat hoc omni jure licere. Etiam ultra ab eo citatis Oldradi opinionem approbat Julius Ferret. *in tract. de juſto & injuſto bello. n. 115.* Navar. *in c. ita quorundam, de Judæis, not. 4. n. 15.* ubi dicit hanc eſſe communem reſolutionem *in c. ad liberandum, de Judæis.* Ganſ. *in ſuis deciſionibus aureis, part. 2. lib. 2. cap. 20. de bello. num. 39.* ubi hoc ſine peccato fieri poſſe dicit. Et cum hac opinione etiam eandem in fine dictæ ſuæ diſputationis videtur tradere Oſaſ. dum Oldradi opinionem temperandam eſſe dicit, juxta trad. à Jo. de Ana. & Felin. *in d. c. ad liberandum, de Judæis*, & à Jo. Andr. *in d. addit. ad Speculat. in rub. de Judæis.* Et hanc opinionem ſequendam eſſe etiam mihi dixit excellentiſſ. & admodum reverendiſ. Dominus Alexander Ambuginus, I. V. D. peritus, & ſacræ Theologiæ ſtudioſus, dum in civitate F. in ejus propria domo benigne receptus hæc ſcribebam, bene ad effugiendum omnem ſcrupulum in conſcientia ſubjungit, quod ipſe ſemper principib. Chriſtianis conſcriberet, quod ſe ab hujuſmodi ligis & confœderationibus abſtinerent. Et pro hac opinione videri poſſunt etiam tradita à Gram. *deciſ. 65. num. 14. & num. 66.* & à Joanne Brunell, *in repet. c. 1. de homicid. in 4. part. 11. concluſ. 11. n. 28.*

N. 10. An Mercatura nobilitati deroget diſputant *Dd. ad l. tertiam C. de commerciis & mercat. 4. 63.* Adductis etiam *ll. 31. & ultima Cod. de locato. 4. 65.* Qui textus hoc nullo modo probant. Quod cuivis facilè pateat inſpicienti rationes quas ibi allegant imperatores. Itaque hæc opinio ex inſita Nobilibus ſuperbia & conſuetudine inter eos magis introducta videtur, quàm quod aliquibus ll. ſit fulcita. Loquimur de copioſa & divite mercatura, quam in peregrinis & vicinis regionibus, non tam ipſe nobilis quàm procuratores ipſius exerceant. Nam ll. quæ pro contraria opinione allegari ſolent, de minori & tabernaria mercatura loquuntur: qua res non adeò copioſæ emuntur & minutatim venduntur, quod Galli dicunt *vendre en détail*, & hæc nobilitate indigna eſt ut probant *Dd. ll. & l. 6. ff. de dignitatibus*, 12. 1. *l. 12. §. 3. Codic.* 12. 58. *& l. 7. Codic. de inceſtis nuptiis* 5. 5. Idem dicendum videtur ſi nobilis arte mechanica & manibus victum quærat. *Bald. ad. l. 3. ſuprà de commerciis:* qui & privilegia nobilitatis amiſiſſe cenſendus eſt. Vnde mirari ſubit deciſionem Senatus Sabaudiæ *Cod. Fabrian. lib. 9. titul. 29. def. 3.* quæ nobilitati non derogatum ſtatuit in eo qui colendos alienos agros conduxerat. Nec decidendi rationes ibi adeò magni ſunt momenti. Sed exiſtimantur tales Nobiles privilegia amittere tantiſper donec in ſordidis artibus aut tenui mercatura verſantur. Nam ſi deſiſtant antiquam nobilitatem recuperare. *Guido. Pap. deciſ. 196. 217. & 391. Tiraquellus de nobilitate cap. 27. numero 5.* Filios tamen qui nihil ſe commiſere indignum, priorem generis retinere ſplendorem. *Faber in Cod. Fabr. lib. 9. titul. 24. def. 14.*

Vide

Vide eleganter & latè *Beſoldum in tractatu ſuo de Nobilitate ſub finem.* In Italiâ paſſim & apud Venetos mercatura, nempe ampla illa & copioſa, circà nobilitatis imminutionem exerceri, non item in Gallia & Germania in comperto eſſe volunt *Tuldenus ad d. Tit. C. de commerciis.* 4. 63. *Tholoſanus ſyntagm. iuris lib. 21. cap. 5. numero* 11. *quem & vide lib.* 25. *cap.* 15. ubi intemperanter in mercaturam invehitur, corraſis quibuſcunque ad ſuum propoſitum facientibus auctoribus. Meliùs *Cuiacius ad d. l. 3. in paratit. vid. Chriſtinaum lib. 3 tit. 63. deciſ.* 106. *qui* Cujacio accinit. *Mynſingerus pro & contrà diſputat. cent. 6. ob.* 54. *Videatur & Tiraquellus de Nobilitate cap.* 27.

N. 21. Mira juriſprudentia quæ ſocietatem cum Iudæis permittit, cum hæreticis prohibet. Et ſic quidem Canoniſtæ. Cùm tamen à Iudæis quàm hæreticis majus impendeat periculum. Nam hi fortè quibuſdam articulis ſæpè non magni momenti, illi toto cœlo à nobis diſſident, & Chriſtum Deum fundamentum Chriſtianæ religionis pleniſſimè pernegant. Societatem conjugalem cum judæo vel judæa prohibet *l. 6. Cod. de iudæis & Cælicolis*, 1. 12. ſub pœna criminis adulterii. Cum Heterodoxo vel diverſæ religionis homine *l. 16. Cod. de Epiſcop. audient. 1. 4. & l. 5. de ſponſal. in medio.* §. 1. Ergo multo magis cum infideli. De quo vid. *Tholoſa. Synt. lib. 9. cap. 13. tit.* 8.

N. 28. Gregorius Tholoſanus in ſua Republ. refert controverſum fuiſſe inter Carolum quintum Imperatorem, & Franciſcum primum ejus nominis Regem Galliæ, nùm Chriſtiano Principi liceat infidelium, Turcarum aut Saracenorum auxiliaribus copiis uti adverſus alium Principem Chriſtianum. Et, ait, qui ſatis non habent virium, in extrema neceſſitate, invaſi ab hoſtibus Chriſtianis; ut putant injuſtè, ſe non peccare exiſtimant, ſi tale auxilium, alio deſtituti, advocaverint; non magis quàm cùm utuntur, enſibus, baliſtis, haſtis, clypeis, bombardis & ſimilibus aliis inſtrumentis quibus hoſtes etiam Chriſtianos repellunt. Vt probet autem hoc licitum eſſe ad ſui defenſionem, variis utitur argumentis & exemplis ex S. Scriptura petitis, ad quem lectorem brevitatis cauſa remitto *lib.* 11. *cap.* 3. *num.* 7. de Republica. Eſt & auctor quidam anonymus, qui vindicias Gallicas conſcripſit, & *cap.* 23. diſquirit an Franciſcus primus cum Turcis fœdus inierit, atque id licitum eſſe *cap.* 27. teſtimoniis exemplíſque probat, etiam cum Hollandis & Suecis, quamvis diverſæ religionis, *cap.* 24. & 25. Quid enim: antequàm lex antiqua Iſraelitis fuiſſet promulgata, viri ſanctiſſimi Abrahamus cum Eſchol & Aner, Iſaacq cum Ochozath & Pichol, *I*acob cum Labano Idolis addicto, æquo fœdere amicitiam & ſocietatem contraxere. Neque verò jus illud naturale legem divinam poſtmodùm per Moyſen promulgatam abrogaſſe uſquam legimus. Nam & inter Hebræos & Ægyptios, Davidem & Achidem, Salomonem & Hyramum Tyriorum regem, Ioſaphatum & Ochoſiam, Aſam & Benhadum, Machabæos & Romanos fœdera intercesſiſſe ſcimus. Quæ antiquæ Tabulæ exempla idem auctor anonymus latius diducit & explicat *cap.* 20 *& ſequentib.* In lucem prodiit hic liber anno 1638. contrà quendam qui ſe indigitat Alexandrum Patricium Armacanum, atque etiam, ſi diis placet, Theologum: Cujus ſcriptio titulum præ ſe fert: Mars Gallicus ſeu de juſtitia armorum & fœderum Regis Galliæ: ſuppreſſo loco impreſſionis atque addito ficto nomine auctoris ut eſt veriſimile & ſolet in famoſis libellis. Hic Satyricus dum ibi acerbiſſimè Francorum Reges ab omni antiquitate laudatiſſimos Principes inſectatur & more canis rabie correpti mordicus adlatrat: revera hîc hiſtrio in ſcenam prodiit, non ſub Alexandri Armacani, ut ipſe voluit, ſed ſpurciſſimi Therſitæ Homerici perſonâ. Novimus Vſſerium Armacanum Theologum doctiſſimum, cujus ſcripta omnes litterati venerantur & tantum non adorant. At Alexandrum Armacanum quis novit? Cu-

jus ille unquam fando pervenit ad aures? Therſitem novimus, cujus hic ſtudioſiſſimè perſonam agit:

Ἔχθιστος δ' Ἀχιλῆϊ μάλιστ' ἦν ἠδ' Ὀδυσῆϊ.
Τὼ γὰρ νεικείεσκε· τότ' αὖτ' Ἀγαμέμνονι δίῳ
Ὀξέα κεκληγὼς λέγ' ὀνείδεα: Qui inſenſus Achilli atq; Vlyſſi, cum illis inimicitias gerebat. Tunc verò magna vociferatione etiam divinum. Agamemnonem maledictis inceſſit. Quales Heroas! qui mortales omnes ſupergreſſi ferire jam ſydera vertice videbantur. Nobiliſſimam Francorum regum proſapiam quis his divinis viris non comparet? Quis hos non pleniſſimo omnium laudum cumulo exornet? Quis verò animum inducat inſectari niſi alter Therſites redivivus?

Θερσίτης δ' ἔτι μοῦνος ἀμετροεπὴς ἐκολῴα,
ὃς ῥ' ἔπεα φρεσὶν ᾗσιν ἄκοσμά τε, πολλά τε ᾔδη.
Μὰψ, ἀτὰρ οὐ κατὰ κόσμον ἐριζέμεναι βασιλεῦσιν Solus his obſtrepebat Therſites homo verboſus & loquax, cuius conceptus multi quidem ſed confuſi & inordinati erant: Et hic ſanè nulli uſui. Cum Regibus maledicere neminem mortalium deceat. Quis autem hunc hiſtrionem compeſcat potiùs quam alter item Vlyſſes Homericus, qui (ut Græca omittamus) Therſitem torvè intuens ac ſeverè duriterque increpans, ſilentium impoſuit ori petulanti ac procaci: minatus præterea, ſi item ad eandem inſanam linguæ intemperantiam prolabatur, mori potiùs & non appellari amplius velle Telemachi pater, ſi non illum pallio tunicaquè ſpoliatum, nudumque & planè exutum verberibuſque acriter cæſum, ad naves ut ſpurciſſimum nebulonem ejiciat: atque ita ſcipione dorſum hominis non leniter demulcens, plorantem dimiſit. Hom. Iliad. lib. 2. Hem! quid aliud voveas huic aut reponas noſtro Therſiti, qui tàm petulanter in ſancta coronata capita inſultat: *Omnes Cælicolas, omnes ſupera alta tenentes*, quod certè ſpero & voveo. Quis porrò ferat hunc hiſtrionem reliquam fabulam ita ut cœpit, inſulsè peragentem; ut etiam in ſcenam producat innocentiſſimos Batavos, quos ut execrandos & infandos nefariè exagitat. *Quid enim referam*, inquit, *cætera illa inuſitata ſcelera hiſtoriiſq; celebrata Batavorum?* Et cætera quæ impurum illud os mendaciſſimis næniis ſcatens ut turpis canis noxio paſtu turgidum evomit in cacatam chartam, quam infeliciter concinnavit aliorum projectiſſimus adulator: hic ſcilicet Theologus noſter, cui maledicere tam in proclivi quàm imber eſt cùm pluit: qui & fœdus Francorum regum cum Batavis initum acerbiſſimè inſectatur & contrà fas ſeveriſſimè damnat: quaſi mortaliter peccet qui cum Hæreticis, ut vocat Batavos, aliquod fœdus ineunt. Sed cui libeat crambem hanc recoquere: cùm dicta & allegata à Theologo noſtro, toties ſint redicta & refutata, ut hanc ſerram reciprocare ſit operam ludere. Præſertim poſtquam uſus & praxis jam id palàm adprobaverit, ut contrà hiſce neſcientis, deblaterare inſanientis ſit. Exempla ſubminiſtrant ipſi Hiſpaniarum Reges Catholici, qui inducias & mox fœdus æternum cum Batavis pepigere. Item Luſitaniæ Reges. Vterque cum Anglis ut ut diverſæ religionis. Quid Cæſares cum Proteſtantibus Principibus? Francorum porro Reges Chriſtianiſſimi cum Batavis, cum Suecis &c. Germanorum Imperator contrà Turcas hodiè mittit auxilia petitum ad quoſcunque Chriſtianos Principes reformatos: Anglos, Suecos, Danos & item Batavos. Ejus Legatus, dùm hæc ſcribo, ſingulos Hagæ Comitis ambit Dd. Ordinum, & quidem oſtiatim, quos inter etiam Dd. Deputatos Gorinchemienſes. Ita ut præſens præſentem viderim ac audiverim ſatis enixè reverenterque ſubſidia orantem. Hic fœdus atque amicitiam non renuat eorum, quorum opes atque operas ad tutelam ſui prodeſſe ſibi exiſtimat. Itaque iſta velle acerbè traducere in contumeliam tantorum Prin-

Principum, quibus à latere ſunt viri & ſapientiſſimi & prudentiſſimi, & queis pectus ſanè plus quàm iſti fungo ſapit; non theologi ſani aut prudentis ſed hominis ſtulri ſit & dementis. Quare ut tandem concludam, cùm pro meritis ſatis inclementer in hunc diei nequeat, putem: electiſſima ſcilicet, ejus ſcripta eſſe Tardipedi Deo tradenda infelicibus uſtulanda lignis. Vt idem illis obringat quod Annalibus Voluſi apud Catullum. Incomparabilis noſter, & in omnium ſcientiarum genere verſatiſſimus Hugo Grotius *in libro 2. de iure belli ac pacis cap. 15. n. 8.* de hac quæſtione diſputaturus: De fœderibus inquit frequens eſt quæſtio licetne ineantur eum his qui à vera religione alieni ſunt. Quæ res in jure naturæ dubitationem non habet. Nam id jus ita omnibus hominibus commune eſt, ut religionis diſcrimen non admittat. Sed de jure divino quæritur, ex quo hanc quæſtionem tractant, non Theologi tantùm ſed & juriſconſultorum nonnulli, inter quos Oldradus & Decianus. Sed cùm Grotius ejuſdem ſit ſententiæ cum ſuperioribus auctoribus & item eum noſtro, eamque ſanè apodictieé ut ſua omnia probet, ac iſte liber eunctorum ſaltem doctiorum atque elegantiorum hominum manibus teratur, ad eum lectorem relego.

CAPUT IX.

De cauſa materiali.

SUMMARIA.

1 *Cauſa materialis proxima eſt conſenſus.*
2 *Cauſa materialis remota eſt res.*
3 *Societas poteſt contrahi ſuper omnibus rebus, quæ non ſunt à commercio exempta*
4 *Et ſuper negotio non turpi & prohibito.*
5 *Super omnibus rebus univerſaliter.*
6 *Simpliciter non ſpecificatis rebus.*
7 *Super re particulari.*
8 *Super nominibus debitorum.*
9 *Super artificio.*
10 *Super conductione publicarum functionum.*
11 *Super pretio rei vendendæ.*
12 *Quod unus ponat rem, alter laborem, tertius induſtriam.*
13 *Quod unus ponat rem, alter auctoritatem.*
14 *Super animalibus.*
15 *Super hæreditate ventura.*
16 *Super officiis Romanæ curiæ.*
17 *Super fructibus abſque re principali.*

18 *Super rebus, quæ adhuc non ſunt, ſed eſſe ſperantur.*

19 *Societas abſque rebus, quæ ſunt aut eſſe ſperantur, contrahi non poteſt.*

20 *Perſona ſocii non dicitur quid pro materia poſitum.*

21 *Societas ſuper ſpe, quæ nihil eſt, contrahi non poteſt.*

22 *Capitalia, æqualia, & inæqualia eſſe poſſunt in ſocietate.*

23 *Capitalia licet inæqualia ſint, in ſocietate ad lucrum tamen omnia dividuntur pro æquali portione, non ſic in aliis, in quibus qui plus ponit, & plus operatur, plus percipere debet.*

24 *Æqualitas in rebus, attento pondere, numero & menſura, & æſtimatione ſeu valore, facile cognoſcitur.*

25 *Ubi bonitas & numerus conſiderari poſſunt, attenditur potius bonitas, quam numerus.*

26 *Ubi ponuntur opera & artificium, æqualitas & inæqualitas terminatur Judicis arbitrio.*

27 *Ubi mixtim ponuntur res corporales, opera & induſtria, ſervanda eſt conventio, ſi de ea conſtat, & non ſit turpis, inhoneſta, & leonina. &* numero 28.

29 *Etiam æqualitas conſiderari & terminari poteſt à tertio electo partium conſenſu.*

30 *Et ſi inique arbitratus fuit, non eſt attendenda ejus opinio, ſed remittitur ad Judicem.*

31 *Et ſi arbitrari recuſaverit, evaneſcit ſocietas.*

32 *Et non recurritur ad Judicem.*

33 *Ubi non conſtat de partium conventione, attenditur conſuetudo ſociorum, deinde regionis.*

Et ſi non conſtat de conſuetudine, variæ ſunt opiniones.

34 *Una eſt opinio, quod regulariter opera & induſtria cenſentur correſpondere interuſurio pecuniarum, & non capitali, & quod eſſe poteſt, quod correſpondeant etiam capitali in parte, & in totum.*

35 *Secunda eſt opinio, æſtimandum eſſe periculum pecuniarum.*

36 *Tertia eſt opinio, quæ approbatur, de ſorte ad operas, & de operibus ad ſortem rationem habendam eſſe.*

37 *Prima opinio reprobatur.*

Partes capitales conſiderantur principio ſocietatis, licet in diſcurſu temporis ſemper ratio operarum ſit habenda, quo ad lucra dividenda.

38 *Secunda opinio reprobatur.*

39 *Opera & induſtria in dubio correſpondent capitali pro æquali parte.*

40 *Et ſi allegaretur inæqualitas, quæſtio eſſet remittenda arbitrio boni viri.*

Idem dicendum eſt, ſi plures ſint ſocii diverſa ponentes, nempe auctoritatem, operas, induſtriam & pecuniam.

41 *Dominium*

41 *Dominium & poſſeſſio an communicentur, pluribus modis conſideratur.*

42 *Dominii communio requiritur in ſocietate.*

Societatis titulus oneroſus.

43 *Actiones inter ſocios adinvicem præſtari debent, & non transferuntur.*

44 *Communio rerum in ſocietatibus particularibus non inducitur abſque communione.*

45 *Communicantur res omnes in ſocietate univerſali abſque alia traditione.*

46 *Poſſeſſio non transfertur, licet dominium communicetur.*

Contraria opinio, quod poſſeſſio transferatur, probatur.

47 *Traditio in ſocietate, licet non interveniat, tamen creditur intervenire.*

48 *Communionem neceſſario non requiri in ſocietate tenent aliqui.*

Intellectus l.ſi tibi avæ ff.de præſcript.verb.

Intellectus l.ſi merces, §. vis major.ff.locati.

Intellectus l.cum duobus, §.ſi in coeunda. ff. pro ſoc.

49 *Super fructibus ſocietatis contrahi poteſt, licet non contrahatur ſuper re principali, declaratur,* n.51.

50 *Finis, ad quem quodlibet negotium tendit, potius inſpiciendus eſt, quam quod præſens eſt.*

51 *Acceſſorium, quod ſequitur naturam principalis, non procedit quando in acceſſorio adeſt diverſa ratio.*

52 *Societas an contracta fuerit ſuper fructibus, an ſuper re principali, quomodo cognoſcatur.*

53 *Societas eſt contractus correſpectivus.*

54 *Communio in ea inducitur, quia adinvicem fit collatio, declaratur,* numero 58.59. & 60.

Et ceſſante collatione ceſſat communio.

55 *Ideo pecunia ab uno ſolummodo poſita non communicatur.*

56 *Animalia ſi hinc inde fuerunt collata, dicitur in eis inducta communio.*

Si ab vno ſolummodo ad paſcendum ſimpliciter ſint data paſtori, dicitur initus contractus innominatus.

Si eſſent data paſtori, ut lucrum proveniens ex eis dividatur, in lucro erit inducta communio & ſocietas.

Si erunt data paſtori cum pacto, quod in fine ſocietatis dividantur, erunt effecta communia, & ſuper eis dicetur contracta ſocietas.

57 *Æſtimatio in ſocietate operatur, ut appareat rei valor, & ut dominium communicetur.*

60 *Pecunia ab uno ſolummodo poſita aliquando communicantur, ratione æqualitatis ſervandæ.*

61 *Societas an dicatur contracta inter colonum partiarium, & dominum, contrariæ adſunt opiniones.*

62 *Concordantur ſecundum aliquos, quod affirmativa procedat fructibus à ſolo ſeparatis. Negativa procedat fructibus in re exiſtentibus;*

63 *Opinio affirmativa probatur.*
Intellectus l. ſi merces, §. vis major. ff. locati;

EXplicito tractatu de cauſa efficienti, videndum eſt modo juxta propoſitum ordinem de cauſa materiali, circa quam efficiens verſatur, ut formam in mente conſideratam inducat. Cauſa materialis, ut dixi ſupra *in 2. c.* conſideratur dupliciter, ſc. quod alia ſit cauſa materialis proxima, alia
1 remota. Proxima cauſa † materialis dicitur conſenſus, quia homo, qui
eſt cauſa efficiens, primo circa conſenſum proxime verſatur, & ideo dicitur, iſtum contractum perfici conſenſu, *§. 1. Inſtit. de oblig. ex conſen. & l. 2. ff. de*
2 *act. & oblig*. Remota cauſa dicitur † res, ſuper qua ſocietas ipſa contrahitur,
dum adhibito conſenſu ad finem deliberatum ordinatur, nempe aut ad quæſtum, aut ad lucrum. In præſenti principaliter agendum erit de rebus, quia ſatis fuit dictum de conſenſu *in d. c. 2.* & ut in omnibus ordinate procedamus. Primo videbimus, ſuper quibus rebus ſocietas contrahi poſſit. Et quia in ſocietate circa res æqualitas & inæqualitas conſideratur, ſecundo loco videbimus, qualiter æqualitas & inæqualitas circa res ipſas ſint conſideranda. Tertio, quia per contractum ſocietatis transfertur Dominium, de ipſatum rerum dominio & poſſeſſione videbimus. Circa primum
3 † ſuper quibus rebus ſocietas contrahatur, regula eſt generalis, ſocietatem ſuper qualibet re contrahi poſſe, quæ à commercio noſtro non dicatur exempta, *§. 1. & 2. Inſtit. de inutil. ſtipulat. & in §. nullius, Inſtit. de rerum diviſ.*
4 *& in l. inter ſtipulantem 83. §. ſacram. 5. ff. de verb. oblig.* & dummodo non † contrahatur ſuper aliquo negotio turpi & prohibito, *l. nec prætermittendum, 57. ff. pro*
5 *ſoc.* & dixi *in proœmio.* Et poteſt contrahi † ſuper omnibus rebus univerſaliter, *l. 1. & l. 3. §. generaliter, & l. cum duobus 52. §. ſocium, & l. ſi ſocietatem 6. ff. pro*
6 *ſoc.* Et poteſt contrahi † ſimpliciter non facta declaratione, ſuper quibus
7 rebus contrahatur, *l. coiri. 7. cum ſeq. ff. pro ſoc.* & ſuper aliqua † re particulari, *l. cum proponas 2. Codic. pro ſoc. l. 2. C. com. divi. l. cum duobus 52. in princ. ff. pro ſoc.* &
8 ſuper nominibus † debitorum, Bero. *in conſil. 161. num. 20. lib. 1.* & ſuper aliqua
9 † negotiatione ſeu artificio. *l. ſocietas, 5. & l. cum duobus, §. cum duo argentarii, ff. pro ſoc.* Bald. *in conſil. 120. lib. 1. & in conſil 452. & in conſil. 453. lib. 3. & in conſil 395.*
10 *lib. 5.* & ſuper conductione † publicarum functionum, *l. ſocietas, & l. adeo.*
11 *ff. pro ſoc.* Forn. *in tract. de Gallis, numero 189.* & ſuper pretio alicujus † rei vendendæ, *l. ſi tibi rem. 13. & l. ſi tibi area, 14. ff. de præſcript. verb. l. ſi margarita. 17. & l. ſi id quod quis. & l. ſi fratres, 38. §. item ex facto, pro ſoc.* Menoch. *in conſil. 122.*
num.

n.28.lib.2. Et poteſt † ſocietas contrahi, ita quod unus ponat rem, alter la- 12
borem, & tertius induſtriam, vel quod unus ponat rem, alter ſimul labo-
rem & induſtriam, ut habetur *in §. & ita. Inſtit. de ſociet. & in l ſocietas 5. & in l. cum*
duobus 52 §. ſi in coeunda ff. pro ſoc. Dominicus Sotus eruditiſſimus *in lib. 6. de juſt.*
& jur. q.6. art.1. verſ. quin vero. Martinus Nauarra Doctor multæ lectionis *in*
Manuali. c.17. n.251. & quod unus ponat † nomen & auctoritatem, & alter pe- 13
cunias, Decian. *in conſ.97. lib.2.* Corn. *conſ.121 ſub num.2. lib.1.* Et poteſt contrahi † 14
ſuper animalibus *l. ſi paſcenda 8. C. de pact. l. cum duobus 52. §. ſi in coeunda. ff. pro ſoc.* &
ſuper aliqua hæreditate † ventura. *l.3. §. de illa. ff. pro ſoc.* & ſuper officiis Ro- 15
manæ † curiæ, de qua ſocietate aliqua ponit Dominicus Sotus, *d. lib. 6. de juſt.* 16
& jur. q.6. art.2. in fin. & Gabr. *in conſ.78. lib.1.* & poſt hæc ſcripta tractatus de ea
publicaverunt Caſtrac. Jmen. & Virginius Bacca. & poteſt contrahi ſuper
† fructibus abſque re principali, Alex. *in conſ.491. lib.1.* Dec. *in l. ſi paſcenda. nu.13.* 17
C. de pact. & ſuper rebus omnibus, quæ † adhuc non ſunt, ſed tamen eſſe ſpe- 18
rantur, juxta text, *in l. nec emptio 8. & in l. ſi conſenſum, ff. de contrah. empt. & in l.3. §.*
de illo. & in l. ſi margarita. ff. pro ſoc. Bart. Socin. *in d. l. ſi paſcenda 8. circa fin. C. de pact.*
Et abſque rebus, quæ † ſunt aut eſſe ſperantur, ſocietas contrahi non poteſt, 19
quia deficeret cauſa materialis, *l. verum 63. §. fin. ff. pro ſoc.* Bald. *in l.1. num.1. C. pro*
ſoc. & in l. 2. C. de contrah. empt. Henrichman. *conſil.7. num.17. lib.1. tom.1.* Et per-
ſonæ ſocii † non dicuntur quid pro materia poſitum in ſocietate, Alex. *in* 20
conſil.131. ſub num 8. lib.5. Petr. de Ubald. *in tract. de duob. fratrib. part.5. ſub num.27.*
verſ. primo quia. Et faciunt † in propoſito tradita per Bart. *in l. is poteſt 18. num.5.* 21
ff. de acquir. hæred. ubi dicit, quod ſi ſit contracta ſocietas ſuper hæreditate
ventura, quod ipſa ſpes non communicatur, ſed communicanda venit hæ-
reditas obveniens, quia ſuper ſpe, quæ aliquid non eſt, ſocietas contracta
dici non poteſt, *argum. l. nec emptio 8. ff. de contrah. empt.* & determinat illum,
cui hæreditas defertur, adire debere, & alterum ſocium adire non poſſe, *l.*
actione 65. §. diximus 3. ff. pro ſoc.

Circa ſecundum, qualiter res poſitæ † ſint conſiderandæ ad cognoſ- 22
cendum æqualitatem & inæqualitatem, præſciendum eſt, in qualibet
ſocietate, inter capitalia à ſingulis ſociis poſita, æqualitatem & inæqua-
litatem reperiri poſſe, quia poteſt unus ſocius ponere centum, & alter
ducenta, & poteſt unus ponere centum, alter vero operam & induſtriam,
& magis valeant opera & induſtria, quam illa centum; & econtra po-
teſt eſſe, quod pecunia excedat operas & induſtriam, & ſimiliter eſſe
poteſt, quod omnia ſint in pari quantitate, juxta text. *in §. nam & ita.*
Inſtit. de ſociet. & in l. ſi non fuerint 29. ff. pro ſoc. Bald. *in l. ult. in princ. ſub num. 8.*
C. commun. de legat. Et licet dixerim, capitalia † inæqualia in qualibet ſocie- 23
tate poni poſſe, tamen non inde ſequitur, in qualibet ſocietate eandem
diſpoſitionem eſſe ſervandam. Nam in ſocietate ad lucrum univerſali,

quamvis à principio fuerunt poſita capitalia inæqualia, nihilominus juſta
judicatur, quia poteſt eſſe, ut minus ponenti majora lucra obveniant. Corn.
conſ.187.col.pen.lib.3.& conſ.310.col.4.verſ.nec obſtat.lib.4. Socin. *conſ.74.num 5. & conſil.*
160.colum.6.verſ ex quibus, lib.2. Jaſ. *conſ.2. col.6.verſ.octavo. lib.3.* Joſeph. Ludovic.
concluſ.53 fol.124.verſ.in qua ſocietate, ubi reprehendit Cravet. aliter ſentientem
in conſil.159 in fin Rubeus Utinen. *conſ.32.num.36.* Marchabr. *conſil.5. numero 98.*
Cravet. *in conſ.173.ſub num.1. lib. 1.* Et in cæteris ſocietatibus, qui plus poſuit,
& qui plus operatus fuerit, plus etiam percipere debet *l. ſi non fuerint 29 pro*
24 *ſoc.* & dicam latius infra ſuo loco. Ad cognoſcendum æqualitatem † & inæ-
qualitatem, quæ in ſocietate intervenire poſſunt, hac diſtinctione uti debe-
mus. Aut ſumus in caſu, in quo uterque ſocius ponit res corporales: Aut
in caſu, in quo quiſque ponit operas ſeu artificium; Aut ultimo loco ſumus
in caſu, in quo mixtim ponuntur, à quolibet res corporales, operæ & in-
duſtria.

Primo caſu facile eſt cognoſcere æqualitatem & inæqualitatem, quia
pondere, numero, & menſura, & æſtimatione ſeu valore, æqualitas & inæ-
qualitas perpendi poſſunt, ad tradita *in l.2 § mutui datio. ff ſi cert.pet. & in l.1.ff.de*
25 *contrah.empt.* Sed in rerum valore † cognoſcendo, illius qualitatis ratio ha-
benda eſt, ex qua utilitas pro ſocietate reſultat, quippe ſi ſint exempli gratia
pecudes poſitæ in ſocietate, non attenditur earum numerus in cognoſcen-
da æqualitate & inæqualitate, ſed attenditur bonitas, quia illæ, quæ ſunt in
minori quantitate, poſſunt in bonitate ſuperare alias, quæ ſunt in majori
quantitate, & poſſunt ſocietati majorem afferre utilitatem, ut per Afflict.
dec.58.n.5.

26 Secundo caſu † æqualitas & inæqualitas cognoſcuntur arbitrio boni vi-
ri, qui ſocii diligentiam, operam & induſtriam conſiderabit, Bald. *in d.l.ult.*
in princ.C.commun.de legat. & ſuo loco dicam infra.

27 Tertio caſu † eſt magis difficile cognoſcere æqualitatem & inæqualita-
tem, quia Dd. diverſo modo locuti fuerunt. Et ego pro faciliori intelligen-
tia puto duos caſus eſſe conſiderandos. Primus eſt caſus, quando conſtat
de expreſſa partium conventione. Secundus eſt caſus, quando ſocietas con-
tracta fuit nulla facta expreſſione ſeu declaratione.

28 In primo caſu † ex declaratione facta optime æqualitas & inæqualitas
apparebit, & erit ſervanda, niſi ſit turpis, inhoneſta & leonina, *l. ſi ſocietatem*
6. la 1.in fin.ff.pro ſoc.& §.1.Inſtit.de ſociet.l.ſi non fuerint 29.ff.eod. Et quemadmodum
29 ex conſenſu † & declaratione facta à ſociis percipitur æqualitas & inæqua-
litas, ita etiam poterit cognoſci ex declaratione facta à tertio, de ſociorum
voluntate electo, ad conſtituendum partes ſocietatis, *l. ſi ita coita 75. cum plu-*
30 *rib.ſeqq.ff pro ſoc.* Advertendum eſt tamen † circa hanc declarationem facien-
dam à tertio, eam non eſſe attendendam ſi inique arbitratus fuerit, ſed re-

curritur

curritur ad Judicem, *l. ſocietatem 5. cum ſeq. uſque ad l. ſi ſocius 81. ff. pro ſoc.*

Et ſi arbitrari † recuſaverit, evaneſcit ſocietas, & non recurritur ad Judicem, & ab arbitri jam electi perſona non receditur, *l. ſi coita ff. pro ſoc.* Menoch. *in tract. de arbitr. jud. quæſt 68. num. 32. & in conſil 93. num. 7. lib. 1.* Et ideo in hoc caſu † non recurritur ad Judicem, quemadmodum fit, quando arbiter electus inique arbitratus fuit, quia quando arbitratus fuit inique, per ſuum arbitrium contractus ad eſſe deductus fuit, cui poteſt deſervire officium Judicis, in reducendo eum ad æqualitatem, *ut in d. l. ſi ſocietatem 73. §. arbitrorum, & in l. unde ſi venit. ff. pro ſoc.* ſed quando non fuit arbitratus non fuit contractus ad eſſe deductus, ideo ſuper eo Judex non poteſt officium ſuum impertiri, ita declarat gloſ. *in d. l. ſi ſocietatem, §. arbitrorum, & ibid. Bart. ſub n. 3. ff. pro ſoc.* 31 32

In ſecundo caſu † quando non conſtat de partium conventione, in primis eſt obſervanda conſuetudo ſociorum, deinde conſuetudo regionis, quia quod conſuetum eſt fieri tacite actum videtur *l. item quæritur 13. §. qui impleto 11. ff. locati.* Bald. *in l. 1. ſub numero 21. Cod. pro ſoc.* Petr. de Ubald. *in tract. de duob. frat. part. 4. ſub num. 7.* & quando non conſtat de conſuetudine ſociorum & regionis Doctores diverſa dicunt. Dicit Petr. de Ubald. *d. 4. part. ſub num. 3. 4. & 7.* & Corn. *in l. ſi paſcenda 8. Cod. de pact.* & Socin. *conſil. 265. num. 2. lib. 2.* † quod regulariter operæ & induſtria cenſentur correſpondere interuſurio pecuniæ, & non ipſi ſorti, per text. *in l. cum duob. 52. §. ſi in coeunda. ff. pro ſoc.* & dicit, quod iſta regula fallit, quia aliquando correſpondent toti ſorti, & interuſurio, aliquando parti ſortis, & interuſurio, quod quando ſit, quia certa regula dari non poteſt, Judicis arbitrio terminandum relinquit, & ſubjungit impoſſibile eſſe, ut detur caſus in principio ſocietatis, quod operæ & induſtria in totum vel in parte correſpondeant ſorti & interuſurio, ſed eſſe poſſe, quod ſocius ſuis operibus & induſtria in principio ſocietatis ſolum correſpondeat interuſurio, & poſt aliquod tempus correſpondeat interuſurio, & parti ſortis, & demum in fine ſocietatis correſpondeat interuſurio, & toti ſorti, & hanc ſuam opinionem exemplis declarat, ſed loquitur ſatis confuſe, ut vix certus ſenſus ex ejus dictis colligi poſſit. 33 34

Dominicus Sotus † *in d. lib. 6. de Juſt. & jur. qu. 6. art. 1. col 2.* aliter loquitur, & dicit ad cognoſcendum quantitatem capitalis ſolummodo æſtimandum eſſe periculum pecuniarum, ut ſi ſint poſiti duo mille aurei in ſocietate & eorum periculum aſſecuraretur ſolummodo pretio, ſeu mercede centum aureorum, quod ſolum capitale poſitum æſtimari debeat ea quantitate, pro qua aſſecuraretur, & dicit, quod iſte eſt caſus, *l. ſi non fuerint 29. ff. pro ſoc.* Alii dicunt, & iſta † eſt verior opinio & communis pro æqualitate & inæqualitate cognoſcenda de tota ſorte poſita, ad operas & induſtriam, & de operi- 35 36

bus & induſtria ad totam ſortem rationem habendam eſſe, ita tradunt Cin. & Bald. *in l.1.num.14.Cod.pro ſoc.* Angel. de Periglis in ſuo parvo tractatu *de ſocietate. in princ.* poſito inter alios tractatus, *in 5. volum.* ſecundum antiquam impreſſionem, Socin.*in conſ.265.ſub n.2.lib.2.*& Navarr. *in ejus manuali.c.17.num. 251.* quia qui ponit pecuniam, ponit eam reſpectivè ad operas & induſtriam, & qui ponit operam & induſtriam facit reſpective ad pecuniam, & loco pecuniæ conſiderantur & dicuntur pecuniæ velamentum, ut habetur *in d.l. cum duobus,52. §. ſi in coeunda ff. pro ſoc.* & ita videtur etiam declarare Petr. de Ubald.ſibi contrarius *in d.4.part. ſub num.7. verſ. primo caſu*, & ab iſta non eſt recedendum.

37 Opinio Petri de Ubald. ſupra † relata ſuſtineri non poteſt,quia dum ipſe dicit, ex tractu temporis fieri poſſe, ut magis ſit tribuendum operibus & induſtriæ, quam à principio, ſtare non poteſt, quia pecunia, ut declarabo infra, non communicatur neque à principio, neque ex tractu temporis, & ſi non eſt communis à principio, neque quod tractu temporis communis efficiatur,dici poteſt,ne eadem res,nempe ſocietas,diverſo jure cenſeatur,contra tex.*in l.cum qui ædes,ff.de uſucap.* Et hoc etiam eſſe non poteſt, quia ſequeretur, quod ſi diu duret ſocietas, & ſemper creſcerent operæ, & induſtria, quod alter ſocius nihil, vel parum,de lucro & capitali percipere poſſet,quod eſt abſurdiſſimum, & contra mentem ſociorum,& contra naturam ſocietatis, in qua capitale pro ponente, niſi perdatur, ſalvum ſemper eſſe debet, & ſemper debet pro eo lucrari. Et eſſe non poteſt etiam,quia partes capitales conſiderantur in principio ſocietatis, & non habito reſpectu ad futurum eventum, Corn.*in conſil.24.n. 4.in fin. lib.1.* Bene in diſcurſu temporis operæ ſunt conſiderandæ, quoad lucrum dividendum, Socin. *conſ.265. n.3.lib.2.* Id

38 etiam quod dicit Dominicus Sotus † eſt novum inventum,quo ad hoc nulli negotiatores uſi ſunt, ut tradit Navar. *d.c.17.n. 251.* & ſuſtineri non poteſt, quia ſi ponuntur mille in ſocietate, ex eorum commoditate, ſeu dicas interuſurio, ut per Bald. *in l.1.ſub n.14.C.pro ſoc.*lucrum cauſatur, & non cauſatur ab æſtimatione, quæ fit de periculo, & ſuſtineri non poteſt, quia mille ponuntur in ſocietate, & pericula ſunt qualitates, quæ extra ſocietatem

39 conſiderantur.Et ſtante ſupra poſita † opinione veriori & communi,de tota pecunia rationem habendam eſſe, an dicatur adeſſe inter ſocios æqualitas ſeu inæqualitas, uno ponente operas & induſtriam, & altero ponente pecuniam, videndum eſt? Equidem in dubio præſumendum eſt, pecuniarum quantitatem reſpondere ad operas & induſtriam pro æquali parte, Petr.de Ubald.*d.4 part.ſub num.9.*Natt.*in conſ.403.ſub num.5.lib.2.* Joſeph.Lud.*in ſuis comm.concl.concl.53.n.156.* Andr.Fachin.*controver.jur. lib.2.c.94.* Et ſi inæqualitas †

40 allegaretur, nempe operas & induſtriam excedere commoditatem pecuniarum, vel econtra. quæſtio iſta boni viri arbitrio terminanda veniret, conſideratione

ſideratione adhibita circa pecunias poſitas, operas, & induſtriam, & quod
aliquando plus eſt ponere in diſcrimine vitam, quam patrimonium, Petr.
de Ubald. *in d. part. 4. num. 3* Bald. *in l. ſi non fuerint 29. n. 2. ff. pro ſoc.* Rom. *in conſil.
460.* & Menoch. *de arbitr. jud. caſu 125.* Socin. *conſ. 265. lib. 2.* Et ſi plures ſint ſocii
diverſa ponentes, nempe auctoritatem, operas, induſtriam & pecunias, ſe-
cundum ſupradicta arbitrio boni viri poterit determinari æqualitas & inæ-
qualitas inter ipſos, quia vere certa regula & certa determinatio afferri non
poteſt.

Videamus modo de dominio † & poſſeſſione, ut ſequamur ſuprapoſitum 41
ordinem. Et quidem duobus modis dominium & poſſeſſio in præſenti
agendo de ſocietate conſiderari poſſunt. Primo modo poſſunt conſidera-
ri circa res, quæ erant ſociorum ante contractam ſocietatem. Secundo
modo circa res quæſitas, durante ſocietate, ſed modo ſolummodo agimus
de dominio & poſſeſſione rerum, quæ erant ſociorum ante ſocietatem,
quia agitur modo de cauſa materiali, & de dominio & poſſeſſione quæ-
ſitorum, durante ſocietate, agemus infra latiſſime ſuo loco *cap. 14.* In primis
in hac dominii † tractatione regula ponenda eſt, quæ procedit tam in ſo- 42
cietate univerſali, quam etiam particulari; nempe communionem domi-
nii in ſocietate requiri: *l. 1. in fin. & in l. ſi id quod. 58. in ver. cæterum, ff. pro ſoc. & in
l. ſi tibi area 13. in fin. ff. de præſcrip. verb.* Dd. communiter *in l. ſi paſcenda. C. de pactis.*
Rom. *in conſ. 168. num. 3.* Et licet à contrahentibus fuerit dictum ſocietatem in-
ter eos contrahi: tamen deficiente dominii communione ſocietas contracta
dici non poteſt. Rimin. jun. *in conſil. 218. num. 95. lib. 2.* & quia hinc inde fit
collatio, ſocietas dicitur titulus onéroſus, Bald. *in l. coire 5. in lect. ante. in fin. ff.
pro ſoc.* procedit, inquam, in qualibet ſocietate regula iſta, & conueniunt e-
tiam ſocietas univerſalis & particularis in actionibus cuique ex ſociis † 43
competentibus, quia adinvicem præſtari debent, & non transferuntur,
l. 3. & ibi gl. & communiter Dd *ff. pro ſoc.* Petr. de Ubald. *d. tract. de duob. fratr.
part. 5. numero 2. in fin.* Sed in modo † inducendi communionem differunt, 44
quia in ſocietatibus particularibus, in quibus deficit univerſalis titulus,
rerum communio non inducitur abſque traditione, *l. ſi ager. 50. & ibi Bart. ff.
de rei vendic. & in l. traditionib. 20. C. de pact.* Menoch. *in conſ. 122. num. 6. lib. 2.* Et in
ſocietatibus † univerſalibus res omnes, quæ ſociorum ſunt, abſque alia tra- 45
ditione communicantur, *l. 1. & l. 2. & ibi gl. & communiter Dd. ff. pro ſoc.* Dd.
omnes *in l. ſi ſocius 16. ff. ſi cert. pet.* Bald. *in l. qui ſibi, C. de his qui à non dom. & in
l. 1. Cod. de uſucap. pro dot. & in l. nulla 4. Codic. de jure dot.* Petr. de Ubald. *d. tract.
part. 5. ſub num. 2.* Rom. *in conſil. 106. numero 2.* Dec. *in l. traditionib. numero 3. Codic.
de pact.* Gomeſ. *lib. 2. reſolut. jur. c. 5. ſub numero 3* Menoch. *d. conſil. 122. numero 5. lib. 2.*
Et licet communio rerum † inducatur in ſocietate univerſali, tamen 46
quod poſſeſſio non transferatur, tenet gloſ. *in dict. l. 2. ff. pro ſoc.* & gloſ. *in l. ſi*

fratres, §.idem reſpondet. ff. eod. & ita in omnibus caſibus, in quibus tranſit dominium abſque traditione, quod non tranſeat poſſeſſio, quia habet plurimum facti, videntur tenere regulariter gloſ. & Dd. *in auth. ingreſſi. C. de ſacroſanct. eccl. & in c. in præſentia. de probat.* Cepol. *in tract. de uſucap. pro dote. n. 18.*

Contraria opinio, etiam poſſeſſionem transferri abſque traditione, tenenda eſt, quam tenet gloſ. ſecundum primam opinionem, *in d. l. 2. ff. pro ſoc.* Bald. *in l. 1. in lect. antiqua. ſub numero 1 ff. eod.* Bart. *in l. & ideo. ſub numero 3. ff. de cond. furt.* Ant. *in §. 1. ſub numero 1. Inſtit. de ſociet.* Covar. qui teſtatur de commu-
47 ni opinione, *lib. 3. variar. reſolut. c. 19. ſub numero 1.* Et hoc eſt ſpecialiter † introductum in ſocietate, quia in ea licet traditio non interveniat, vere tamen creditur intervenire, textus eſt expreſſus *in d. l. 2. ff. pro ſoc.* & ita declarant Batt. & Bald. *in d. l. 1. ff. eod.* & ſic communiter tenent Dd. quod quilibet ſocius videatur habere & tenere bona ſua nomine proprio, & alterius ſocii, tanquam per clauſulam conſtituti, Jaſ. *in d. l. ſi ſocius, ſub numero 1. ff. ſi cert. pet.* Gomeſ. *d. lib. 2. reſolut. jur. c. 5. ſub numero 3. in fin.* Covar. *d. c. 19 ſub n. 1. lib. 3.*
48 *variar. reſol.* A regula ſupraposita, communionem † reperiri in qualibet ſocietate, recedit Alex. *in d. l. ſi paſcenda. ſub numero 2. C. de pact.* ubi neceſſario in ſocietate communionem non requiri tenet, per text. *in l. ſi tibi area. 13. ff. de præſc. verb. & in l. ſi merces 25. §. vis major. ff. locati, & in l. cum duob. §. ſi in coeunda. ff. pro ſoc.* & hanc opinionem videtur etiam tenere Nat. *in conſ. 405. num. 2. lib. 2.* Sed non eſt recedendum à communi opinione, & dicta ab Alexandro facile removentur. Nam ſocietas poteſt contrahi ſuper re principali, & poteſt contrahi ſuper fructibus abſque re principali, & poteſt contrahi ſuper re futura, puta ſuper pretio redigendo ex aliqua re, ut dixi ſupra. Ideo dicta per Alexand. & jura per eum allegata non obſtant, quia loquuntur in ſocietate contracta in fructibus, & in re futura, & ſolum dicunt, quod in re principali non eſt inducta communio, & bene, quia in ea non eſt inducta ſocietas, ita loquitur tex. *in d l. ſi tibi area.* nempe de ſocietate contracta ſuper pretio redigendo, & ideo dicit pretium & non rem ipſam debere communicari, & eſt ſimilis tex. & ibi gl. declarat *in l ſi margarita 44. ff. pro ſoc.* & ita tradit Socin. *in d. l. ſi paſcenda. ſub num. 12. C. de pact.* & ita intelligi debet tex. *in d. l. ſi merces, §. vis major.* nempe quod non dicatur inducta communio in fundo, quia non erat contracta ſocietas ſuper fundo, ſed ſuper fructibus. Sic etiam intelligi debet tex. *in d. l. cum duob. §. ſi in coeunda*, nempe quod loquatur de ſocietate in fructibus contracta, & non in re principali, & ita declarat Dec. *in d. l. ſi paſcenda. ſub numero 13. Cod. de pact.* & ita etiam videtur firmare Petr. de Ubald. *d. tract. part. 8 ſub numero 11.* De locatione molendini comprehenſa in ſocietate, licet in eo non ſit comprehenſum molendinum, tradit Alex. ſibi contrarius *conſil. 49. numero 10. lib. 1.* Et prædictis non † obſtat dicere, ſuper fructibus ſocietatem contrahi non poſſe, ſi non

ſit

ſit contracta ſuper re principali, ea ratione, quia acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis, ut per Bald. *in d.l.ſi paſcenda 8. C.de pact.* Quia reſpondetur principale † eſſe, quod ſocietas contrahatur ſuper fructibus, & re 50
futura, & accidentale eſſe, quod res principalis tradatur abſque communicatione, ita reſpondet Dec. *in d.l. ſi paſcenda. ſub num.3.* Et quod finis, ad quem quodlibet negotium tendit, potius inſpiciendus ſit, quam quod præſens eſt, tradit Tiraq. *in tract.de utroque, retract.§.1.gl.7.num.5.fol. mihi 29.* Et reſpondetur, argumentum de acceſſorio ad principalem non procedere, quando in acceſſorio adeſt diverſa ratio. *l.ſtipulatio iſta.§.alteri.ff. de verb. oblig.* ita ſimiliter reſpondet Dec.*d.loco.* Et ratio diverſitatis eſt, inter acceſſorium & principale, in præſenti, quia principale, quod communicetur, non eſt conveniens, cum alter ſocius nihil in commune ponat, & eſt conveniens, quod acceſſorium communicetur, quia provenit non ſolum ex re principali, ſed etiam ab operibus alterius ſocii. Etiam ſalvando † Baldi opinio- 51
nem dici poteſt, ejus opinionem procedere, ſuper fructib.contrahi non poſſe communionem & ſocietatem, abſque re principali, dum fructus ſunt in re ipſa, & adhuc non ſunt à re ſeparati, & quod tunc ſuper eis dicatur contracta, quando ſunt à re ſeparati; quia uti acceſſoria, cum ſunt ſeparati, amplius non conſiderantur, ita declarat Rom. *in conſ 309.* & Socin. *in dict. l. ſi paſcenda.C.de pact.* Quippe ſtante ſocietate † contrahi poſſe ſuper re futura, & 52
ſuper fructibus, abſque re principali, quæro, quomodo erit cognoſcendum, ſuper quibus rebus contracta fuerit ſocietas, & inducta communio, ſi non conſtat de expreſſa partium conventione. Inquam mihi dicendum videtur, hanc cognitionem haberi poſſe conſiderando, quid à quolibet ſociorum in ſocietate poni debeat.

Nam contractus † iſte dicitur conſpectivus, ut per Bald.*in conſ.452.num.2.* 53
lib.3. & in eo inter ſocios ideo communio inducitur, quia adinvicem collatio fit, ut per Bart.*in l.Titium & Mævium 74.§.altero 6. num.5.ff.de adminiſtr. tutor.* Quare ſi unus † ex ſociis poneret tantum operas, & alter pecuniam, cum 54
inter eos ceſſet mutua collatio, dicerem pecuniam non fuiſſe communicatam, & ſuper ea ſocietatem non fuiſſe contractam, ſed contractam fuiſſe ſuper lucro, ab ipſa pecunia & operibus obventuro. Si vero quilibet poneret pecunias in pari ſive diſpari quantitate, dicerem ſic interveniente mutua collatione fuiſſe inductam communionem & ſocietatem, etiam in pecunia, in paribus partibus ſtante pari collatione, ſed ſtante diſpari collatione ſecundum portionem, quam quiſque poſuiſſet. Soc. *conſil. 265. ſub numero 2. lib. 5.* Et pecuniam communicatam † non cenſeri, tenent com- 55
muniter Dd. *in d.l. 1. c. pro ſoc.* & Bal d. *in conſil.61. in princ. lib. 2.* Alex. *in conſil. 117.& ibi addit.lib.1.& in conſil.131.num.7.in ſi lib.5.* ubi addit. dicit hanc eſſe communem opinionem & æquiorem. Corn. qui ſimiliter de communi teſta-

tus

tur *in l.ſi paſcenda, ſub numero 16. C.de pact.* Natt *in conſil.403. num.2.lib.2.* Rot. Genuenſ. *deciſ.159.* Rimin.jun. *in conſil.399. numero 34. & in conſil. 400. numero 54. lib.*
56 *4.* Ex ſupraſcripta diſtinctione † & ex ſupradictis fundamentis colligi poteſt, etiam quid ſit dicendum in ſocietate, ſeu, ut vulgo dicitur, ſocida animalium. Inquam dicendum erit, ſi animalia hinc inde à quolibet ſociorum erunt collata, inter eos fuiſſe ſuper eis inductam communionem & ſocietatem, Conrad. *de contract.c.92.in princ.ſumm. Ihab. in ver. uſura. li.3. num. 6.* Et ſi ſimpliciter erunt data paſtori ad paſcendum non cenſeri communicata, ſed dici debere initum fuiſſe contractum innominatum, *d.l.ſi paſcenda, & ibi gloſ. & Dd. C.de pact.* Gabr. *in conſil.62.in princ.lib.1.* ſi autem erunt data paſtori ut lucrum ex eis proveniens dividatur, in lucro dicitur inducta communio & ſocietas, *l. cum duobus, §. ſi in coeunda. ff. pro ſoc.* gloſ. *in d. l. ſi paſcenda. in ver. compellitur.* Et ſi erunt paſtori data cum pacto, quod in fine ſocietatis dividi debeant, erunt effecta communia, & ſuper eis ſocietas contracta dicetur, Bald. *in l.1.numero 12.C.de fruct.& lit. expenſ.* Petr. de Ubald.
57 *d.tract.part.8, ſub numero 21.* Gabr. *d.conſil.62.numero 2. lib. 1.* Et cavendum † eſt, ne decipiaris, quando animalia dantur æſtimata. Quia etſi dici ſoleat, æſtimationem facere emptionem, & per conſequens operari tranſlationem dominii rei æſtimatæ in totum, *l.quoties 5. C.de jur.dot. cum ſimilib.* tamen non ſic eſt in ſocietate, quia in ea ejus natura attenta, non requiritur tranſlatio dominii in totum, ſed tantum pro medietate, & ideo ſolum æſtimatio operatur, & ad hoc appoſita cenſetur, ut valor rei appareat Bald. *in l.1. verſ. ergo quæſtio. C. pro ſoc.* Soc. *conſil.24. numero 18. lib. 1. & numero 34.* Et ut ſolum pro parte operetur dominii communicationem, ita probat text. *in l. cum duobus, §. damna. ff. pro ſoc.* ubi ſtante æſtimatione ſolum pro parte dominium tranſlatum præſumitur, & ita declarat Petr. de Ubald. *d. tract. de duob. fratr. part. 5. ſub numero 11. & ſub num. 27. & part. 8. ſub numero 21.* & Joſeph. Lud. poſt alios, quos citat *in deciſ. Peruſ. deciſ. 10.* & Graf. *in ſuis deciſ. aureis, part. 1. lib. 2.*
58 *c.120. numero 25.* Sed ſi hoc fieri poteſt in ſocietate † animalium, quod efficiantur communia & dividi debeant in fine ſocietatis, licet alter ſocius nihil conferat, videtur dicendum hoc eſſe contra concluſionem ſupra poſitam, ideo communionem fieri in ſocietate, quia intervenit in ea mutua collatio, & videtur, ſi hoc in animalibus fieri poteſt, poſſe etiam fieri in pecunia.

59 Dico hoc non eſſe contra † concluſionem ſupra poſitam, quia fit communio ſtante collatione, ſed non excluditur, communionem fieri etiam non poſſe alio modo. Poteſt, inquam, fieri eo modo, ut fit in ſocietate animalium, & eſt licitus modus. Dantur enim animalia paſtori paſcenda, cum pacto, quod lucra inde obvenientia ſint communia, & quod debeat durare ſocietas per quinquennium, & quod in fine quinquennii dividantur, eſt iſte

licitus modus, quia paſtor gubernat & cuſtodit animalia, & ideo judicatur, ad hoc ut convenientem partem recipiat ex ſocietate, quod debeat habere lucra pro medietate & etiam partem animalium in fine quinquennii. Et ſi ſocietas paſtium voluntate diſſolveretur, prout fieri poteſt ex communi obſervantia, ſiquidem diſſolveretur, in primo anno paſtor non haberet dimidiam animalium, ſed ſolum haberet partem ſibi proportionabiliter debitam, reſpectu habito ad ſumptus anni, quo duravit ſocietas, & ad tempus quinquennii, quo durare debuiſſet, utputa decem animalia data fuerunt æqualiter dividenda in fine quinquennii, & quia de decem paſtor haberet quinque, & ſic apparet quolibet anno eum lucrari unam, dicendum eſt, ſi in primo anno dividatur ſocietas, ſolum unam habere debere, ſi in ſecundo duas, & ſic de ſingulis.

Idem etiam in pecunia † fieri poſſe admitto, quod ponatur in ſocietate, 60 ita ut in ejus fine inter ſocios dividatur, & interim durante ſocietate lucra ſint pro medietate communia, Socin. *in conſ.265.num.2 lib.2.* & non erit iſta communicatio inducta ratione mutuæ collationis, ſed ad hoc, ut æqualitas conſervetur, quia ſocius ratione ſuarum operarum dignus reputatur acquiſitione dominii, pro parte dictarum pecuniarum, & hoc ex pacto fieri poſſe, & factum cenſeri credo ſtante conſuetudine, ſed in dubio non eſſe modo aliquo communicatam, ut ſupra dixi, tenendum eſt, & dicam infra agendo de lucro, *c.16.*

Quæro etiam in propoſito † an inter dominum & colonum inducatur 61 communio & ſocietas, loquor de colono partiario, & non de eo, qui nummis colit? Inter eos ſocietatem contractam dici non poſſe, tenet Bald. *in l. certi 5. ſub n.8.C.locati.* Abb. *in c.propter, ſub n.8.de locato.* Menoch. *in tract. de acquir.poſ. ſub n.87.* Et ita deciſum fuiſſe in Rot. Rom. de menſe Februarii de anno 1588. refert Honded. *in conſ.85.ſub num.4.lib.1.* & pro hac opinione allegatur text. *in l. ſi merces.25.§.vis major.6 ff.locati.* ubi habetur, quod quaſi jure ſocietatis colonus partitur damnum & lucrum cum domino fundi. Si enim fit quaſi jure ſocietatis, ſequitur inter eos non adeſſe ſocietatem, quia dictio, *quaſi*, denotat improprietatem, *l.2.ff.de moffic.teſtam.l.in ſuis 11.& ibi Bald & cateri.ff.de lib.& poſthum.* In contrarium inter eos cenſeri contractam ſocietatem, tenet Bart. *in d.l.ſi merces 25.§.vis.major.6. & in l. ſi apes 26.§. item conſtat.1 ff. de furtis.* Anchar. Regien. *qu.68.lib.2.& qu.43.n.23.lib.3.* Honded. & relati ab eo *in d. conſil.85.num. 12.cum plurib.ſeqq.lib.1.* Burſat. *in conſil.330.lib.3.* & pro hac opinione eſt textus expreſſus *in d.l.cum duobus 52.§.ſi in coeunda. ff. pro ſoc.* Petr. *d.tract part.8.num.11.* Poſſunt opiniones † concordari, quod negativa procedat, dum fructus non 62 ſunt à ſolo ſeparati, & affirmativa procedat, quando fructus ſunt à ſolo ſeparati, ut dixi ſupra ex Rom. *in conſ.309.* & ita videtur tenere etiam Burſat. *in conſil.71.num. 26.lib.1.* dum vult, colonum non eſſe dominum fructuum,

antequam à ſolo ſeparentur, & erunt iſta bene conſideranda ad cognoſcendum, qua actione agere debeat colonus, ut dicit Rom. *in d.conſ.309.* & habetur per Alex. *in l.ſi filio familias 25.§.fin.ſub n.17.ff.ſol.matrim.*

63 Ultima opinio affirmativa † eſt tenenda, & non obſtat text. *in d l.ſi merces, 25. §. vis major. 6.* quia ibi certum erat non fuiſſe contractam ſocietatem, ſed contractum innominatum, & utitur Jureconſultus dictione impropriet atis, *quaſi jure ſocietatis,* quia contractus innominatus, inter dominum & colonum initus, regulatur ſecundum contractum ſocietatis, cui magis aſſimilatur, ut per Abb. *in d.c. propter ſterilitatem, ſub num. 14.* & per Socin. *in d.l.ſi paſcenda, num.5.* & tradunt Dd. *in l.1. §.ſi quis ferrum, ff.depoſiti.* Et iſta de cauſa materiali dixiſſe ſufficiat.

N. 47. Tanquam per clauſulam conſtituti. Quale ſit hoc conſtitutum docet Tiraquellus in tractatu de jure conſtituti poſſeſſorii in principio. Et eſt aliud à conſtituto de quo in titulo *de conſtituta pecunia ff.13.5.& C.4.18.* Cùm videlicet quis conſtituit ſe id quod debetur, daturum facturumve pro ſe vel aliis. Sed hîc dicimus conſtituere, cùm vendens, donans aut concedens, rem quam ipſe vendit, donat aut concedit, ſeſe conſtituit poſſidere vel ſimpliciter vel precariò ejus nomine, cui ea conceditur, quem conſtitutarium vocant: ſicut depoſitarium, mandatarium, legatarium &c. Et autor hîc de hoc poſteriori conſtituto loquitur.
N. 15. Vid. quæ diximus cap.34.n.5.

CAPUT X.

De cauſa inſtrumentali.

SUMMARIA.

1 *Conſenſus declaratur verbis & factis.*
2 *Societas duplex, tacita & expreſſa.*
3 *Expreſſa ſocietas verbis contrahitur.*
4 *Etiamſi non omnia, ſed quædam ad ſocietatem pertinentia expreſſa fuerint.*
5 *Etiam habita relatione ad expreſſe contracta in alia ſcriptura.*
6 *Societas expreſſa omnium bonorum quibus verbis contrahatur.*
7 *An copulative plura verba univerſalia ſint exprimenda.*
8 *Verborum ſuperfluitas toleratur ad cautelam.*
9 *Lucri & quæſtus verba inſimul prolata non importans ſocietatem omnium bonorum.*
10 *Verbum,* lucrum, *univerſale reſtringitur ab adjuncto verbo quæſtus, quod eſt ſpeciale.*

11 *Intellectus*

11 *Intellectus* l. ſed & ſi adjiciatur, ff. pro ſoc. *&* n. 12.

13 *Societas particularis expreſſa qualiter contrahatur.*

Societate ſimpliciter contracta, intelligitur de ſocietate ad quæſtum, niſi aliud ſuadeat qualitas contrahentium.

14 *Verba prius, & non quid actum fuerit, attenduntur, ad cognoſcendum, quæ ſocietas fuerit contracta.*

Quia obtinent principatum ſignificandi.

Etiam ſi aliquo modo natura contractus alternetur, ſed ubi verba repugnarent naturæ contractus, potius attenditur quid actum, quam quid dictum.

15 *Societas omnium bonorum quod tacite contrahi non poſſit tenent aliqui.*

16 *Societas omnium bonorum etiam tacite contrahi poteſt, & iſta opinio probatur.*

17 *Societas omnium bonorum tacite ad hoc, ut contracta cenſeatur, tria copulative requiruntur, inſimul habitatio, lucrorum communicatio, & ad invicem non reddita ratio.*

18 *Actus iſti important ſocietatem, quia citra jus ſocietatis fieri non poſſunt.*

19 *Et important ſocietatem arguendo à contrariis, quia actus his contrarii ſunt diſſociativi.*

20 *Genere etiam conſiderato, & differentiis, iſti actus important ſocietatem omnium bonorum.*

21 *Cohabitatio debet eſſe in eadem domo.*

Cohabitatio in diverſis apartamentis non ſufficit.

22 *Imo ſufficit, ſi vivant in communi, & ſufficit etiam ſi habitent in diverſis domibus, & in diverſis civitatibus.*

23 *Cohabitatio debet eſſe longæva per decennium.*

24 *Sed etiam abſque tali longæva habitatione poteſt probari ſocietas.*

25 *Collatio à quolibet ſocio fieri debet, ad hoc ut dicatur contracta ſocietas.*

Collatio fieri debet de omnibus quæſitis, quia facta retentione de aliquibus, non cenſetur contracta ſocietas omnium bonorum.

26 *Collatio ſi fuit uniformis ſocietas omnium bonorum contracta non præſumitur.*

Actus noſtri non extenduntur, ultra quam geruntur, & n. 28.

27 *Bart. dicta in l.* Titium & Mævium, *qualiter ſunt intelligenda, declaratur.*

29 *Collatio difformis, licet unus tantum, vel nemo negotietur, ſufficit, ad contrahendam ſocietatem omnium bonorum, &* n. 30.

31 *Lucrorum inæqualitas, licet ſit magna præſumptio ſocietatem non fuiſſe contractam, tamen non attenditur, quando adſunt aliæ præſumptiones in contrarium, &* num. 32.

32 *Collatio diverſorum ſufficit etiam ſi facta ſit ſolum pro parte unius.*

Collationi diverſorum facta pro parte unius, ſi alter conſentiat, ex hoc præſumitur, quod voluerit contrahere ſocietatem univerſalem.

O 2 33 *Conferens*

Digitized by Google

33 *Conferens plus non cenſetur donare, ſed id facere titulo ſocietatis.*

34 *Collatio facta diverſorum, importat ſocietatem omnium bonorum, & ſi neceſſe eſſet, quod omnia, quæ ſunt conferenda, in hac ſocietate conferrentur, nunquam contracta præſumeretur. Bald. à Menochio impugnatus ſalvatur.*

35 *Societas incepta dicitur ab eo tempore, quo cœptum fuit communicare.*

36 *Communicare ſolitus cenſetur continuaſſe communicationem.*

37 *Societas inducta etiam per unum actum ſuſtinetur.*

38 *Societas inducta non diſſolveretur, ſi in abſcondito alter ſocius faceret actus diſſolutivos.*

39 *Ratione retenta de acquiſitis excluditur præſumptio ſocietatis.*

40 *Ratione retenta pro memoria, non excluditur præſumptio ſocietatis.*

1 DUo ſunt inſtrumenta † ſive cauſæ inſtrumentales, quibus conſenſus declarari, & ſocietas formari & ad eſſe deduci poteſt, ut dixi ſupra *c. 2.* nempe verba & facta: verbis enim & factis hominum voluntas declaratur. *l. nam cum tractatu 32. & l. ſocietatem coire 4. & ibi gloſ. ff. pro ſoc. & l. Paulus, ff. rem rat. haberi* Bart. & cæteri *in l. Titium & Mævium 74. §. altero 6. ff. de adminiſtr. tut.* Bald. *in l ſi patruus 4. Cod. com. utr. jud.* Dec. *in conſil. 552. numero 1. lib. 2.*
2 Ruin. *conſil. 92. numero 1. lib. 1.* Et quia iſtis duobus † inſtrumentis, ad ſocietatem introducendam, homines utuntur, duas reperiri ſocietatum ſpecies, Dd. communiter declarant, nempe tacitam & expreſſam. Dicunt illam eſſe expreſſam, quæ verbis contrahitur, & illam eſſe tacitam, quæ contrahitur actus exercendo ſociales. Bartol. *in d. l. Titium & Mævium, & ibi cæteri omnes.* Bald. *in d. l. ſi patruus, & in conſil. 19. & in conſil. 120. lib. 1. & in conſ. 452. lib. 3.* Petr. de Ubald. *d. tract. de duob. fratr. part. 2. numero 1. & part. 5. ſub numero 36.* Foller. ad Marant. *in Specul. part. 4. diſt. 4. numero 4.* Dec. *in conſil. 68. lib. 1.* Thob. *in conſil. 64.* & Rolan. *in conſil. 91. numero 24. lib. 1.* Ideo in præſenti capitulo videbimus, qualiter expreſſa ſocietas, & qualiter tacita contrahatur.

3 Expreſſa ſocietas † conſenſu, verbis, ſtipulatione, vel pacto contrahitur, *l. ſocietatem coire 4. & ibi gl. Bald. & cæteri. ff. pro ſoc. l. nam cum tractatu habito 32. & l. duo ſocietatem 71 ff. eod.* Socin. *in conſ. 4. lib. 4.* Ruin. *in conſil. 92. lib. 1.* Dec. *in conſil. 68. lib. 1.* Rol. *in conſil. 91. numero 24. lib. 1.* Maſcar. *in tract. de probat. concl. 1309. numero 5.*
4 Et hoc eſt verum, etiam † ſi non omnia, ſed quædam tantum ad ſocietatem pertinentia expreſſa fuerint. Quia quemadmodum ex pluribus licet non omnibus actibus tacitis colligitur tacita ſocietas, ita ex pluribus actibus expreſſis colligitur expreſſa, ita declarat Dec.
5 *in dict. conſil. 68. ſub numero 2.* Et eſt verum, etiam † ſi ſocietas contrahatur, juxta diſpoſitionem factam à teſtatore, in ejus teſtamento, dici expreſſe con-

contractam, ex eo, quia habet relationem ad expreſſe contenta in teſtamento, Socin. *in d. conſ. 4. n. 4. lib. 4.* Roman. *in conſil. 291. ſub num. 8.* Et eſt verum, etiamſi de partibus lucri & quæſtus nihil dictum fuerit, Rim. jun. *conſ. 400. n. 102. lib. 4.*

Pro contrahenda † ſocietate expreſſa omnium bonorum datur exemplum, ſic dicatur, quod ſocietas ſit generalis, vel univerſalis omnium bonorum, vel omnium fortunarum, vel quod omnia undecunque quæſita, vel qualitercunque communicentur, vel quod ſint ſocii ad lucrum; & quod expenſæ omnes quomodocunque contingentes de communi erogari debeant, vel quod ſint ſocii omnium vel totorum bonorum, vel quod omnia communicabunt, quæ acquirent ex quacunque cauſa, *l. 1. & l 3. & l ſed etſi adjiciatur, 13. & l. cum duobus & 16. & l. ſi ſocietatem univerſorum 73. ff. pro ſoc. §. 1. & ibi gloſ. & Aret. numero 2. Inſtit. de ſociet.* Soc. late *in dict. conſil. 4. ſub numero 6. cum plurib. ſeqq. lib. 4.* Crot. *in conſil. 40. numero 6.* Natt. *in conſil. 100. in princ. lib. 1.* Anton. Cioffus, *in conſil. 11. numero 1. lib. 2.* Joſeph. Ludov. *concl. 53. verſ. ſocietatis fol. 123.* Et male loquitur Practicus Papienſis † *in forma libelli, in actione pro ſocio, in verſ. ſocietatem,* dum dicit, quod tunc ſocietas dicitur contrahi ad lucrum, quando fit ſub nomine & ſigno univerſali, ut *omne, quodcunque* & ſimilia, expreſſe acto quod ſit generalis ſocietas, & ſapienter facere Notarium, ſi dicat, in inſtrumento ſocietatis: *Hoc acto inter partes quod præſens ſocietas ſit, in & ſuper omnibus bonis præſentibus, & futuris, quovis modo & qualitercunque acquiſitis, & adquirendis, tam ex induſtria, quam à fortuna, & tam inter vivos, quam in ultima voluntate.* Male, inquam, loquitur præſupponendo iſta verba omnia copulative neceſſaria eſſe, ad contrahendam ſocietatem omnium bonorum, quia ſufficit ſocios uſos fuiſſe aliquo ex verbis habentibus generale ſignificatum, & quia non eſt opus exprimere eſſe communicanda bona quæſita & acquirenda ex induſtria & ex fortuna, quia ubi ex alio ſigno univerſali conſtat de ſocietate omnium bonorum, veniunt iſta omnia, abſque expreſſa mentione ex natura ſocietatis, ut declarat Ruin. *in conſil. 101 ſub numero 10. lib 1.* & Socin. *in d. conſil. 4. ſub numero 6. lib. 4.* Bene dici poteſt, quod non † male faciat Notarius, ſi prædicta omnia verba explicet, quia toleratur in contractibus, quod comprehenſum implicite, replicetur explicite, & toleratur ſuperfluitas verborum, quando exprimitur aliquid ad cautelam dubitationis tollendæ gratia, Ruin. *in dict. conſil. 101. ſub numero 10.* & Socin. *in dict. conſilio quarto, numero ſeptimo.*

Contra prædicta dũ aſſerui † dici contractã ſocietatem univerſalem, ſi fuit contracta ad lucrũ, difficultas inſurgit ex eo, quia ſi dictum ſit, ut & quæſtus & lucri ſocii ſint, ſolũmodo ad quæſtum, & non ad lucrũ ſocietas contracta dicitur, text. eſt *in l. ſed & ſi adjiciatur 13. & in l. duo ſocietatem 71. ff. pro ſoc.* Reſpondetur,

detur, ideo verbum, *lucri*, non importare ſocietatem univerſalem in dictis
10 legibus, quia non fuit de per ſe prolatum, ſed fuit prolatum † cum verbo, *quæſtus*. Cum etiam *lucri*, verbum ſit generale, reſtringitur à verbo *quæſtus*, quod ſpeciale eſt, quia iſta eſt natura ſpeciei, ut ſi apponatur generi, dicatur ſtare expoſitive & limitative, ut in puncto loquendo de dictis legibus declarat Bart. *in l. quæſitum, 12. §. ſi quis fundum 46. n. 6. ff. de fundo inſtruct. & in d. l. ſed & ſi adiiciatur, & ibi Bald* & idem Bald, *in d. l. duo ſocietatem, in fin.* & Rim. jun.
11 *in conſ 216. n. 61. lib. 2.* Sed quia iſti Doctores, ut † apud eos videre licet, præſupponunt, tunc generi per ſpeciem derogari, quando prius generis verbum & deinde ſpeciei verbum appoſitum fuit, ut quia fuit dictum & lucri & quæſtus, eorum determinatio dubia redditur; quia in libro meo *in d. l. ſed & ſi adiicitur*, quæſtus nomen prius appoſitum reperio.

Poteſt dici, quod eorum opinio veriſſima ſit, dato & non conceſſo, *in d. l.* ſcriptum reperiri prius nomen *quæſtus*, deinde *lucri*, quia poteſt dici jam probari *in d. l. duo ſocietatem*, ubi ſtat poſitum nomen *lucri*, ante nomen *quæſtus*, & ſolum ſocietatem ad quæſtum, & non ad lucrum cenſeri contractam
12 diſponitur. Et ad *l. ſed & ſi adiiciatur*, reſponderi † poteſt, ibidem non probari cenſeri contractam ſocietatem ad quæſtum ex eo, quia nomen quæſtus præcedens eſſet junctum cum nomine lucri ſubſequenti, ſed ex eo quia *d. l.* eſt poſita continuative ad *l. coire*, in qua agitur de ſocietate ad quæſitum, non retentis terminis, quod ageretur de ſocietate ad quæſtum, in ea diſponitur, ſocios contrahentes ſocietatem ad quæſtum, talem ſocietatem contrahere, etiam ſi cum verbo *quæſtus*, apponerent verbum *lucri*, quia verbum *lucri*, eſt intelligendum ſecundum ſubjectam materiam, nempe de lucro provenienti ex quæſtu, de quo tunc agebatur, ita declarat Ruin. *in conſil. 101. lib. 1. ſub numero 10. verſ. quod ultra eos.* & tradunt paſſim Doctores, verba eſſe intelligenda ſecundum ſubjectam materiam *l. ex con-*
13 *ducto 15. §. 4. ff. locati.* Sic cognito, quibus verbis † contrahatur ſocietas expreſſa omnium bonorum, modo eſſet videndum, quibus verbis contrahatur expreſſa ſocietas particularis; ſed quia eſſet quaſi impoſſibile de ſingulis ſocietatum formis verba afferre, ideo ſat erit dicere, quod ſi non erunt prolata verba ſignificantia ſocietatem univerſalem ad lucrum, illa ſocietas contracta dicitur, quæ à partib. verbis expreſſa erit, ut de ſocietate particulari ad lucrum extat exemplum, *in l. 3. §. de illo. ff. pro ſoc.* & de ſocietate particulari ad quæſtum extant plura exempla in univerſo dicto titulo, & præcipue *in l. cum duobus, §. quidam ſagariam.* Et de ſocietate ſimpliciter contracta, ſi non ſit expreſſum inter contrahentes, ſuper qua re, ſeu negociatione contracta fuerit, quod dicatur contracta ſuper omnibus, quæ ex quæſtu proveniunt, eſt text. & ibi gloſ. *in d. l. coire ff. pro ſoc.* niſi aliud ſuadeat
14 qualitas perſonarum. Sed quæro in propoſito † in cognoſcendo, quæ

ſocietas contracta fuerit, an potius attendantur verba, ſeu effectus, & natura ipſius contractus? Dico in primis eſſe attendenda verba, quia ſunt notæ earum, quæ ſunt in animo paſſionum, Decian. *conſil. 12. num. 11. lib. 2.* & obtinent principatum ſignificandi, & ſunt majus mentis noſtræ teſtimonium, Rol. *in conſil. 34. numero 13. & 15. lib. 4.* & dico & eſſe attendenda, etiam ſi aliquo modo natura contractus alteraretur, *l. Lucius 24. & l. die 25. §. 1. ff. depoſiti.* Sed ubi verba repugnarent naturæ ipſius contractus, ſeu eſſent contra ejus ſubſtantiam, dico quid actum, & non quid dictum ad cognoſcendum, quæ ſocietatis ſpecies contracta fuerit, inſpiciendum eſſe, Rol. *in conſil. 69. numero 40. & ſeq. lib. 3.* Boſſ. *tit. de remiſ. merci. publi. numero 1.* Gabr. *in conſil. 61. in princ. lib. 1.* Menoch. *in tract. de præſumpt. lib. 1. qu. 26.*

Videamus modo † qualiter ſocietas tacite contrahatur. Dixi ſupra eam 15
contrahi actus exercendo ſociales, ſed cum habeamus ſocietatem univerſalem, & habeamus ſocietates particulares, de ſingulis ſeparatim agendum eſt, & primo videbimus de ſocietate univerſali. Atque aliqui ſunt Doctores, qui tenent ſocietatem omnium bonorum tacite contrahi non poſſe, per text. & ibi gloſ. *in l. 3. §. cumſpecialiter, & in l. cum duobus 52. §. ſocium ff. pro ſoc.* ubi dicitur ad hoc, ut veniant omnia in ſocietate neceſſe eſſe, quod expreſſe ſit contracta omnium bonorum, ita tenet Caſtr. *in conſil. 349 in fin. lib. 1.* Alex. *in conſil. 48. numero 4. lib. 2.* Barba. *in conſil. 22. lib. 1. col. penult. & in conſil. 10. colum. 5. lib. 4.* Menoch. *in conſil. 12. num. 10. lib. 1. & in conſil. 222. numero 1. lib. 3.* Sed alii ſunt Dd. tenentes † contrariam opinionem, nempe poſſe ſocietatem 16
omnium bonorum contrahi tacite actus exercendo ſociales, quia eſt de contractibus, qui conſenſu perficiuntur, *§. 1. Inſtit. de obl. ex conſ. & l. 2. ff. de act. & oblig.* & conſenſus & voluntas factis, ſicut verbis declaratur, *l. Paulus, ff. rem rat. hab.* & par eſt virtus taciti & expreſſi, *l. cum quid ff ſi cert. pet.* ita tenet Bald. *in conſil. 452. lib. 3. & in conſil. 284. in fin. lib. 5.* Ruin. *in conſil. 104. colum. 8. verſ. non obſtat. lib. 1.* Rom. *in conſ. 291. ſub numero 4. & ibi add.* qui communiter teſtatur, & alios quam plures allegat Corn. *in conſil. 61. lib. 1.* Socin. *in conſ. 291. lib. 2. num. 1.* Dec. *in conſil. 66. ſub numero 1. & in conſil. 68 ſub numero 2. verſ. non obſtat. in conſ. 303. numero 5. & ſeq. lib. 1. & in conſil. 547. ſub numero 5. & in conſil. 628. num. 3. lib. 2. & in rub. C. qui teſtam fac. poſſ. numero 18* Cravet. *in conſil. 26. num. 1. & numero 5. & in conſ. 149 ſub num. 1. lib. 1.* Rolan. *in conſil. 91. num. 28. & ſeq. lib. 1.* Rubeus Utinenſis *in conſ. 32.* Th b. *in conſ. 64. num. 7.* Cephal. *in conſil. 247. numero 7. lib 2.* Decian. *in conſil. 36. num. 4. lib. 1.* Rim. jun. *in conſil. 466. in fin. lib. 4* Et iſti hanc partem tenentes ad gloſ. & jura in contrarium allegata reſpondent, quod licet dicant neceſſe eſſe ſocietatem fuiſſe expreſſe contractam omnium bonorum, ad hoc ut veniant omnia quoquomodo quæſita, non per hoc ſequi, non poſſe tacite etiam ſocietatem contrahi, ſed id dici ad differentiam ſimplicis ſocietatis,

& non

& non ad differentiam ſocietatis omnium bonorum tacite contractæ, & dicunt, quod opinio Caſtr. & ſequacium eſt contra alios Dd. communiter Ruin. *in l. conſil. 104. num. 1. colum. 8. verſ. non obſtat. lib. 1. & in conſil. 121. numer. 3. lib. 5.* Dec. *in d. conſil. 66. & in d. conſil. 68. lib. 1.* Cravet. *in d. conſil. 26. numero 5.* Thob. *de conſil. 64. numero 7.* & Rolan. *d. conſil. 91. numero 30. lib. 1.* Stante hac opinione
17 veriore † & communiter recepta, ſocietatem omnium bonorum tacite contrahi poſſe actus exercendo ſociales, dico ad hoc, ut contracta præſumatur, tria copulative requiri, inſimul habitatio, lucrorum in unum collatio, & adinvicem non reddita ratio. Specul. *in tit. de Jud. §. ſequitur verſ. ut autem.* Bart. *in l. Titium & Mavium 74. §. altero. 6. num. 5 ff de admin. tut.* Bald. *in l. ſi patruus 4 num. 13. C. com. utr. jud. & in tract. de duob. fratr. ſub numero 13. & in conſil. 59. libro primo.* Petr. de Ubald. *in tract. de duob. fratr. part. 2. ſub numero 1.* Anchar. *in conſilio 203.* Rom. *in conſilio 291.* Socin. *in conſilio 160. ſub numero 2. libro ſecundo.* Pariſ. *in conſilio 84. numero 50. & ſeq. libro primo.* Alciat. *in tract. de præſ. regul. 1. præſ. 25.* qui teſtatur de communi. Dec. *in conſilio 21. numero 2. & in conſilio 68. numero 1. lib. 1. & in conſilio 547. ſub num. 5.* ubi teſtatur de communi & *in rub. & in l. 1. C. qui teſtam. fac. poſ.* Cravet. *in conſil. 159. lib. 1.* Nat. *in conſil. 91. num. 26. & ſeq. lib. 1.* Cephal. *in conſil 247. num. 2 lib. 2. & in conſil. 340. numero 12. lib. 3. & in conſil. 483. numero 2. lib. 4.* Simon. de Præt. *in conſil. 24. numero 10.* Menoch. *in tract. de præſ. lib. 3. præſ. 56. numero 37.* ubi teſtatur de magis recepta opinione canendo palinodiam, & *in conſil. 121. numero 103. lib. 2. & in conſ. 375. numero 6. lib. 4. & in conſ. 656. lib. 7.* Rimin. jun. *in conſil. 280. lib. 3.* & ita reſolutum fuit in Romæ Rot. in quadam cauſa *de Cruciariis* die 20. Febr. de anno 1568. coram R P.D. Lancelloto tunc temporis Rotæ auditore eruditiſſimo, & hodie Cardinali
18 meritiſſimo. Et ea ratione ex his actibus ſocietas † omnium bonorum inducta cenſetur, quia non poſſunt fieri citra jus ſocietatis. Nam in vim donationis fieri non poſſunt, quia donatio à liberalitate procedit, & in hoc caſu ideo unus confert, quia etiam alter confert, & non poſſunt fieri in vim hæreditatis ſimul retentæ, & non veniunt in judicio familiæ erciſcundæ, quia in tali judicio veniunt ſolum ea, quæ quis facit ut hæres, & non veniunt in judicio communi dividendo, quia illud datur ad dividendum, & non ad communicandum, ita declarat Bart. *in d. l. Titium & Mavium 74. §. altero 6. ſub numero 5. ff. de adm. tut* Petrus de Ubald. *in dict. tractat. de duob. fratrib. part. 3. ſub numero 20.* & Jaſon *in conſil. 3. columnn. 1. verſ. ratio præ-*
19 *dictorum, lib. 3.* & Angel. *in conſilio 31. in fin.* Etiam alia ratione † ex actibus præfatis probatur, inductam cenſeri ſocietatem omnium bonorum, nempe ex eo, quia ſi conſiderentur actus, qui ſunt diſſociativi, ut ſunt habitare in diverſis locis, retinere bona diviſa, & acquirere, & lucrari proprio nomine, & proprias rationes retinere, apparebit quod actus ſupra relati, qui his contrarii ſunt, neceſſario ſociativi dici debent, & ſic arguendo à

contrariis

contrariis declarat, Bald. *in d. conſ. 452. ſub num. 3. lib. 3.* & Soc. *in conſ. 87. numero 13. lib. 1.*

Subtilius etiam † ad probandum ex actibus præfatis cenſeri contractam ſocietatem conſiderat Bald. *in d. conſ. 452. ſub numero 2. lib. 3.* quod in quolibet actu probando debemus conſiderare genus & differentias. Quoad genus dicit apparere, hanc eſſe ſocietatem, quia adeſt inſimul habitatio, lucrorum communicatio, & adinvicem non reddita ratio. Quoad differentias ſimiliter apparere dicit, hanc eſſe ſocietatem omnium bonorum, quia omnia in iſta conferuntur, & in cæteris ſocietatibus non omnia conferuntur. 20

Circa cohabitationem † notandum eſt, dici debere, non ſufficere habitare in eadem domo, ſed in diverſis apartamentis, *l. 1. §. habitare. & ibi Bart. ff. de his qui.* Angel. per illum text. *in l. quid ſit fugitivus 17. §. apud Calium 15. ff. de ædil. edict.* Barb. ad Bald. *in l. fin. C. de collat.* & faciunt tradita per Cephal. *in conſil. 247. & in conſil. 248.* Eſt verum, non ſufficere † habitare in diverſis apartamentis, quia ubi omnia non ſunt communia, ſocietas iſta contracta dici non poteſt, & data diverſitate in apartamentis & habitationibus, communia omnia dici non poſſunt, ſi apartamenta eſſent diverſa & non communia, & ſi diverſæ eſſent domus, ſed communes, etiamſi eſſent in diverſis Civitatibus, viveretur tamen communibus expenſis, dicendum eſſet, habitationem eſſe communem, & ſufficere ad inducendam ſocietatem, intervenientibus cæteris requiſitis, Menoch. *in conſil. 656. num. 10. lib. 7.* & Anch. *conſ. 31.* & Dec. *conſ. 628.* & Decian. *conſil. 36. numero 2. lib. 1.* Rub. Utinenſ. *conſil. 32. num. 105.* Et non eſt contra naturam ſocietatis, ſed imo maxime aliquando ſocietati expedit, quod ſociorum habitationes ſint diverſis in Civitatibus, & in diverſis regionibus, ut facilius & utilius mercaturam & negotiationes exercere poſſint, ut quotidie experientia rerum magiſtra docet, & ad hoc facit, quia videmus, poſſe ſocium navigare & peregrinari pro ſocietate, *l. ſi non fuerit 29. ff. pro ſoc.* quod facere non poſſet, ſi deberet habitare ſub eodem tecto, & videmus abſentia unius ex ſociis ſocietatem non diſſolvi, *l. idemque 16. in princ. ff. pro ſoc.* & ſi unus ex ſociis intret per annum in monaſterium, non dicitur diſſoluta ſocietas, Bart. *in conſ. 35. & prima facie, num. 3.* 21 22

Et habitatio non ſolum † debet eſſe communis, ſed etiam longæva, ut dictum fuit *in d. deciſion. Rot. Rom. ſupra relata,* & tradit Anchar. *in dict. conſ. 302. column. 1.* & Alex. *in conſ. 48. ſub n. 6 lib. 2.* & Cephal. *in conſilio 247 num 34 libr. 2.* Et dum Dec. *conſil. 21. ſub numero ſecundo* dicit, habitationem debere durare per annos 30. male loquitur, ſeu potius credo librum meum eſſe male ſcriptum, quia quod ſufficit continuatio habitationis per decennium admittit Baldus *conſilio 482. in princip. libr. 5.* & Ceph. *conſ. 483. numero 3. libro 4.* quia ita loqui 23

P intelligit

intelligit. Dec. *in dict. conſilio 21. & in conſilio 435. numero 5. lib. 2.*

24 Sed ſi conſtaret de communi ratione † & de non reddita ratione, etiam ſi minori tempore duraſſet inſimul habitatio, probari contractam fuiſſe ſocietatem, dicendum eſt. Quia licet ex tali longæva habitatione cæteris requiſitis intervenientibus cenſeantur in dubio omnia communicata, tam quoad fructus, quam quoad proprietatem: tamen non per hoc excluditur, quod alio modo conſtito de communione, & de non reddita ratione, non poſſit præſumi contracta ſocietas, licet habitatio non fuerit continua per decennium. Non enim per unum modum approbatum probandi communionem, & ſucceſſive ſocietatem, excluditur, quod etiam alio modo probari non poſſit, & videbimus in ſubſequenti capite, ubi agitur, qualiter probetur communio & ſocietas.

25 Circa collationem à quolibet † ſocio faciendam, ad hoc, ut cognoſcatur fuiſſe contractam ſocietatem omnium bonorum, Dd. multa dicunt, ut videre licet per Bart. *in l. Titium & Mævium 74. §. altero 6. ff. de admin. tut. & per Bald. in l. ſi patruus, 4. C. com. utr. judic. & per Petr. de Ubald. in tract. de duob. fratrib. part. 3. n. 12. cum plurib. ſeqq.* & adeo diverſa loqui videntur, ut vix ex eorum dictis, quid tenendum ſit, colligi poſſit. Et ut clarius, quoad fieri poterit, procedam, hac diſtinctione utendum eſſe cenſeo. Aut conſtat, ſocios non omnia communicaſſe, aut conſtat omnia communicaſſe.

Primo caſu, quando non omnia communicavit, ut quia communicavit ſolum quæſita uno modo, ſed non quæſita alio modo, ſocietas omnium bonorum contracta præſumi non poteſt, quia facta retentione de aliquibus omnium bonorum ſocietas, in qua omnia quoquo modo legitime quæſita conferri debent, contracta dici non poteſt, & in hoc omnes Dd. conveniunt, ea ratione, quia eſſet repugnantia, quod eſſet ſocietas omnium bonorum, & quod aliquid reſervaretur, Bald. *conſil. 482. lib. 5.* Butr. *conſil. 7.* Alexand. *conſil. 3. numero 6. lib. 2* Corn. *conſil. 299. numero 2. lib. 4.* Jaſ. *conſil. 2. colum. 3. ver. ſeptimo, lib 3.* Natt. *conſil. 100. numero 5. & ſeq. 1.* Cravet. *conſ. 26. numero 6 lib. 1.* Cephal. *conſil. 340. numero 9. lib. 3.* Rub. Urinenſ. *conſil. 32. numero 20.* Maſchar. *in tractat. de probat. concl. 1309. numero 28. & ſeq.* Joſeph. Ludov.

26 *concluſ. 53. verſ. & propterea, fol. 124.* Secundo caſu, quando omnia † communicata fuerunt, nulla facta reſervatione, ſubdiſtinguendum eſt: aut collatio fuit uniformis, aut difformis. Primo caſu ſocietas omnium bonorum contracta præſumi non poterit, quia actus noſtri non extenduntur ultra quam geruntur, *l. tutores qui poſt 39 §. 1. ff. de admin. tut.* & ideo ſocietas ultra ea, quæ collata fuerunt, contracta præſumi non poteſt, ut declarat Bart. *in l. 1. §. hoc interdicto. ff. de itin. actuque privat. & in d. l. Tit. & Mævium, §. altero. ff. de admin. tut.* qui in hac parte, dum loquitur de actionum conformitate, magis communiter approbatur, ut per Jaſ. *in conſ. 5. colum. 1. lib. 1.*

Secundo

Secundo caſu, quando de actuum † difformitate conſtat, & quod diverſa 27
collata fuerunt, Bart. *in d.l. Tit.& Mæuium, §. altero. ff. de admin tut.* affirmare videtur ſecundum aliquos, ſi ambo ſocii non negotiantur, etiam ſi unus ex eis negotietur, ſocietatem omnium bonorum contractam fuiſſe, dici non poſſe. Sed hoc non dicit Bar. ſolum dicit, quod ſi fratres retineant communem hæreditatem indiviſam, & non negotientur, & ſic ad invicem nihil conferant, inter eos non cenſetur inducta ſocietas, quæ ex mutua collatione inducitur, *l. ex parte 39. §. filius, ff. fam. ercisc. & l. cum duobus 52. §. 6. in prin ff. pro ſoc.* Et hoc dicit eſſe verum, etiam ſi unus negotietur, cum eſſet mutua collatio, quia alter, qui non negotiatur, quid conferat, non habet, & ille qui negotiatur, ſi conferret, acquiſita ceſſante alterius collatione donate diceretur, *l. 5. in fin. ff. pro ſoc.* Bene declarat poſtmodum, ſi uterque negotiatur, & uterque confert, inter eos cenſeri contractam fuiſſe ſocietatem ſtante mutua collatione, ex qua neceſſario ſocietas reſultare dicitur, *arg. tex. in l. in concubinatu 3. ff. de concub. & in l. in liber. ff. de rit. nupt.*

Et per iſta dicta ab eo de ſocietate præſumenda inter fratres ex mutua & uniformi collatione non poteſt dici, quod dicat, neceſſarium eſſet ad præſumendam ſocietatem omnium bonorum, quod uterque ſocius negotietur. Et hoc eo magis patet ex verbis ſubſequentibus, ibi, ſed denuo reſtat dubium, quæ ſocietas ſit contracta, an omnium bonorum, an unius negotiationis, an vero dicatur contracta ſocietas ſimpliciter, an ad quæſtum? Si enim determinaſſet, ſocietatem omnium bonorum non poſſe contrahi, niſi uterq; negotietur, non doceret dubium reſtare, quæ ſocietas eſſet contracta. Imo ex dubii ſolutione, quam ponit, conſtat, ſecundum ejus mentem non eſſe neceſſarium, quod uterque ſocius negotietur ad præſumendum † ſocietatem omnium bonorum. Nam ponit regulam, quod actus noſtri voluntarii non extenduntur ultra, quam gerantur, *l. final. C. ne uxor pro marit. l. 1. §. hoc interdicto. ff. de itin. actuque privat. l. 1. & 2. C. de neg. geſt. & l. tutores qui poſt 39. §. 1. ff. de auct. tut.* Deinde ſubjungit, quod ſi communicaverunt lucra unius negotiationis, illius negotiationis tantum videtur contracta ſocietas, ſi vero erant diverſæ, illarum contracta ſocietas videretur. Dum enim vult, quod ex actibus deprehendatur, an ſocietas univerſalis fuerit contracta, certe neceſſario inferendum eſt, quod non ſe reſtringat ad negotiationem; cum & alio modo etiam collatio mutua inter ſocios fieri poſſit, puta conferendo ſalaria, ſtipendia, & diverſa modo provenientia titulo lucrativo. Quare dicendum eſt, ad præſumendam † ſocietatem omnium bonorum negotiationem non eſſe neceſſariam, ſed ſufficere, ſi etiam aliis modis difformibus collatio facta fuerit, & hoc probari auctoritate Bartol. *in dict. leg. Titium & Mævium, §. altero. ff. de adminiſtrat. tutor.* & ita expreſſe non contradicendo Bartol. ut aliqui credunt, ſed ejus dicta

28 and 29 margin note: this paragraph contains side numbers 28 (at "ſo-cietatem") and 29 (at "ne-gotiationem").

declarando & ampliando tenet Baldus *in l. ſi patruus 4. numero decimo quarto. Codic.com.utr.jud. & in addit.ad tractat.Bartol.de duobus fratribus, numero decimo ſeptimo.* Petrus de Ubaldis *dict.tractat.de duobus fratribus, part.3. numero decimo quarto.* Anchar.*conſil.302.materia de qua quæritur, column.2.* Romanus *conſilio 291. cum iſti fratres.* Barba. *conſilio 22.column.1.libr.1. & conſilio 22.col.1. & ſeq. libr.2.* Alexand. *conſilio 49.col.2.lib.1.* Jaſon. *conſilio 2. column. 5. & conſil. 3. colum. 3. lib. 3.* Natta. *conſ.91.numero 1.libr.1.* Socinus *conſil.160. colum.2. lib. 2.* Menoch. qui teſtatur de communi *conſ.12. numero 7.lib.1. & conſil.656.lib.7.* ubi *numero 9.* à ſe dicta *in tract.*
30 *de præſumpt.lib.3.præſ.56.numero 24.* quod non cenſeatur inducta ſocietas † uno tantum negotiante, declarat procedere, quando ſola extat habitatio, & unus tantum negotia pertractat, Decian. *conſil. 85. numero 18. libr. 2.* Rimin. jun. *conſil.280. numero 6.lib.3.* Marchabr. *conſil. 5. numero 76.* ubi *numero 77.* dicit,
31 quod licet inæqualitas † lucrorum ſit magna præſumptio, ſocietatem non fuiſſe contractam, Baldus *in l. penul. Codic.com.utr. jud.* tamen non attenditur, quando adeſt alia præſumptio in contrarium, ſecundum Salic. *in d. l. pen.* & per Jaſ. *conſil.2.colum.4.lib.3.* Cravetta *conſil.159.numero 3. lib. 1.* ubi vult ſuffi-
32 cere † collationem diverſorum eſſe factam ſolummodo pro parte unius, & *in conſil.605.ſub numero 2.lib.4.* Hamin. Rub. Utinenſ. *conſil.31. numero 82. & ſeq.*

Et quod ſufficiat diverſitas collationis ab uno ſolummodo facta probari videtur ex eo, quia non attenditur in hac ſocietate omnium bonorum præſumenda, an unus plus altero contulerit, quia attenditur, quod etiam minus ponenti quid majus obvenire poſſet, Bald. *in dict.l.ſi patruus, n.16.Codic. com.utr.jud.* Anchar. *d.conſ.302.* Joſeph.Lud. *d.concluſ.53.verſ. in qua ſocietate, fol.125.* Cum enim unus ſolus diverſa conferat,& alter conſentiat, ex hoc præſumptio inſurgit, quod diverſa conferre intendunt,& nolunt contrahere ſocie-
33 tatem † omnium bonorum. Et licet Menoch. *in dict. tractat. de præſumpt. lib. 3. præſ.56. numero 42. in fin.* dicat, quod ille, qui plus confert, donare dicitur alteri illud plus, videtur mihi dicendum, quod commune efficiatur non titulo donationis, ſed jure ſocietatis, cum ſocietas contrahatur, etiam ſi unus plus ponat, quam alter, & hoc tolleretur, ut dixi, ex mente Bald. & aliorum ratione dubii eventus. Et prædictis non obſtat, ſi dicatur, ex communicatione hinc inde inter ſocios facta diverſorum lucrorum non cen-
34 ſeri contractam ſocietatem omnium bonorum. Nam cenſetur ſolum † contracta quoad illa lucra, & non quoad cætera, ut per Menoch. *in d.tract. de præſumpt. lib.3. præſ. 56. numero 30.* & dicit, minus rectè ſenſiſſe Bald. *in d. l. ſi patruus, numero 19.Codic. com. utr. jud.* & Barb. *conſil.37.colum. 13. verſ. mihi videtur, lib. 2.* & Jaſ. *in l.1.ſub numero 12.Cod qui teſtam.fac.poſſ.* & quod ratio à Baldo conſiderata, quod actuum difformitas inferat communicationem bonorum, vere non probatur. Nam reſpondetur cenſeri contractam ſocietatem

ex

Digitized by Google

ex tali difformi collatione, quia ex ea colligitur, ſocios intentionem habere diverſa comprehendere in ſocietate, & hoc caſu extendi actus non dicuntur, ſed voluntas declaratur contrahendi ſocietatem in rebus omnibus diverſo modo obvenientibus. Si enim ad inducendam ſocietatem omnium bonorum neceſſe eſſet, quod omnia, quæ in ea venire poſſunt, communicarentur, certe tradita à Dd. de tali ſocietate tacite inducenda eſſent vana & fruſtratoria, quia nunquam daretur caſus, quod omnia, quæ communicari poſſunt, fuiſſent communicata, & ſemper dici poſſet, iſta non eſt ſocietas omnium bonorum, quia omnia bona non fuerunt communicata. Et ratio à Baldo conſiderata ſuſtinetur, quia non dicit ipſe, quod actuum diffotmitas inferat communicationem bonorum, ſed dicit ex communicatione diverſorum cenſeri contractam ſocietatem omnium bonorum, & ita Doctores ex lucrorum communicatione, non reddita ratione, & longæva habitatione loquuntur, quod cenſeatur inducta communio & ſocietas omnium bonorum, & ita admittit ipſe Menoch. *d. præſ. 56. n. 34. & n. 37. & in conſ 656. lib. 7.* & poteſt forſan dici, quod reprobat Bald. Menoch. ſecundum opinionem, quam tenuit *in conſ. 12. n. 10. lib. 1. & in conſ. 222. n. 4. lib. 3.* à qua poſtmodum receſſit *in d. præſ. 56. n. 37.*

Ulterius circa collationem ſciendum eſt, quod ab eo † tempore ſocietas incepta dicitur, in quo fuit ceptum communicare, Batt. *in d. l. Titium & Mævium, 74. §. altero 6. ſub n. 6. verſ. nam ab eo tempore. ff. de adminiſtr. tut.* Bald. *in conſil. 451. lib. 3.* Et ubi conſtaret à principio, ſocium † lucra communicaſſe, ea etiam communicaſſe ſucceſſivis temporibus, ejus ſolito attento, niſi de contrario doceretur, præſumeretur, ut poſt Bald. probat Socin. *conſil. 46. ſub num. 8. lib. 1.* Et licet plures actus ad ſocietatem † inducendam requirantur, tamen ea inducta etiam per unum actum conſervatur, facilius enim conſervatur, quam inducitur, Rom. *conſil. 291. ſub numero 9.* qui dat exemplum de juriſdictione, quæ per plures actus acquiritur, ſed per unum conſervatur, idem tradit Cephal. *conſil. 483. numero 9. lib. 4.* & Rimin. jun. *conſil. 280. numero 28. lib. 3.* Et poſt introductam ſocietatem † ſi unus ex ſociis altero inſcio faceret actus diſſociativos, non per hoc ſocietas jam contracta diſſoluta cenſeretur. Simon de Prætis *conſil. 24. num. 14.* Joſeph. Ludov. *concl. 53. verſ. quarto modo, fol. 132.* & dicam infra, dum agam de ſocietatis diſſolutione.

35 36 37 38

Ultimo loco ad prædicta de ſocietate † tacite contrahenda circa redditionem rationis, dum dictum fuit, non eſſe reddendam rationem ad effectum præſumendi ſocietatem fuiſſe contractam, non eſt intelligendum de ratione illa, quam reddere tenentur ſocii adminiſtrantes durante ſeu finita ſocietate, de qua infra ſuo loco videbimus, ſed eſt intelligendum, quod ſocietas contracta præſumi non poteſt, ubi quilibet ſocius vel alter ipſorum 39

in totum, vel in partem de acquiſitis propriam retineret rationem, quia ex hac ratione ſic retenta excluderetur præſumptio communionis, & per conſequens ſocietatis, Dec. *conſ. 1. n. 6. lib. 1.* Natt. *conſil. 100. num. 3 lib. 1.* Cephal. *conſil. 340. num. 11. lib. 3.* Joſeph. Ludov. *d. concluſ 53. verſ. decimaquinta conjectura. fol. 129.* Maſchar. *d. concl. 1309. num. 33.* Menoch. *d. conſ. 12. num. 17. libr. 1. & conſ. 121. n. 9 lib. 2.*

40 Sed intelligendum eſt tunc demum, hanc rationem † retentam excludere communionis & ſocietatis præſumptionem, ſi hac intentione ſit facta, ut bona quæſita ſint propria & non communia. Nam ſi ſit facta ſolummodo ad effectum ut memoriæ teneatur, quid fuerit quæſitum, communionis & ſocietatis præſumptio non excluditur, Menoch. *d. tract. de praſ. lib. 3. preſ. 56. num. 43. & 44.* ubi dicit, ſic eſſe intelligenda ejus dicta *in conſil. 12. numero 17. libr. 1.*

CAPUT XI.

De Societatibus particularibus qualiter tacite contrahantur.

SUMMARIA.

1 *Tacite ſocietas contrahitur actus exercendo ſociales.*

2 *Communio poteſt eſſe ſine ſocietate.*
Societas vero non poteſt eſſe ſine communione.

3 *Societas ut cognoſcatur, ſuper quibus rebus ſit contracta, erunt conſiderandi actus agentium, & quid fuerit communicatum.*

4 *Fructus ſolummodo ſi fuerunt communicati, & non proprietas in fructibus, & non in proprietate dicetur contracta ſocietas.*

5 *Fructus ſi fuerunt communicati cauſa convivendi ſolummodo ſocietas convivendi contracta dicetur.*
Differentia inter ſocietatem ſimpliciter contractam ſuper fructibus, & inter ſocietatem convivendi.

6 *Fratres retinentes ſolummodo paternam hæreditatem indiviſam, in ea ſolummodo ſocii dicentur.*

7 *Lucris pluribus etiam difformibus communicatis, de quibus retentis ſolummodo in communicatis dicetur contracta ſocietas.*

8 *In omnibus negotiationibus, & in omnibus quæſtualibus ſolummodo in communicatis cenſetur inita ſocietas.*

9 *Communio ſuper quibus rebus facta fuerit, ſi verbis fuit expreſſum, conjecturis opus non eſt.*

10 Dicta

10 *Dicta & conventa probantur per inſtrumentum vel aliam ſcripturam etiam privatam,* num.11.
11 *Per literas unius ex ſociis.*
12 *Per teſtes etiam ſingulares.*
Sed debent deponere de actibus ſocialibus, qui ſenſu corporis percipiuntur, & non ſufficit, ſi dicant, tales eſſe ſocios.
13 *Confeſſio extrajudicialis etiam probat ſocietatem.*
Et ſi fuit conſenſum alicui ex majoribus dicentibus, eos eſſe ſocios.
Verba enunciativa probant ſocietatem, quando ea enunciata fuit petita diviſio.
14 *Signum, quo utuntur mercatores, probat communionem & ſocietatem.*
15 *Liber extimi probat communionem & ſocietatem.*
16 *Ex conventione, quod ab uno ponantur opera, & ab alio pecunia, probatur ſocietas.*
17 *Ex conventione de habendo lucrum ex re aliqua, probatur ſocietas.*
18 *Societas probatur ex communiter facta inſtitutoris deputatione.*
19 *Libri rationum communi nomine ſubſcripti probant ſocietatem.*
20 *Societas probatur, ſi in aliqua partita libr. quis ſocius nuncupatur, ſocietas probatur ex communi reputatione, ſtantibus aliis adminiculis.*
21 *Libri probant etiam negativam ſocietatem non fuiſſe contractam, ſi non fuerunt ſubſcripti nomine communi.*
22 *Libri, quando conſtat de collatione & communione, non probant negativam, quia præſumptio inſurgens ex libri intitulatione tollitur ex alia vehementiori præſumptione inſurgente ex communicatione.*
23 *Communio cum poſſit eſſe ſine ſocietate, quomodo cognoſcatur ex ea reſultare ſocietatem.*
24 *Communio ſi proveniat ex accidenti, in ea non cenſetur contracta ſocietas.*
25 *Societas inſidens nuncupata non eſt proprie ſocietas, & ex ea non datur actio pro ſocio, & opinio illorum, qui dicunt ex ea dari actionem pro ſocio, non eſt tenenda.*
26 *Empta re communiter ſecundum unam opinionem, ſocietas in ea contracta non præſumitur, niſi concurrant alia conjecturæ.*
27 *Empta re, communiter in ea alia declaratione non facta, cenſetur contracta ſocietas.*
28 *Leges, quæ allegantur contra hanc ſecundam opinionem, declarantur procedere, ubi aliquo modo conſtat de contraria voluntate.*
29 *Emptione communiter de re facta, ſi ſtatim res dividatur, argumentum eſt non adfuiſſe animum contrahendi ſocietaten.*
30 *Societas in mutuo etiam communiter recepto cenſetur contracta.*
31 *Societas cenſetur contracta etiam in re communiter conducta.*
32 *Societas an cenſeatur contracta, ſi alicui margarita vendenda data fuit, ea conditione, quod ſi decem venderetur, decem redderentur, ſin pluris, quod illud plus retineretur.*

Intellectus

Intellectus l. ſi margarita 44. ff. pro ſoc. & num. 34. 35 36. 37.
Intellectus l. ſi fratres 52. §. item ex facto, ff. pro ſoc.
Intellectus l. ſi id quod 58 ff. pro ſoc.
Intellectus l. ſi tibi rem 13. ff. de præſcript. verb.

1 VIdimus de ſocietate † univerſali tacite contrahenda, videndum eſt modo de cæteris ſocietatibus, qualiter tacite contrahantur, utique ut dixi ſupra de ſocietate omnium bonorum, ita & de aliis ſocietatibus dicendum eſt, nempe quod tacite contrahantur actus exercendo ſociales,
2 ex *l. Paulus, ff. rem rat. hab.* Et quia licet communio † poſſit eſſe ſine ſocietate, *leg. ut ſit 31. ff. pro ſoc.* tamen ſocietas non poſſet eſſe ſine communione, *l. 1. in fine, & l. ſi id quod 58. in verſ. cæterum, ff. pro ſoc. & in l. ſi tibi area 13. in fin. ff. de præſcrip. verb.* Rom. *in conſilio centeſimo ſexageſimo octavo, numero tertio. Dd. in l. ſi paſcenda 8 Codic. de pactis,* ideo conſiderandum erit, quid communicatum fuerit ad effectum cognoſcendi, quæ ſocietas contracta dicatur, & ſuper quibus rebus, & actus ipſi agentium erunt conſiderandi, & ea dicentur com-
3 municata, & ſuper eis contracta ſocietas præſumetur, quæ ex † actibus ipſis, & non ultra communicata apparebunt, *l. prima, §. hoc interdicto. ff. de itine. actuque privat.* Baldus *in conſilio 125. & in conſilio 55. libr. 5.* Bartolus *in conſilio 168. ſub numero 1. libr. 1.* Rom. *dict. conſilio 168. ſub numero 3.* Corn. *in conſilio 9. libr. 1.* Petrus de Ubaldis *in tractat. de duob. fratrib. part. 3. ſub num. 21.* Decian. *conſil. 36. lib. 1.*

2 Hinc fit, quod ſi † inter fratres ſeu alios ſint communicati ſolummodo fructus, & non proprietas, in fructibus ſolummodo & non in proprietate dicetur contracta ſocietas, Salicet. *in l. ſi patruus, col. penul. verſ. ſed ego dico.* Baldus *in conſil. 120. lib. 1. & in conſil. 452. & in conſil. 453. libr. 3. & in. conſil. 395. libr. 5.* Corn. *in conſil. 272. numero 3. lib. 1.* Alexand *conſil. 24. in fin. & conſ. 49. num. 3. lib. 1. & in conſil. 48. numero 8. lib. 2.* Dec. *in conſil. 21. numero 4. & in conſil. 435. numero 5. & in conſil. 651. colum. 1.* Cephal. *conſil. 47. numero 28. & conſil. 65. numero 43. & in conſil. 146. numero 34. lib. 1. & conſil. 247. numero 26. lib. 2. & conſil. 569. numero 15. lib. 4.* Anchar. Regien. *quæſt. 40. numero 1. lib. 3.* Menoch. *in tract. de præſumpt. lib. 3. præſ. 56. ſub numero 30.* Petrus de Ubaldis *d. tract. de duob. fratrib. p. 3. numero 31.* Decian. *conſil. 36. libr. 1.* Joſeph. Ludov. *concl. 53. verſ. fallit. numero 126.* Et ſi fru-
5 ctus inter fratres † ſeu alios in communi poſiti fuerint, ſolummodo cauſa convivendi, ſocietas convivendi ſolummodo inter eos contracta dicetur, Baldus *in l. fin. Codic. de collat. & in c. ſi duo fratres de duob. frat. de novo benef. inveſt.* Petrus de Ubald. *d. tract. part. 1. numero 1. & par. 3. numero 22. & part. 6. ſub numero 24.* Et eſt differentia inter iſtas duas ſocietates, quia prima contrahitur ſimpliciter ex fructuum communione, ſecunda vero contrahitur

tur

tur ſimpliciter ex fructuum communione, ſecunda vero contrahitur facta ſolum communione fructuum pro communi menſa, & ſic limitate ad communem menſam, Joſeph. Ludov. *concl. 53. verſ. & propterea. numero 118.* Et de his fructuum communicationibus qualiter ſint conſiderandæ, tradit Bald. *in l. 1. C. qui teſta. fac. poſſ. & in l. ſi patruus 4. C. com. utr. jud.* Angel. Alexand. Jaſ. Dec. & cæteri *in d. l. ultim. Codic. de collat.* Corn. *in conſil. 301. colum. ult. lib. 1. & in conſil. 122. lib. 2.* Barbat. *in conſil. 22. colum. 4. libr. 1. & conſil. 37. col. ult. lib. 2.* Jaſ. *in conſ. 5. col. 2. lib. 1.* Ruin. *conſ. 101. lib. 4.* Anchar. *conſ. 303. in fin.* Menoch. *de arbitr. jud. caſu 127.* Ita ſimiliter dicendum eſt † inter fratres retinentes paternam hæreditatem indiviſam, ſolummodo inter eos cenſeri ſocietatem contractam in ea, licet non dicantur ſocii omnium bonorum, ut dixi ſupra *in cap. præcedenti. n. 25.* eſt textus *in l. ex parte 29. § filius 3. ff. famil. erciſcund. & in l. ſi fratres 52. §. 6. in princip. ff. pro ſoc.* Petrus de Ubaldis *d. tractat. part. 3. numero vigeſimoquarto.* Rim. jun. *conſ. 377. n. 28. libro 4.* 6

Et ſi communicata fuerunt lucra † plura aliquibus retentis, licet communicata ſint difformia, tamen attenta retentione facta de aliquibus, ſolum in communicatis ſocietas contracta dicetur, & iſta erit declaratio ad ea, quæ dixi *in præcedenti cap. numero 26. & 27.* ex communicatione diverſorum cenſeri contractam univerſalem ſocietatem, ut intelligantur, ſi nihil reſervatum fuit, quia ex reſervatione facta de aliquibus ſolum in communicatis ſocietas contracta cenſetur, Cravetta *conſil. 26. numero 2. libr. 1.* Menoch. *conſil. 12. numero 14. lib. 1. & in tract. de præſumpt. præſ. 56. lib. 3. num. 45.* 7

Ita ſimiliter in omnibus † negotiationibus, & in omnibus quæſtualibus dicendum eſt, ut ſolummodo ſuper communicatis ſocietas contracta dicatur, Petrus de Ubaldis *d. tract. de duobus, fratribus, part. 3. num. 23.* & late plura exempla ponit Menoch. *d. præſ. 56.* Sic cognito, quæ ſocietas † contracta fuerit, percipi à communione rerum, quæ facta probatur, videndum eſt modo, quomodo probetur communio iſta, ex qua ſocietas contracta præſumatur. Ubi adeſt conventio verbis declarata, opus non erit inveſtigare conjecturas, quia id ex verbis & conventione probabitur, ut dixi ſupra *cap. 10. numero 3.* & tradit Maſchar. *in tract. de probat. concl. 1309 numero 4.* Et ſic dictum, & ſic † conventum fuiſſe, & fuiſſe contractam ſocietatem, poterit probari per inſtrumentum, vel aliam ſcripturam ſuper inde confectam. Aretin. *in §. 1 Inſtit. de ſociet.* Crot. *conſil. 40. numero 6.* Rolan. *conſil 91. numero 24. lib. 1.* Decian. *conſil. 97. numero 3. lib. 2.* Joſeph. Ludov *in ſuis com. concl. concl. 53. verſ. ſocietas igitur.* Maſchar. *dict. concl. 1309. numero 5.* Rubeus Utinenſis *conſilio 32.* 8 9 10

Poterit etiam † probari per literas alicujus ſocii alteri ſocio ſcriptas. Maſch. *dict. concluſ. 1309. num. 6.* Decianus *dict. conſil. 97. num. 28. lib. 2.* & ratio eſt, quia 11

literæ alicujus, præſertim ſigillatæ, probant, & præcipue contra ſcribentem,
l. Publia. 26 ff. depoſiti. l. cum de indebito. 25. ff. de probat. Baldus *in l. ult. C ſi cert. pet.* late
Maſchar. *in concluſ. 626.* Et quod ſcriptura privata probet ſocietatem, tradit
Pariſ. *conſ. 83. lib. 1.* & Decian. *d conſ. 97. n. 30.* Rub Vrinenſ. *d. conſ. 32.*

12 Probatur etiam, fuiſſe † inductam communionem & ſocietatem, per
teſtes, Ruin *conſil. 92. lib. 1.* etiam ſi ſint ſingulares, deponentes de diverſis
actibus, Baldus *in conſil. 125. lib. 5.* Corn. *in conſil. 134. lib. 1.* Alex. *in conſ. 134. libr. 5.*
Gabr. *in ſuis comm. concl. tit de teſt. concl. 2. num. 44.* Sed adverte, ſi teſtes dicant,
tales eſſe ſocios non probant, quia hoc non percipitur ſenſu corporeo, ſed
judicio intellectus, ideo ad hoc ut probent, debent deponere de actibus ſo-
cialibus, Caſtr. *conſil. 73. in cauſa, quæ vertitur inter Gabrielem, numero 4. libr. 2.*
Corn *conſil. 220. numero 2. libr. 3.* Maſchard. *concluſ. 1309. in fin.* Etiam probatur
13 communio † & ſocietas, quando extrajudicialiter ſocii faſſi fuerunt, ſe eſſe
ſocios. Verba enunciativa etiam non probant ſocietatem, ſed fallit, ſi enun-
ciata ſocietate fuit ei renunciatum, vel ſi fuit petita diviſio. Marchabr. *conſ.
5. n 49. & ſeq.* vel ſi conſenſiſſent alicui ex ſuis majoribus, dicenti, quod ſo-
cii eſſe deberent: Aret. *in conſ. 51.* Rom. *conſ. 291.* Pariſ. *conſil. 92. num 28 lib. 1.* Ruin.
conſ 92. lib. 1. Menoch. *in d. tract. de præſ. lib. 3. præſ. 56. num. 33.* Burſat. *conſ. 118. numero
3. lib. 1.*

14 Ex ſigno etiam, quo † mercatores utuntur, deprehenditur, quod ſit in-
ducta communio & ſocietas, ut ſi ſit appoſitum ſuper rebus, de quibus agi-
tur, Stracc. *in tract. de mercat. part. 2. n. 11.* Menoch. *in conſ. 122. n. 30. lib. 2.* Maſchar.
15 *concl. 1048.* Inſuper ex libro æſtimi † probatur communio & ſocietas, ut ſi bo-
na quæſita fuerint de communi conſenſu in eo deſcripta, Rom. *d. conſ. 291. n.
7.* Menoch. *in d. conſil. 122 n. 29. lib 2. & in d. præſ. 56. ſub num. 21. & num. 32.* Joſeph.
16 Lud. *d. concl. 53. verſ. decima tertia conjectura.* Et ſocietas etiam † verbis contracta
probatur, ſi conventum ſit inter aliquos ſimpliciter, quod in aliqua ne-
gotiatione ab uno operæ, & ab alio pecunia ponatur, Decian. *dict. reſponſ.
17 97. numero 37. lib. 2.* Maſchard. *d. concl. 1309. numero 11.* Ex ſola etiam † con-
ventione, etiam de habendo ex re aliqua commune lucrum, cenſeri con-
tractam ſocietatem, tradit idem Decian. *d. conſ. 97. numero 12.* ſed limitatur non
procedere, ſi parva eſſent lucra, Maſchar. *d. concl. 1309. n. 13.* Probant etiam ſo-
18 cietas † contracta, ſi duo vel plures communi nomine ad aliquam negotia-
tionem exercendam deputaverint inſtitores, Decian. *dict. conſ. 97. numero 40.*
19 Maſchard *dict. concluſion. 1309. numero 14.* Item, ſi inter mercatores † libri ratio-
num communi nomine fuerint inſcripti, præſumitur inter eos ſuper mer-
catura contracta ſocietas, Bartol. & Bald. *in d. l. ſi patruus, 4. C. com. utr. jud.* Socin.
in conſil. 87. col. fin. libr. 1. & in conſil. 164. ſub numero 4. lib. 2. Aret. *in conſil. 51.*
Alexand. *in conſil. 132. ſub numero 9. lib. 5.* Stracc. *de mercat. part. 2. num. 53. & ſeq.*
Maſchard. *d. concl. 1309. numero 16.* Menoch. *in conſil. 12. numero 16. libr. 1.*

Et

Et etiam probatur † ſocietas;ſi in aliqua partita libri rationum quis ſocius 20
nominatur, Bald.*in dict.l.ſi patruus*, Rim.ſen.*conſ.349. libr.2.* Bertazol. *conſ.civili 19,n.30.libr.1.*Maſchar.*dict.conclus.1309.n.17.* Ex communi reputatione ſocietas non probatur, Ruin.*conſ.92.ad fin.lib.1.*Rim.jun.*conſil.377. in fin.libr. 4.* ſed probatur ſtantibus aliis adminiculis, Baldus *conſil.482.libro quinto.*

Sed adverte ad unum † in propoſito ex inſpectione libri rationum,ſi non 21
ſint inſcripti communi nomine, probari etiam negativam ſocietatem non fuiſſe contractam, Rim.ſen. *conſ.201.n.5.lib.2.*Aret.*in d conſ.51.in princ.* Socinus *d. conſil.160.ſub num.4.* qui male reprehenditur à Menoch. *in dict. conſil. 12. numero 16.*ut conſiderat Joſeph. Lud.*dict.concl.53. verſ. declaratur iſta opinio.* Sed intellige, quando conſtat † de collatione & communione, libros dictam negati- 22
vam non probare, licet non ſint inſcripti nomine alterius ſocii, & hujus rei ratio eſt, quia ex intitulatione præſumptio tantummodo inducitur, quæ tollitur ab alia vehementiori præſumptione reſultante ex communicatione, Socin.*d.conſil.160.ſub numero 4.* & Joſeph.Ludov. *d.concl.53. verſ. declaratur,* & Maſchard.*d.concl.1309. numero 36.* Sed quæro, quid dicendum ſit † pro ju- 23
rium concordantia, in quibus dicitur aliquando ex communione ſocietatem cenſeri contractam, ut videre licet *in l.2.ff.com. divid.* cujus verba ſunt: *Cum ſocietate res communis eſt, veluti inter eos, qui pariter eandem rem emerunt, ſine ſocietate communis eſt, veluti inter eos, quibus eadem res teſtamento legata eſt.* Et videre licet *in l.2. Cod. pro ſoc.* ubi dicitur: *Cum proponas te prædium conjuncto dominio cum patrono tuo comparaſſe judicio ſocietatis, id quod eo nomine præſtari oportuerit, conſequeris.* Et videre licet *in l. ut ſit pro ſocio actio 31.ff. pro ſoc.* cujus verba ſunt: *Nec enim ſufficit, rem eſſe communem, niſi ſocietas intercedat.* Communiter autem res agi poteſt etiam citra ſocietatem, puta cum non affectione ſocietatis incidimus in communionem, ut evenit in re duobus legata, item ſi à duobus ſimul res empta ſit, aut ſi hæreditas vel donatio communiter nobis obveniat, aut ſi à duobus ſeparatim emimus partes eorum non ſocii futuri, & habetur *in ſeq. l.* Nam cum tractatu habito ſocietas coita eſt, pro ſocio actio eſt, cum ſine tractatu negotium communiter geſtum videtur, & ſubjungitur *in ſeq.l.*ut in conductionibus publicorum, item in emptionibus. Nam qui nolunt inter ſe contendere, ſolent per nuncium rem emere in communi, quod à ſocietate longe remotum eſt.

Utique jura iſta † in communione provenienti ex accidenti, conſenſu 24
aliquo non procedente, conveniunt, ſocietatem ex ea contractam non cenſeri, ea ratione, quia deficit conſenſus, & ſine conſenſu ſocietas eſſe non poteſt, & in hoc conveniunt inſimul gloſſ. & Dd. quod iſta non ſit vere ſocietas, ſed ſolum quædam ſocietas incidens, ex qua non datur actio pro ſocio. Et male loquitur Galiaula. *in l.ſtipulationes non dividunt 72.num.25. ff. de verb.oblig.* dum dicit, etiam † ſocietatem incidentem eſſe proprie ſocie- 25
tatem,

Q 2

tatem, & ex ea dari actionem pro ſocio, per text. *in d. l. cum proponas 2. C. pro ſoc.* quem ſequi videtur Menoch. *in conſil.46.ſub numero 5 lib.1.* male, inquam, loquitur, quia loquitur contra ſupra dicta & alia jura expreſſe dicentia dari communionem ſine ſocietate, & tunc demum dari actionem pro ſocio, ſi adſit ſocietas, & dictam opinionem reprehendit Jaſ. *in d.l.ſtipulationes non dividuntur, num.9.* ut refert ipſe Menoch. ſub *d. num.5.* Contrarietas conſiſtit
26 in eo, quia † dicta jura modo dicere videntur ex emptione communiter facta de re aliqua cenſeri contractam ſocietatem, modo non cenſeri contractam, Gl *in d.l 2. ff. com. divid. in ver. emerunt.* dum exponit animo ſocietatis contrahendæ, declarat teneri, ex ſola emptione ſocietatem contractam non cenſeri, & idem tenet *in d.l ut ſit pro ſocio actio 31.& in d.l.2.C.pro ſoc.& in §. item ſi inter. Inſtit de obligat. ex quaſi contract.* & ita tenet etiam Roman. *in conſ. 168 num.3.* ubi dicit, quod ad hoc, ut ex emptione communiter facta cenſeatur contracta ſocietas, debent concurrere alia ſigna, & ita tradit Ronchigal. *in l. eandem 9.§.1.ſub num.22.ff.de duob. reis.* Et quod ſocietas non cenſeatur contracta ex ſola emptione communiter facta, probari videtur expreſſe *in d.l. ut ſit pro ſocio actio.& in d l.ut in conductionibus,* ubi ad oſtendendum, in re communiter quæſita abſque affectione ſocietatis contrahendæ ſocietatem non dici contractam, ponit exempla in re duob. legata, & in re à duobus empta, & in conductionibus publicorum, etiam in emptionibus, & ſic æquiparat emptionem acquiſitioni factæ incidenter ex titulo legati, & ſi ex emptione cenſeretur contracta ſocietas, non poneret eam inter exempla acquiſitionis, quæ communiter & incidenter fiunt ſine ſocietate, & non diceret, prout expreſſe dicit, quod incidimus in communionem ſine effectu ſocietatis contrahendæ, quando à duobus rem emit. Alia gloſſ. *in dict.leg. ut in conductio-*
27 *nibus*, tenet † communiter re empta, in ea cenſeri contractam ſocietatem, dum ibi exponit in emptione non cenſeri contractam ſocietatem, quia fuerat contracta non animo ſocietatis contrahendæ, alioquin ſunt ſocii, & ita quod in dubio alia declaratione non facta in re communiter empta tenent Bart. & Bald. *in d.lege ſecunda, Codic.pro ſoc.*& poſt eos Petrus de Ubaldis *in dict.tractat.de duobus fratribus, part.1.ſub numero 2.* Alexand. *in conſilio 38. ſub numero 1.libr.5* poſt Cuman. quem citat. *in l. reos 11. ff de duobus reis.* Socinus *in conſil.87 numero 12.libr.1.* ubi ita tenentes Bartol. & Bald. citat *in l. quidam Iberus, ff.de ſervit. urb. præd.*Menochius *in d.conſil 46.ſub numero 5.libr.1.* Decian. *in conſil 97. numero 35.lib.2.* ubi etiam citat Pariſ. *in conſil.81.lib.1.*Maſchar. *in tractat. de probat. concl.1309. numero 10.* Et iſta opinio, quæ communis eſt, probatur *in d.l.2 ff. com divid.& in d.l.2.Cod.pro ſoc.* ubi expreſſe dicitur, ſocietatem cen-
28 ſeri contractam inter ementes † rem communi nomine. Et leges in contrarium allegatæ non obſtant & concordantur, quod ſint intelligendæ, ex emptione communiter facta non cenſeri contractam ſocietatem, quando

aliquo

aliquo modo conſtat, ementes communiter non habuiſſe intentionem
contrahendi ſocietatem, ut dicit gloſſa *in d. l. ut in conductionibus*, & Alexand.
in d. conſil. 38. ſub num. 1. libr. 5. poſt Cuman. *in d. l. reos 11 ff. de duobus reis*, & ita iſta-
rum legum contrarietas remanet concordata. Et unus modus cognoſcen-
di, ementes † non habuiſſe intentionem contrahendi ſocietatem in re 29
communiter empta, eſt, quando emptione facta ſtatim rem diviſerunt,
Addit. ad Bart. in d. l. 2. C. pro ſoc. Alexand. *in d. conſil. 38. num 1. libr. 5.* Menoch. *dict.
conſil. 46. num. 5. lib. 1.* Et hoc ea ratione, quia ex ſubſequentibus, qualis fuerit
animus in præcedentibus, declaratur *l. ſed & Julianus 7. §. proinde 7. ff ad Maced.*
Alex. qui loquitur de contractu ſocietatis, *in conſ. 132. num. 4. libr. 5.* & Menoch.
in conſ. 122. num. 29. lib 5. Et dicta in emptione † communiter facta, quod in re 30
empta præſumatur contracta ſocietas, procedunt etiam in mutuo recepto,
Add. ad Bart. in d. l. 2. C. pro ſoc. Et procedunt etiam † in duobus conducentibus 31
rem communiter, Bald. *in l. 1 qu. 11. C. pro ſoc. Addit. ad Bart. ibidem* Alex. *in conſil.
133. in princ. lib. 2.*

Sed quid erit dicendum † de eo, cui data ſit margarita ad vendendum, 32
ea conditione, quod ſi decem vendiderit, decem redderentur, ſin pluris,
quod illud plus retineretur, an hoc caſu dicatur contracta ſocietas? In hoc
caſu etiam & ſimilibus videtur, quod adſint jura contraria. Nam *in l. ſi
margarita 44. ff. pro ſoc.* verba ita ſonant: *Si margarita tibi vendenda dedero,
ut ſi ea decem vendidiſſes, redderes mihi decem, ſi pluris, quod excedet, ut haberes,
mihi videtur, ſi animo contrahendæ ſocietatis id actum ſit, pro ſocio eſſe actionem: ſin
minus præſcriptis verbis.* Et *in l. ſi fratres, 52. §. item ex facto. ff. eodem*, verba iſta
habentur, inter Flavium Victorem & Bellicum Aſiaticum placuerat, ut
locis emptis pecunia Victoris monumenta fierent opera & peritia Aſiani,
quibus diſtractis pecuniam Victor in certa quantitate reciperet, ſuper-
fluum Aſianus acciperet, qui operam in ſocietatem contulit, erit pro
ſocio actio. Et in *l. ſi id quod 58. ff eodem.* dicitur: Cum tres equos habens,
& ego unum, ſocietatem coivimus, ut accepto equo meo quadrigam
venderes, & ex pretio quartam mihi redderes Si igitur ante venditio-
nem equus meus mortuus ſit, non putare ſe Celſus ait, ſocietatem ma-
nere, nec ex pretio equorum tuorum partem deberi; nec enim haben-
dæ quadrigæ, ſed vendendæ coitam eſſe ſocietatem. Et in *l. ſi tibi rem.
13. ff. de præſcript. verb.* hæc verba leguntur: *Si tibi rem vendendam certo pre-
tio dediſſem, ut quo pluris vendidiſſes, tibi haberes, placet neque mandati neque pro ſo-
cio actionem eſſe, ſed id factum quaſi alieno negotio geſto, quia & mandata gratuita eſ-
ſe debent, & ſocietas non creditur in eo contracta, quod ſe non admiſit ſocium diſtra-
ctionis, ſed ſibi pretium certum excepit. In d. l ſi margarita.* licet fuiſſet conven-
tum de certa quantitate reddenda, nempe decem, nihilominus dicitur
contracta ſocietas, ſi conventio inita fuit animo ſocietatis contrahen-

Digitized by Google

dæ. Similiter *in d.l.ſi fratres, §. item ex facto.* fuit conventum, quod Victor certam quantitatem haberet, & tamen dicitur contracta ſocietas, & ibi etiam dicitur nihil fuiſſe conventum animo ſocietatis contrahendæ. Et *in d. l. ſi id quod*, præſupponitur, contractam fuiſſe ſocietatem, & conventum fuiſſe de quarta parte pretii recipienda, *& in d. l. ſi tibi*, dicitur, non fuiſſe contractam ſocietatem, quia ille, qui rem dedit, ſibi pretium certum excepit. Gloſſ. *in d.l.ſi tibi rem.* dicit, eam † procedere, quia non adfuit animus contrahendi

33 ſocietatem, & citat *d.l.ſi margaritam*, & ſic vult, quod in dubio ex conventione poſita in dictis juribus non cenſeatur contracta ſocietas, ſed quod tunc contracta cenſeatur, quando id actum erit, & ita ſecundum hanc gloſſæ expoſitionem erit intelligenda *dict.l.ſi fratres, §. item ex facto.* conventionem fuiſſe factam animo ſocietatis contrahendæ, & ita expreſſe de ſocietate contracta loquitur textus *in d. l. ſi id quod.* & iſta eſt bona concordantia in hac

34 parte, & de animo ſocietatis contrahendæ poteſt etiam † apparere ex conjecturis, utputa ſi recipiens margaritam, promiſit illam portare in regionem longinquam, & illam vendere, ſed ſecus eſſet, ſi illam retinere promiſiſſet, ut faciunt venditores librorum, qui ſimpliciter libros recipiunt, ita declarat gl. *in d. l. ſi margar.* ubi ſimiliter pro concordantia dictarum legum ponit ſupradictam diſtinctionem, & eam approbat etiam Menoch. *in conſ. 122.num.28.lib.1.* Alia reſtat contradictio in d. jurib circa certam pretii quantitatem, quia facta conventione de certa pretii quantitate reſtituenda, quod non ſit in eo contracta ſocietas, habetur *in d. l. ſi tibi rem.* & contrarium videtur determinati aliis legib. ſup. poſitis, ubi agitur de certa quantitate, Gl. *in*

35 *d.l.ſi fratres, §. item ex facto. in verb. quantitat.* exponit, id eſt, quotitate, † ſc. tertia lucri, vel quarta, cum alia ſit quantitas ad oculum deſignata, & alia ad intellectum, & dicit, ſi conveniretur de certa quantitate, & non de quotitate, quod non eſſet ſocietas, ſed fœnus. An poſſit conveniri de certa lucri quantitate, videbimus inf. ſuo loco, pro nunc ſatis eſt ex iſta gl, manifeſtari ejus opinione attenta leges præfatas loquentes de quantitate, eſſe intelligendas loqui de quotitate ad hoc, ut præſumatur contracta ſocietas. Sed iſta ejus opinio non conciliat dictas leges, quia in eis agitur de certa quantitate, & nihilominus dicitur ſocietas contracta, ſi animo eam contrahendi conventio facta fuit, Rim.jun. *in conſil.400.numero 57.lit.4.* ponit

36 intellectum *ad d.l.ſi margar.* & dicit, quod illud pactum, ſi † vendidiſſes margaritam, redderes mihi decem, ſicque certum quid, ideo valebat, quia non erat de certo lucro à principio, ſed de pretio rei ſic à domino marg. taxato, qui tanto contentus erat. Plus a quo venderetur alteri dimiſſum lucrum erat, & innuit pretium fuiſſe taxatum, & non lucrum, ideo ſocietatem valuiſſe. Sed iſte intellectus licet ſtare poſſit, non tamen tollit difficultatem inſurgentem ex *d. l. ſi tibi*, ubi, ut dixi, non cenſetur inducta ſocietas ob certam

certam pretii taxationem factam. Ego credo *in dict.leg.ſi margaritam,* contractam † dici ſocietatem, quia data fuit margarita, non appoſito pacto, quod 37 darentur decem domino, ſed quod darentur, ſi tanti venderetur, & ſi pluris venderetur, quod illud plus eſſet venditoris. Et licet non dicatur in text. quid agendum fuiſſet, ſi minus vendita fuiſſet, intelligendum eſt, quod non decem, ſed pretium redactum dominus habere debuiſſet. Et *in d.l.ſi tibi rem.* dici facta taxatione pretii in certa quantitate, in eo non cenſeri contractam ſocietatem, quia ibi dominus rei pactus fuit de certa pretii quantitate, puta decem vendenda & ſibi danda, & ex tali pacto de certo pretio ſibi dando in certa quantitate dicitur in pretio excluſa ſocietas, & non eſt excluſa *in d.l.ſi margaritam*, quia pretium non erat taxatum, & ex pretio, quo venderetur, decem domino dari debebant, & ſi quid aderat ultra decem, dari debebat venditori, & ita in pretio ſic dividendo ſocii dicebantur, quemadmodum in pretio taxato non dividendo ſocii dici non poterant.

Et iſta de cauſa inſtrumentali hucuſque dixiſſe ſufficiat.

CAPUT XII.

De Cauſa formali.

SUMMARIA.

1 *Finis eſt primus in intentione, & eſt objectum intellectus.*
Ideo cauſa formalis eſt illa, quæ fine conſiderato cauſatur.
Societatis forma aliquando conſiſtit in lucro, aliquando in quæſtu.

2 *Lucrum comprehendit omnia quoquo modo quæſita, & ea omnia, quæ excogitari poſſunt.*

3 *Lucrum comprehendit etiam res ab uno ex ſociis quæſitas, quæ ab aliis quæri non potuiſſent.*
Pater ſi vult, quod ejus filius ſpurius habeat ſua bona, faciat eam contrahere ſocietatem cum alio, deinde dictum ſocium hæredem inſtituat.

4 *Immunitas competens uni ſocio prodeſt etiam alteri ſocio.*

5 *Procedit ſolum in immunitatibus realibus ſecundum aliquos; ſecus in perſonalibus.*

6 *Procedit etiam in perſonalibus, & iſta opinio probatur.*

7 *Quia alius ſocius immunis ſentiret damnum, cum omnia proſpera & adverſa ſint inter eos communia.*

8 *Immunitas & privilegium perſonale in connexis & individuis, extenditur etiam ad alterum ſocium.*

9 *Minor ſi retineat viam privilegio minoris ætatis, prodeſt ſocio majori.*

10 *Reſtitutio*

10 *Reſtitutio in integrum conceſſa ſocio ſive minori, ſive majori, prodeſt etiam alteri ſocio.* & num.11.

12 *Immunitas conceſſa uni ex ſociis propter numerum duodecim filiorum, prodeſt etiam alteri ſocio.*

13 *Privilegio Doctori competenti gaudet etiam ejus ſocius.*

14 *Clerici privilegio quoad forum gaudet etiam laicus, ſi habent cauſam communem.*

15 *Eccleſia & laicus ſi habent fundum communem, in eo præſcribendo requiritur tempus, quod requiritur in præſcribenda re Eccleſiæ.*

16 *Laicus, qui habet bona communia cum Clericis, ſuper collectis gaudet privilegio Clerici.*

17 *Laicus poterit cogi ad dividendum bona, quæ communia habet cum Clericis, ne publica utilitas vacillet.*

18 *Laicus diviſione facta erit obligatus ſolummodo ad collectas futuras, etiam ad præterita ſecundum aliam opinionem.*

19 *Colonus partiarius Eccleſiæ ſolvit decimam de parte ſua, licet Eccleſia eam non ſolvat de ſua parte.*

20 *Colonus partiarius Eccleſiæ ſolvit gabellam de parte ſua, licet Eccleſia non ſolvat, & ratio eſt, quia ſolvit poſt diviſionem.*

21 *Lucra omnia ſive proprio, ſive communi nomine acquirantur, ſive ex communi, ſive ex propria pecunia proveniant, communicantur.*

22 *Hæreditates, legata, & donationes conferuntur.*

23 *Jus accreſcendi habet locum inter ſocios, in re donata ab Imperatore, excluſis hæredibus, exceptis filiis.*

24 *Capta & inventa & dona fortunæ conferuntur.*

25 *Inventa ab uno ex ſociis itineris alteri ſocio non communicantur.*

26 *Salaria & ſtipendia communicantur.*

27 *Dos communicatur.*

28 *Sed debet eſſe apud ſocios eo modo, quo eſſe debet apud maritum.*

29 *Dotis lucrum proveniens ex Statuti diſpoſitione communicatur.*

30 *Quæſita propter delictum commiſſum in perſonam unius ex ſociis communicantur.*

31 *Clerici fructus ex re Eccleſiæ provenientes ſocio communicare debent.*

32 *Jus congrui competens uni ex ſociis, competit etiam alteri.*

33 *Quæſita mediante alterius perſona communicantur,* & n.34.

35 *Feudum non communicatur.*

36 *Emphyteuſis non communicatur.*

37 *Communicantur fructus.*

38 Cap.uni.de fratr.de novo.benef.inveſti. *declaratur procedere in ſocietate particulari.*

39 *Expenſæ pro feudo acquiſito titulo lucrativo fiunt de communi, ſed in acquiſito titulo oneroſo ſecus eſt.*

40 *Quæſita*

Digitized by Google

40 *Quæſita ex turpi cauſa non communicantur.*

41 *Lucrum illicitum communicatum, ignorante ſocio, auferri non poteſt à ſocio, niſi ſit condemnatus.*

42 *Lucrum illicitum, ſi fuit collatum ſciente ſocio, poterit auferri, & ſocius erit etiam obligatus ad pœnam.*

43 *Condemnatus dicitur ſocius, ſi in conſcientia tenetur ad reſtitutionem.*

44 *Lucrum illicite acquiſitum, ſi licite retinetur, communicari debet.*

45 *Societas ſi ſit lucri particularis ſolum provenientia ex tali lucro particulari communicantur.*

46 *Societate coita, ſi qua juſta hæreditas obveniat, quod ſit communis, intelligitur de hæreditate obveniente ab inteſtato, & non de obveniente ex teſtamento.*

47 *Hæreditas debita ab inteſtato, ſi proveniat ex teſtamento, confertur.*

48 *Contrarium, quod non debeat communicari, niſi ſocius ab inteſtato ſucceſſurus in fraudem procuraſſet inſtitui in teſtamento, prima opinio approbatur.*

49 *Hæreditas eſt adeunda ab eo, cui differtur.*

Societas ſuper hæreditate incerti hominis contrahi debet, ſuper hæreditate certi hominis non valeret, niſi eo conſentiente.

TRanſeamus modo ad † cauſam formalem noſtri contractus, quia finis eſt primus in intentione, & eſt objectum intellectus, Baldus *in l. 1. num. 17. Cod. de falſa cauſa.* Ideo cauſa formalis eſt illa, quæ ad eſſe deducitur fine conſiderato: aſſumptis enim conſenſu & rebus pro materia à cauſa efficienti, nempe ab homine, in intentione conſideratur, ad quid materia ipſa præparetur & ordinetur, & ex tali conſideratione informatur, & contractus ad eſſe deducitur, qui ex ejus forma ſocietatis eſſe cognoſcitur, ut ſupra declaravi late *in c. 2.* Et quia fines, qui in ſocietate conſiderantur, non ſunt uniformes, ſed inter eos adeſt aliqualis differentia, quia finis aliquando conſiſtit in lucro, & aliquando in quæſtu; ideo aliquando apparebit, ſocietatis formam eſſe ad quæſtum, & aliquando eſſe ad lucrum. Quare videbimus in præſenti, quid ſit lucrum, & quæ veniant in ſocietate lucri, & quid ſit quæſtus, & quæ veniant in ſocietate ad quæſtum contracta. Lucrum eſt nomen † valde generale, & ſecundum ejus 2
generale ſignificatum convenit ſolum ſocietati omnium bonorum, & comprehendit omnia quomodocunque quæſita ſive titulo lucratiuo, ſive oneroſo, & omnia inter ſocios communia fieri dicuntur, *l. 1. & l. 3. & l. ſi fratres 52. §. idem Papinianus, & §. ſocium, & l. ſi ſocietatem univerſorum 73. & ubique gloſſ. & Dd. communiter. ff. pro ſoc.* Petr. de Ubald. *d. tractat. de duob. fratr. part. 5. ſub numero 2.* Gomeſ. *libr. 2. reſolut. jur. capit. 5. numero 4* Dec. *conſilio 66. num. 2. lib. 1.* Thob. Nonius *conſilio 29. numero 26. & conſilio 64. numero 8.* Roland. *conſil. 91.*

numero 51. libr. 1. & conſilio 54. in fin. libr. 3. Decianus *conſilio 86. numero 7. libr. 2.* Et uno verbo ſub nomine lucri in ſocietate omnium bonorum venire ea omnia, quæ excogitari poſſunt, dicit Cravet. *in conſil. 294. ſub numero 1. lib. 2.* Britannici ſocii communicabant etiam uxores, ut per Rub. Utinen. *conſil.*
3 *32. numero 52.* Et in ea veniunt etiam † res quæſitæ ab uno ex ſociis, quæ ab altero quæri non potuiſſent, Bart. *in l. ſi is 29. ff. de liber. lega.* ubi dat cautelam patri, qui vult filio ſuo ſpurio bona relinquere, quod faciat eum ſocietatem contrahere cum aliquo, deinde dictum ſocium inſtituat hæredem: ita enim bonorum medietas erit ipſius filii ſpurii, & ita etiam tradit Baldus *in l. 1. n. 38. Codic. pro ſoc.* Felin. *in c. 1. ſub num. 5. de præſcript.* Cepol. *in cautel. 38. verſ. ſeptima cautela.*

4 Et ſi unus ex ſociis habet † immunitatem aliquam & privilegium aliquod, hujuſmodi immunitas & privilegium etiam alteri ſocio prodeſt, *gl. in l. fin. Cod. de muner. & honor. non con. lib. 10.* Jaſon *in l. 1. numero 2. C. de tranſact. & in l. Nec emancipati 15. numero 9. Codic. de collat.* Felin. *in c. 1. num. 6. verſ. & dicit gloſſa. de præſcript.* Anch. Regien. *quæſt. 43. numero 23. lib. 3.* Sed quod hujuſmodi di-
5 ctum † procedat ſolum in immunitatibus realibus, ſecus vero ſit in perſonalibus, tradit Natta *in conſil. 1. ſub numero 10. lib. 1.* Felin. *in d. c. 1. ſub numero 6. de præſcript.* Roland. *conſil. 61. numero 22. libr. 4.* Joſeph. Ludov. *in ſuis concluſ.*
6 *concl. 53. numero 83.* Verum † tenendum eſt, procedere tam in reali, quam in perſonali privilegio, quia ubi ſocius privilegiatus & immunis in aliquo læderetur, ſive principaliter ſive ſecundarie, ſi immunitas ſua & ſuum privilegium alteri ſocio non prodeſſet, eſſemus in connexis & individuis, vt declarat Natt. *d. conſ. 1. ſub n. 11.* & Rol. *d. conſ. 61. n. 19. libr. 4.* Menoch. *conſil. 136. num. 19. & ſub num. 24. & ſeq. lib. 2.* Sfort. Odd. *in tract. de reſtit. in integr. part. 1. quæſt. 46. artic. 5.*

7 Et in ſocietate iſta † quod unus ex ſociis ſentire onus non poſſit, & expenſas pro parte ſua abſque damno alterius ſocii, certiſſimum eſt, cum omnia inter eos ſint communia, & inter eos ſit communis fortuna proſpera & adverſa, ut dicit Baldus *in l. ſi patruus 4. Codic. com. utr. jud.* Socinus *conſil. 41. numero 41. verſ. niſi. lib. 4.* Joſeph. Ludov. *d. concl. 53. verſ. & propterea, ſub numero*
8 *74.* Et quod immunitas † & privilegium etiam perſonale in connexis & individuis extendatur etiam ad alterum ſocium, tradit Natt. *in d. conſil. 1. lib. 1.* Menoch. *in d. conſil. 136. lib. 2.* Aret. *conſil. 25. colum. 3. verſ. circa ſecundum.* Steffan. Lambert. *in tractat. de ſolemn. requi. in contr. mulier. in fin. numero 239.* Ita
9 videmus, ſi duo † ſint ſocii, & unus ſit minor, quod privilegio minoris ætatis retinent viam, & ejus uſum, quam alter ſocius ſolus retinere non poſſet, *l. ſi communem 10. ff. quemadmodum ſervit. amit.* Covar. *cap. 34. pact. quæſtion. ſub*
10 *numero 1. & numero 2.* Et quod ſocius major † gaudere debeat reſtitutione in integrum conceſſa minori, tradit Menoch. *d. conſil. 136. ſub numero 23. libr. 2.* Et id

eſſe

eſſe verum † in reſtitutione in integrum, etiam conceſſa majori ex generali 11
clauſula, tradit Sfort.Odd. *in d.tractat.de reſtit. in integr.part.1.quæſt.46. artic.4 & art.5.num.19.* Ita de immunitate † conceſſa uni ex ſociis propter numerum 12
duodecim filiorum, quod ea alter ſocius gaudere debeat, tradit Marſ. *ſing.180.*& ejus opinio veriſſima eſt, licet eam reprehendat Covar. *d.c.34.nu.2. in fin.*

Et quod privilegium † competens Doctori ſuper collectis proſit etiam 13
ejus ſocio, tradit Baldus *ad Specul.in tit.de magiſtr. in fin.* Barb. *in conſil.1. numero 44.lib.2.* Natta. *d.conſil.1. numero 10. & conſil. 65. in fin. lib.1.* ubi citat Georgium Nattam ejus patruum, *in c.quamvis, de pactis, in 6.* Ita ſi Clericus † & laicus 14
habeant cauſam communem individuam, quod privilegio Clerici quoad forum etiam laicus gaudere debeat, tradit Covar. *d. capit.34. pract. quæſt. ſub numero 2.* Socin. *in conſil.12. numero 17. lib. 1.* Et ſi laicus habet † fundum com- 15
munem cum Eccleſia, quod præſcribi non poſſit contra laicum minori tempore requiſito contra Eccleſiam, quia fundus ſtante communione eſt individuus, cum in quolibet capite terræ habeat partem ſuam laicus, quæ oculo corporeo demonſtrari non poteſt, iuxta textum *in l. Mævius, §. duorum, ff.de leg.3.* Joan. And. *in c.uni. de præſcript. in 6.* Abb. *in c. de quarta. 18. part. de præſcript.* Natt. *d.conſil.1.numero 11. libr. 1.* ubi etiam dicit, quod laicus, qui † habet bona communia cum Clericis, privilegio & immunitate Clerico- 16
rum gaudere debet ſuper collectis & aliis muneribus, & ita intelligit ſequi Specul. *in titul. de cler. conjug. verſ. quod ſi Clericus.* Et ex intentione ejuſdem † Speculatoris dicit, ne publica utilitas uacillet, quod Judex ex ejus 17
officio bona communia dividat, vel dividere faciat, per text. *in l.2.C.quand. & quib.quarta par.* & quod ante diviſionem † laicus non poteſt cogi, & poſt 18
diviſionem erit obligatus ſolummodo ad onera futura, & non ad præterita, à quibus fuerat excuſatus ratione communionis, licet contrarium teneat Felin. *in d. c. 1.ſub numero 6. de præſcript.* Nec prædictis obſtat, quod † colonus partiarius Eccleſiæ ſolvat decimas de ſua parte, licet mona- 19
ſterium, à quo conduxit, non ſolvat, & in fructibus ſocii dicantur, Burſat. *d.conſil.25. numero 3. & conſil.47. numero 14. lib. 1.* Et quod ſolvat etiam de eis † gabellam, licet Eccleſia ſolvere non teneatur, ut tradit idem Bur- 20
ſat. *d. conſil. 25. numero 3.* & Roland. *conſil. 61. numero 15. lib. 4.* quia poteſt dici, iſtos non eſſe proprie ſocios, ſecundum opinionem aliquorum, & poteſt dici cogi ad ſolvendum facta diviſione, quo tempore amplius ſocii non dicuntur, etiam cum agamus modo de ſocietate univerſali, poteſt dici, tenentes dictam opinionem loqui in ſocietate particulari, in qua illa connexitas conſiderari non poteſt, quæ in generali ſocietate conſideratur.

Et ut redeamus, unde † abivimus, quod ſocii omnium bonorum omnia 21

communicare teneantur, procedit in acquiſitis tam proprio quam communi nomine, & tam communi pecunia, quam propria, ſi propriam habere poſſint, Baldus *in l. ſi patruus 4. ſub n. 1. C. com. utr. jud. & in conſ. 262. libr. 4.* Rom. *conſil. 291.* Alex. *conſil. 78. libr. 2.* Petr. de Ubald. *d. tractat. de duob. frat. part. 5. ſub num. 3.*

22 Conferuntur † hæreditates, legata & donationes, quæ uni ex ſociis
23 obveniunt, *l. 3. & l. ita 63. & l. ſi ſocietatem 73. ff. pro ſoc.* Et nota in † propoſito, quod inter ſocios in re donata ab Imperatore habet locum jus accreſcendi, & ſocius vivens præfertur cuilibet hæredi alterius ſocii morientis, exceptis liberis, *l. uni. Codic. ſi libera. imper. lib. 10.* Jaſon. *in l. re conjuncti. 89. numero 223. ff. de leg. 3.* & tene menti, quia quilibet immemor, *d. ll* reſponderit contrarium. Et ea quæ tradit Joſeph. Ludov. *in d. concl. 53. verſ. hinc ſecundo infertur*, de donatione & legato an fuerint facta, ut ſocio acquirantur ſive ſocietati, non faciunt ad præſentem tractatum de ſocietate univerſali, & quid dicendum fuerit in cæteris ſocietatibus, videbimus infra ſuo loco.

24 Capta etiam & inventa quæ † fiunt capientis & occupantis, & dona fortunæ, ut ſunt animalia, gemmæ, lapilli & theſauri, juxta textum *in §. feræ igitur beſtiæ, & in §. theſauros. Inſtitut. de rerum diviſ. & in cap. ſicut inveniſti. 14. queſt. 5.* ſocii communicare tenentur, Baldus *in l. nec adjcit 9. in lect. antiq. ff.*
25 *pro ſoc.* Petrus de Ubaldis *d. tractat. de duob. fratr. part. 5. numero 9.* ubi ex † intentione Cyni determinat quæſtionem puerilem, quod ſi duo ſint ſocii itineris, & unus aliquid inveniat, iſtud inventum inter eos non erit communicandum.

26 Salaria etiam & ſtipendia † ſunt communicanda, quæ dantur Notariis, Aſſeſſoribus, Medicis, Ambaſiatoribus, Decurionibus, Advocatis, Judicibus, Ducibus, Caporalibus & domeſticis Principum, & ſalaria provenientia ex operibus diurnis, *l. ſi fratres 52. §. idem Papinianus, & ibi Sagittr. in*
27 *addit. ad Bald. ff. pro ſoc.* Etiam dos ab uno ex ſociis † habita & ejus fructus communicari debent, Baldus *in l. ſi patruus 4. numero decimo quarto, Codic. commun. utr. jud. & in tractat. de duob. fratr. ſub numero 17. verſ. ſed ego dico.* Sed intelli-
28 ge, quod apud ſocios † eo modo eſſe dicatur, quo poteſt, natura dotis attenta, & eo modo, quo ſtetiſſet apud maritum ſolum, nempe quod eam alienare non poſſint, ſi ſit inalienabilis, & de ea ſuſtineant onera matrimonii, & quod in caſu reſtitutionis de communibus bonis, vel in individuo in re data, ut opus erit, ſit percipienda & reſtituenda, *l. actione 65. § fin. & l. quod ſi eo tempore 66. & l. ſi ſocius pro filia. 81. ff pro ſoc.* Socinus *conſil. 213. numero 13. lib. 2.* Declanus *conſil. 39. numero 16. lib. 1.* Pariſ. *conſilio ultimo, numero 21. lib. 2.* Modern. Papienſ. *in tractat. de juris & facti ignor. cent. 2. diſt. 96.*

Lucrum

Lucrum etiam dotis † marito proveniens, mortua uxore ex diſpoſitione 29
ſtatuti, cum ſocio communicari debet, *l.quod ſi eo tempore 66 ff.pro ſoc.* Bald.*in l.actione 65.§ fin ff.pro ſoc.& in conſ.284.præponitur in facto.lib.5.* Angel.*conſ.60.*Rom.*conſ.406.num.2.conſ.471.num.2.* Petrus de Ubaldis *d. tract. de duobus fratr. part.5. num.19.*Socinus *conſil.40.num.7.lib.4.*Dec.*conſ.66.num.2.& conſil 67. numero 2.lib.1.* Campeg.*in tract.de dot.part.1.quæſt.7.in fin.* Roland. *conſil.91.numero 41.lib.1. & in tract.de lucro dotis, quæſt.ult.num.7.*Modern. Papienſ. *in tract. de juris & facti ignor. cent.2.diſt.96.in fin.* Quæſita † etiam ab uno ex ſociis propter delictum in ejus 30
perſonam commiſſum communicari debent, *l.ſi fratres 52.§.ſocium, & ibi Bald. ff.pro ſoc.* Etiam Clericus ejus ſocio † tenetur conferre obvenientia ſibi ex 31
rebus Eccleſiæ, Bald. *in l ſi patruus 4.num.14. Cod.com.utr. judic.& in tract.de duobus fratr. part.3.numero 12.in fin.& part.6.numero 18.* Decianus *conſil.85.numero 7.lib.2.* Sed hoc dictum verum eſſe intelligo in illis rebus, de quibus Clerici libere diſponere poſſunt. Jus congrui etiam, quod uni ſocio † competit, & 32
alteri ſocio competere dicitur, Tiraq. *de retract. lignag. §. 26. gloſſ.1. numero 33.* Alexand.*conſilio 135.libr.5.* Ea † etiam, quæ mediante alterius perſona quæ- 33
runtur, communicari debent, *l.ſi fratres §.ſocium, ff.pro ſoc. & ibi Bald.* Bero.*conſ.190.circa finem, lib.1.* ubi declarat, loquendo de filio, hoc † verum eſſe, quan- 34
do filius acquirit patri, ſi quando ſibi filius acquirit, ſive in totum, ſive quoad proprietatem ſolummodo, quod tunc non eſt agendum de communicatione facienda alteri ſocio ab ejus patre, de non ſibi per filium quæſitis, ſed tantum de quæſitis.

Et licet ſupradicta regula ſit generalis, omnia à ſocio quæſita venire lucri appellatione, & eſſe conferenda: tamen recipit reſtrictionem in rebus illis, quæ ex concedentis voluntate & diſpoſitione in aliam perſonam ultra acquirentem tranſire non poſſunt, ut eſt feudem † non ab uno ex ſociis 35
quæſitum, alteri ſocio non eſt communicandum, ea ratione, quia non eſt conveniens, quod dominus alium vaſallum habeat, quem habere non cogitavit, *c.una.de fratri. de novo beneſi. Camillus Borellus inter conſilia diverſor. impreſſa Francofurti conſ.18.p.2.* Et eadem ratione † idem dicendum eſt in emphyteuſi 36
quæſita ab uno ex ſociis, ut eam alteri ſocio communicate non teneatur, Alex.*in conſ.48.num.3.lib.2* Burſ.*in conſil.190.n.42.& ſeq.lib.1.*Dec. *in conſil.435.num.7.lib.2.* Ubi tamen Dd. † præfati declarant. fructus omnes ex feudo & em- 37
phyteuſi provenientes communicari debere. Et dum in fine *d.c.un.* † dicitur, 38
expenſas factas à ſocio acquirente reficiendas eſſe alteri ſocio, loquitur in ſocietate particulari, & non in ſocietate univerſali, ut præſupponit Bero. *in d.conſ.190. n.42. lib.1.* Non eſt intelligendum hoc procedere etiam in ſocietate univerſali, quia in eo omnia ſunt communia, & expenſæ omnes de communi fieri debent Et in ea judicio meo † acquiſitio feudi ſeu emphy- 39
teuſis facta ab uno ex ſociis dupliciter conſiderari debet, nempe an facta

ſit titulo lucrativo, ſive titulo oneroſo. Si lucrativo, quod expenſæ, ſi quæ
factæ fuerint, debeant eſſe de communi, & communicari debeant fructus;
ſi titulo oneroſo, quod de expenſis reficiendis ab altero ſocio jure commu-
ni non ſit agendum, ſed quod factus ſit actus diſſociativus, & contra natu-
ram ſocietatis, cum non conveniat ſocietati naturæ, quod unus ſocius ea
ſibi comparet, & acquirat titulo oneroſo, quæ cum altero ſocio communia
eſſe non poſſunt, ut dicam infra ſuo loco. Et ratio differentiæ in titulum
oneroſum & lucrativum eſt, quia titulus oneroſus provenit à propria vo-
luntate, & proprio facto; lucrativus vero provenit principaliter à vo-
40 luntate & à facto alterius, & accidentaliter. Inſuper non veniunt † ap-
pellatione lucri, & in hac ſocietate non ſunt communicanda quæſita ex
turpi & prohibita cauſa, cum natura ſocietatis ſit, ut non comprehendat
turpia & illicita, & generaliter verum ſit, rerum inhoneſtatum nullam
eſſe ſocietatem, *l. nec prætermittendum 57. l. ſi fratres 52. §. ſocium. l. quod autem
55. & l. ne quicquam 56. ff. pro ſoc.* facit text. *in l. ſi à reo 70. §. fin. ff. de fidejuſſ. l. ſi
remunerandi 6. §. rei turpis ff. mandati. & in l. quod ſæpe. 35. §. veneni 2. & in l. ſi in em-
ptione 34. §. item ſi emptor 3. ff. de contrah. empt.* Bald. *in conſil. 65. lib. 5.* Alex. *in conſ. 77.
in fin. lib. 5.* Petr. de Ubald. *in tract. de duob. fratr. par. 5. n. 24.* Rot. Sennenſ. *deciſ. 193.
num. 9.*

Et ſi ſocius communicavit lucrum illicitum, aut communicavit igno-
41 rante ſocio, aut eo ſciente. Primo caſu ſocius † lucrum illicitum collatum
auferre non poteſt, niſi ſit condemnatus, *l. quod enim 54. & l. ſi igitur 55. ff. pro ſoc.*
42 Bald. *in d. tract. de duobus fratrib. part. 5. num. 4.* Secundo caſu non ſolum † ſi ſit
condemnatus, poterit ex ſocietate lucrum collatum auferre, ſed etiam
pœna de communi erit ſolvenda, quia conveniens eſt, ut cujus participa-
veris lucrum, participes & damnum, *l. ſi igitur, ff. pro ſoc.* Quare ſecundum
43 † prædicta, ſi unus ex ſociis dedit pecuniam fœnori, & multa lucratus fuit,
quæ in ſocietate contulit, poterit condemnatus ad reſtituendum collata
auferre, & reſtituere, & ſatis dicetur condemnatus, ſi ſacerdoti in confeſſio-
ne ſacramentali reſtitutionem facere promiſit. Petr. de Ubald. *d. tractat. de
duob. fratr. part. 5. ſub num. 4.* quia ſacerdotis præceptum dicitur ſententia, ut
ipſe dicit ſecundum Hoſt. *in c. fin. de ſepulturis.* Et quia etiam alteri ſocio de il-
licite acquiſitis participare, & ea retinere non licet, Sotus *lib. 4. de Inſt. &
44 Jur. quæſt. 7. art. 3.* tamen prædicta declarari poſſunt † procedere ſolummo-
do in lucris, quæ illicite acquiruntur, & illicite retinentur, & quod ſecus ſit
in lucris, quæ licite retinentur, licet illicite acquirantur, ut ſunt lucra à me-
retricibus acquiſita, *l. 4. §. ſed & quod meretri. ubi Dd. ff. de cond. ob turp. cauſ.* & ha-
45 betur per Covar. *ad reg. peccatum, de reg. jur. in 6. part. 2. §. 2. & 3.* Prædicta † om-
nia, ut dixi, procedunt in lucro univerſali, & in ſocietate univerſali, vi-
dendum eſt modo de lucro particulari, & de ſocietate contracta ad parti-

culare

culare lucrum. Et quidem quemadmodum lucri generalis ſignificatio, ut dixi, omnia comprehendit, quomodocunque quæſita, ita lucri particularis ſignificatio ſolum ea quæſita comprehendit, quæ à tali particulari lucro proveniunt. Quia quemadmodum genus comprehendit omnes ſuas ſpecies, ita ſpecies ſolum comprehendit ejus individua, & individuum de uno ſolo prædicatur, & iſta eſt natura omnium ſocietatum, ut ultrà communicationem & conventionem non extendantur, ut pluries dixi ex Bart. communiter recepto, *in l. 1. §. hoc interdicto. ff. de itinere actuque privat.* Exemplum habemus, ſi † ſit coita ſocietas, ut ſi quæ juſta hæreditas alteri obveniat, 46
communis ſit, *l. 3. §. de illo ff. pro ſoc.* ubi diſponitur, quod in iſta ſocietate ſolummodo comprehenditur legitima hæreditas proveniens ab inteſtato, & non illa, quæ ex teſtamento defertur, & ita tradit Alex. *conſ. 56. num. 4. lib. 2.* Gomeſ. *lib. 2. reſolut. jur. c. 5. ſub n. 4. in fin.*

Et ſi talis hæreditas debita † ab inteſtato ſit relicta in teſtamento, nihilo- 47
minus communicari debet. Et quamvis aliqui ex Dd. antiquis ante Bart. tenuerint, communicari debere ſolummodo pro parte, nempe quatenus comprehendit legitima, quæ ex juris neceſſitate debetur, *arg. tex. in l. ſi arrogator 22. ff. de adopt.* tamen quod tota hæreditas debeat communicari, eſt *in l. 3. n. 8. ff. de leg. 1.* quia tacite tota hæreditas debebatur ex præſumpta voluntate, *l. conficiuntur 8. in princ. ff. de jur. codicill.* & tacitum ſi exprimatur, nihil operatur, quia inter tacitum & expreſſum nulla adeſt differentia. *l. cum quid 3. ff. ſi cert. pet.* & cum hac oppoſitione tranſeunt communiter Dd. ut dicit Alex. *in d. l. 3. n. 13.* & Jaſ. *num. 52. ff. de leg. 1.* Contra communem † à qua non eſt receden- 48
dum, tenent Ripa & alii relati per eum *in d. l. 3. n. 45. & in l. hac verba n. 45. ff. de leg. 1.* ubi declarat, quod communis opinio procederet, quando ſocius ab inteſtato ſucceſſurus in fraudem in teſtamento inſtitui ſolicitaſſet. Et notandum eſt ubi daretur † caſus hujus ſocietatis, quod hæreditate obveniente, 49
ab eo eſſet adeunda, cui delata fuiſſet, ut declarat Bart. *in l. is poteſt 18. nu. 5. ff. de acquir. hered.* Et notandum eſt, quod iſta † ſocietas iniri debet ſuper hæreditate incerti hominis, quia inita ſuper hæreditate certi hominis viventis non 50
valeret, niſi accedente ejus conſenſu, Bald. *in l. 4. in princ. ff de cond. incert.* etiam ſi fuerit juratum, Seraf. *in tract. de privil. jur. privileg. 20.* Aliud exemplum poſſet poni in hæreditate communiter retenta, aliud in fructibus communicatis, de quibus dixi ſupra *cap. 11.* & alia etiam exempla in facto evenire poſſunt, quæ omnia inſimul colligere nimis eſſet laborioſum, ſatis eſt iſta poſuiſſe, ut intelligatur, quid ſit lucrum particulare, & quæ veniant ejus appellatione & in ejus ſocietate: videamus modo de quæſtu.

N. 4.

N.4.5 *&* 6. Diſtinctionem Nattæ puto veriorem. Quia perſonæ ſociorum ſunt ſeparatæ, ut & privilegia & immunitates perſonales: Et ſi quod incommodum ex eo perſonale uni ex ſociis accidat, id certè alter non ſentiat, cùm ſit perſonale. Sic ſi ſocius ſit immunis à militia civili e.c. **van de burgerwachten** / fortè quia Doctor vel Advocatus vel Senator ſit aut Magiſtratus honore fungatur: quo pacto alter ſocius hoc privilegio gaudeat, non video. Nam ſeparata à ſeparatis obiri poſſunt: Et ſocio privilegia ſocii communicantur ratione connexionis & rerum inſeparabilium intuitu. Cùm etiam minima pars fundi ad omnes ſocios indiſtinctè pertineat, ut habetur in *l 66.§.2.ff. de leg.*2. 31. quod in qualibet re idem eſt. Allegatur *Cap. in ſacris de ſepult.* ubi dicitur oſſa excommunicatorum in loco ſacro ſepulta, aliiſque piorum oſſibus permixta ut diſcerni nequeant, manere cum reliquis: at ſi ſeparari commodè poſſint, projici & exulare procul ab eccleſiaſtico ſolo debere. Sic propter indiſcretionem impios privilegiis piorum frui videmus. Ita Clericus ab onere reali immune præſtat patrimonium quod cum fratribus indiviſum poſſidet. Item ſi laicus fundum cum eccleſia communem poſſideat, non minoris temporis contrà illum quàm contrà eccleſiam currit præſcriptio. *ita Natta tom.*1.*conſil.*1.*num.*11. *& auctor num.*15. Privilegium reſtitutionis minoris ſi rem communem cum majore poſſidet, utriſque communicatur. Hoc & alia exempla adfert *Oddo part quæſt.* 46. *arti.* 5. *de reſtitut. in integrum & ipſe auctor hic.* Ex quibus apparet propter rem individuam, alterum alterius privilegio frui: quod quia in perſonali onere ſecus eſt, ideò de eo etiam ſecus eſt judicandum. Sed hanc theoriam difficulter in praxi hic obtinere putem; niſi commune individuum, adeò ſit individuum, ut ne cogitatione quidem dividi queat; ut de oſſibus piorum impiorumque inter ſe permixtis ſuperiùs dictum eſt. Quanquam in ſocietate conjugali, quæ hic excipienda eſt, maritum utriuſque tàm realis quàm perſonalis privilegii participem facere uxorem quotidiè videmus.

N.23. *Hâc l. unicâ Cod.*10.14. quam auctor tantopere commendat, ait Imper. Iubemus, ut ſi quis fortè ex his quibus communiter à nobis aliquid donatum ſit, nullo hærede deceſſerit, ad conſortem potiùs ſolatium, quam ad perſonam aliam pars decedentis perveniat. In Feudo tamen quamvis liberaliter conceſſo ſecus eſt, de quo *Gothofri. ibi.*

N.32. Hæc obſcuriùs ab autore relata, clarius efferuntur à Tiraquello *d. l.* Si conſanguineus retrahens ſit ſocius bonorum alterius extranei, certè retrahendo per ipſum conſanguineum, alteri extraneo ſocio acquirit in re retracta pro portione ſocietatis, argum. *l ſi quis duos ff. de liberat. legat.* 34. 3. ubi unus ex duobus ſociis qui incapax eſt, propter eum qui capax eſt, capit per conſequentiam. Hæc enim ſunt verba ejus legis, cujus authoritate ſuffultus Dynus & poſt eum Bartolus ibi in fine tradit: quod licet ſpurius non poſſit capere à patre, tamen ſi ipſe ſpurius contraxerit ſocietatem cum alio capace, iſte alius poteſt inſtitui hæres à patre ſpurii. Atque ita tranſibit dimidium bonorum in ſpurium.

Sed hic caſus tractus in ſocio intelligendus eſt, ut intrà annum à ſoluta ſocietate ipſe conſanguineus ſocius, aut ejus hæredes, eam partem alteri olim ſocio extraneo acquiſitam poſſit retrahere reſtituendo pretium pro rata ejuſdem partis. *Tiraquellus ibid. num.* 38. quod & inter conjuges ſoluto matrimonio locum habere d. loco aſſerit.

N.47. in fine. Nullam eſſe differentiã inter tacitum & expreſſum non ſemper eſt verum. Nam quamvis tacitè, ex conſuetudine patriâ, omnia bona ipſo matrimonio communicentur inter conjuges, etiamſi alterutri ex primis nuptiis ſunt liberi, *contrà l. hac edictali* 6. *Cod. de ſecundis nuptiis* 5.9. Tamen ſi quis pactis antenuptialibus id expreſsè

à viduo

à viduo vel vidua quibus ex priori matrimonio procreati ſunt liberi, ſtipuletur, vel etiam dimidio minus, aut etiam plus quàm ſit portio uniuſcujuſque liberorum, nihil egerit. Et tantundem ſi teſtamento id caveat aut alio quocunque pacto. Quia id vetitum *l. hac edictali.* Ex quo apparet taciti & expreſſi hoc caſu magnam eſſe hic differentiam.

CAPUT XIII.

De quæſtu.

SUMMARIA.

1 *Quæſtus appellatione non veniunt lucra obvenientia ex titulo lucrativo.*
2 *Quæſtus non comprehendit lucra, etiamſi uni ſocio obveniret cauſa & occaſione ſocietatis.*
3 *Donata propter ſocietatem, hoc eſt, contemplatione ſocietatis, conferuntur, ſecus ſi contemplatione perſonæ.*
4 *Donatio in dubio facta cenſetur ſocii, & non ſocietatis contemplatione.*
5 *Quæſtus appellatione veniunt ea omnia, quæ ex opera cujuſque deſcendunt, hoc eſt, lucra ex emptione, & locatione, & ex ſolertia ſociorum, quæ circa mercaturam, negotiationem, & artificium verſatur.*
6 *Mercatura, negotiatio, & artificium differunt, ſed non differunt reſpectu quæſtus.*
7 *Negotiationis nomen comprehendit mercaturam & artificium.*
8 *Quæſtus communicantur provenientes ex re, quæ principaliter non ſit poſita in ſocietate, exemplum in locatione molendini.*
9 *Quæſtus particularis multa exempla.*
10 *Quæſtus limitati ſunt conferendi, ſi ſocietas eſt contracta limitate ad talem quæſtum.*

ALia eſt forma ſocietatis ad quæſtum, ut dixi *in c. ſuperiori*, ideo modo de quæſtu videndum eſt, & ſocietate contracta ad quæſtum. Quæſtus † appellatione, & in ſocietate ad quæſtum, non veniunt lucra obvenientia titulo lucrativo, *l. nec adjecit. cum 2. ſeqq ff. pro ſoc.* Sagur. ad Bald. *in l ſi fratres 52. §. ſi inter fratres ff. eod.* Gomeſ. *d. lib. 2. reſolut. jur. cap. 5. numero 4.* Et hoc adeo verum eſt, ut † procedat etiam, ſi talia lucra obveniſſent uni ex ſociis cauſa & occaſione ſocietatis, utputa ſi ſocius acceſſit ad Principem, propter negotia ſocietatis, & ſibi à Principe aliquid donatum fuit, nam tale quid donatum ſibi, alteri ſocio communicare non tenetur, *l. ſocium 60. §. ſocius 1. & ibi Bart. ff. pro ſoc.* Thob. *conſil. 91 numero 5. & 10.* Sed diſtinguendum † eſt, donata duobus modis conſiderari. Uno modo propter ſocietatem,

tatem, hoc eſt, contemplatione ſocietatis, & tunc conferri debent. Alio
modo propter ſocietatem, hoc eſt, ſocietas fuit cauſa remota, & donatio
fuit facta contemplatione perſonæ, & conferri non debet, *l. aditio hæreditatis,
45.ff de acq.hered* Gl.Bart.& Bald. *in d.l.ſocium 60.§.ſocius 1.ff.pro ſoc.* Et ubi non
4 conſtaret, an † donatio fuiſſet facta ſocii, ſive ſocietatis contemplatione,
in dubio ſocii & non ſocietatis contemplatione facta cenſeretur, Bald. *in l.
cum oportet 6.numero 3 Cod.de bon.quæ lib.* Menoch. *in tract.de præſumpt. lib.3 præſ.26.
5 numero 24. & præſ. 27. ſub numero 7.* Veniunt appellatione † quæſtus, & in
ſocietate ad quæſtum ea, quæ ex opera cujuſque ſociorum deſcendunt, *l.
quæſtus, ff pro ſoc.* hoc eſt ſi quod lucrum ex emptione, venditione, locatione,
conductione deſcendit, *l.coire 7.ff. eod.* & ſolertia & diligentia ſociorum, ut
interpretatur *gl. in l.quæſtus, in ver. opera. ff. eod.* quæ circa mercantiam, nego-
tiationes & artificia verſantur. Sagur. ad Bald. *in d.l ſi fratres 52.§.ſi inter fratres,
ff.eod.* & ita dum quæ ſint provenientia ex quæſtu, ex negotiatione inter-
6 pretatur Ruin. *in conſ.101.ſub n.10.verſ.ſed præmiſ.lib.1.* Et quamvis † mercatura,
negotiatio & artificium ſint diverſa, & circa acquiſita aliquando dubitari
contingat, an dici debeant acquiſita ex negotiatione, artificio vel mercatu-
ra, ut per Strach. *in tract.de mercat. part.1. ſub num.5.* tamen iſta inveſtigatio ceſ-
ſat in præſenti, quia quæſtus appellatione veniunt, ut dixi, omnia prove-
nientia ex negotiatione, artificio & mercatura, indifferenter, & ſufficeret, ſi
7 diceretur, venire ſolum provenientia † ex negotiatione, quia ejus ſignifi-
catio generalis eſt, & comprehendit mercaturam & artificium, ut poſt Si-
gnorol. *conſ.95.*& Aret. *in §.introduxit.Inſtit.quod cum eo.* tradit Strach. *d.tract.de
8 mercat.part.1.ſub n.5.* Et provenientia † ex quæſtu & negotiatione commu-
nicari debent inter ſocios, etiam ſi negotiatio verſetur circa res, quæ prin-
cipaliter in ſocietate non ſunt comprehenſæ, ut per Alex. *in conſil.49.n.10.libi
1.*ubi tractat de locatione facta de quodam molendino non comprehenſo in
ſocietate; & vult, quod provenientia ex ejus locatione dicantur prove-
nire ex quæſtu, & inter ſocios ad quæſtum ſint communicanda. De par-
9 ticulari quæſtu † & de ſocietate contracta ad particularem quæſtum ha-
bemus *in l ſi fratres 52.§.quidam ſagariam, & in l.duo ſocietatem, 71.& in l. cum duo-
bus, 52. in fin.& in l.ſi fratres 52.§.ex facto. & in l. ſi margarita 44. & in l. ſi id quod 58.
ff.pro ſoc & in l.2.C.eod.& in §.1. Inſtit.de ſociet.* & tot exempla ponuntur, quot
ſunt negotiationes particulares, ſuper quibus ſocietas ipſa contrahi poſſet.
Et quia quæ quæſtus appellatione veniant, & quid ſit conferendum, uni-
ca concluſione terminatur; ideo omiſſa exemplorum prolixa longitudine,
dico, quod illi quæſtus in qualibet ſocietate particulari veniunt, & erunt
10 conferendi, ſuper quibus ſocietas † quælibet limitate contracta apparebit,
ut dixi loquendo de ſocietate ad tale lucrum, & tradit Bart. *in l.1.§.hoc inter-
dicto. ff. de itinere actuque privat.* Petr. de Ubald, *d. tract, de duob. fratr. part. 5.*

ſub

Digitized by Google

*ſub num.3 & n.10.*Dec *in conſ.21.num.5.lib.1.*Menoch.*conſ.122.nu.4.lib.2. & in conſ. 552.lib.6.*& eſt text. *in l.cum duob.in fin.& in l.ſi fratres, in princ.ff. pro ſoc.* & iſta eſt communis opinio, ut poſt multos, quos citat, tradit Joſeph. Lud. *concl.53. verſ.natura autem, n.16.*

Si pactis antenuptialibus bonorum communio excludatur, manente ſocietate quæſtus & damni, ut ſæpe fit, quæſitum fuit an quæſtus nomine veniant hæreditates, legata, donationes &c. & reſponſum eſt non venire, *per. l.8.ff. pro ſocio.* 17. Quod autor hic latius probat: & ita obſervatur.

CAPUT XIV.

Quæſita à ſociis an ſtatim inter eos ſint communia, ſeu veniant communicanda?

SUMMARIA.

1 *Communio in ſocietate requiritur.*

2 *Alienata ſi ſit res à ſocio quæſita, non effecta communis alteri ſocio, non datur actio contra tertium, etiam ſi alienatio ſit ſocietati damnoſa.*

3 *Communis ſi res ſit effecta, à ſocio non poterit alienari, niſi pro ejus parte.*

4 *Res quæſita ab uno ex ſociis omnium bonorum communi nomine, ſtatim fit communis; & quoad dominium, & quoad poſſeſſionem.*

5 *Res quæſita ab uno ex ſociis omnium bonorum non efficitur ſtatim communis, ſed venit communicanda, ſi ſit quæſita proprio nomine.*

6 *Alia eſt opinio, quod efficiatur communis, & videtur verior.*

7 *Dominium transfertur inter ſocios, quia titulus univerſalis accedit perſonæ.*

8 *Dominium communicatur inter ſocios, propter æqualitatem ſervandam.*

9 *Socius præſumitur tenere & poſſidere bona etiam nomine alterius ſocii, tanquam ex clauſula conſtituti, &* n. 10.

11 *Conſtituti virtus ſe extendit ad bona futura, appoſiti in contractu ſocietatis, quia in eo veniunt bona futura.*

12 *Fictiones duæ non poſſunt concurrere in eadem cauſa, & eodem tempore.* *Fallit, quando una eſt alterius conſecutiva.*

13 *Actiones inter ſocios communes non efficiuntur, ſed adinvicem ſunt præſtandæ.* *Argumentum ſumptum ab actionibus ad res non procedit.*

14 *Actiones ab uno ex ſociis quæruntur ſocio abſenti.*
Intellectus l.3.ff.pro ſoc.
15 *Intellectus* l.ſi ita ſtipulatus 126.§.Chryſogonus, ff.de verb.oblig.
Perſona extrinſeca in contractu comprehenſa non dicitur.
Fallit, ſi perſona extranea non reddat contractum inutilem.
16 *Intellectus* l.ſi ſocius, ff.ſi cert.petat.
17 *Acquirens debet habere animum acquirendi in communi, ad hoc ut res communis efficiatur.*
18 *Conſtitutum quo ad futura operatur ſolummodo, ſi acquirens eo animo acquirat res, ut cadant ſub conſtituto.*
In quærendis poteſt quis alteri prajudicare, cui quærendum erat.
19 *Socius altero ſocio invito ſocietatis naturam mutare non poteſt.*
20 *Socius ut ſocio acquirat, opus non eſt, quod habeat expreſſam intentionem ei acquirendi.*
21 *Intentio acquirendi alteri ſocio in ſocio acquirente ſemper adeſſe præſumitur, & voluntas mutata non cenſetur.*
22 *Intellectus* l.ſi actiones, §.quod ſi quid poſt.ff.pro ſocio.
23 *Intellectus* l.fin.C.de acquir.poſſeſſ.
24 *Intellectus* l.ſi quis ſocietatem 74.ff.pro ſoc.
25 *Res proprio nomine quæſita communicari debet, ſive ſit empta cum propria, ſive cum communi pecunia in ſocietate omnium bonorum, & non eſt agendum de pecuniarum reſtitutione.*
26 *Acquiſitio ſi ſit facta proprio nomine, & alter ſocius taceat, ſibi prajudicat.*
27 *Acquiſitio à ſocio omnium bonorum facta, in dubio præſumitur facta communi nomine, quia ſocius tenetur acquirere in communi.*
28 *Quod teneatur in communi ponere, & non in communi acquirere, tenent aliqui, ſed male.*
29 *Dominio non tranſlato in ſocium acquirentem, quod in alium ſocium tranſlatum fuerit, in ſocietate particulari dici non poteſt.*
30 *Actio ab uno ex ſociis alteri ſocio non quæritur, niſi facta ceſſione.*
Alteri ſtipulari nemo poteſt, procedit regula etiam in ſocietate.
31 *Etiam juris canonici diſpoſitione inſpecta.*
32 *Denunciatio Evangelica etiam pro ea non datur.*
33 *Actio quæritur ſocio ſine ceſſione ſtante juramento.*
34 *Actio ex Notarii ſtipulatione quæritur ſine ceſſione,* n.37.38. & 39.
35 *Ratificatio abſentis non requiritur, maxime inter ſocios, &* n.36.
40 *Poſſeſſio & dominium abſenti ſocio non quæruntur, niſi ratificatione ſecuta.*
41 *Contraria opinione probatur, quod non requiratur ratificatio,* num.42. 43.44.45. 46. & 47.
43 *Contractus claudicare non debent.*

44 *Mandatum*

44 *Mandatum ſocius à ſocio habere dicitur.*
45 *Mandatum inter ſocios dicitur provenire à ſocietatis natura, non ſolum ad acquirendum, ſed etiam ad obligandum.*
46 *Ratificatione non eſt opus, ubi quis pro alio utilia facit.*
48 *Conſtituti virtus etiam Notario ſtipulante non operatur, non ſecuta ratificatione abſentis, etiam in acquiſitione facta communi nomine.*
49 *Contraria eſt opinio, ratificatione opus non eſſe.*
50 *Iſta probatur, cum adeſt juramentum, & cum adeſt duplex ſtipulatio, nempe ſocii, & Notarii, &* n.51.
52 *Ratificatio fit verbis & factis remiſſive.*
53 *Ratificatio emptionis fit à ſocio, ſi pretium pro ſua parte ſolvat.*
54 *Si fructus ex re empta percipiat.*
55 *Si rationes de re empta ſibi reddi poſtulet.*
56 *Si rem emptam in libro ſuarum rationum deſcribat.*
57 *Si ſcivit rem emptam ſuo nomine, & tacuit.*
58 *Scientia non præſumitur, niſi probetur.*
59 *Scientia facile præſumi poteſt inter ſocios.*
60 *Ratificatio fieri debet re integra, antequam alteri ſit jus quæſitum.*
61 *Ratificatio à ſocio fieri poteſt, etiam poſt mortem ſocii acquirentis, & fieri poteſt ab hærede ejus, cujus nomine acquiſitio facta fuit, &* numero 62. & ſeq.
64 *Tempus attenditur in ſocietate, quo pertinentia ad ſocietatem cœpta fuerunt.*
65 *Pretii partem ſocius alteri ſocio reſtituere tenetur, ſi vult partem habere in re empta.*
Et erit habenda ratio fructuum perceptorum & intereſſe pretii non ſoluti.
66 *Fructus ex re empta percepti, ante pretii reſtitutionem, in ſortem computari debent, ſecundum unam opinionem.*
67 *Et hoc eſt valde notabile ad acquirendum rem ſine pretio.*
68 *Opinio iſta procedit mandato præcedente, & etiam ſubſecuta ratificatione.*
69 *Contraria eſt opinio, fructus in ſortem non eſſe computandos, &* numero 70. 71. & 72.
73 *Et hanc tenet auctor in ſocietate.*
74 *Res empta proprio nomine in ſocietate particulari communicari non debet, etiam ſi empta fuit cum pecunia communi.*
75 *Etiam ſi empta fuit cum propriis pecuniis alterius ſocii.*
76 *Et poterit ſocius agere ſolummodo, ut pecunia ſibi reſtituatur cum uſuris.*
77 *Contraria eſt opinio, quod res empta proprio nomine cum pecunia communi communicari debeat.*
78 *Opiniones diſtinctione concordantur.*
79 *Res empta, ſi pertineat ad ſocietatem, communicari debet, &* n.80.

 81 Res

81 *Res empta ſi non pertineat ad ſocietatem, communicari non debet.*
82 *Res in dubio non præſumitur pertinere ad ſocietatem, & ſocio alleganti, pertinere ad ſocietatem, incumbit onus probandi, & poteſt probari per conjecturas.*
83 *Conjectura deſumitur à ſociorum conſuetudine, ſi erant ſoliti empta omnia communicare.*
84 *Conjectura deſumitur à qualitate rei, & perſonarum.*
85 *Res empta ab omnibus ſociis communi nomine ſtatim efficitur communis.*
86 *Res empta ab inſtitore efficitur communis.*
87 *Res in dubio præſumitur empta proprio nomine.*
88 *Contrarium probatur conjecturis, & præſumptionibus.*
89 *Præſumitur empta communi, quando pro ea emenda fuerit contracta ſocietas. Quia emendo proprio nomine ſocius maligne & doloſe egiſſet.*
90 *Præſumitur empta communi nomine, ſi fuit empta de pecunia deſtinata in ejus emptionem.*
91 *Pecunia ſemper dicentur deſtinata ad quæſtum, ſi omnes quæſtus conferri debent.*
92 *Præſumitur empta communi nomine, ſi ita communi nomine emere ſoliti erant ſocii. Præſumptiones ponuntur, remiſſive.*
93 *Empta res in dubio cenſetur cum pecunia emptoris.*
94 *Titulum pecuniarum à ſe poſſeſſarum ſocius oſtendere non tenetur.*
95 *Emptio quomodo præſumatur facta de pecunia communi, remiſſive.*

QUia dum agimus de forma ſocietatis ſeu ad lucrum ſeu ad quæſtum,
1 admittimus lucra † & quæſtus inter ſocios communia eſſe debere,
quia, ut pluries dictum fuit, ſocietas ſine communione eſſe non poteſt,
ideo videndum eſt in præſenti, an quæſita à ſociis ſtatim inter eos communia
efficiantur ſeu veniant communicanda. Quid ſit dicendum de rebus,
quæ erant ſociorum ante contractam ſocietatem, declaravi ſupra,
dum egi de cauſa materiali, *in c. 9. numero 41.* modo agam de quæſitis ſocietate
durante, an ſint ſtatim communia ſeu veniant communicanda? Et
hoc ſcire utile erit, quia res quæſita ſi ſtatim communis facta non fuit, ſi
2 erit alienata † à ſocio acquirente, actio ex ſocietate proveniens ab altero
ſocio contra rei emptorem exerceri non poterit, quia non datur contra
tertium, *l. cum cui 13. C. de act. & obligat.* Bald. *in l. 1. numero 4. Cod. ſi quis alteri vel
ſibi*, & emens erit tutus, & non poterit moleſtari, licet emptio ſit ſocietati
damnoſa. Bald. *in l. ſi ſocius, in fin. ff. ſi cert. pet.* & Jaſ. *ibi. numero 1.* Alciat. *num.
5.* & Dec. *numero 5.* Alexand. *in conſil. 152. numero 6. lib. 7.* Anchar. Regien. *quaſt.
3 742. 20. lib. 1.* Et ſi erit effecta † communis, à ſocio acquirente ſolo non poterit
neque alienari, neque pignorari, niſi pro ejus parte. Bald. *in l. ſi ſocius, ff.
ſi cert.*

ſi cert. pet. Menoch. *d. conſ. 122. ſub n. 78. lib. 2.* Et quia præſens inveſtigatio habet
aliquantulum difficultatis, propter diverſos caſus, qui evenire ſolent, &
propter diverſas Doctorum opiniones, ideo ut clare, & omni penitus dif-
ficultate ceſſante, omnia percipiantur, ponam ſeparatim caſus ipſos, qui
evenire ſolent, & quid in quolibet caſu dicendum & terminandum ſit, de-
monſtrabo.

Primus caſus † erit in ſocietate omnium bonorum, quando unus ex ſociis 4
aliquid acquirit expreſſo nomine omnium ſociorum, & hoc caſu res ſta-
tim efficitur communis, & quoad dominium, & quoad poſſeſſionem, Caſtr.
conſ. 349. verſ. 2. lib. 1. Alex. *in conſ. 134. n. 1. lib. 5.* Tiraq. *in tract. de jure conſtit. part. 2. am-
pliat. 32.* Covar. *lib. 3. var. reſol. cap. 19. ſub n. 1.* Et quando communi nomine acqui-
ſitio facta dicitur, declarat Menoch. *conſ. 122. ſub n. 12 lib. 2.* Burſat. *conſ. 118 in princ.
lib. 1.* Joſeph. Lud. *concluſ. 33. n. 80. verſ. Hinc ſexto infertur.*

Secundus caſus erit † ſimiliter in ſocietate omnium bonorum, quando 5
unus ex ſociis aliquid acquirit ſuo nomine proprio, & nulla de cæteris ſo-
ciis mentione facta, & hoc caſu dicendum videtur, rem non communicari
ſtatim, ſed quod veniat communicanda, & quod acquiſitio à ſocio pro-
prio nomine facta ſibi patrocinari non debeat, Odofr. Alber. Bald. & Ful-
goſ. *in l. 1. §. 1. ff. pro ſoc.* Bald *in l ſi ſocius ff. ſi cert. pet. & in l. ſi patruus 4. ſub num. 1. C.
com. utr. Jud. & in conſil. 262. lib. 4. & in l. 1. C. ſi quis alteri vel ſibi & in l. ſi ut proponis
8. in fin. Cod. de rei vend. & in l. ſi fratres, in lect. antiq ff. pro ſoc. & in l. cum oportet 6. col.
4 Cod. de bonis quæ lib. & in l. fin. §. quatuor. ff de leg. 2.* & Alex. Jaſ. & Dec. & cæteri
in d. l. ſi ſocius, ff. ſi cert pet. Anchar. *in conſ. 138.* Angel. *conſ. 271.* Fulgoſ. *conſ. 209. colum.
penult.* Alex. *conſ. 49 n. 11. lib. 1. & conſ. 78. num. 2. & conſ. 152. n. 6 lib. 7.* Tiraq. *in conſuet.
Picto. §. 31. num. 17.* Port. Imol. *conſil. 68. numero 21.* Covar. *c. 19. ſub numero 1. lib 3. var.
reſolut.*

In contrarium, quod ſtatim † fuerit effecta communis, & quoad domi- 6
nium, & quoad poſſeſſionem, videtur tenere *gl. in l ſi patruus in ver. oportet
Cod. com. utriuſque judic.* Lupus *in rub. de donat. inter vir. & uxor. §. 66. numero 24.*
Chaſſan. *in conſuet. Burgun. rub. 4. §. 2. num. 6. verſ. ſunt ergo.* Dida à Sigur. *in tract.
de bonis lucrat. conſt. matr. num. 44.* Gomeſ. *lib. 2. reſolut. jur. c. 5 numero 3.* Menoch.
conſil. 656. lib. 7. Alciat. *conſil. 359. ad fin.* Socin. *conſil. 269. colum. 4. verſ nec præmiſſis,
lib. 2.* Et videtur dicendum, quod iſta ſit opinio ſuſtentabilis contra com-
munem ac etiam verior. Nam ſi in ſocietate omnium bonorum abſque
traditione aliqua ideo dominium transfertur, & inter ſocios communica-
tur, quia titulus † univerſalis accedit perſonæ, ut conſiderat Jaſ. *in d. l. ſi* 7
ſocius, ſub numero 1. ff. ſi cert. pet. utique erit dicendum, quod etiam ſocietate
durante quæſita ſtatim communia efficiantur, quia ratio iſta militat etiam
in rebus poſtea quæſitis, ut probatur *in l. ſi adoptavero, ff. de precar & in auth. in-
greſſi. & in l. fin. Cod. de ſacroſanct. eccl. in c. in præſentia. de probat.* Similiter ſi at-

tendamus

8 tendamus † ad aliam rationem, quæ eſt, quod bona in ſocietate efficiantur
communia, propter æqualitatem timendam, ut tradit Dec. *in d. l. ſi ſocius*, nul-
li dubium eſt, quin iſta æqualitas ſit ſervanda; & in principio, & in medio,
& in fine ſocietatis, ne eadem res diverſo jure cenſeatur.

9 Et ſi ideo bona à principio † ſocietatis communia efficiuntur, quia qui-
libet ſocius præſumitur tenere & poſſidere bona etiam nomine ſocii tan-
quam ex clauſula conſtituti, ut per Bald. *in l. 1 ff. pro ſoc.* & dixi ſupra, *c. 9. num.*
10 *47.* dici debet, quod † iſta ratio militet etiam in rebus quæſitis, durante
ſocietate, quia contractus ſocietatis non eſt momentaneus, ut in eo ſolum-
modo comprehendantur res, quæ ſociorum ſunt tempore contractus, ſed
ejus virtus durat, & ſuos operatur effectus in communione facienda, do-
nec & quouſque ſocii in eodem conſenſu perſeverant. Et virtus conſtituti
11 ſimiliter † ſe extendit ad bona futura ſecundum communem opin. & rece-
ptam in practica, ut teſtatur Tiraq. *in tract. de jur. conſt. part. 2. limit. 32. n. 12.* Nec
obſtat, ſi dicatur, quod virtus conſtituti tunc comprehendit futura, quan-
do expreſſe id dictum fuit, & non alias, ut per Rolan. *in conſ. 79. n. 46 lib. 1.* &
per Cephal. præceptorem meum, qui teſtatur de magis communi, *in conſil.
147. n. 8. lib. 1.* Quia reſpondetur, quod ea eſt natura ſocietatis, ut dixi, ut
comprehendat etiam futura, & clauſula conſtituti, quando adjicitur contra-
ctui comprehendenti futura bona, tunc etiam ab ipſa conſtituti virtute fu-
tura bona, abſque alia expreſſione comprehenduntur, ut per Tiraq. poſt
alios, quos citat *in d. ampliat. 32. n. 19. 20. 21.*

12 Similiter non obſtat, ſi † dicatur eſſe non poſſe, quod duæ fictiones den-
tur in eodem actu, eodem tempore, *l. 1. C. de dotis promiſ.* & quod duæ fictiones
darentur, ſi conſtitutum intelligeretur ineſſe in ſocietate, & etiam futura
bona comprehenderet, ut conſiderat Covar. *d. c. 19. ſub num. 1.* & Tiraq. *d. am-
pliat. 31. ſub num. 8. in fin.* Quia reſpondetur, quod ſocius teneat bona nomine
alterius ſocii non provenit vigore fictionis, ſed hoc in veritate provenit à
propria natura ſocietatis, *d. l. 1. ff. pro ſoc.* Et quod comprehendantur bona
futura, ſimiliter provenit non vigore alicujus fictionis, ſed quia ea eſt natu-
ra ſocietatis, ut etiam futura comprehendat, quæ vere & non ficte ab uno
ex ſociis acquiruntur. Et dato etiam ſed non conceſſo, quod adeſſent duæ
fictiones, tamen id in præſenti fieri poſſe dicendum eſt, quia prius fingitur
adeſſe virtutem conſtituti, & poſtea ex tali conficta virtute futura com-
prehenderentur, & eſſe poteſt, quod dentur duæ fictiones, quando una
eſt alterius conſecutiva, Bart. *in l. ſi is qui pro emptore 15. colum. ult. ff. de uſucap.*
Menoch. *in tract. de præſumpt. lib. 1. quæſt 47. numero 10.* Nec obſtat, quod actio-
13 nes † inter ſocios communes non efficiantur, ſed adinvicem præſtari de-
beant, *l. 3. ff. pro ſoc.* Menoch. *d. conſil. 122. num. 17. lib. 1.* Quia reſpondetur ab
actionibus ad res argumentum non procedere, quia inter eas adeſt diverſa
ra-

ratio. Nam in rebus cadit poſſeſſio, ſed non cadit in actionibus, ut conſiderat
gl. *in d l. 3. ff. pro ſoc.* reddendo rationem, quare res & non actiones inter ſocios
communicentur, & ipſe Menoch. *in conſ. 656. lib. 7. n. 10.* dicit iſta formalia ver-
ba. Porro acquiſita à ſocio † quovis in loco efficiuntur alteri ſocio com- 14
munia, cum negotia communi commodo & damno dicantur pertractata,
& ob id obligatio ab uno ex ſociis uno in loco tranſit ad alium ſocium alio
in loco exiſtentem, ſicut tradit Bald. *in l. certum 13. num. 8. C. famil. erciſ. & in l. cum
te 9. num. 1. verſ. extra opp C. ſi cert. pet.* ex quibus videtur probari, non ſolum res
quæſitas communicari, ſed etiam actiones abſque alia ceſſione, & dici po-
teſt, *d. l. 3 ff. pro ſoc.* loqui in actionibus, quæ competebant ante ſocietatem, &
non habere locum in actionibus quæſitis poſt contractam ſocietatem.

Ulterius non obſtat † tex. *in l. ſi ita ſtipulatus 125. §. Chryſogonus 2. ff de verb.* 15
obligatio. ubi habetur, extrinſecam perſonam in contractibus comprehenſam
dici non poſſe. Quia reſpondetur in contractibus non comprehendi extra-
neam perſonam, quæ redderet contractum inutilem, ſed bene cenſeri poſ-
ſe fuiſſe comprehenſam perſonam illam, quæ contractum inutilem non
redderet, Bald. *in l. ſi patruus 4. ſub numero 5. Cod. commun. utr. jud.* Et reſponde-
tur, dominium non communicari cum ſocio vigore contractus initi cum
extraneo, ſed dominium acquiſitum à ſocio communicari cum altero vi-
gore ſocietatis. Inſuper non obſtat † text. *in l ſi ſocius, ff. ſi cert. pet.* qui loquitur 16
in ſocietate omnium bonorum ſecundum Menoch. & alios ab eo citatos *in
d. conſil. 122. ſub numero 17.* quia negatur, quod loquatur in ſocietate omnium
bonorum, cum de tali ſocietate in ea nullum verbum habeatur, & eſt po-
tius dicendum, quod de alia particulari ſocietate loquatur, propter illa
verba, *propriam pecuniam,* quia ſocii omnium bonorum proprium habere non
poſſunt, cum inter eos omnia ſint communia, & ratio dubitandi in illo
textu inſurgebat ex eo, quia cæteri ſocii contradicebant, forſan prætenden-
tes, quod eſſet conferenda ad utilitatem ſocietatis, & quod non poſſet mu-
tuari contra ſocietatis utilitatem. Ulterius non obſtat † ſi dicatur, quod 17
acquiſita proprio nomine dici non poſſint ſtatim communicata, quia ad
hoc, ut ſtatim communicentur, requiritur quod ſint acquiſita communi
nomine, & ſint etiam acquiſita eo animo & intentione, ut ſint communia,
ita ex Mudæo. *in l. 1. §. 1. ſub numero 2. ff pro ſoc.* tradit Menoch. *d. conſil. 122. num.
12. lib. 2.* Et de conſtituto, quod, licet † extendatur ad futura, tamen id ve- 18
rum ſit & procedat, quando ille, qui conſtituit, acquiſivit poſtea bona eo
animo & intentione, ut ſint ſuppoſita conſtituto, ſecus ſi acquiſivit eo
animo, ut non ſint ſuppoſita, tradit Bald. *in rub Cod. de contrah. empt. quæſt.
21.* per text. *in l. actione, §. quod ſi quis poſt. ff. pro ſoc.* ubi diſponitur, quod ſi
ſocius acquiſivit facta renunciatione ſibi acquirit, & per text. *in l. ult. Cod.
de acquir. poſſ.* ubi habetur, quod in quærendis poteſt quis ei præjudicare,

T cui

19 cui acquirere debet. Nam reſpondetur, ſocium † non poſſe alteri ſocio invito mutare naturam ſocietatis, *l.actione §.diximus, ff.pro ſoc.* & doloſa acquiſitio ab uno ex ſociis facta, ut ſupra dixi, ſibi prodeſſe non debet, & quia de ſocietatis natura eſt, omnia debere eſſe communia, ideo dici non poſſe, ſocium eo animo acquirere poſſe, ut non acquirat ſocietati, ſed dici debere eum, ſive velit ſive nolit, ſocietati quærere, ejus natura attenta.

20 Et dico opus non eſſe, quod † ſocius in acquirendo habeat expreſſam intentionem acquirendi in communi pro cæteris ſociis, quia ſi hoc verum eſſet, hæreditas, quæ uni ſocio obvenit, cum ei obveniat, non præcedente animo acquirendi, non eſſet communicanda. Sed quia communicari debet, ut dixi ſupra *cap.12.* ſequitur in actu acquiſitionis talem intentionem habere non eſſe neceſſarium, *argum. §.pavonum. Inſtit. de rerum, diviſ.*

21 Et etiamſi talis intentio † eſſet neceſſaria, dicendum eſt, ea ſemper in ſocio reperiri, quia hac intentione contraxit à principio, & mutatio voluntaria non præſumitur *c. majores, de baptiſ. l. cum tacitum 3. ff. de probat.* & mutari non poteſt. Et de conſtituto, exploſa Bald. opinion. ſtatim operetur ſuas vires, facta acquiſitione, & non poſſit per conſtituentem præjudicari conſtitutario tradit poſt alios, quos citat, Tiraquell. *d. ampliat. 32. numero 14.*

22 Et non obſtat † textus à Bald. allegatus *in d.l.actione.§.quod ſi quid poſt.ff.pro ſoc.* quia ibi ideo acquiſita ab uno ſocio alteri non communicantur, quoniam erat legitime diſſoluta ſocietas. Si enim non fuiſſet legitime deducta, ſed callide, ut renuncians ſibi ſoli aliquid acquireret, *nihilominus* communicare teneretur, ut eſt text. expreſſus *in §. manet. Inſtit. de ſociet.*

23 Similiter non obſtat † textus ab eodem Baldo allegatus *in l.fin.C de acquir. poſſ.* quia loquitur in non acquiſitis, nempe quando non fuit acquiſitum à Procuratore, ſeu colono: tunc enim dicitur domino præjudicari, & nos agimus de acquiſitis, an ſtatim efficiantur communia. Et ſi ageremus de non acquiſitis, jam dixi vigore ſocietatis, quicquid ſit in Procuratore & colono, non poſſe ſocium ſibi, aut extraneo, & non ſocietati acquirere. Ad dictum textum alio modo etiam reſpondetur ex intentione Salic. & Alexand. Tiraq. *d.ampliat.32.n.16.*

24 Ultimo loco non obſtat † text. *in l.ſi quis ſocietatem 74.ff.pro ſoc.* cujus verba ſunt: *Si quis ſocietatem contraxerit, quod emit, ipſius ſit, non commune, ſed ſocietatis judicio cogitur communicare,* quia dici poteſt, quod non loquatur de ſocietate omnium bonorum, vel verius dici poteſt ejus ſenſum eſſe, quod res empta ab uno ex ſociis ratione emptionis ſolummodo non efficiatur communis, quia perſona extrinſeca non comprehenditur in contractu, ſed efficiatur communis judicio ſocietatis. Quia quemadmodum contractus emptionis operatur, ut

dominium:

dominium transferatur in ſocium ementem, ita ex virtute contractus ſocietatis jam initæ cauſatur dominii communicatio inter ſocios, & ſic bene procedit, quod non ex emptione, ſed ex ſocietate bona communicentur. Retenta tamen prima † opinione, à qua in conſulendo & judicando recedi 25
non debet, quia communis eſt, dico, & hoc procedit etiam in primo caſu ſuprapoſito, quod nulla ratio habeatur, an res fuerit empta de propria, ſive de communi pecunia. Nam quemadmodum in primo caſu, quando emitur communi nomine, ſtatim efficitur communis, & non eſt agendem de reſtitutione pecuniæ, quia ea etiam erat communicanda, ita in ſecundo caſu, quando emitur proprio nomine abſque ulla pecuniarum reſtitutione, communicari debet, Ceph. *conſ. 247. n. 9. lib. 2.* Et ſi pecuniarum reſtitutio non eſt facienda in hac ſocietate omnium bonorum, ſuperfluum quærere, & inveſtigare, an pecunia, cum qua fuit facta acquiſitio, eſſet ſocii acquirentis ſecundum communem, & ſi hoc inveſtigandum eſſet, cum in particulari aliquid ſociis retinere non liceat, dicerem in dubio præſumi eſſe communem, ut per Cravet. *conſ. 159. num. 2. lib. 1.* Dico inſuper † quatenus fuit 26
firmatum, ſecundum communem opinionem, acquiſita nomine proprio ſocium debere communicare, hoc verum eſſe, niſi alter ſocius ſciat acquiſitionem ſic proprio nomine fuiſſe factam, & taceat, & non contradicat, quia ex tali taciturnitate ſibi præjudicat, cum permittat fieri actus diſſociativos, Cravet. *conſ. 26. num. 9. & conſ. 123. num. 7. lib. 1.* Tertius erit caſus, etiam
† in eadem ſocietate bonorum omnium, quando ſumus in dubio, & non 27
conſtat, an ſocius communi vel proprio nomine acquiſiverit. Et hoc caſu acquiſitionem communi nomine factam cenſeri debere dicendum eſt ea ratione, quia ſocius tenetur acquirere in communi, & ſi præſumeretur acquiſiviſſe nomine proprio, dolus præſumeretur, & doli præſumptio ſemper eſt excludenda, *l. merito 51. ff. pro ſoc. l. quoties, 18. §. qui dolo 1. ff. de probat. c. fin. de præſumpt.* & ita tenet Bald. *in conſil. 61. numero 3. lib. 2.* & Cravet. *d. conſil. 159 ſub n. 2. lib. 2.* Neque huic opinioni repugnat † conſideratio Gabriel. Mudæi relata 28
à Menoch. *d. conſil. 122. ſub num. 20.* quod ſocius teneatur in communi ponere, & non in communi acquirere. Quia reſpondetur teneri in communi acquirere, cum videamus, ſi proprio nomine acquirat, callide & doloſe facere dicatur, ut ſupra proxime dixi. Nam doloſe & callide facere non diceretur, ſi nomine ſocietatis acquirere non teneretur, & non diceretur facere actus diſſociativos, & naturæ ſocietatis, & ſociorum intentioni contrarios, prout facere dicitur, ut per Cravet. *d. conſ. 26. num 9. & d. conſ. 123. num. 7. lib. 1.*

Quartus erit caſus † non in ſocietate omnium bonorum, ſed in ſocietate 29
generali ad quæſtum ſeu in cæteris ſocietatibus particularib. an cõmuni nomine quæſita ſtatim cum cæteris ſociis cõmunia efficiantur? Duę ſunt con-

ſtituendæ inſpectiones. Prima erit, quando ab uno ex ſociis res fuit quæſita,
puta empta communi nomine, ſed adhuc ei non fuit tradita poſſeſſio. Se-
cunda erit, quando ab uno empta fuit communi nomine, & ei data fuit
poſſeſſio. In prima inſpectione dicendum erit, rem emptam communi no-
mine communem fuiſſe effectam dici non poſſe, quia re non tradita tantum
emptori competit actio ex empto, & in eum dominium non transfertur, *§.*
traditionib. Inſtit. de rerum diviſ. §. cum autem, ibi, quia ſane qui nondum rem emptori
tradit, adhuc ipſe dominus eſt. Inſtit. de empt. & vend. Nam ſi non fuit translatum
dominium in ſocium ementem, quod in alterum ſocium fuerit translatum,
& fuerit inter eos communicatum, dici non poteſt; quia in alium nemo
plus juris transferre poteſt, quam ipſe habeat, *l. nemo plus, ff. de reg. jur.* Neque
etiam dici poteſt, actionem competentem ſocio ementi competere etiam al-
30 teri ſocio, cujus nomine etiam emptio facta fuit, quia ex contractu † com-
muni nomine geſto ab uno ex ſociis, cæteris actio non quæritur, ſed ceſſio-
ne opus eſt, *l. 3. & l. ſi quis ſocietatem 74. ff pro ſoc.* & regula, *quod alteri ſtipulari nemo*
poßit, procedat etiam inter ſocios, Alex *in l. 2. §. ex his, num. 16. ff. de verb. obl.* per
text. *in l. proprium 5. ff com. præd.* & de hac regula dicam infra latius ſuo loco.
31 Et procedit regula iſta † etiam juris canonici diſpoſitione inſpecta. Innoc.
in c. cum contingat. de jurejur. Rim. *conſ. 277. num. 8. & conſil. 523.* Gabriel qui alios re-
fert. *tit. de verb. obl. concl. 1. ſub num. 67.* Rimin. jun. *conſil. 521. numero 34. lib 5.* ea ra-
tione, quia niſi expreſſe cautum reperiatur, non eſt inducenda differentia
inter jus civile & jus canonicum, *c. 1. & c. 2. de oper. nou. nunc.* & quia etiam de
jure canonico non auditur, niſi ille, cui intereſt, *c. cum inter. de elect. & c. non ſolet.*
32 *2. q. 7.* Et hac ratione attenta † non competere etiam denunciationem Evan-
gelicam, tenuit Bart. *in extravag ad reprimendum, in ver. denunciationem, col. 1. in fin.*
& Imol. *in l. ſtipulatio iſta. §. alteri col. 3. ff. de verb. oblig.* ſed de hac Bart. & Imol.
opinione valde dubitandum eſt, quia in contrarium ex tali ſtipulatione
competere denunciationem Evangelicam tenent quamplures non modicæ
auctoritatis relati à Gabr. *d. concluſ. 1. n. 68.*
33 Verum licet prædicta † vera ſint regulariter, actionem à ſocio emptore
communi nomine cæteris ſociis non acquiri, niſi facta ceſſione, tamen de-
clarantur non procedere, quando in ipſa venditione fuit adhibitum jura-
mentum, quia tunc ejus vigore actio transfertur ſine ceſſione, ea ratione,
quia Deo juramentum præſtitum cenſetur, *c. debitores, de jurejur.* & quia
Deus ubique præſens eſt, dicitur ſupplere præſentiam partis abſentis, &
dicitur recipere promiſſionem vice partis, *l. properandum 13. §. ſin autem reus, ibi.*
Dei præſentia. Cod. de Jud. & plures hanc opinionem tenentes citat Gabr. *d. con-*
cl. 1 numero 69. & quod procedat etiam de jure civili, dicit ſub *numero 71.* &
ita tenet Rolan. *in conſil. 119. numero 33. lib. 2.* & eam dicit communem Seraf. *in*
tract. de privil. jur. privil. 25. numero 3. & Burſat. *conſil. 119. numero 5. & 6. lib. 1.* & alios
multos

multos tenentes hanc opinionem refert Teſſaur. *deciſ.70. ſub num.8. verſ. ſed contrarium.* Similiter declarantur † non procedere, quando Notarii ſtipulatio interpoſita fuiſſet, quia ex ea abſenti quæritur actio ſine ceſſione Gabr. 34
in d. concl.1. numero 98. verſ. contrariam, ubi plures citat teſtantes hanc eſſe communem & magis communem opinionem Burſat. *d. conſil. 118. numero 6. lib. 1.* Rol. *d. conſil 19. numero 17. lib. 1.* Oſach. *deciſ.33.* Cravet. *conſil. 815. lib. 5.* Clar. *§. donatio. q 13.* Thob. *conſ.56. num. 16.* Borgn. *deciſ. 42. numero 13. part. 1.* Et quamvis Teſſa. *d. deciſ.70. n.4. verſ. ſi ſunt,* aſſerat, contrariam opinionem ſibi videri veriorem & communiorem, tamen credo ego hanc noſtram eſſe magis communem, ac etiam in practica receptam citra omnem difficultatem. Neque in his duabus † limitationibus dicendum eſt acquiri abſenti actionem ſine 35
ceſſione, accedente ejus ratificatione, & non alias, & ante ratificationem poſſe revocari quicquid actum fuit, ut per Seraf. *d. tract. de privil. jur. privil.25 num. 3.* & per Teſſaur. *d. deciſ.70. num.5.* quia quod abſque alia ratificatione irrevocabiliter ſit quæſita actio abſenti, vigore juramenti dicendum eſt, ex eo, quia venditor jurans non poteſt venire contra juramentum, & juramentum etiam actum revocabilem facit irrevocabilem, ſi ſit promiſſorium, ut concordando opiniones tradit Teſſaur. *d. deciſ.76. num.5.* & ita tenet Burſat. *d. conſil.118. numero 6. lib. 1.* ubi teſtatur de magis communi opinione. Et adeo irrevocabiliter tranſit vigore juramenti actio † in abſentem, ut nec etiam ab 36
ipſo abſente ei renunciari poſſit, quando ejus renunciatio tenderet in præjudicium aliorum, ut declarat Burſat. *d. conſil.118. numero 8. & ſeq. lib. 1.* Et quod ei renunciari non poſſit à ſocio abſente, eo magis dicendum eſt, quia jam in contractu ſocietatis conſenſit de acquirendo in communi, & ejus conſenſum revocare non poteſt, *l. actione, §. diximus, ff. pro ſoc.* Quod ſimiliter ſit † ſocio abſenti quæſita irrevocabiliter, ex ſtipulatione Notarii, abſque ra- 37
tificatione, dicendum eſt, quia tutores tenentes, ex ſtipulatione Notarii acquiri actionem abſenti, & teſtantes hanc eſſe magis communem & in practica receptam opinion. loquuntur præſuppoſito, nullam extare ratificationem, ut videre licet, & tradit Rolan. *dict. conſil. 19. ſub numero 28. verſ. non obſtat.* & ita affirmat Burſat. *d. conſil. 118. numero 5.* & idem Roland. *conſ.4. num.16 lib. 1.*

Et ſine dubio iſta opinio † in præſenti caret omni penitus difficultate, 38
quia ſi venditio fuit facta ſocio præſenti, ab ea recedere venditori non erit licitum, & ſi actio tranſivit in ſocium abſentem, cujus nomine etiam emptio facta fuit, neque ei licitum erit eam non acceptare, contra ejus conſenſum jam præſtitum in ſocietate contracta, *d. l. actione, §. diximus, ff. pro ſoc.* Et non poterit juri † & actioni ſibi quæſitæ ex dicta emptione renunciare, non 39
ſolum reſpectu ſocii ſed etiam reſpectu creditorum, ut per Burſat. *d. conſ.118. num.10. lib. 1.* In ſecunda inſpectione, agendo non de actione, ſed de ipſa re

empta, cujus etiam poſſeſſio tradita fuit ſocio emptori, dicendum videtur,
40 eſſe neceſſariam ratificationem ſocii abſentis, ad hoc ut ei quæratur † poſſeſſio & dominium, juxta text *in l. ſi ego 24 ff. de neg. geſt. & in l. fundus 64. ff. de contrah. empt.* ita tener Bald. *in l. ſi patruus 4. ſub n. 3. C. com. utr. jud.* & Bart. *ibid. ſub n. 4. & in l. Titium & Mævium 74. §. altero 6. ſub n. 2. ff. de admin. tut.* Collegium Paravinum inter conſilia Zabarel. *conſ. 29.* Alex. *conſ. 134. n. 3. lib. 5.* Menoch. *conſ. 122. ſub num. 20. lib. 2.* Put. *deciſ. 72. lib. 2.* ſecundum librum meum manuſcriptum.
41 Sed mihi dicendum † videtur, rem emptam à ſocio, & ei traditam, ſtatim communicari cum cæteris ſociis, quorum nomine empta fuit, & non eſſe neceſſariam ratificationem, & ad ita tenendum moveor per tex. *in l. cum duob. in princ. ff. pro ſoc.* ubi probatur mandanti licere emere fundum pro ſe, non obſtante mandato alteri facto de emendo, in communi, ſed non licere uni ſocio emere fundum pro ſe, ſuper quo emendo in communi fuerat contracta ſocietas, & ſi ematur dividi debere cum altero ſocio, & eſt ratio diverſitatis inter mandatum & ſocietatem, quia in mandato licet pœnitere ſed non licet in ſocietate, ut ibi Bart. tradit in ſummario. Si igitur res efficitur communis, quia non licet pœnitere, ergo non eſt opus ratificatione, cum à conſenſu jam præſtito in ſocietate recedere non liceat, & eſt tex. *in l. ſi fratres 52.*
42 *§. ſi quis ſocietatem, ff. eod.* Etiam ut † dictam opinionem teneam, moveor ea ratione, quia ſi ſocius unus ſolus peregrinetur & naviget in longinquis partibus, nihilominus alteri ſocio abſentia non obſtante acquirit. *l. cum duob. 52. §. quidam ſagariam, ff. pro ſoc.* Menoch. *conſ. 656. lib. 7.* & ſi neceſſaria eſſet ratificatio, proculdubio ei non acquireret, quia ab ignorante fieri non poteſt,
43 Patiſ. *conſ. 42. n. 97. lib. 1.* Et ſi in omnibus contractibus † dici ſolet, eos claudicare non debere, *l. litigatores 11. §. penul. ff. de arbitr.* & eos eſſe poſt fact. neceſſitaris, licet à principio ſint voluntatis, *l. ſicut 5. C. de act. & oblig.* dici etiam debet, quod contracta ſocietate generali ad quæſtum ſive ad talem quæſtum, & emptis rebus ad quæſtum pertinentibus, ſtatim communes eſſe debent, abſque alia ratificatione, quia ſi deberet expectari ratificatio, interim contractus penderet, & claudicaret, & eſſet in poteſtate ſocii, non ratificando recedere à contractu & ejus obligatione. Cum etiam dici ſoleat, in rebus
44 † ſocietatis ſocium à ſocio habere mandatum gl. *in l. nemo 35. ff. pro ſoc. & in l. de pupillo 5. §. ſi plurium 5. ff. de nov. oper. nunciat.* Alex. *in l. ſervi electione 5. §. Labeo 1. n. 3. ff. de leg. 1.* Dec. *conſ. 566. n. 1. lib. 2.* Ceph. *conſ. 763. n. 25. lib. 5.* Joſeph. Lud. *concl. 53. ver. ſocii. n. 47.* Dec. *conſ. 60. n. 4. lib. 2.* dici etiam debet de ratificatione non eſſe quærendum, quia ea non eſt neceſſaria præcedente mandato, *d. l. ſi ego 24. ff. de neg. geſt. d. l. ſi fundus 64. ff. de contrah. empt. & l. ſi permittente 4. C. ad Macedon.* Et ſi negetur
44 † ſocium à ſocio habere mandatum, reſpondetur, etſi verè ſocius non dicatur à ſocio habere expreſſum mandatum, de quo habetur *toto tit. ff. & Cod. mandat.* tamen habet auctoritatem emendi pertinentia ad ſocietatem, vigore ipſius

ipſius ſocietatis initæ ad quæſtum, in commune quærendum,& hoc modo etiam dicitur habere tacitum mandatum *d.l.cum duob.in princ.52.& l.ſi unus 67. §.ſi unus 1.ff.pro ſoc.* Cravet.*conſ.129.lib.1,*Battez.*conſ.558.n.13.& ſeq.lib. 2. conſ.* Crim. Surd.*dec.213.n.2.*ubi dicit habere mandatum ad obligandum etiam bona.Ex eo etiam, quia ſi ſocius † emat communi nomine pertinentia ad quæſtum, 46
dicitur utilia facere *l.coire 4.ff.pro ſoc.*tenendum eſt , non eſſe neceſſariam ratificationem, quia in omni negotio, ſi quis pro alio utilia facit , ejus ratificatio, ad hoc ut detur actio negotiorum geſtorum , non eſt neceſſaria , id omnium Doctorum conſenſu firmari dicit Gabr. *conſ5.n 39. lib.1.* Rot. Genuen. *dec.14.n.68.*Et hanc opinionem † his motus fundamentis veriorem eſſe putō 47
& eſſe ſequendam. Et dico non obſtare contraria, quæ ex adverſo allegantur, quia aut procedunt inter non ſocios , & non præcedente aliquo contractu , ex quo reſultet auctoritas, & facultas emendi communi nomine. Aut procedunt inter ſocios in rebus non comprehenſis in ipſa ſocietate.Sed dato & non conceſſo † neceſſariam eſſe ratificationem, quæro , an neceſſaria ſit , quando ſocius acquiſivit communi nomine interveniente ſtipulatione Notarii , juramento, & clauſula conſtituti , & an ante ratificationem 48
ſocius acquirens poſſit de ea diſponere in præjudicium alterius ſocii, ita ut à ſocio acquiſitio amplius ratificari non poſſit? Doctores in hoc diverſa dicunt. Aliqui tenent, virtute clauſulæ conſtituti appoſitæ à Notario non transferri poſſeſſionem & dominium in ſocium abſentem , cujus nomine etiam emptio facta fuit, niſi ſecuta ejus ratificatione. Socin *in l.1. §. juſſerim. in fin.ff.de acq.poſſ* Ruin. *conſ.121.in fin.& conſ.180.col.3. in fin.lib.1.* Dec.*in l.contractus, 23.col.5. verſ.& ampliatur.ff.de reg.jur.*Rol.*in conſ 4.numero 10. lib.1.* & multos hanc opinionem tenentes refert & ſequitur Teſſaur. *d. deciſ.70. numero 7.* Alii ſunt Doctores † tenentes contrariam opinionem , virtute clauſulæ præfatæ , à Notario appoſitæ , favore obſentis ei poſſeſſionem & dominium acquiri. 49
Socin. *in conſil.90.lib.3.* Ruin. *conſil. 172. colum. 4. lib.3.* Socin. jun. *conſil. 67. lib.3.* Moderniores Pariſienſ. *conſil.60.numero 13.* Decian. *conſil.1.numero 19 & ſeq. lib.3.* Joſeph.Ludov *deciſ.Peruſ.29.num.13.& 18.part.1.*Borgn. *deciſ.42.numero 18. & 29. part.1.*Rol.*conſil.19.numero 23. lib. 1.* Burſat. *conſil. 118.lib.1.* Et hanc opinionem † puto ego eſſe veriorem, & omnino eſſe ſequendam in caſu noſtro, ſi cum clauſula conſtituti adſit etiam juramentum, cujus virtute revocabilia efficiuntur irrevocabilia. Borgn. *dec. 42. num.6.* & abſens pro præſente habetur 50
Rol *d.conſ.19.num 83.*& Burſat. *d.conſil.118.num.6* & etiam adſit duplex ſtipulatio, nempe ſtipulatio facta à ſocio emente & ſtipulatio facta à Notario. Alb. *in conſ.36.poſt Bart.in d.l.ſi ego 24.ff.de neg.geſt* Teſſaur. *d deciſ.70.n.13* Et jus ſocio acquiſitum † dictis duabus perſonis, nempe ſocio emptore, & Notario ſtipulante , quod ab ipſo emptore ante ratificationem ſocii abſentis tolli non 51
poſſit,tradit Teſſaur, *d.dec. 70.n.14.* ubi dicit Notarium hoc facere non poſſe

etiam

etiam cum conſenſu alterius perſonæ, quæ cum eo ſtipulata fuit poſt, Affl.
ſuper conſtit. regn c. Bajulus, n. 43. Et hoc nullam habet difficultatem inter ſo-
cios, quia ſtatim re communi effecta per Notarii ſtipulationem & conſtitu-
tum amplius in præjudicium alterius ſocii, & ſine ejus conſenſu alienari
52 non poteſt. Bald. in l. ſi ſocius, ff. ſi cert. petat. Et caſu, quo ratificatio † ſit neceſ-
ſaria, eam factam fuiſſe apparebit non ſolum verbis, ſed etiam factis, l. Pau-
lus ff. rem ratam haberi. Quæ verba inducant ratificationem facile eſt percipere.
De factis aliqua dicam. Exempli gratia & plura alia videri poterunt per
Maſchar. d. concl. 1255. per Rol. conſ. 4 lib. 2. & conſ. 60. lib. 4. & per Burſat. conſ. 118. &
conſ. ſeq. lib. 1. & per Menoch. in tract. de recup poſſeſſ. rem. 15. n. 120. Socius facto ra-
53 tificaſſe dicitur † emptionem ab altero ſocio factam communi nomine, ſi
pretium pro ſui parte debitum ſolvat. l. ſed Julianus 7. §. ult. & l. ſeq. ff. ad Maced.
l. cum fidem 4. C. de non num. pecun.
54 Et dicitur ratificaſſe, ſi † fructus ex re empta percipit. Socin. conſ. 18. n. 3. lib.
3. Tiraq de jur. conſtit. part. 3. limit. 30. num. 11. & ſeq. & num 21 Menoch. in tract. de præ-
ſumpt. lib. 2. præſ. 39 num. 6. & in tract. de recuper. poſſeſſ. rem. 15. num. 120. Burſat. d. conſil.
55 118. num. 16. lib. 1. etſi rationes de re empta † ſibi reddi petat. Dec. poſt Caſtr.
quem allegat in l. ſemper qui non prohibet 60. num. 8. ff. de reg jur. etſi in libro ſua-
56 rum † rationum dictam rem emptam deſcribat Menoch. conſil. 79. num. 16. lib.
57 1. & d. præſ. 39. num. 7. lib. 2. Etiam ſi ſolum † ſcivit rem fuiſſe emptam ſuo no-
mine, & tacuit, ratificaſſe dicitur, Ruin. conſil. 174. col. 3. verſ. ſed ex alio. lib. 1.
Dec. conſil. 58. col. 2. lib. 1. Pariſ. conſ. 89. col. pen. lib. 3. Cephal. conſ 33. num. 19. lib. 1. Rol.
conſil. 19. nu. 36. lib. 1. & conſ. 4 num. 29. lib. 2. Menoch. conſ. 189. num. 10. lib. 2. & conſ. 229.
num. 26. lib. 3. & in d. præſ. 39 in fin. lib. 2. Burſat. d. conſil. 118. num. 11. & d. conſil. 119. num.
58 1. lib. 1. Et quamvis † ſcientia non præſumatur, niſi probetur ſaltem per
conjecturas, Bald. conſil. 74. & conſil. 392. numero 1. lib. 1. & conſ. 437. lib. 5. Borgn.
59 deciſ. 36. part. 1. late Maſchard. in d. tract de probat. concl. 1293. ea tamen facile †
præſumi poterit inter ſocios, qui ut plurimum inſimul habitant, vel ſunt
conſanguinei, vel inſimul converſantur, late Maſchar. d. concl. 1293. Roland.
d. conſil. 19. lib. 1. d. conſil. 4. lib. 2. & d. conſil. 60. lib. 4. Burſat. d. conſ. 118. & d. conſil. 119.
lib. 1. Cephal. d. conſil. 33. numero 19. lib. 1. Honded. conſil. 35. numero 26. 27. & 28. lib. 1.
60 Sed ad hoc ut facta ratificatio † valeat, conſtare etiam debet fuiſſe factam
re integra, id eſt, antequam alteri ſit jus quæſitum, quia ſi facta appa-
reret poſt jus alteri quæſitum, non retrotraheretur, Alexand. conſil. 10. colum.
2. lib. 1. & conſil. 26 lib. 2. & conſil. 135. colum. 2. lib. 6. Ruin. conſil. 172. numero 14. lib. 1.
Dec. conſil. 247. colum. 3. lib. 1 Gozad. conſil. 14. colum 2. Roland. d. conſil. 19. numero
12. lib. 1. & d. conſil. 4 numero 10. & ſeq. lib. 2. Et re exiſtente integra, quod non
61 ſit † in ea alteri jus quæſitum, poterit ratificari à ſocio, cujus nomine
empta fuit etiam poſt mortem ſocii emptoris, & poterit mortuo ſocio,
cujus nomine quæſita fuerit ratificatio, fieri ab ejus hærede. Quod
poſſit

Digitized by Google

poſſit ratificari ab hærede ſocii, cujus nomine quæſita fuit, tradit Gabr. *conſ. 80. n. 3. lib. 1.* per text. *in l. ſi fine 22. §. ſi procuratori 8. ff. rem rat. hab.* & citat Din. *in c. ratum. colum. pen. de reg. jur. in 6.* Bart. *in l. bonorum 24. colum. 2. ff. rem rat. hab.* Dd. *in l. ejus qui in provincia 41. ff. ſi cert. pet.* ubi Alexand *numero 7.* & Dec. *in fin.* Ruin. *conſil. 168. colum. pen. lib. 1.* Et quod poſſit † ratificatio fieri etiam mortuo ac- 62
quirente, quicquid dicat Cephal. loquendo de donatione, *in conſil. 440. numero 35. lib. 3.* tenet ſimiliter in donatione loquendo Teſſaur. *in d. deciſ. 70. ſub numero 5.* & dicit Cephal. opinionem procedere, quando à donatore vivente fuiſſet revocata donatio, & iſta opinio probatur per textum, quem ipſe Cephal. allegat *in l. bonorum 24. ff. rem rat. haber.* ubi diſponitur, quod ſi quis accipiat poſſeſſionem nomine meo, potero ratum habere etiam poſt ejus mortem, & *hujus l.* diſpoſitione ſtante ab hac opinione non eſt recedendum, & quod iſte ſit *l. 1.* intellectus tradit Nat. ad Alex. *in conſil. 24. numero 9. lib. 5.*

Et non obſtat, ſi dicatur, morte † ſocietatem diſſolvi. *l. adeo 59. ff. pro ſoc.* quia 63
pertinentia ad ſocietatem incepta & non completa tranſeunt ad hæredes, *l. hæres ſocii, & ibi Bald. ff. pro ſoc. Gloſ. fin. in l. nemo 68. ff. eod.* Et in ſocietate attenditur
† tempus, in quo pertinentia ad ſocietatem tractari incepta fuerunt, *l. nam & Servius, §. ſi vivo. ff. de neg. geſt.* gl. *in l. verum 63. §. in hæredem 8. ff. pro ſoc.* quam 64
communiter receptam dicit Oſaſch. *dec. 76. ſub n. 3.* Cum autem ſocius † cujus 65
nomine res empta fuit, ſi vult partem in re ipſa habere, teneatur alteri ſocio emptori reſtituere partem pecuniarum expenſarum, *l. 2. & ibi Bart. & Bald. & cæteri. C. pro ſoc.* Alex. *in conſ. 134. lib. 5.* & ſit habenda ratio melioramentorum, fructuum perceptorum & intereſſe pretii non ſoluti, ut per Alex. *conſ. 77. col. fin. lib. 6.* & per Rol. *in conſ. 4. in fin. lib. 2.* dubitari poteſt, an fructus † 66
ex re perceptos ante pretii reſtitutionem in ſortem imputare teneatur? Et affirmative tenendum videbatur, eſſe imputandos, quia ſi mandato alterius quis rem aliquam emat, & de propria pecunia pretium ſolvat, & rem retineat tanto tempore, ut fructus percepti ſortem adæquent, rem dare erit obligatus, & repetere pretium non poterit, cum de eo fuerit ſatisfactus ex fructibus perceptis, Bald. *in rub. Cod. de contrahen. empt. quæſt. 15.* Jaſon. *in l. non amplius 26. §. fin. colum. 1. de leg. 1. & in l. divortio 7. §. ob donationes 5. colum. ult. ff. ſol. matrimon. & in l. 2. §. mutui datio. colum. ult. ver. decimo quinto fallit.* ubi Purpur. *numero 120. ff. ſi cert. pet.* Cotta. *in memor. ver. Procurator emit.* Cremenſ. *ſing. 160.* Gerard. *ſing. 31.* Ferrat. *caut. 54.* qui dicit, hoc † eſſe valde notabile & cordi 67
tenendum ad acquirendum rem ſine pretio. Et quamvis iſti Doctores † 68
loquantur in mandato præcedente: tamen idem dicendum videtur in ratificatione ſecuta, quia mandato æquiparatur, *l. ſi ego 24 ff. de neg. geſt. c. ratihabitionem. de reg. jur. in 6.* In contrarium, quod fructus in † ſortem non ſint com- 69
putandi, dicendum videtur, quia cum ſimus inter ſocios, qui quæſtus ac-

V quirere

quirere ſtudent, & ad hoc ſocietatem contraxiſſe dicuntur, erit habenda ratio non ſolum quantitatis expenſæ, ſed etiam intereſſe, etiam lucri ceſſantis, & ita fructus non cum ſorte ſed potius cum intereſſe erunt compenſandi, & hoc videtur probari per tex. *in l. ſi unus 67. §. ſi quid unus 2. ff. pro ſoc.* cujus verba ſunt: *Si quid unus ex ſociis neceſſario de ſuo impenderit in commune negotium, judicio ſocietatis ſervabit & uſuras, ſi forte mutuatus ſub uſuris dedit, ſed & ſi ſuam pecuniam dedit, non ſine cauſa dicitur, quod uſuras quoque percipere debet, quas*
70 *poſſit habere, ſi alii mutuum dediſſet.* Et ad hoc etiam † probandum allegatur text. *in l. ſi vero 12. §. ſi mihi mandaveris 9 ff. mandati.* ubi Juriſconſultus inquit, quod ſi quis mihi mandaverit, ut rem aliquam emam, egoque emero meo pretio, non tantum quod expenſum eſt conſequi poſſe me, ſed etiam uſuras, uſuras autem non tantum ex mora admittendas, verum etiam Judicem æſtimare debere, ſi exegit à debitore ſuo & ſolvit, cum uberrimas uſuras conſequeretur: æquiſſimum enim erit, ejus rei rationem haberi, aut ſi ipſe mutuatus eſt gravibus uſuris, ſolvit, & iſtum textum ad hoc ibi notat Bald. & ſequitur Bald. Afflict. *dec. 91. num. 1.* Et ita hanc opinionem per iſtum textum tenet Beccius *conſil. 113. numero 33.* & ex Cotta. *d. memoral. Procurator emit.* dicit, quod difficile erit dare caſum, in quo quis habeat fundum ſine pretio, maxime inter Genuenſes & Florentinos, qui pecunias in arca non recon-
71 dunt. Et pro hac opinione † probanda conſideratur etiam, dominium rei emptæ non tranſire in ſocium, cujus nomine empta fuit ante ejus ratificationem, & ante pretii reſtitutionem, ſed permanere penes emptorem, quia ea mente, & ea intentione videtur eam emiſſe, ut ſibi pretium reſtituatur, & ſic dominium transferatur pretio ſibi reſtituto, & non alias, ex
72 traditis ab Alexand. *conſil. 232. num. 3. lib. 6.* Si enim dominium † eſt penes ementem ante ratificationem, & pretii reſtitutionem, per conſequens etiam fructus ad ipſum pertinere deberent, & ratione æquitatis, & ratione dominii, ad trad. per Dec *conſil. 543 colum. ult. libro ſecundo.* Et ita hac ratione motus fructus pertinere ad ementem tenet Gabr. *conſil. 80. numero 4. libro primo,*
73 & poſt eum Becc. *d conſil. 113. numero 33.* agendo de ſociis, ſi res empta † ſtatim fuit effecta communis, ut ſupra tenui, fructus etiam erunt communes, & pecunia pro parte erit reſtituenda, & poterit ſocius non ſolum conſequi pretium ſed etiam intereſſe, quod ſibi debebitur ratione pretii ſoluti de propria pecunia, ut habetur *in d l. ſi unus 67. §. ſi quid unus 2.* & hoc ex natura ſocietatis. Si vero ſtatim non fuit effecta communis, dico, quod ſecuta ratificatione, quemadmodum res ipſa debet communicari, ita etiam de fructibus perceptis ratio à ſocio erit reddenda, & poterit conſequi intereſſe paſſum, ratione pretii ſoluti de ſua pecunia, quia ita operatur natura ſocietatis, & ubi non adſit ſocietas, tranſeat cum opinione Gabr. & Beccii.
74 Quintus eſt caſus, quando † res fuit empta proprio nomine, & non nomino
aliorum

aliorum ſociorum, & hoc caſu dicendum videtur non effici communem,
imo nec etiam communicari debere, & ad communicationem faciendam ſo-
cium cogi non poſſe, etiam ſi fuerit emptio facta cum communibus pecuniis,
Gloſ. in l. ſi quis ſocietatem 74. ff. pro ſoc. Bart. & Bald. in d. l. ſi patruus 4. Com. utr. Jud.
Bart. in l. Titium & Mævium 74 §. altero 6. ff. de admin. tut. Bald. in l. ſi fratres 52. in
princ verſ ſed quid ſi ſunt duo. ff. pro ſoc. Colleg. Patav. inter conſilia Zabarel conſil.
27. Joan. de Anania conſ. 65. viſo puncto. in 2. dubio. Lud. Bologn. conſ. 7. col. pen. in fin.
Rimin. ſen. conſ. 300. n. 92. lib 2. Corn. conſil. 54. n. 2. lib. 1. Ruin. conſ. 216. num 4. lib. 1.
Petr. de Ubald. in tract. de duob. fratr. part. 5. num. 3. & iſta eſt communis opinio
ſecundum Menoch. in conſil. 121. num. 32. & n. 78. & in conſil. 122. n. 2. in fin. & ſub n.
20. lib. 2 & in conſil. 419. n 5. lib. 7. Joſeph. Lud. concl. 53. ver. in ſocietate n. 60. Et quod
iſta opinio † vera ſit, etiam ſi emptio fuerit facta de propriis pecuniis alte- 75
rius ſocii, tradit Roman. conſil. 291 ſub n. 6. Menoch. d. conſil. 122. n. 40. lib. 2. & in
d. conſil. 419. ſub n. 5. lib. 5.

Et ſolum ſocius ille, cujus † pecunia fuit expenſa, poterit agere pro pe- 76
cunia ſua expenſa, ut ſibi reſtituatur una cum uſuris. Menoch. in conſ. 121. n.
78. lib. 2. ubi citat ſe aptum in conſil. 12. num. 20. lib. 1. & in dict. conſil. 419. ſub num. 5.
lib. 5. In contrarium, quod res empta † ab uno ex ſociis nomine proprio 77
cum pecunia communi communicari debeat, tenent Bald. & Salic. in l. pen.
C. ſi quis alteri vel ſibi. Bald. in conſil. 260. unus videlicet, num. 3. & in conſil. 304. Non
eſt novum, in 2. dubio. lib. 1. & in conſil. 125. Quidam Joannes, colum. 1. verſ. & dicit lex:
lib. 5. Angel. conſil. 174. filius Ugonis, num. 2. Anchar. in conſil. 149. num. 4. & conſil. 302.
num. 3. Dec. conſil. 254. lib. 1. & Socin. conſil. 254. lib. 2. Contrariæ iſtæ opiniones
† optima diſtinctione concordari poſſunt, quam ponit Petr. de Ubald. in 78
d. tract de duob. fratr. part. 5. num. 3. Nam dicit ipſe eſſe conſiderandum, an res
emptæ pertineant ad ſocietatem, an vero non pertineant, vel an ſimus in
dubio, an pertineant.

Primo caſu determinat, res emptas † ad ſocietatem pertinentes debere 79
communicari, etiam quod emantur proprio nomine, quia iſta eſt natura ſo-
cietatis ad quæſtum, ut omnia in ea veniant empta cauſa quæſtus per text.
in l. coire 55. ff. pro ſoc. Et multo magis † hoc verum erit, ſi res aliqua empta
fuerit, ſuper qua particularis ſocietas fuerat contracta. l. actione. §. ſi in rem 80
certam, ff. pro ſoc. Et ita procedit opinio tenentium rem debere communicari,
nempe quando res empta fuit pertinens ad ſocietatem.

Secundo caſu determinat † res non pertinentes ad ſocietatem commu- 81
nicari non debere, per tex. in l. cum duobus 52. §. fin. & in l. ſi fratres, in princ ff pro
ſoc. & in hoc caſu procedit communis opinio, ſive res ematur de propria
pecunia ementis, ſive de communi, ſive de propria alterios ſocii.

Tertio caſu, quando dubium † eſt, an res pertineat, vel non pertineat ad 82
ſocietatem; regulariter eſt dicendum, non pertinere ad ſocietatem, & non

debere communicari, & ſocio alleganti contrarium incumbere onus probandi, admittit Petr.de Ubald.*d.loco*, ubi tamen declarat poſſe probari con-
83 trarium per conjecturas. Et primam conjecturam † deſumit à conſuetudine ipſorum ſociorum, nempe ſi conſueti erant omnia empta communicare, quod ex tali conſuetudine præſumi debeat res emptas pertinere ad ſocietatem, & per conſequens, quod eam communicare teneatur, per tex. *in l. univerſorum, ff.de pign.act.* & per tradi.à Bald. *in l.ſi patruus, Cod. com.utr.Jud.* ubi dicit, ſocietatem inter ſocios contractam cenſeri juxta ipſorum conſuetudinem, Menoch. *conſil.122.n.72.lib.2.* Secundam conjecturam, conſuetudine
84 † ceſſante, deſumit à qualitate rei, & ex qualitate ſocii, & dicit eas eſſe conſiderandas arbitrio boni viri. Et ponit exemplum ſi patruus vel frater ſocius omnium, quæ ex quæſtu deſcendunt, emat domum, qua egebat pro ſua habitatione, vel fundum prope bona ſua, & dicat, quod tales emptiones non præſumerentur factæ cauſa negociandi, & ſic cauſa quæſtus, & ideo non debere communicari, cum quid ſint extra ſocietatem, ſed ſi emat mercantias ſeu fundum in bono foro ad revendendum has res, bonus vir arbitrabitur emiſſe cauſa quæſtus, & debere communicare. Et ab hac Petri diſtinctione non eſt recedendum, quia optime probatur per jura per ipſum allegata, & faciunt tradita à Bald. *in d.l. ſi patruus 4.ſub n.5.C. com.utr.Jud.* & à
85 Guid.Pap. *conſ.20.n.8.* Sextus erit caſus quando † omnes ſocii ſimul emerunt, & tunc citra difficultatem res empta ſtatim efficitur communis, Alex. *conſil.*
86 *124 ſub n.2.lib.5.* Burſat *conſ.118.n.1.lib.1.* Septimus erit caſus † quando emptio facta fuerit ab inſtitore ſociorum, & ſimiliter hoc caſu ſtatim emptione facta res communis erit, *l.ſi procurator 13.ff.de acquir.rerum domin.* Octavus erit ca-
87 ſus, quando † non conſtat, an res fuerit empta communi, ſeu proprio nomine, cujus nomine empta præſumatur, proprio & non communi nomine regulariter emptam fuiſſe præſumi debere tenendum eſt, ut late dixi ſupra *c.3.n.43. cum plurib.ſeqq.* & tenent Bart.& Bald. *in l.ſi patruus, C. comm. utr. & in l. Titium & Mævium 74.§.altero.6.ff.de adminiſtr.tut.* Alex. *in conſ.132.n.8. & conſ.134. num.61.lib.5.* Petr.de Ubald. *d.tract part.5.ſub n.3.verſ. tertio caſu.* Menoch. *in tract.*
88 *de præſumpt.lib.3.præſ.46.n.5.& in conſ. 122.n.74. lib.2.* Sed ab iſta regula † receditur, quando extant conjecturæ & præſumptiones, ex quibus dici poſſit, rem emptam fuiſſe communi nomine, ut dixi *c.3.n.45.*
89 Et prima erit conjectura † quando res empta fuit, pro qua emenda fuit contracta ſocietas, quia alias ſi non emiſſet communi nomine ſocius, ſed proprio, maligne & doloſe egiſſe diceretur, Corn. *in conſil. 61 col.2. in fin.lib.1.*
90 Menoch. *conſil. 122. ſub numero 73. lib. 2.* Secunda erit conjectura † quando appareret, rem fuiſſe emptam de communi, ſeu de propria unius ex ſociis pecunia deſtinata in emptionem rei, quæ empta fuit, ſeu aliorum ſimilium, tunc etiam communi nomine empta cenſeretur, ne præſumeretur, ſocium

pecuniam

pecuniam deſtinatam ad talem rei emptionem convertiſſe in proprios uſus.
Cravet. *conſ. 286. lib. 2.* Et intelligo dici debere † pecunias eſſe deſtinatas etiam 91
tacitè, ut quia ſocii ſint omnium provenientium ex quæſtu. Nam intel-
ligo, quod pecuniæ ſint deſtinatæ ad quæſtum, quæ ſunt communes, ſive
cujuſlibet ſociorum, & ideo ſi expendantur in rebus quæſtualibus, quod
communi nomine expenſæ dicantur, cum quæſtus communes inter eos
eſſe debeant, ex tradit. ſupra, *n. 48. & ſeq.* Tertia erit conjectura † deſumpta à 92
conſuetudine ſociorum. Si enim ſunt ſoliti emere in communi, & in com-
muni emiſſe erit præſumendum Bald. *conſ. 61. n. 3. lib. 2* Petr. de Ubald. *d. tract.
part. 5. ſub n. 3. verſ. tertio caſu.* dixi ſupra *num. 48.* Menoch. *d præſumpt. 46. in fin. lib. 3.*
Alias conjecturas poſui *in d. c. 3 n. 48. cum pluribus ſeqq. & c. 11. n. 14.* & quia ibidem
videri poſſunt, eas hic repetere prætermitto.

Nonus & ultimus † caſus erit, quando non conſtat, an emptio de re- 93
bus pertinentibus ab ſocietatem facta fuerit de propria, vel de communi
pecunia? Et regulariter in dubio tenendum eſt, cenſeri factam cum pecu-
nia ſolventis, eâ ratione, quia qui poſſidet pecunias, earum dominium
habere cenſetur, *l. ſicut 8. §. ſed ſi quæratur 3. ff. ſi ſeru. vend.* Bald. *in conſ. 109. num. 2.*
& non tenetur quis † oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis, Bald. *in l. cum opor-* 94
tet 6. num. 12. C. de bonis quæ lib. & in l. ultra ff. de donat. inter vir. & uxor. Et ita quod
emptio de propria ementis pecunia facta cenſeatur, firmant Bart. & Bald.
Salic. Angel. & Caſtr. & omnes alii à me relati ſupra *cap. 11. numero 79.* ubi dixi,
hanc eſſe magis communem opinionem ex Alex. *in conſ. 134. in fin. lib. 5* & hanc
eſſe magis communem opinionem tradit Joſeph. Lud. *concl. 53. verſ. ſed quandò
non eſſemus, n. 81.* Et hoc eſſe menti tenendum, quia potuit valere mille au-
reis, dicit Bart. *in d. l. 2.* & alii eum ſequuntur, quos refert Bert. *in conſ. 113. ſub
num. 28.* & teſtatur de magis communi opinione & dicit parvi faciendum
eſſe Nat. qui contrarium conſuluit *conſ. 358.* maxime cum ipſe etiam fateatur
hanc opinionem † eſſe crebriorem. Qualiter autem præſumptionibus pro- 95
bari poſſit, rem fuiſſe emptam de communi pecunia, late examinavi ſupra
in d. c. 11. ubi videatur, ne ſi ea repeterem crambe recocta noceret, & ponit
Natt. *conſ. 100 n. 19.* & 15 & Cravet. *conſ. 129. n. 13. & conſ. 191. n. 8.* & Joſeph. Ludov.
concl. 53. verſ. fallit. num. 82.

N. 9. & 18. De clauſula conſtituti vide in notis ad cap 9.

N. 28. ait l. 1. & 2. ff. pro ſocio 17. 2. In ſocietate omnium bonorum, omnes res quæ coeuntium ſunt, continuè communicantur: quia licet ſpecialiter traditio non interveniat, tacitè tamen creditur intervenire. Si hoc ſit in bonis ante initam ſocietatem, quidni, imò quidni magis in adquiſitis quoquomodo in ipſa ſocietate? nam eadem ratio, nempe vis & natura ſocietatis, & priora bona & poſteà adquiſita abſque traditione ſtatim vel continuo communia eſſe dictat. Nec ulla differentia dari poſſit.

N. 30. Imò de conſuetudine rectè quis alteri ſtipulatur, & per conſequens ſocius ſocio, ita ut hæc lex, *Proprium 5. ff. communia prædiorum*, 8. 4. *& l. 19. ff.* 8. 3. cum cæteris ejuſdem naturæ, moribus abolitæ ſint. *Groenevv. ad. ll. & latius ad §. 19. Inſtit. de inutilibus ſtipulat. lib.* 2. *tit.* 20. Nam quemadmodum per denuntiationem evangelicam de qua ſuperiùs ad cap. 5. quis alteri validè ſtipulatur & promiſſor ſtare dictis tenetur: ita hoc uſus ipſe introduxit, non tam reſpiciens ad juris ſubtilitatem, quàm ad fidem datam quam unuſquiſque alteri præſtare tenetur. Ergò ſi de promiſſis alteri factis debitè conſtet, ex jure naturæ illa adimplere tenemur *vid. Grot. lib.* 2. *de jure belli cap.* 11. *n.* 18. *& Doctiſſimum Cyprianum in cenſurâ Belgica ad §. 3. Inſtit de inutilib ſtipulat.* Quanquam diligentiùs intuenti patebit Imperatores ipſos, huic juris ſubtilitati derogaſſe, ut inferiùs demonſtramus n. 41.

N 41. Bene probat hic autor rem emptam à ſocio communi nomine, communem fieri inter ſocios abſque ratificatione. *Et l. fundus 64 ff. de contrahenda empt.* 18. 1. quæ obſtare videbatur, in eo fundata eſt, quòd de jure antiquo alteri non rectè ſtipulemur, *Tum d. l* 24 *ſi ego ff. de nego. geſtis.* 35. diſſimilem planè caſum habet à noſtro, ut benè animadvertit auctor *num.* 47. nam quæſtio ibi propoſita à Paulo non eſt inter ſocios, id eſt non reſultat ex contractu, qui auctoritatem concedit & facultatem emendi communi nomine, ut facit ſocietas, adde *l. 42. §. 1. ff. de adquirenda poſſeſſ.* 41. 2. *Et ad l 3 & 74 ff. pro ſocio*, optimè reſponderi poteſt: illam loqui de obligat: & nominibus antè coitam ſocietatem jam exiſtentibus, in quibus debitor neque expreſsè neque tacitè cum altero ſociorum contraxerat: in hac verò l. ſocium non emiſſe communi nomine ſed proprio. Et ſi ratione agimus, omninò dicendum eſt rem emptam communi nomine communem eſſe, ut & jus aut actio ad illam obtinendam, etiam abſque ceſſione. Nam e. c. quod ſocius emit communi nomine, hoc emit & ſibi & mihi, nam hoc eſt emere communi nomine, cur non ergò æque mihi ac ſibi actio & jus adquirat? Et venditor qui & ſocio meo, ementi communi nomine ergò & mihi vendidit, annon etiam mihi ſe obligavit? Quo pacto igitur mihi jus aut actio æquè ac ſocio meo, non competat? Quod certè dicendum eſt, non per denuntiationem evangelicam, ut voluerunt auctores per Gabrielem hic relati *numero* 32. ſed ſimpliciter, tanquam ſit juri naturæ & æquitati conveniens. Ad exemplum Tutoris, Curatoris, actoris Civitatis, ex quorum ſtipulationibus, pupillo, adoleſcenti, Civitati, utilem actionem dari placuit, *l. 5. §. 9. ff. de pecunia conſtituta.* 13. 5. Imò quod ampliùs eſt, qui rem tuam quam apud ſe quis habebat alteri commodavit, aut apud eundem depoſuit, ea lege ut is eam tibi domino reſtitueret: nulla tibi ſtricto jure ex hoc pacto competit actio, quid ergò? utilis, inquiunt Imperatores depoſiti vel commodati; propter æquitatis rationem, *l. 8. Cod. ad exhibend.* 3. 42. Et eſt textus in terminis in, *l. 3. Codic. de donatio quæ ſub modo.* 8. 55. Vbi quia ea lege donat, ut donatio poſt certum tempus tibi e. c. reſtituatur. Veteris juris autoritate reſcriptum eſt tibi nullam competere actionem. Sed cùm poſteà benigna juris interpretatione, divi Principes ei qui ſtipulatus non eſt utilem actionem, juxtà donatoris voluntatem competere admiſerint, ea tibi competet. Item ſi pro te ſolvi indebitum, tibi agenti pecunia reſtituetur à debitore. Qui nec queri poteſt ſe malè conveniri à te, cum quo ipſi nullum tamen interceſſit commercium, *l. 1. Cod. de condicti. indeb.* 4. 5. Et tandem ſi nummos meos, tuo nomine dedero, veluti tuos abſente te & ignorante, Ariſto ſcribit tibi adquiri condictitium, *l. 9. §. 8. ff. de reb. creditis*, 12. 1. Et ſic videmus poſteriores Imperatores plus juri naturæ & æquitati, quam ſubtilitati veterum juriſconſultorum tribuiſſe. Hinc puto planum eſſe, ſocio ex contractu ſocii communi nomine inito, etiam de jure competere actionem ſal-

tem

tem utilem. Quod latiùs deduxi, quia ob mercaturam in hâc patria vigentem, frequens hic caſus obtingit.

CAPUT XV.

Qualiter lucri & quæſtus diviſio inter ſocios ſit facienda?

SUMMARIA.

1 *Lucrum à capitali in ſocietate omnium bonorum non diſtinguitur, & non attenditur, quis plus poſuerit, & quis plus lucratus fuerit, ſed omnia æqualiter communia ſunt, & æqualiter dividuntur, & iſta probatur,* n.7.& 8.

2 *Societas iſta omnium bonorum juſtificatur, ratione dubii eventus.*

3 *Lucri partes eſſe faciendas, ita ut qui plus poſuit, plus habere debeat, tenent aliqui.*

4 *Et hoc procedit inter ruſticos, declaratur* n.9.

5 *Et inter alios operarios.*

6 *Naturalis ratio dictat, ut ille plus conſequatur de lucro, qui plus poſuit, vel plus operatus fuit.*

7 *Quæſita ex propriis laboribus communicari debent.*

Socin jun. conſ.74.lib.2.*declaratur.*

9 *Cravet.* conſ.159 lib.1. *declaratur.*

10 *Quæſtus ſocietate durante extrahi non poſſunt.*

11 *Contrariam opinionem tenent aliqui, &* n.12.

13 *Prima opinio probatur, quia ut adſit lucrum, cognoſci non poteſt, niſi finita ſocietate.*

Et multo magis procedit, ſi ſocietas gubernaretur ab inſtitore.

14 *Fallit dicta opinio ſtante partium conventione, quod lucrum extrahere liceat quolibet anno.*

15 *Fallit ſtante conſuetudine.*

16 *Fallit, ſi ſocietas fuit contracta ſuper lucro provenienti ex capitali, & non ſuper lucro provenienti ex lucro.*

Lucrum convertitur aliquando in capitale.

17 *Fallit, ſi ſocius deberet vivere expenſis ſocietatis.*

18 *Fallit, ſi quilibet ex ſociis de lucro accepiſſet, quia hoc caſu unus alium redarguere non poſſet.*

19 *Fallit, ſi ſocius ſciat, quod alter ſocius lucrum extrahat & taceat, declarat.* n.23.

Si aliquid fuit extractum de ſocietate, an præſumatur extractum de lucro ſeu de capitali?

20 *Lucrum*

20 *Lucrum ſi convertitur in capitale, extractio dicitur facta de capitali.*
21 *Lucrum præſumitur extractum & non capitale, ſi extrahi poterat.*
22 *Conſtito tamen, quod lucrum adeſſet,* & n.36.
23 *Capitale extrahens, etiam altero ſocio ſciente, tenetur ad intereſſe.*
24 *Capitale ſi non ponat ſocius in ſumma promiſſa, ſed in minori, tenetur ad intereſſe.*
25 *Proteſtatio non requiritur ad hoc, ut intereſſe debeatur,* & n.84.
26 *Lucrum dediſſe ſocius adminiſtrans alteri ſocio, & non de ſorte cenſetur,* & n. 27. 28. 29 30.31. & 32.
29 *Solutio facta præſumitur in duriorem cauſam.*
30 *Solutio in quam cauſam cedere debeat electio eſt debitoris.*
31 *Solutio facta præſumitur ex cauſa magis certa.*
32 *Solutio facta præſumitur pro debito antiquiori.*
33 *Debitum an antiquius dicatur, attenditur tempus ſolutionis.*
34 *Solutio cedere debet in cauſam lucri, augmenti, & fructuum, & non in cauſam ſortis,* & n.35.
36 *Lucrum datum cenſetur à ſocio adminiſtrante alteri ſocio & non capitale, etiam ſi pro ſocio non remaneret lucri pars,* & n.37.
38 *Lucrum & capitale ſimul ſi finita ſocietate remanerent in manibus ſocii adminiſtratoris, pariformiter cederet in debitum alterius ſocii,* & n.39.
40 *Quæſtus partes inter ſocios æquales eſſe debent.*
41 *Æqualitas conſideratur inſpecta rerum quantitate & bonitate.*
42 *Æqualitas conſideratur habito reſpectu ad capitale, operam, induſtriam, & gratiam cujuſlibet ſocii,* & n.43.& 44.
45 *Quæſtus in dubio pro medietate dividi debent inter ponentem pecuniam, & ponentem operas & induſtriam.*
46 *Æqualia enim inter ſe præſumuntur, & iſta præſumptio eſt juris, & ab eo allegari debet qui ſe fundat in ea.*
47 *Quæſtus dividi debent ſecundum conſuetudinem ſociorum, & ſecundum conſuetudinem loci.*
Et ſic de conſuetudine obſervari.
48 *Conſuetudo probatur ex Doctoris atteſtatione.*
49 *Quæſtus Judicis arbitrio dividuntur.*
50 *Principio ſocietatis inſpecto, conſiderantur operæ, induſtria & capitale.*
Et impeditus operari à caſu, de quo non tenetur, nihilominus quæſtus partem debitam, ſocietatis principio conſiderato, habere debet, & n.51.& 53.
52 *Bald.* in l.ſi patruus, & in conſ.178.lib.4. *declaratur.*
53 *Petr.de Ubald.declaratur.*
54 *Capitale poteſt poni ultra ſummam conventum, ſi ita fieri conſuetum eſt,* & nu.55.57. & 58.

Conſuetudine

Conſuetudine obſervata cenſentur deducta in ſocietate.
56 *Etiam ſi in contrahendo fuiſſet appoſita dictio taxativa.*
59 *Capitale quod augeri poſſit etiam ceſſante conſuetudine, &* n.61.
60 *Quod tibi non nocet, & alteri prodeſt, facile concedi ſolet.*
61 *Capitale quod augeri non poſſit, ceſſante conſuetudine, &* n.71.
Socio non licet alterare formam ſocietatis.
63 *Socio non licet aſſumere alterum ſocium.*
64 *Capitale augere alteri ſocio damnoſum eſſe poteſt.*
65 *Socio non licet agere ſuo nomine ultra conventa, & ſi hoc faceret, eſſet in dolo, & etiam ſi dolus ceſſaret, &* n. 66.
Proprietario non licet mutare formam rei, etiam in melius, & etiamſi id faciat ſine dolo.
67 *Socius ſi poſſet ultra capitale emere ad credentiam, hoc facere debet, &* numero 70.
68 *Contraria eſt opinio, quod conſuetudine ceſſante non debet emere ad credentiam ultra capitale, &* n.69.
72 *Quæſtus proveniens ex augmento capitalis ad augentem pertinere debet.*
73 *Etiamſi capitale ſit auctum ſciente & conſentiente altero ſocio, cum diſtinctione tamen.*
74 *Capitale ſi fuit auctum à ponente pecunias, ſciente & patiente altero ſocio, idem judicatur de augmento, quod de capitali.*
75 *Capitale ſi fuit auctum inſcio altero ſocio ponente operas, quæſtus ex eo proveniens pertinet ad ponentem & augentem, non jure ſocietatis, ſed jure dominii, pro medietate, & pro alia medietate adponentem operas.*
76 *Quia ad eum etiam damnum pertineret, &* n.77.
78 *Ratificatio de geſtis non nomine ſocietatis, uti de geſtis nomine ſocietatis fieri non poteſt.*
79 *Ratificatio re integra non exiſtente, fieri non poteſt.*
80 *Capitale ſi fuit auctum in pecunia à ponente operas, quæſtus ex eo proveniens in totum pertinet ad operantem.*
Capitale reſpectu operarum non dicitur augeri.
81 *Capitale non ponens in quantitate conventa, ſed in minori, tenetur ad intereſſe, &* num.83.
82 *Arbitrio boni viri terminandum.*
84 *Proteſtatio an ſit neceſſaria ad hoc, ut ſocius poſſit ad intereſſe agere contra ſocium non ponentem capitale in ſumma conventa.*
85 *Reverentia ſtante proteſtatio non eſt neceſſaria.*
Proteſtatio eſt neceſſaria, ubi cum taciturnitate alius actus concurrit.
86 *Quæſtus provenientes ex re communi debent eſſe communes pro ea parte, quam quiſque in re habet, &* n.88. & 89.

Exemplum ponitur in fundo communi in bobus communibus.

87 *Semen debet poni à colono.*

89 *Fructuum pars datur domino fundi, & alia pars dividitur inter colonos.*

90 *Quæſtus etiam dividuntur inter ſocios habito reſpectu ad filios cujuſlibet ſocii.*

91 *Quæſtus pertinent ad filios, quoad proprietatem, & ad patrem, quoad uſumfructum.*

92 *Quæſtus diviſio inter operantes fit in capita, ita tamen, ut qui plus operatus eſt, plus percipiat.*

93 *Quæſtus dividuntur habito etiam reſpectu operarum uxoris ligonizantis in prædio.*

94 *Filiorum minorum opera non ſunt in conſideratione, niſi quoad alimenta percipienda.*

PRoſequendo propoſitum ordinem, videndum eſt modo de lucri & quæſtus diviſione facienda inter ſocios, & primo videbimus de lucro,
1 deinde de quæſtu. In lucro † concluſio erit, diviſionem debere fieri pro æquali portione, nempe quod quiſque ſocius habeat æqualem portionem in quantitate & valore. Et capitale à lucro in hac ſocietate omnium bonorum non diſtinguitur, & non attenditur, ſi unus plus poſuerit, & plus lucratus fuerit, & alter minus, ſed omnia æqualiter communia ſunt, & æqualiter dividuntur, Corn. *conſ.187.n.6 & conſ.266.ſub n.2.lib.3. & conſ.310.n.6.lib.4.* Socin *conſ.160.ſub n.17.lib.2.* Dec. *conſ.66. & conſ.68.lib.1.* Cravett. *conſ.173.ſub n.1. lib.1.* Covar. *lib 3.var reſ c.2 ſub numero 3. verſ. quintus eſt caſus,* Purp. *in l. ſi paſcenda 8.numero 38 C.de pactis.* Ang. Anchar. & Alex. citati à Socino junior. *conſ.74.num. 5.6.& 7.lib.2.* Jaſ. *conſ.2.colum.6.verſ.octavo lib.3.* Rubeus Alex. *conſilio 32. numero 36.* Joſeph. Ludov. *concluſion.53.fol.123.verſ.in qua ſocietate.* Et hoc fit ratione du-
2 bii † eventus, quia poteſt eſſe, quod à principio unus minus ponat, & nihilominus curſu temporis magis lucretur. Et à dubio eventu, quod ſocietas juſtificetur, eſt textus *in leg.tertia, §. de illo, ff. pro ſoc.* ubi contrahitur ſocietas ſuper hæreditate ventura, & neſcitur, cui obvenire debeat, & uni obveniens, licet alter nihil ponat, communicatur, & faciunt tradita *in c. in civitate. & in c.fin.de uſur.*

3 Contra hanc concluſionem † communem & veriſſimam tenet Cravetta *conſ.159.in fin.lib.1.* & Socin. jun. *in dict.conſilio ſeptuageſimo quarto lib. 2.* ubi *numero* 10. dicit, quod contra eam eſt communis opinio, nempe, diviſionem eſſe faciendam habito reſpectu, ut ille plus habere debeat, qui plus contulit operarum, & quod prima opinio, eſſe faciendam pro æquali diviſionem, procedere poſſit, forte quando omnes ſocii laboraſſent, ſed unus plus quam alter. Et contra eam etiam faciunt tradita à Doctoribus com-
4 muniter de diviſione facienda † inter ſocios ruſticos. Etſi enim omnia communia habeant, & omnia in communi contulerint: tamen inter eos diviſionem debere fieri, non pro æquali portione, ſed habito reſpectu ad capitale

pitale & operas cujuſlibet ipſorum, concludunt Baldus *in l. ſi patrum 4. numero decimo ſeptimo, Cod. comm. utr. jud. & in l. 1. numero decimo tertio, Codic. pro ſoc. & in l. rei judicatæ 15. § final. ff. ſolut. matrimon. & in tractat. de duobus fratribus, in fin.* Petrus de Ubaldis ejus frater, *in tractat. de duobus fratribus, part. 4. ſub num. 20.* Aret. *in §. final. numero 20. Inſtitut. de ſocietat.* Jaſon. *in §. ſequens, numero quadrageſimo ſeptimo. Inſtitut. de act.* Alexand. *in conſilio 99. lib. 2. & in conſilio 77. lib. 5.* Menoch. *conſil. 221. numero 12. lib. 4.* Et hanc opinionem † procedere inter 5
alios operarios non ruſticos, tradit Cephal. *in conſilio ſexageſimo nono, libr. 1.* & Decianus *in conſilio 39. lib. 1.* qui ad ita tenendum † moventur ex eo, quia 6
ratio naturalis dictat, quod quis non fraudetur laboribus ſuis, & præcipuum habeat ſibi, quod ſua induſtria ſuoque ſudore lucratur, *l. u qui in poteſtate 15. §. fin. ff. de leg. præſt.* & ex eo, quia eſſet iniquum genus ſocietatis, ſi unus plus poneret, & plus laboraret, & minus conſequeretur, *l. ſi non fuerint, 29. §. fin. ff. pro ſocio.*

Non eſt recedendum à communi † opinione, quicquid iſti dicant. Primo, quia Doctores omnes ab eis citati loquuntur in ſocietate particulari, ut videre licet, ideo ex eorum auctoritate formari non poteſt communis opinio, uti Socinus junior aſſerit. Secundo, quia non eſt verum, in ſocietate omnium bonorum eſſe propria acquirentis ea, quæ acquiruntur ex propriis laboribus. Quod enim veniant communicanda, eſt text. *in l. ſi fratres 52. §. idem Papinianus, & ibi Sag. in addit. ad Bald. ff. pro ſoc.* Com. *in conſil 58. ſub numero 8. libr. 4.* Tertio, quia † regula illa, quod qui plus ponit, & plus 8
operatur, plus etiam de lucro habere debeat, procedit ſolummodo, quando ad dividendum acquiſita ſolum attenduntur partes poſitæ in ſocietate, & an unus plus altero operatus fuerit, ſed non procedit, quando prout eſt in ſocietate omnium bonorum æqualitas & diviſio habito reſpectu ad futurum eventum conſiderantur, ut poſui exemplum ſupra in hæreditate ventura, quæ uni obvenit, & cum altero communicatur, qui nihil poſuit.

Et non obſtat opinio † communis de diviſione facienda inter ruſticos, 9
quod debeat haberi ratio operarum, quia hoc ideo eſt, quia inter ruſticos ob eorum paupertatem non poteſt dari caſus, quod inter eos fuerit contracta ſocietas ad lucrum, & idem dico de cæteris operariis pauperibus, & ita dicta à Cephalo & Deciano ſalvari poſſunt, & ſi inter ipſos appareret, vere contractam fuiſſe ſocietatem ad lucrum, etiam inter ipſos diviſio ſecundum ſupra relatam communem opinionem contra Soc. jun. eſſet facienda. Et quod Cravett. *in d. conſ. 159.* male loquatur, tradit Joſeph. Lud. *concluſion. 53. fol. centeſimo vigeſimo tertio. verſ. Cravetta tamen.*

Vidimus de lucri diviſione: videamus modo de quæſtu. Et primo videamus, an † quæſtus ſocietate durante ex ea extrahi poſſint? Et extrahi non 10

poſſe ante reviſam rationem, tenet Bartolus *in l. auri ſtatura 2. Codic. de ſum. urb conſtit.libro decimo.* Petrus de Ubaldis *in tractat.de duob.fratrib.part.5.ſub num. 38.* Socinus *in conſilio 93 numero decimo quinto, libro primo, & in conſilio 254. ſub numero 8 libr.2* Curſet. *in ſingul. in ver. lucrum* Stracc. *in tractat. de mercat. numero decimo ſexto, fol. mihi. 82.* Decianus *conſilio 60. numero 20. lib. 2.* In contrarium
11 Menochius *in conſil 121.ſub num.49. lib.2.* conſulendo in eadem cauſa † contra Decianum dicit, communi uſu mercatorum obſervari, quod capitale reſervetur; ex lucro autem aliquid indies extrahatur, cum præſertim vident negotia feliciter ſuccedere & quod à ſolitis argumentum ſumere licet, *l. certi condictio 9 §.ſi nummus, ff ſi cert. pet* Et extrahi poſſe lucrum conſulendo in eadem cauſa admittit Cephal. *conſilio quadringenteſimo ſeptuageſimo quinto, in*
12 *2. dubio, libro quarto.* Et dici Menoch.non † repugnare, fieri poſſe, quod negotium feliciter ſuccedat primo anno & ſecundo, ſed non tertio, & cæteris annis. & ideo finis & exitus ſpectandus ſit, quia hoc procedit, quoad lucri certitudinem, non autem quoad ſpem probabilem, quæ efficit, ut ſocii partem lucri deducant.

Prima opinio regulariter veriſſima eſt,ante ſocietatem finitam & reviſam
13 rationem lucrum extrahi non poſſe, quia an adſit lucrum † vel damnum, cognoſci non poteſt, niſi finita ſocietate, & reviſis rationibus, *l. Mutius, ff.pro ſoc.* Rota Genuenſ. *deciſion. 173. numero decimo ſexto*, & capitale ſocietate durante extrahi non poteſt, ita dicit Petrus de Ubald. *in d tract.part 5.ſub num. 38.* & ſi extraheretur, eſſet facere contra ejus naturam, & ejus obligationem, & eſſet eam diſſolvere, & iſta regula multo magis procedit, ſi ſocietas ab inſtitutore gubernetur, Joſeph Ludov. *concl.53. num. 29.verſ. quartus eſt caſus,* & qui extraheret de capitali, teneretur ad intereſſe. Aret. *conſil. 156. num.6.* Prima regula fallit, ſi inter ſocios fuiſſet conventum, quod aliquid
14 annuatim † de lucro extrahere liceret, quia conventio eſſet ſervanda, *l 1. §. convenit.ff.depoſiti.l.ſi convenerit 14 ff.pro ſoc.* Petr.de Ubaldis *d.loco* Caſtr. *conſil.415 lib. 1* & ita ex conventione fit in ſocietate officiorum Romanæ Curiæ, in ſocietatibus animalium, & in ſocietate inter dominum & colonum, & in quam plurimis ſocietatibus, quæ contrahuntur ſuper negotiationibus duraturis plures annos.

15 Secundo fallit,ſtante † conſuetudine: nam juxta conſuetudinem abſque alia conventione lucrum extrahere liceret, *l.ſi uno 15.ff locat.* cum aliis ſimilibus adductis à Petro de Ubald. *d.loc.* & argumentum ſumit à conſuetudine Menoch *in d conſ 121.n 50*

16 Tertio fallit, ſi contracta † fuiſſet ſocietas in lucro provenienti quolibet anno ex capitali, & non fuiſſet contracta in lucro provenienti ex lucro, ut conſiderato Menoch *in d conſ.121.n.58.* tunc lucrum poterit extrahi, ſi aderit; ſed non poſſet, ſi etiam ſuper lucro provenienti quolibet anno ſocietas contracta

tracta

tracta fuiſſet. Exemplum, eſt contracta ſocietas duratura per quinquennium ſuper frumento emendo, & vendendo quolibet anno, ita ut facta venditione quilibet ſocius lucri partem ferat, hoc caſu lucrum poterit extrahi, ſed ſi fuiſſet conventum facta venditione, etiam lucra cum ſorte principali eſſent ſemper durante ſocietate in emptionem frumentorum eroganda, & hoc caſu quia ſocietas diceretur contracta etiam ſuper lucro, ex lucro proveniente ſocietate durante aliquid extrahere non liceret. Faciunt tradita per Cravet. *conſil. 433. num. trigeſimo, libro tertio*, ubi agit de eo, qui debet habere ex diſpoſitione teſtatoris ſextam partem lucrorum fiendam in apotheca, quolibet anno, & determinat deberi lucrum ex lucro non extracto, quia ſit converſum in capitale.

Quarto fallit, ſi † unus ex ſociis deberet vivere expenſis ſocietatis: Nam de pecuniis in ea exiſtentibus pro quantitate boni viri arbitrio terminanda, ei percipere liceret. Petr. de Ubald. *d. part 5. ſub n 38.* 17

Quinto fallit, ſi quilibet † ſocius accepiſſet de rebus ſocietatis, quia unus alterum hoc caſu redarguere non poſſet, *arg. l. marito atque uxore, ff. ſolut matr.* ita tradit Joſeph Lud. poſt hæc ſcripta viſus *in ſuis concl. concluſ. 53. verſ. tertius eſt caſus. n. 29.* Alex. *conſ. 47. n. 18. lib. 1.* 18

Sexto fallit tacito † accedente conſenſu alterius ſocii, puta ſi ſocius adminiſtrans ſciat & taceat, alterum ſocium accipere de rebus ſocietatis, *argument. l. qui patitur 18 ff. mandati.* Joſeph. Ludov. *dict. concluſion. 53. verſ. ſecundus eſt caſus.* 19

Ad prædicta quæro, quid in dubio dicendum ſit, ubi non conſtat, an extractum fuerit de lucro, ſive de capitali, an cenſeatur extractum lucrum, ſeu capitale? Plures ſunt diſtinguendi caſus.

Primus eſt † caſus, quando durare debet ſocietas per tempus determinatum, puta per quinquennium, & interim lucra extrahi non debent, ſive ex conventione, ſive ex alia cauſa, quia etiam lucra ſunt reponenda in ſocietate ea durante, & hoc caſu cum lucrum etiam capitale conſtituere debeat, dicendum erit, extractionem de capitali fuiſſe factam. 20

Secundus erit caſus, quando † ſocietas fuit contracta ad tempus, ſive in perpetuum, ſed tamen ejus naturæ eſt, ut quolibet anno lucra percipiantur, & hoc caſu extractio facta cenſebitur de lucro, & non de ſorte principali, quia præſumendum eſt id factum fuiſſe, quod licite fieri poteſt, & non id, quod licite fieri non poteſt, *l. merito 51. ff pro ſoc.* Eſt tamen intelligenda iſta præſumptio, quando conſtaret in ſocietate lucrum adfuiſſe, quia ſi extractio † fuiſſet facta in principio ſocietatis, quando lucrum adeſſe non poterat, intelligitur facta de capitali, quia de eo, quod non erat extractio facta, præſumi non poteſt, & ita tenet Joſeph Ludov. *d. concl. 53. numero 29. verſ. Quintus eſt caſus*, & ſufficit, quod adſit pro quantitate ex- 21 22

23 tracta, Menoch *d.conſil.121.ſub num.52.* Et quamvis ita extractio † facta fuiſſet ſciente altero ſocio, & patiente, nihilominus extrahens ſic de capitali minus de lucro perciperet in fine ſocietatis, quia cenſeretur permiſſa extractio, ſed non cenſeretur permiſſum, quod in fine ſocietatis de eo, quod extractum fuerat, ratio non haberetur, ita tenet Joſeph. Lud *d. loc.* Et ad hoc
24 facit, quia † videmus, quod ſi unus ex ſociis promiſit ponere mille in ſocietate, & minus ponat, tenetur ad intereſſe, & de lucro obvento minus percipiet, Petrus de Ubald. *in d.tract de duob.frat.part.5.n.21. & n. 22.* Menoch. *de arbitr.jud.caſu 125 ſub n.4.*

25 Et licet de tali † extractione facta ab uno ex ſociis, & de tali immiſſione facta in minori ſumma, alter ſocius non fuerit proteſtatus, nihilominus non dicitur conſenſiſſe, ita ut de tali extractione, & de tali immiſſione facta in minori ſumma, non ſit habenda ratio in diviſione ſocietatis, Afflict. *deciſ. 58.ſub num.2.*

26 Tertius erit caſus, ſi † ſocius adminiſtrans alteri ſocio dederit de rebus ſocietatis, ſive aliquam pecuniarum quantitatem, & in ſocietate lucrum reperiatur, an cenſeatur dediſſe de ſorte ſeu de lucro, ſtante quod adſit lucrum in ſocietate, & quod lucrum in ſortem converti non debeat? Et tenendum eſt, ut dixi ſupra, dediſſe de lucro & non de ſorte, quia id factum cenſeri debet, quod ſecundum ſocietatis naturam fieri poteſt, & lucrum ſecundum ſocietatis naturam dari poteſt, ſed ſi daretur capitale, eſſet contra naturam ipſius, quia remoto capitali deſtrueretur, Cephal. *conſ.475. in 2.dub. lib. 4.*

27 Et non obſtat, ſi dicatur, prout † dicit Decianus *in d.ct. conſilio 60. ſub num. 21.* quod etiam lucrum extrahi non poteſt, quia replicatur hoc verum eſſe, quando, ut dixi, lucrum etiam in ſortem converti debet, ſed non eſt verum,
28 quando lucrum in ſortem converti non debet. Et non obſtat, ſi † dicatur lucrum extrahi non poſſe ante reviſam rationem, quia dico hoc eſſe verum, nempe non poſſe ſocium, ſi adminiſtrat, adſtringi ad dandum lucrum ante reviſam rationem, & modo ponitur caſus, quod ab eo fuit data pecunia, ſeu res, & dubitatur, an fuerint datae de lucro, ſeu de ſorte, & dicitur praeſumi datum de lucro, quia dare de ſorte eſſet deſtruere ſocietatem.

29 Neque obſtat, quod ſolutio † facta praeſumatur in duriorem cauſam, *l. caeterum 3 ff de ſolut.* Bartol. *in leg.1. num.2 & in l.cum ex pluribus 97.col.2.ff.eodem,* & durior ſit cauſa capitalis, quam lucri, quia in lucro tantum lucrum conſideratur, in capitali vero damnum, quod in eo evenire poſſet. Reſpondetur, iſtud argumentum in praeſenti fieri non poſſe, quia non eſt verum, quod ſocius adminiſtrans durante ſocietate ſit debitor capitalis: non enim tenetur illud reſtituere, niſi finita ſocietate.

Et

Et etiam non eſt verum, quod cauſa capitalis ſit durior propter damnum, quod in eo evenire poſſit, quia iſtud damnum non pertineret ad ſocium adminiſtrantem; ſed ad alterum ſocium, qui poſuit capitale, cum damnum capitalis ad ponentem pertineat, ut infra ſuo loco dicam.

Etiam non obſtat dicere, in † electione debitoris eſſe, in quam cauſam voluerit cedere ſolutionem, *leg. prim. ſecund. & tert. & l. Paulus, la 2. §. Paulus, ff. de ſolution.* & debitore non eligente hoc creditorem facere poſſe, Roman. *in conſilio 49. numero tertio.* Pariſius *in conſilio 122. numero ſexto, & ſequent. libr. 4.* qui in ſpecie loquitur de ſolutione facta per ſocium, ſed debere eligere illam cauſam, quam elegiſſet, ſi ipſe debitor fuiſſet & ſolviſſet, ut dicit textus *in dict. leg. prima, ff. de ſolution.* & eſſe credendum, electionem à creditore fieri debere ſolutionem ſibi factam fuiſſe de ſorte, & non de lucro, quia id debitori utilius eſſet, nempe ſolvere potius de ſorte, quam de lucro. Reſpondetur, hoc argumentum fundatum in eo, quod magis expedit debitori, removeri ex traditis pro reſponſione ad proxime præcedens argumentum, nempe verum non eſſe, quod ſocius ſit debitor capitalis ſocietate durante, & quod teneatur de damno obventuro in capitali, quia non poſſet cum quantitate reſtituta ulterius lucrari. 30

Ulterius non obſtat † dicere, ſolutionem præſumi factam ex ea cauſa, quæ magis ſit certa, *l. ſi is cui 94. §. Flavius 3. ubi Bartol. ff. de ſolution.* & quod magis ſit certum debitum capitalis, quam debitum lucri, quia non poteſt lucrum cognoſci in ſocietate, niſi prius deducto capitali, Decianus *dict. conſilio 60. numero 26.* Reſpondetur, quod iſta argumentatio procederet, quando vere eſſet debitor ſortis & lucri; tunc enim poſſet quæri, an eſſet magis certum debitum ſortis ſive lucri, ſed cum ſocius durante ſocietate non ſit vere debitor, neque ſortis neque lucri, tale argumentum fieri non poteſt, & reſpondetur non militare in præſenti, quia admittimus adeſſe ſortem & lucrum in ſocietate, & cum ambo adſunt, ſi eſt verum, ſocium ad utrumque teneri, non poteſt dici, quod magis certum ſit debitum lucri quam ſortis. 31

Ultimo loco non obſtat dicere, ſolutionem † cenſeri factam pro debito antiquiori, *l. in his, in princ. & l. ſi ex pluribus 97. §. ultim. ff. de ſolut.* & debitum ſortis antiquius dici debere, cum prius fuerit cauſatum, quam debitum ex lucro. Nam reſpondetur, ut jam pluries dixi, durante ſocietate debitum dici non poſſe, neque ſortis neque lucri. Item reſpondetur, conſiderari non poſſe debitum ſortis † eſſe antiquius, quia non attenditur tempus celebrati contractus, ad cognoſcendum, quodnam ſit debitum antiquius, ſed attenditur tempus ſolutionis fiendæ, Bart. *in l. cum ex pluribus, 97. columm. 2. verſ.* 32 33

Digitized by Google

verſ. & intelligo. ff. de ſolu: Imol. *in l.1. col.6 verſ. ſi autem neutrum ff. eod.* Ruin. *conſ.126.*
n.15. lib.4. Menoch. *d. conſ.121. n.56* [illegible] *2. & in tract.* [illegible] *arbitr. caſu 493. in fin. cent.5.*
Et cum attendatur tempus ſolutionis, illud argumentum poteſt retor-
queri, & poteſt dici, quod debitum lucri ſit antiquius, quia capitale non
34 redditur ſine finita ſocietate, & lucrum ea † durante ad eſſe deducitur. Et
ſolet dari quolibet anno de conſuetudine, & aliquando etiam ex conven-
tione. Neque hoc caſu ſolutio facta cenſeri poteſt pro rata capitalis, & pro
rata ſortis, ut cenſeri debere dicit Bart. *in d. l. cum ex pluribus 97. ff. de ſolut.* quan-
do ſtantibus duabus cauſis, non apparet, quænam ſit antiquior, & eum re-
fert Menoch. *d. caſu 493. in fi.* quia, ut dixi, capitale non eſt debitum ſocietate
durante: & eſt contra naturam ſocietatis, quod ſolvatur lucrum, & capita-
35 le ea durante. Et quod ſolutio † cedere debeat non in cauſam ſortis, ſed
in cauſam lucri, augmenti & fructuum, tradit Ruin. *in conſ.49. col. ult. verſ. nam
ſecundum,* & multo apertius *in conſ.162. n.17. lib.5.* & poſt eum Menoch. *d. conſ.121.*
36 *n.57.* Quartus eſt caſus, quando † ſocius adminiſtrans dedit alteri ſocio de
rebus ſeu de pecuniis ſocietatis, & poſtmodum cognitum fuit, quod lucrum
tunc temporis pro dicta quantitate non aderat, & dicendum eſt, aut ni-
hil lucri aderat, aut aderat ſolummodo in ea quantitate, quæ data fuit,
nihil remanente pro ſocio adminiſtrante, ſi nihil lucri aderat, neceſſario
dicetur datum fuiſſe de capitali, & erit dicendum, quod erit de iſto capita-
li dato ratio habenda in fine ſocietatis, ut dixi ſupra in ſecundo caſu. Si
vero lucrum aderat pro quantitate data, nihil remanente pro altero ſocio,
nihilominus data cenſerentur de lucro in totum, & non de capitali, ut
37 conſiderat Menoch. *in d. conſil.121. ſub numero 52.* In caſu ſuo † contracta fue-
rat ſocietas de menſe Februarii, & de menſe Aprilis, à ſocio adminiſtran-
te alteri ſocio fuerat ſoluta quædam quantitas, & dicit, quod indies fiebat
lucrum. Et ideo quamvis non remaneret ſocio adminiſtranti de lucro
pro eadem ſumma, quæ ab eo ſoluta fuit: tamen parum ei fuit ſolvere
dictam ſummam alteri ſocio, quæ aderat tunc temporis, cum ipſe paulo
poſt tantundem conſequi poſſet. Et quia in ſocietate maxima bonæ fidei
exuberantia conſiderari ſolet, certe facile admitti debet, eſſe cenſendum,
ſocium adminiſtratorem abſque ſui damno conceſſiſſe alteri ſocio dictam
lucri quantitatem, cum videamus, iſtos adminiſtratores ſolere extraneis
etiam concedere res ſocietatis, habita fide de pretio, ut conſiderat Menoch.
38 *dict. loco. numero 58.* Quintus & ultimus eſt † caſus, quando fuit contracta
ſocietas per quinquennium, ſeu pro alio tempore, & à ſocio adminiſtrato-
re fuit alteri ſocio datum de rebus ſocietatis, & pecuniis, ſocietate duran-
te, & tranſacto tempore ſocietatis, expunctis rationibus, repertum fuit
adeſſe & capitale, & lucrum, ſed ea remanſiſſe penes ſocium admini-
ſtratorem, dubitatur, an ſocius ſatisfeciſſe dicantur ejus debito, cum for-
te ſeu

te ſeu cum lucro, quæ reliquit in manibus ſocii adminiſtratoris, à quo fuerat
deſcriptus debitor, pro quantitatibus & rebus habitis in libro rationum ſo-
cietatis? Mihi dicendum videtur † & de capitali, & de lucro cenſeri relictum 39
pro ſatisfactione earum rerum & pecuniarum, quæ datæ fuerant, & ad ita
tenendum moveor, quia tranſacto tempore dicitur finita ſocietas, *l. actione
65. §. item qui ſocietatem 4. in fin. ff. pro ſoc.* Decian. *conſ. 60. n. 31. libr. 2.* & dicam infra
ſuo loco, & lucrum & capitale uti diverſa conſiderantur, ſolum ſocietate
durante, & ea finita non amplius uti diverſa, ſed pariformiter ad ſocium ea-
rum dominum pertinere dicuntur, ita & pariformiter abſque ulla diſtin-
ctione in debiti ſolutionem converti dici debent relicta in manibus credi-
toris, & ita teneo, quicquid ad invicem pugnantes dicant Decian. & Me-
noch. *in conſiliis ſupra citatis.*

Et proſequendo quæſtus † materiam, nempe qualiter de eo diviſio fieri 40
debeat? Primo dico, partes quæſtus inter ſocios æquales eſſe debere, *l. ſi
non fuerint 29. in princip. & l. ſi ſocietatem 73. la 1. in fin. ff. pro ſoc. & in §. 1. Inſtit. eod.*
& iſta concluſio nullam habet difficultatem. Difficultas inſurgit in co-
gnoſcendo, qualiter partes ſint conſtituendæ, ad hoc ut inter eas æquali-
tas adeſſe dicatur, quia duobus modis poſſint conſiderari. Uno modo in-
ter ſe, inſpecta earum qualitate & quantitate, utputa habemus centum au-
reos, & duo ſunt ſocii, ſi cuique dentur quinquaginta, partes inter ſe in
earum quantitate erunt æquales. Vel ſi habemus centum oves ejuſdem
bonitatis, & cuique dentur quinquaginta, ſimiliter partes erunt æquales
† in earum quantitate & qualitate. Sed ſi non eſſent ejus qualitatis, quia 41
ex eis quædam excederent alias bonitate, & uni dentur ſexaginta, quia
ſunt de pejoribus, & alteri quinquaginta, quia ſunt de melioribus, erunt
partes æquales inter ſe inſpecta earum qualitate, ut conſiderat Afflict.
deciſ. 58.

Alio modo conſiderari † poteſt, quod partes ſint æquales, habito re- 42
ſpectu ad capitale poſitum in ſocietate, & ad operas, & induſtriam cujuſli-
bet ſociorum, ita ut æquales dici debeant, quando erunt capitali & operi-
bus & induſtriæ correſpondentes, licet inter ſe ſint in quantitate & qua-
litate differentes, eſt textus expreſſus *in dict. l. ſi ſocietatem 73. la 1.* ibi: *& con-
veniens eſt viri boni arbitrio, ut non utique ex æquis partibus ſocii ſimus*, veluti ſi
alter plus operæ, induſtriæ, pecuniæ in ſocietatem collaturus ſit, & *in
dict. l. ſi non fuerint 29 ff pro ſoc.* cujus verba ſunt: *Si non fuerint partes ſocietatis
adjectæ, æquas eas eſſe conſtat.* Et quod ſit intelligendum, partes æquas eſſe
debere, habito reſpectu ad operas & pecuniam, tenet ibidem gloſſ. 1. dum
interpretatur, quod æqualiter † contulerunt, quaſi dicat, quod aliter 43
eſſet facienda diviſio, ſi capitale non eſſet æquale, & ſic conſiderat æqua-
litatem reſpectu capitalis, & iſta eſt veriſſima opinio, partium æqualitatem

eſſe conſiderandam habito reſpectu ad capitale, nempe ad pecunias in ſocietate poſitas, & ad operas, & induſtriam cujuſlibet ſociorum, Socinus junior *conſilio 74 numero 10. lib. 2.* & eſt textus expreſſus *in l. quod enim, 80. ff. pro ſociet.*

44 Igitur altera concluſio erit, inter ſocios quæſtus † partes æquales eſſe debere, habito reſpectu ad capitale, operas, induſtriam, & gratiam cujuſlibet ſocii ita ut qui plus poſuit, ſive de capitali, ſive de operibus, ſive de induſtria plus percipere debeat, Baldus *in dict. leg. ſi ſocietatem 73. & in leg. 1. numero 22. Codic pro ſoc.* & ibi Fulgoſ. & Salic. poſt Cynum Salyc. *in l. Mutius, qu 7. ff. eodem.* Corn. *conſil. 24. num. 2.* de communi, *& conſil. 61. lib. 1. & conſ. 233 col. 1. lib. 2. & conſ. 152. num. 11. & conſ. 311. num. 2. lib. 3. & conſ. 212. num.... lib. 4.* Venafr. *conſ. 62. num. 4 & 5.* Pariſ. *conſ 85 num. 12. lib. 1.* Angel. *conſ. 113.* Socin. *conſil 72. & conſil. 265. lib. 2.* Alex. *in conſ. 80 & conſ. 99. & conſ. 113. lib. 2. & in conſ 73.* ubi de magis communi *lib. 5.* Petr de Ubald. *d. tractat. de duob fratrib part. 4. numero 10. & 11.* Anchar. *qu. 40. num. 9. lib 3.* Socin. jun. *conſil. 74. num. 8. lib. 2.* Gomeſius *lib. 2. reſol. jur. cap. 5. num. 5.* Sotus *de juſt & jur lib. 6. qu. 6. art. 1.* Covar. *variarum reſolut. lib. 3. cap. 2. num. 2.* Menoch. *conſil. 121. numero 26. lib. 1. & in tract. de arbitr. jud. caſu 125. & in conſil. 222. lib. 3.*

Et in dubio, ubi apparere non poteſt de operibus & induſtria, & de ca-
45 pitali cujuſlibet † ſociorum, dimidia quæſtus pecuniis attribuitur, & altera dimidia attribuitur operibus & induſtriæ, & iſta dimidia, ſi inter duos erit dividenda, quorum unus poſuit operas, & alter induſtriam, pro medietate ſimiliter in dubio dividenda erit, Petrus de Ubald. *d. loco, part. 4. num. 10.* Alex *in conſ. 132. ſub n. 22. lib. 5.* Socin. jun. *d. conſ. 74. n. 3. libr. 2.*

46 Et hanc eſſe † præſumptionem de jure, & ab eo allegari debere, qui ſe fundat in ea, tradit Ruinus *conſil. 92. lib. 1. num. 12.* Et ubi adeſſet conſuetudo
47 loci ſeu ſociorum, qualiter diviſio eſſet facienda, ſecundum † conſuetudinem diviſio eſſet facienda, Baldus *in dict. leg. 1. numero vigeſimo tertio, Codic. pro ſoc.* Petrus de Ubaldis *d. loco, ſub numero 7.* & faciunt tradita per Bartolum *in leg. 1. §. nec caſtrenſe ff. de collat bon.* & per Caſtr. *in l. illud. coll. fin. Codic. de collat.* dum dicunt, quod communis conſuetudo obſervat, ut dimidium lucri tribuatur induſtriæ & laboribus, & dimidium pecuniæ, Socin. jun. *d. conſ. 74. n. 9 lib 2.*

48 Et eſt notandum † ex eorum dictis, non ſolum deduci, diviſionem eſſe faciendam ſecundum conſuetudinem, ſed etiam conſuetudinem iſtam communem ſic adeſſe, probari, cum Doctoribus de conſuetudine atteſtantibus credatur, Gabr. *tit. de probat. concl. 4.* Maſchar. *in tractat. de probat. concl 426.*

Ubi autem non eſſemus in dubio, ſed apparere poſſet de induſtria & ope-
49 ribus & capitali cujuſlibet ſociorum, quia poteſt † eſſe, quod ſint inæqualia, & non poteſt dari certa & determinata regula, an adſit exceſſus in capitali,

pitali, ſive in operibus & induſtria, & an adſit exceſſus inter operas & induſtriam, lucra arbitrio boni viri dividenda eſſe, tradit Rom. *conſ. 168. in ult. dubio.* Covarr *lib. 3. variar reſolut. capit. 2. verſ quarto hinc.* Corn. *conſ. 24. lib. 1 & conſ. 27 lib. 2.* Petr. de Ubald. *d. loc. part. 4. ſub n. 3. & ſub n. 11.* Menoch. *in d. tract. de arbitr. caſu 125.* & Soc. jun *d. conſ. 74 n. 10. lib. 2.* & iſta, ut dixi, ſupra *n. 44.* eſt communis opinio. Aliqualem regulam ad conſiderandam æqualitatem & inæqualitatem arbitrio boni viri poni Soc *conſ. 265. n. 8. lib. 2.* & intellige, quod † ille, 50
qui plus contulit in ſocietate; ſive de bonis, ſive de operibus, & induſtria, plus de lucro conſequi debeat: inſpecto principio ſocietatis, & nulla conſideratione habita de proſpero ſucceſſu, & adverſa fortuna, utputa ſocius, qui plus poſuit, ivit in mari cum mercantia, & fecit id, quod diligentiſſimus feciſſet, ſed omnia ventorum & adverſa fortuna amiſit; Socius vero, qui minus contulit, fortuna favente multa lucratus fuit, nihilominus ſocio, qui à principio plus poſuit, plus de lucro dari debet, & ſocio, qui minus contulit, dari debet minus, ita tradit Corn. *in d. conſ. 24. ſub num. 4. lib. 1.* ea ratione, quia à principio, ſive tacite, ſive expreſſe ſit actum, dicitur, cum à principio conſideretur ſpes lucri, & timor ſeu periculum damni, non ſucceſſus proſperus, vel adverſus, gloſſ. *in l. ſi non fuerint 29. in ver. damnum*, exponendo periculum damni, & facit text. *in l. ſi id quod 58. §. ſi filiusfamilias 2. ff. eod.* & à principio conſideratur, cujus diligentiæ ſit ſocius, *l. ſocius ſocio 72. ff. pro ſoc. §. fin. Inſtit. de ſociet.* Similiter hac eadem † ratione conſiderata, quod quid 51
actum fuerit, à principio ſit conſiderandum, ſi unus ſocius poneret operas in ſocietate, & alter poneret mille, eo acto, quod lucra æqualiter dividerentur, quia veriſimiliter capitalia æqualia reputabantur, ſi ponens operas infirmitate impeditus operari non potuit, & de ſuis operibus parum contulit, ſed inſtitores proſequendo negotiationem multa proſpere lucrati fuerunt, lucrum, ut à principio actum fuit, æqualiter dividitur, Corn. *in d. conſ. 24 num. 4. in fin. lib. 1.* ubi dicit, ita intelligi debere dicta à Baldo *in l. ſi patruus 4. ante fin.* ibi: *Non conſidero † in prædictis, an unus plus lucretur, quam alter. Cod.* 52
com. utr. jud. & ita etiam poterunt intelligi dicta ab eodem Bald. *in conſil. 178. lib. 4.* dum vult. quod lucrum dividatur per capita, etiam ſi ſocii non eſſent æqualis induſtriæ & valetudinis, & eum refert Petr. de Ubaldis *d. tract. part. 4. num. 18.*

Et ex his dictis à Corneo † aperte percipere licet, non eſſe ſequenda ea, 53
quæ circa tractum temporis ad augendum operas & induſtriam conſiderat Petr. de Ubald *d. tract. part. 4. n. 4.* ut etiam dixi ſupra *c. 9. n 37* Bene admitto, ex tractu temporis poſſe probari, quanta ſit induſtria ſocii, ut per Soc. *conſ. 265. n. 8. lib. 2.* & dico, ſi operæ augerentur ultra formam conſideratam à principio, lucrum etiam augeri debet, ut dicitur de pecunia, & ideo ſi ſocius non operatur, nihilominus datur ei lucrum, quia non operatur impeditus à caſu, de

quo non tenetur. Quid ſi ſocius ponat ultra capitale conventum in ſocietate, an de lucro majorem partem conſequi debeat, ratione dicti pluris po-
54 ſiti in ſocietate ultra conventionem? Hæc quæſtio in duas † partes dividi debet. Primo videndum eſt, an ſocio liceat immittere in ſocietate ultra ſummam conventam? Secundo videndum eſt, an totum lucrum ex ea ſumma factum ſuum eſſe debeat?

55 Circa primum, quia † in aliquibus locis extat conſuetudo, quod ſocio liceat in ſocietate ponere ultra ſummam conventam, dico, quod talis conſuetudo erit obſervanda, quia ſocietas cenſetur inita juxta conſuetudinem, ut ſupra pluries dixi, & inter ſocios cenſetur hinc inde data facultas faciendi ea, quæ ſunt de conſuetudine, Angel. *in l. bene à Zenone 3. in verſic. pacta conventa. Cod. de quadr. præſ.* Bart. *in l. quid ſi nolit 31. §. qui aſſidua 20. ff de*
56 *ædil. edict.* Aret *conſil. 31. colum. 1.* etiam ſi in contractu † fuiſſet appoſita dictio taxativa, *tantum*, quia nihilominus poteſt ſocius ea facere, quæ ſoliti ſunt facere cæteri ſocii, Bart. *in l. viros, C. de diu. eff. lib. 12.* Roman. *in l. 3 § jurari. ff. de jurejuran. & in conſil. 114. in 2. dubio.* Jaſon. *in l. ſi mora 9. num. 6. ff ſolut. matr. & in l. 1. ſi procurator, §. 2. col. pen. verſ. iſtam quæſtionem, ff. ſi quis jus dicenti.* Decian. *conſ. 60. num. 4. & ſeq. lib. 2* Menoch. *conſil. 121. num. 11. lib. 2.* Et ſi conſuetudinis probatio
57 † erit facta indiſtinctè, non reſtricta ad certam ſummam, indiſtinctè erit obſervanda, & non erit reſtringenda ad modicam ſummam, ſed quælibet ſumma poterit addi, *l. de pretio 8. cum ſimilibus, ff. de public.* Decianus *dict. conſil. n. 8. libr. 2.*

58 Quamvis etiam de contractu † ſocietatis fuiſſet confectum inſtrumentum, poſſet pecunia in ea augeri juxta conſuetudinem, nullo confecto in-
59 ſtrumento, ut per Decian. *dict. conſil 60. num. 9.* Conſuetudine ceſſante † etiam capitale à ſocio augeri poſſe, dicendum videbatur, ut admittit Petrus de Ubald. *in dict. tract. part. 5 qu. 20* & Menoch. *in tract. de arbitr. jud. ſub numero 4. &*
60 *5. caſu 25. lib. 2.* & hoc ſuadetur. Primo, quia quod tibi non † nocet, & alteri prodeſt, facile concedi debet, *l. 2. §. item verus, ff. de aqua plu. arcen.* late Jaſon *in l. reſcripta. num. 4. Cod. de prec. Imp. offer.* & alteri ſocio non nocet, ſed imo prodeſt, quod merces in majori quantitate augeantur, ut conſiderat Menoch. *d. conſil 122 num 9* faciunt trad. à Cicer. *lib. 1. offic. verſus finem*, cujus verba ſunt: *Mercatura autem, ſi tenuis eſt, ſordida putanda eſt; ſin magna & copioſa,*
61 *non eſt admodum vituperanda.* Secundo, quia ita † tenuerunt Petr. de Ubald. & Menoch. *in locis proxime citatis*, & Caſtr. *in conſil. 41. iſta fuit ſocietas, in fin. libr. 1.* ubi manifeſte ſupponit, licuiſſe uni ſociorum immittere pecuniam propriam in negotiatione, & lucrum eſſe ſuum, ſicut erat periculum, & Corn. *in conſ 311. n. 4. lib. 3.* ubi dicit, pecuniam mutuo acceptam à ſocio, & immiſſam in ſocietate, ſtare ejus periculo, & lucrum ad eum pertinere, & ſic clare præſupponit, licere ſocio immittere pecuniam in ſocietate ultra capitale

pitale conventum, & ita tenet Decianus *d.conſ.69.* & idem Menoch. *in d.conſ. 121.num.8.*

In contrarium dicendum videtur, in ſocietate ſocio non licere imponere ultra capitale conventum. Primo ea ratione, quia non licet † ſocio al- 62
terare ſocietatem, & videmus, uni ſocio alterum ſocium ſibi aſſumere non licere invito conſocio, *l.qui admittitur, ff. pro ſoc.* Petrus de Ubaldis *dict. tractat part.10 numero tertio*, & videmus, diſpoſitionem non poſſe alterari in præjudicium ejus, cui jam jus quæſitum fuerat, *l.perfecta 4.C.de donat. quæ ſub modo.* Covar. *libro primo variarum reſolution. capite decimo quarto.* Et huic fundamento † non videtur tutum reſpondere, prout facit Menochius *d. conſil.121.* 63
ſub num.12. nempe eſſe diverſam rationem inter novum ſocium aſſumptum, & pecuniam immiſſam, quia ideo prohibetur admitti novus ſocius, ne videat ſecreta ſocietatis, & hoc in pecunia conſiderari non poteſt, iſta, inquam, reſponſio non videtur tuta, quia ſocius novus admitti prohibetur, non propter ſecreta ſocietatis, ſed quia deficit conſenſus, *ut in d.l. qui admittitur* habetur in illis verbis: *Cum enim ſocietas conſenſu contrahatur, ſocius mihi eſſe non poterit, quem ego ſocium eſſe volui.* & ita in propoſito videbatur dicendum, non eſſe licitum immittere pecuniam uni ſocio, quia deficit conſenſus alterius ſocii. Et non eſt verum, quod † iſta immiſſio non poſ- 64
ſit facere deteriorem conditionem alterius ſocii, ut aſſerit Menochius, quia poteſt facere deteriorem ejus conditionem hoc modo. Emuntur merces pro ſumma capitalis, puta mille ſcutorum, & venduntur ſpatio unius anni, & in majori quantitate unius anni ſpatio non venderentur. Si igitur adauctis pecuniis eſſent emptæ merces in majori quantitate, & non erunt expeditæ ſpatio unius anni, erit damnoſum ſocietati, quia pecuniæ exactæ in fine anni fuiſſent converſæ in aliis mercibus ad alia lucra, & ſi non exactæ non fuerunt converſæ, hoc in ſocii damnum merito reſultabit.

Poteſt etiam damnum reſultare ex majori quantitate, quia copia mercium facit, ut viliori pretio vendantur, & certe ſi iſta immiſſio majoris quantitatis fieri poſſet ſine damno ſocii, ego etiam ejus eſſem opinionis, reſponſionem ſupra poſitam procedere.

Secundo videbatur dicendum, non † poſſe ſocium immittere pecunias 65
in ſocietate ultra conventa, quia, ſocietate inita, ſocio aliquid ſuo nomine agere non licet, alias dicitur in dolo, Rim. ſenior *conſilio 243. num. 88. lib. 2.* & ſuo nomine agere diceretur, ſi ultra conventa immitteret ſuas pecunias in ſocietate.

Huic argumento † reſpondet Menoch. *d.conſ.121.n 13.* dicendo, ceſſare do- 66
lum, quia actus immiſſionis ſui natura non eſt prohibitus, & quia dolus in ſocio præſumi non poteſt, quando ex ſuo facto nulla utilitas ſibi valeat,

 nullaque

nullaque commoditas ab altero ſocio aufertur, Bart. *in l. ſi ſocius 45. ff. de furtis,* juncta *l. merito 51. ff pro ſoc.* quem ita conſiderat & deducit Cravet. *conſ. 319. ſub n. 19. verſ. 21. lib. 3.* Sed replicari poteſt, auferri commoditatem ab altero ſocio, ſi, prout dixi, ſupra merces emantur in majori quantitate, & ob earum quantitatem vendantur in minori quantitate, & viliori pretio, & ceſſante dolo, etiam ei aliquid facere non licere, contra formam ſocietatis, ut videmus in proprietario, qui non poteſt mutare formam rei invito uſufructuario, etiamſi in melius mutet, & abſque dolo, *l. ſi uſusfructus, 35. §. item Nerva. & ibi gl ff. de uſufr.* & dicam infra agendo de cauſa finali. Tertio & ultimo vi-
67 debatur † capitale augeri non poſſe, quia dolus & machinatio, quantum fieri poteſt, ſunt evitanda, *l. in fundo. in fi. ff. de rei vendic.* Et quia mercatores, quando pecuniæ deficiunt, ſub fide de pretio emere ſolent, & ſub fide de generali conſuetudine eis merces vendi ſolent, ſi ſocius non emit ſub fide, ſed cum ſuis pecuniis, doloſe egiſſe dicendum eſt, & quod doloſe fuerit verſatus, cum ad commodum conſocii non fecerit ea, quæ fieri ſolita erant, ſed potius propriæ utilitati & commoditati ſtuduerit, ponendo proprias
68 pecunias. Reſpondet idem Menochius † huic argumento *in d. conſ. 121. ſub n. 17.* negando, talem extare conſuetudinem, & ſi aliqui mercatores conſueverint hoc facere, nihilominus dicit non ſequi, quod ſit omnium conſuetudo, ut per Venafr. *conſ. 16. n. 14.*

Præterea dicit, quod actus emendi ſub fide pretii eſt voluntarius, & eum, qui ita fecit aliquando, ad ita faciendum iterato cogi non poſſe, *l.*
69 *voluntarie, Codic. de excuſat. tut.* & quod facta emptione † ſub ſpe pretii ultra capitale poſſet alter ſocius dicere, nolo teneri ultra capitale, & talem emendi licentiam ultra capitale tibi non dedi, Caſtrenſ. *in conſil. 416. in fin. lib. 1.* Anchar. *conſil. 333. colum. ult.* Dec. *in l. ſi ſocius, numero 4. ff. ſi cert. pet.* Cravet. *conſil. 129. numero 12. lib. 1.* Stracc. *in tract. de mercat. numero 14. & 15. tit. de contr. mercat.*

70 Poſſe replicari videtur, notorie † conſtare de tali conſuetudine emendi ſub fide pretii, & ideo talem adeſſe conſuetudinem negari non poſſe, & ſocium non poſſe aſſerere, nolle teneri de emptione facta ſub fide pretii, quia tenetur approbare facta juxta conſuetudinem, ut ſupra dixi, & non poteſt ſe ſocius excuſare, quod emere ſub fide ſit actus voluntarius, quia ſi hoc facere expedit ſocietati, dicitur actus neceſſarius, quia ſocius ea, quæ utilia ſunt, ſocietati facere tenetur, & ea rata conſocius habere debet.

71 Quid dicendum? Quidem † poteſt dici, quod poni poſſint reſpectu perſonæ ponentis, quia ſuum erit damnum & lucrum ex eis proveniens, & poteſt dici, quod poni non poſſint reſpectu alterius ſocii, quia ipſe ex tali immiſſione neque damnum neque lucrum ſentire debet, ut dicitur de ſocio aſſumente alterum ſocium, *in d. l. qui admittitur, cum 3. legib. ſeqq. ff. pro ſoc.*

Secundo

Secundo principaliter agendo † de lucro provenienti ex pecuniis immiſſis in ſocietate ultra capitale, cui pertinere debeat, Cephal. *in conſ. 475. in 1. dubio. lib. 4.* qui ſcripſit in eadem cauſa Ravennaten. in qua ſcripſerunt Decian. & Menoch. tenet quod debeat eſſe commune, ſed ego dico, pertinere debere ad immittentem. Quia quemadmodum ex nova ſocii aſſumptione facta ab uno ex ſociis, alter ſocius damnum ſentire non debet, neque lucrum, *d. l. qui admittitur*, ita ex nova quantitatis immiſſione ab uno ex ſociis facta, alter ſocius neque lucrum neque damnum ſentire debet, quia deficit ejus conſenſus, & ſine conſenſu ſocietas eſſe non poteſt, & hanc opinionem tenet Menoch. *in d. conſ. 121. n. 26. & ſeq.* & Decian. *dict. conſ. 60. n. 19.* Et dato etiam, quod † tali pecuniarum immiſſioni conſentiret alter ſocius, nihilominus ex eis neque damnum neque lucrum ſentire deberet, quia capitale ſtat ſub periculo ponentis, & ei, & ex eo quæritur, cujus ſub periculo ſtat, ut dicit Decian. *in d. conſ. 60. numero 19.* & probat, & forſan nimis laborando Menoch *d. conſil. 121. numero 26.* Et ut clarè † percipiatur, qualiter iſtud lucrum ex capitalis augmento dividi debeat, ita diſtinguendum eſſe credo. Aut capitale fuit auctum in pecuniis ab immittente pecunias, altero ſocio ponente operas: aut fuit auctum à ſocio ponente operas, altero ſocio ponente pecunias. 72 73 74

Et primo caſu, ſi capitale fuit auctum ſciente & patiente altero ſocio, & ſic concurrente ejus conſenſu, dico de augmento eſſe judicandum, prout fuit actum à principio. Et quemadmodum à principio conventum fuit juxta ſocietatis naturam, capitale poſitum debere ſtare ſub periculo ponentis, & lucrum debere dividi pro medietate, attributa medietate operibus, & altera medietate capitali: ita & de lucro provenienti ex capitali aucto ſtante ſub periculo ponentis medietas ipſi ponenti erit danda, & altera pertinebit ad ponentem operas, ita tenet Petrus de Ubald. *in d. tract. part. 3. q. 20. d. conſil. 121. num. 34.* Si vero capitale fuit † auctum à ponente pecunias in ſcio altero ſocio, ponente operas, dico, jure ſocietatis lucrum ex capitali aucto, pertinere non poſſe, neque ad ponentem capitale, neque ad ponentem operas, quia deficit conſenſus, & deficit ſocietas in illo augmento, *l. ut ſit, ff. pro ſoc.* ſed bene dico, quod lucrum obventum, quia cauſatum fuit à capitali aucto, & ab operibus, erit dividendum inter dominum capitalis, & eum, qui operatus fuit, cum non ſit conveniens, quod dominus capitalis aucti privetur lucro ex eo obvento, & ponens operas privetur lucro obvento ex ſuis operibus. Et ſi nullum † lucrum fuiſſet cauſatum ex tali augmento, dico, quod ſi ſocius paſſus fuit damnum in adminiſtrando majorem capitalis quantitatem, quod ſibi tale damnum refici debet ab eo, qui in ſocietate ultra ſummam conventam poſuit, cum non ſit conveniens, quod damnum patiatur ex facto alterius ſocii augentis capitale. 75 76

Et

77 Et hoc caſu ceſſat illa conſideratio, quæ † fit, an capitale auctum ſtet ſub periculo ponentis operas, quia non debet ſtare ſub ejus periculo, ſed ſub periculo ponentis, & lucrum, quod datur ponenti operas, legitime datur, licet ſtet capitale ſub alterius periculo, quia non recipit lucrum ra-
78 tione capitalis, ſed ratione ſuarum operarum. Eſt advertendum † etiam ad id, quod Petrus de Ubaldis de ratificatione dicit, dicto loco, nempe quod ſocius, qui ignoravit augmentum capitalis, poterit poſtea cognita veritate ratificare, quia quod id factum fuerit nomine ſocietatis, cum ſocietatis nomine factum non fuerit, ratificari non poteſt, *l. ſi pupilli 6. §. ſed*
79 *ſi ego 6.ff. de neg. geſt.* Et quia ratificatio † poſtea de per actis in ſocietate, & ſic re integra non exiſtente, fieri non poteſt, Menoch. *d. conſ. 121. num. 34. in fi. & n. 35.* & Decianus *d. conſ. 60. num. 18.* & quia, ut dixi, abſque ratificatione lucrum ex pecunia, & ex operibus obventum, pro parte tribui debet domino pecuniarum, & pro parte ei, qui operatus fuit, Dd. *in l. cum oportet 6. C. de bon. quæ lib.*

80 Secundo ſi capitale fuit † auctum in pecunia à ponente operas, hoc caſu dico, lucrum ex eo obventum in totum pertinere ad augentem & operantem, quia provenit ex pecunia ſua, & ex ejus operibus, & ita tenent & proprie in hoc caſu ſcripſerunt Menoch. & Decian. *in ſupra allegatis conſiliis*, & iſte caſus nullam habet difficultatem, ſive capitale fuerit auctum inſcio, ſive ſciente altero ſocio, bene ſi ex tali augmento ſocietati aliquo modo damnum fuiſſet cauſatum, in tali damno alter ſocius indemnis conſervari deberet, ut dixi ſupra de ſocio aſſumpto ab uno ex ſociis. Et adverte in propoſito, quod capitale in operibus non dicitur proprie augeri, quia operibus non aſſignatur certa menſura à principio, ſed conventum cenſetur, quod ſemper ſocius cum ea, qua tenetur diligentia, operari teneatur, niſi aliquo modo & abſque ejus culpa impeditus fuerit, & quoquo modo magis operabitur, majorem quæſtus partem habebit.

81 Iſta ſunt dicta de ſocio † augente capitale conventum, quæro modo è contra, quid ſit dicendum, ſi ſocius, qui promiſit ponere mille, poſuit ſolummodo quinquaginta? Hanc quæſtionem ponit Petrus de Ubaldis *dict. tractat. part. 5. quæſtion. 19.* ſub hac forma: Duo contraxerunt ſocietatem, unus promiſit ponere tria millia, alter operam & induſtriam, hoc acto, quod lucri duas partes haberet ponens capitale, & tertiam partem haberet ponens operas, & qui promiſit ponere tria millia, poſuit tantum mille quingenta, dicit prius dicendum videri, quod ponens operas debeat habere duas lucri partes, & ponens pecuniam unam tantum, quia ſic ponens operas habebit lucrum de mille, ut actum fuit à principio, & ponens pecunias habebit lucrum de quingentis. Deinde determinat, lucrum debere dividi, ut conventum fuit, ſed quod ſocius, qui minus poſuit, quam ponere

ponere deberet, alteri ſocio teneatur ad intereſſe arbitrio boni viri, & hanc opinionem probat etiam Menoch. *in tractat. de arbitr. jud. caſu 125 ſub numero 4.* quod poterit arbitrio boni † viri determinari non ſolum conſiderata quantitate ſuperlucrata cum pecuniarum quantitate poſita, ſed conſiderata quantitate, quæ à diligentibus viris ejuſdem exercitii ſuperlucrata fuit, ut per Alex. *in conſ. 47. n. 1 lib. 1.* 82

Alterum caſum huic ſimilem ponit Petrus de Ubald. *dict. par. 5 qu. 18.* dicit, duos contraxiſſe † ſocietatem, in qua unus promiſit ponere tria millia, & 83 alter operam & induſtriam, & pacti fuerunt, ut ponens tria millia ſolum haberet lucrum de bis mille, alter vero ponens operam & induſtriam haberet lucrum de mille, evenit, quod mille ſolummodo poſita fuerunt ab eo, qui tria millia ponere debebat, & dicit, quod ex quo expreſſe conventum fuit, ut ille, qui ponebat operam & induſtriam, deberet habere lucrum de mille, conventio eſt ei obſervanda, & ſic quod debet habere totum lucrum, & non obſtare, quod pars lucri tribuatur pecuniæ, quia id procedat, quando non adeſt conventio, quæ ubi adeſt, ſervanda eſt, *l. ſi non fuerint 29. ff. pro ſoc.* vel dicit, quod iſte, qui non poſuit eam pecuniarum quantitatem, quam ponere promiſerat, tenebitur alteri ſocio ad intereſſe, *l. ſtipulationes non dividuntur 72. verſ. Celſus, ff. de verb. obligat.* & iſta eſt verior opinio & ſequenda, ut dixi in caſu proxime præcedenti. Sed ad prædicta quæro, utrum † ad hoc, 84 ut ſocius poſſit agere ad intereſſe contra ſocium, teneatur proteſtari, quod non poſuerit in ſocietate promiſſam pecuniarum quantitatem, & an tacendo dicatur conſentire, & ſibi præjudicium afferre? Afflict. *in dec. 58.* dicit, quod ex tali proteſtatione facta ab uno ſocio contra alterum ſocium clare conſtaret de excluſione conſenſus, ſecundum Bald. *in l. ſi quis teſtibus 17. C. de teſtib.* ſed ſi non eſt facta, quod ex hoc non ſequatur, ergo conſenſit, quia talis taciturnitas ſibi præjudicaret, & taciturnitas in actis præjudicialibus non inducit conſenſum, quando daretur reverentia ex parte illius, qui debebat proteſtari, & tunc præſumitur diſſenſus, Bart. *in l. quæ dotis 33. ff. ſolut. matr.* dum allegat *l. 1. § quæ oneranda. ff. quarum rer. act. non datur*, ubi habetur, ſocium habere exceptionem, ſi conveniatur ex ſocietate contracta ob metum reverentialem. Et etiam dicit, quod ex proteſtatione non facta non inducitur conſenſus, quando agitur de evidenti præjudicio, *l. penult. de furt.* Bald. *in l. ſi fin. 25. Cod. ad Vellejan. & in l. 1. Cod. de bon. mater. & in l. filius, §. invitus, & ibi gloſſ. ff. de proc.*

Reverentia ſtante ex parte ſocii † proteſtari debentis, teneo, ex non facta proteſtatione conſenſum non induci *ut in d. l. 1 § quæ oneranda* **Sed deficiente reverentia, dico, proteſtationem eſſe neceſſariam ad hoc, ne ſocius dicatur conſenſiſſe, quia cum ejus taciturnitate & non facta proteſtatione convenit actus receptionis pecuniarum, & earum adminiſtratio in emendo & nego-** 85

Z ciando,

ciando, & ubi cum taciturnitate alius actus concurrit, conſenſus præſumitur, etiam in præjudicialibus, Bart. *in l. quo enim 12. §. Julianus 2. ff. rem rat. hab.* Alex. *conſ. 131. n. 4. & ſeq lib. 2.* Socinus junior *conſ. 46. ſub n. 4. libr. 2.* Jaſon *in l. qua dotis, n. 99 ff ſol. matr.* & eſt communis opinio, Capr. *in reg. 56. num. 8.* Maſchar. *in tractat. de prob. concluſ. 1153 num. 44.*

Sed ut redeam unde abii, nempe ad concluſionem ſupra firmatam *n. 44.* lucri partes eſſe faciendas inſpecto capitali, operibus & induſtria cujuſlibet ſociorum, dico, quod ſi mediante re communi, puta fundo, ſervo & bobus, lucrum obvenerit, erit dividendum pro ea portione, quam quiſque in re ipſa habebit, *l. communis ſervus 45. ff de acquir. rerum domin.* Et ponitur exem-
86 plum de ruſticis † inſimul laborantibus in fundo communi, & in fundo conducto, & cum bobus communibus, & ſecundum tradita à Bartol. *conſil. 186.* Cuviarellus lucra inter iſtos duos ruſticos ita ſunt dividenda, prius detrahendæ ſunt impenſæ factæ ab eis, *l. ſi unus ex ſociis 67. §. ſi quid unus 2. ff.*
87 *pro ſoc.* & inter impenſas † ſemen connumeratur, ut per Alexand. *conſilio 99. numero 6. libr 2.* Sed quia ſemen debet poni à colono de ſuo proprio, *cap. tua. de decimis*, cavendum eſt, debere deduci ex parte colôni, & non ex parte
88 pertinente † ad dominum, ut tradit Natt. ad Alexand. *in dict. conſil. 99. in ver. domini.* Secundo debet detrahi lucrum, quod bobus attribui debet, & debet dari domino boum, ſi unus ſit dominus, & ſi duo, erit dividendum pro ea portione inter eos, quam quiſque in eis habet, & ſi ſint alicujus extranei, debent detrahi expenſæ factæ in eis conducendis. Pro qua parte au-
89 tem lucrum † bobus ſit tribuendum, certa regula dari non poteſt, & Judicis arbitrio terminandum relinquitur, Petrus de Ubaldis *d. tractat. part. 4 ſub num. 12. verſ. Præterea de hoc videtur*, & male loquitur Baldus *in c. 1. de benef. fratr. num. 2.* His detractis, quia fructus provenientes ex fundo alieno debent prius dividi cum ipſius fundi domino, ideo medietas domino prius danda erit, & alia medietas erit dividenda inter ipſos ruſticos, qui prædium laboraverunt. Et ſi fructus fuerunt recollecti ex proprio fundo, erunt inter laborantes dividendi pro ea parte, quam quiſque in prædio habet, Bartolus *in d. conſil. 186.* Petrus de Ubaldis *d. loc. part. 4 ſub num. 12.* Angel. *conſil. 112. & in conſil. 113.* Aretin. *in § fin. num. 3 Inſtit de ſocietat.* Corn. *conſil. 24. colum. 5. lib. 1. & in l. ſi paſcenda. Cod de pactis.* Jaſon *in §. ſequens, num 47. Inſt. de act.* Alexand. *conſil. 99. & conſil. 113. lib. 2. conſil. 77. lib. 5.* Pariſ. *conſil. 85. lib. 1.* Anchar. Regienſ. *qu. 40. libr. 3.*

90 Sed quid dicendum, ſi † unus ex iſtis ruſticis habeat filios operantes & laborantes, an ex eo, quia habent alimenta in domo communi patris & patrui, teneantur etiam in communi operari, & acquirere, vel acquirant eorum patri? Baldus *in capite primo, de benef. fratr. num. 2.* videtur tenere, harum operarum nullam habendam eſſe rationem, dum ponit quæſtionem de duobus

duobus ruſticis ſimul ſtantibus, quorum unus, laboravit cum bobus communibus, & dicit, lucrum debere eſſe commune, quia opera inter fratres præſumitur gratuita, & amicitia fraterna impenſa, *argument.ff. de neg geſt.l.ex duobus, in princ.& §.fin.* & ſubjungit, quod, licet Bart. medietatem lucri conſignet operibus perſonalibus, & alteram medietatem operibus boum, ita quod qui laboravit debeat habere tres partes, & alter unam, tamen ſibi prima opinio magis placeat, argumento illius textus, licet aliquando tanquam diſcipulus ſecutus fuerit magiſtrum ſuum conſulendo.

Sed quicquid Baldus dicat, tenendum † eſt, quæſita ex operibus filiorum, detractis impenſis victus eorum pertinere ad filios, quoad proprietatem, & ad patrem eorum quoad uſumfructum, ita tenet Angel. *in l.ex duobus 27 ff.de neg.geſt* Baldus *in l.4.q.9.C.pro ſoc.& in addit.ad tract.Bart. de duob fratr. & in l.ſi patruus, quæſt.penult.C.com.utr.jud.* Angel. *d.conſil.112.& conſ.113.* Ant. de Butr. *conſ.7.* Petr. de Ubald. *dict.tract.part.4. ſub num 12.* Alex. *in conſil.99. numero 5.* ubi dicit, quod hæc ſententia eſt probabilior & communior ea, quam tenuit Bald. *in d.c.1.* ubi de his locus fuit *lib.2 & in conſilio 133.num.1. eodem lib.* & eam etiam eſſe magis communem dicit *in conſ.77.num.3 lib.5.* Sed intellige, quod iſta diviſio † erit facienda in capita inter operantes, non pro æquali portione, ſed habito reſpectu ad operas poſitas à quolibet ipſorum, quia qui plus operatus fuit, & plus de lucro percipere debet arbitrio boni viri, Alexan. *in d.conſ.* ut dixi ſupra *n.44.* Petr. *d.part.4.ſub num.18.& 19* Quid ſi unus ex iſtis ruſticis habeat uxorem ligonizantem in prædio, & facientem alia opera † ruſticalia, an ſuarum operarum ratio haberi poſſit? De jure eſſe habendam rationem etiam ſuarum operarum, tenet Petr. de Ubald *d.part.4.ſub n.17.* ſed in fine dicit, contrarium obſervari de conſuetudine, & ego etiam ita pluries obſervari vidi, & obſervatum fuiſſe audivi. Sed Anchar. Regien. *quæſt.40.ſub num. 30.lib.3.* dicit, contrarium vidiſſe obſervari in partibus ſuis: erit igitur attendendum, quod in quolibet loco obſervetur, & non apparente de obſervantia erit ſervandum jus commune, & vide quæ dixi ſupra *cap.3. nu.4. cum plurib.ſeqq.* Et ſi unus ex dictis ruſticis habeat filios minores in diviſione lucri operarum, ipſorum ratio non eſt habenda, ſed compenſari debent cum alimentis perceptis, ſi ad hoc ſufficientia erunt, Petr. de Ubald. *d.part.4.n.16. & ſub n.18.& n.10.* Et ſecundum prædicta conſiderato capitali, operibus & induſtria, qualiter lucrum dividi debeat, in aliis ſimilibus caſibus, qui evenire poſſunt, percipi poterit.

Margin numbers: 91 (beside "Sed quicquid Baldus dicat"), 92 (beside "† erit facienda"), 93 (beside "rusticalia").

N.59. Hæc quæſtio certè dubia eſt, & in utramque partem ſubtiliter à juriſconſultis diſputatur. Veri tamen ſimilior mihi eſſe videtur opinio negantium, ſocio licere ſeparatim, inſcio & invito altero ſocio, contractus inire ſuper rebus in ſocietate comprehenſis, idque ſua vel re vel pecunia propriâ. Nam quomodocunque id excuſetur, tamen fieri non poſſe abſque præjudicio ſocietatis, palàm eſt. Deinde quàm diligenter ll. caverint, ne fraudibus ulla detur occaſio vide *in notis cap.* 20 *n.* 7. Quid obſtet ergo quin ſocius, ſi ex contractu ſuo vel damni periculum immineat, illud ſocietati, vel ſi ſpes lucri affulgeat, ſibi ſoli imputet? Nam hoc illi in proclivi eſt, ſi duplicem perſonam in hac ſcena agere liceat.

CAPUT XVI.

An ille, qui capitalis periculum non ſuſtinet, poſſit ejus ratione lucrum percipere?

SUMMARIA.

1 *Capitale ſi fuit communicatum, facta mutua collatione, quilibet ſuæ partis periculum ſuſtinere debet.*

2 *Quia res domino perit.*

Et quia conveniens eſt, ut quis rei periculum ſuſtineat, ex qua lucrum percipit.

3 *Capitale ſi fuit communicatum, quia ſit placuit ponenti, ratione dominii ponens eum ſolum pro parte erit obligatus, ſuſtinere dominium.*

4 *Periculum etiam lucri ratione, pro parte tranſlata, ſuſtinere erit obligatus, ſi vult lucrum pro dicta parte etiam ad eum pertinere, ea ratione, quia vult ſentire lucrum.*

5 *Capitale ſi non fuit communicatum, & ex eo lucrum percipiatur, periculum ad ponentem pertinet, ratione dominii & ratione lucri.*

6 *Periculum operarum ponens operas ſuſtinere debet, quia ex eis percipit lucrum, & quia alter ſocius ſuſtinet periculum capitalis, & ſic ſervatur æqualitas.*

7 *Socii duo ſi ſint diſcordes, quo in loco merces vendi debeant, & unus cum eis vadat Venetias, alter non debet habere lucrum, quia periculum non ſuſtinuit.*

8 *Sed ſocius, qui merces vendidit, tenetur ad intereſſe.*

9 *Socius ſi reviſis rationibus relinquat centum in ſocietate, & faciat, ſeſe ſcribere creditorem, lucrum ex eis ſentire non debet, quia non ſuſtinet periculum.*

10 *Pecunia ſi pereat ante operas exhibitas, damnum eſt commune, ne contractus claudicet, declaratur,* n. 11.

Et ea ratione, quia res propria unius ex ſociis ſi pereat occaſione ſocietatis, damnum eſt commune, Declaratur n. 12.

11 *Intellectus*

11 *Intellectus* l. cum duobus, *§*. quædam ſagariam, ff. pro ſoc.
12 *Intellectus* l. ſi id quod *§*. item celſus, ff. pro ſoc.
13 *Capitale poſitum in ſocietate non dicitur communicatum, ideo ſi perdatur, damnum eſt ponentis, & non commune, &* n. 14.

ET quia in lucri diviſione periculum conſideratur, ideo etiam de periculo † videndum eſt. Duo conſiderandi ſunt caſus. Primus caſus eſt, 1
quando pecunia communicatur, ſecundus caſus eſt, quando pecunia non communicatur. In primo caſu conſiderandum eſt, quod pecunia dupliciter communicari ſolet. Uno modo, quia quilibet pecunias ponit; altero modo, quia uno ponente operas & induſtriam, alter ponit pecunias, & contentatur, quod communicentur, & in fine ſocietatis dividantur, ut dixi ſupra *cap. 9 num. 60.* Si erit communicata pecunia ob mutuam collationem, ſocius ad hoc, ut ex ea lucrum percipere poſſit, erit etiam obligatus ſuſtinere ejus periculum pro parte ad eum pertinente, ex qua lucrum percipere intendit, & hoc dupliciratione, Primo quia res domino perire debet, *l. quæ fortuitis 6. Codic. de pign. act. c. 1. de commod.* Secundo, quia qui ex re † lucrum percipit, conveniens eſt, quod etiam ejuſdem rei periculum 2
ſuſtineat, *l. ſi non fuerint 29. § fin & leg. Mutius, & l. cum duobus 52. §. quædam ſagariam, in fin. ff. pro ſoc. & §. 1.* & facit textus *in l. ſecundum naturam 10 ff. de regul. jur. & in l. manifeſtiſſimi 22 Codic. de furtis*, & eſt textus *in l ſi Titius, ff. de præſcript.* quem ad hoc probandum ſingularem dicit Socinus *in conſilio 268. numero quarto; verſ. confirmatur, libro ſecundo.* Si vero erit communicata, quia ſic eam † ponenti placuit ratione dominii, ejus periculum ſolummodo pro 3
parte ſuſtinere erit obligatus, cum ſolummodo pro parte ſit dominus. Ratione lucri vero, an periculum ſubire teneatur, diſtinguendum eſt, an ex parte tranſlata in ſocium lucrum percipere intendat; an vero ſolummodo intendat lucrum ex ejus parte percipere, quæ in ejus dominio remanſit?

Si intendat percipere lucrum † ex parte tranſlata in ſocium, erit etiam 4
obligatus ſuſtinere ejus periculum non ratione dominii, ſed alia ratione, quia conveniens eſt, ut ſupra dixi, quod quis ſuſtineat periculum ejus rei, ex qua lucrum percipit, *d. l. cum duobus, §. quædam ſagariam*, ubi diſponitur, quod ſi unus ex ſociis perdat propriam pecuniam, alter ſocius etiam damnum ſentit, & hoc ea ratione, quia ex ea lucrum ſentire poterat, ut per Socin *d. conſ. 265. verſ. ſecundo & clare.*

Si vero lucrum ex ea percipere non intendat, periculum ejus ſuſtinere ratione aliqua non erit obligatus. In ſecundo caſu, ubi pecunia † non eſt 5
communicata, quia in fine ſocietatis ea ponenti reſtitui debet, dico pericu-

lum in totum ad eam ponentem pertinere debere, ex rationibus ſupra adductis, nempe quia res domino perit, & quia ille periculum ſuſtinere debet, qui percipit lucrum. Et hanc opinionem tenere gloſſ. Oldr. Bart. Bald. Angel. Caſtr. & eſſe communem tradit Socin. *d. conſ. 265. ſub n. 2. circa medium,*
6 *lib. 2.* & iſta dicta de capitali † & de pecunia procedunt etiam in ſocio ponente operas & induſtriam, quia etiam ipſe ſuarum operarum amiſſionem pati debet, cum earum ratione lucrum percipere intendat, & ita etiam, ut æqualitas inter ſocios ſervanda ſervetur, fieri debet, quia ſi alter ſocius ſuſtinet periculum capitalis, ita quod ponens operas earum periculum ſuſtineat, conveniens eſt, Socin. *in d. conſ. 265. in 1. dub. lib. 2.*

7 Et ea ratione, quia non ſubeunti † periculum lucrum non debetur, ſi duo ſint ſocii diſcordantes, quo in loco merces ſocietatis vendi debeant, & unus mercibus præfatis acceptis vadat Venetias, alter ſocius, quia non ſuſtinet periculum de lucro ex mercibus præfatis redacto, non participabit, ita determinat Bartolus *in leg. quia poterat 4. ff. ad Trebellian.* & ibi eum ſequitur Alex. *columm. 1.* Aret. *in §. illud, Inſtitut. de act.* Bertrand. *conſilio ſeptuageſimo primo, numero ſecundo, libro 2. part. 1.* Roman. *conſ. 575* Petr. de Ubald. *d. tract. de duob. fratrib. part. 5. numero 6.* Dec. *in in l. ſecundum naturam, ſub num. 2. ff de reg. jur.* Rim. jun.
8 *conſil. 779. num. 81. lib. 7. & conſ. 508. num. 15. lib. 5.* bene ſocius, qui vendidit † merces ſuo periculo, alteri ſocio tenebitur ad intereſſe pro ea quantitate, qua venditæ fuiſſent in loco, à quo aſportatæ fuerunt, gloſſ. *in l. ſi unus ex ſociis 67.*
9 *ff. pro ſoc.* per text. *in l. ſocium 60. ff. eodem.* Eadem ratione etiam † attenta, ſi duo ſocii, reviſis rationibus, ſcuta centum pro quolibet invenerint in ſocietate, & unus ipſorum accepit ſua centum, & alter ſua centum in ſocietate reliquit, & fecit ſe in libro ſocietatis creditorem, & permiſit ibidem ea permanere abſque ejus periculo, lucrum ex eis percipere non poterit, Petr.
10 de Ubald. *d. part. 5. n. 20.* Sed ad prædicta, quatenus præſuppoſui † pecuniam non communicari, & damnum pertinere in totum ad ponentem, primo obſtare videntur tradita per Petr. & Cynum *in l. 1. C. pro ſoc.* qui volunt, quod, quando pecunia perit ante operas exhibitas, tunc damnum ſit commune, ea ratione, ne contractus claudicet, *l. ſi id quod 7. ff de reſcind. vend.* & refert Soc. *in d. conſ. 265. ſub n. 2. verſ. aliquando & tertio*, & ea ratione, quia res propria unius ex ſociis ſi pereat occaſione ſocietatis, damnum eſt commune, *l. ſi id quod 58. §. item Celſus 1. ff pro ſoc.*

11 Sed dico, iſta non obſtare, quia à principio † ſocietas ſub futuro eventu juſte contracta fuit, & ex eo, quod poſtea caſu fortuito evenit, eam claudicare dici non poteſt, *l. cum duobus 52. §. damna. ff. pro ſoc.* & ſive jactura eveniat in principio, ſive in medio, ſive in fine negotiationis, Navarr. *in manu. c. 7. num. 252.* Andr. Fachin. *Controv. jur. lib. 2. c. 94. & 95.* Et dico non obſtare tradita de re propria, quia, ut dixi ſupra, declarando *l. cum duobus 52. §. quidam*

ſagariam,

ſagariam, ideo ſocius ſentit damnum de propria pecunia unius ſocii, ſi perdatur occaſione ſocietatis, quia ex ea poterat ſentire lucrum. Et textus *in d.l.ſi id quod 58. §. item Celſus, 1.* non obſtat, quia loquitur de † ſociis, qui in- 12
ſimul contulerunt pecunias, & ideo diſponitur in ea, quod quilibet ſuarum pecuniarum damnum patiatur, ut per Socin *d.conſ. 265. verſ ſecundo*, & clare ſub *n 1.* Fachinæus *d.cap.94.* Secundo etiam prædictis obſtare videtur, quia Burſat.*in conſ 320.n.49.* dicit, quod ſecundum † communiorem opinionem, 13
ſi capitale perdatur, antequam expendatur, quod ſocius tenebitur ad refectionem, maxime capitali effecto communi, & de communiori opinione teſtantem citat Decian. *conſ 97 num. 64. lib.2*, & de communi teſtantem citat Navar. *in manu.c.17.n.252.& n.253.*

Ego dico, & Burſato & Deciano teſtantibus, hanc eſſe magis communem
† opinionem, non eſſe credendum, quia quod opinio Alex.*in conſ.131.lib.5* in 14
qua ſe fundant, ſit communiter reprobata, dicunt Adden. ad eum, *in verſ. quod non.* & Dec.*in l.ſi paſcenda 8. in 1.not. C. de pactis.* Et quod capitale non cenſeatur communicatum, & quod ita teneant Theologi, & Corn. *in dict. l. ſi paſcenda, qu.4.*& Bald.*in conſil.260. Unus videlicet, circa medium, lib.1.& in conſ.396. committere pecuniam lib. 5.* Et hanc opinionem eſſe communiorem & æquiorem tradit Nat.ad Alex.*in d.conſ.131.verſ.quod capitale*, & hanc opinionem amplectitur etiam Navar. *in d.c.17.n. 252. & 253.* Et iſtam etiam eſſe magis communem opinionem apparebit infra, dum agam, an liceat paciſci, quod capitale ſit ſalvum & inde lucrum percipiatur, etiam ſi aliqua modica lucri quantitas pertineret ad ſocium, nihilominus quod periculum pertineat in totum ad dominum tradit Cravet.*conſil.247.numero 1. verſ.ſecundo conſidero.lib.1.* Et iſta de lucro dividendo abſque partium conventione dixiſſe ſufficiat.

N.5.6. & 11. Quod hic decidit auctor, pecuniæ jacturam dominum ferre, non etiam ſocium qui operas contulit, id variè diſputatur. Hujus quæſtionis quatuor ſententias refert Fachinæus & poſtremæ accedit quæ cum auctore noſtro convenit: hac etiam ratione quæ hic non allegatur. Quia nempe oriretur inæqualitas ſi damnum eſſet commune. Cùm is qui operam ponit duplici afficeretur incommodo: uno quòd operam & induſtriam perderet, alterò quòd ſentiret partem damni: alter verò ſocius non totam pecuniam amitteret, ſed partem dumtaxat.

N.2. Hoc non ſemper verum eſt nam & creditor ex cauſa mutui periculum non ſubit ejus pecuniæ cujus uſuras percipit. Et quid ſi ut quis ſe periculo eximat, minimam lucri portionem accipiat, relicta maxima parte ſocio, in pretium periculi quod in ſe recepit? de quo *vide cap.17.n.20.& cap.19. in notis.*

CAPUT

CAPUT XVII.

De quæſtu dividendo ex partium conventione.

SUMMARIA.

1 *Taxatio lucri in certa quantitate fieri poteſt ſecundum unam opinionem.*
2 *Taxatio hujuſmodi fit in ſocietate officiorum.*
3 *Taxatio hujuſmodi fit in ſocietate animalium, &* num.4. *declaratur, &* num.16. & 17.
5 *Taxatio hujuſmodi fit ex communi obſervantia in omnibus ſocietatibus.*
6 *Taxatio hujuſmodi fit etiam de intereſſe veriſimili.*
7 *Taxatio hujuſmodi fit de lucro, ſi capitale ſtet ſub periculo.*
8 *Taxatio hujuſmodi fieri non poteſt, ſecundum aliam opinionem.*
Diſtinguitur num. 20.
9 *Taxatio hujuſmodi quod ſit uſuraria, quando etiam dictum fuit capitale periculo non debere ſubjacere.*
10 *Idem ſi fuit dictum, capitale pro parte non debere ſubjacere periculo.*
11 *Idem quod ſit uſuraria, etiam ſi capitale ſubjacet periculo.*
Capitale non ſolum, ſed etiam lucrum ſub periculo poni debet, & n.19.
12 *Intellectus* l.ſi fratres 52 §.item ex facto ff.pro ſoc.
13 *Intellectus* l.ſi margaritam 44.ff pro ſoc.
14 *Uſurarius à conſuetudine non excuſatur in foro Poli.*
Uſurarius non excuſatur à conſuetudine etiam in foro fori.
Uſurarius quod non ſit contractus à conſuetudine, declarari poteſt.
15 *Uſurarium non eſſe ſocietatem officii, fuit à conſuetudine declaratum propter periculum vitæ.*
18 *Taxatio veriſimilis fieri poteſt, ſi res vere adſit, & non alias.*
20 *Pactum de certa lucri quantitate præſtanda, ſive adſit, ſive non adſit, & etiam ſi adſit, & quod capitale ſtet in tuto, non valet, & eſt uſurarium.*
21 *Pactum ſi lucrum eſt veriſimile ſuper certa ejus quantitate præſtanda, & quod capitale permaneat ſub periculo, valet.*
22 *Quia potentialiter plus & minus in ea conſiderari poſſunt, & ratione incertitudinis ſuſtinetur.*
23 *Lucrum dicitur ſtare ſub periculo taxatione facta, quando eſt veriſimile, quod in majori quantitate evenire poſſit.*
24 *Pactum de certa quantitate valet, ſi lucrum eſt veriſimile, etiam ſi non fuit dictum, quod*

quod capitale ſubjaceat periculo, quia hoc ſic fieri debere intelligitur.

25 *Pactum de certa lucri veriſimilis quantitate præſtanda, & quod capitale ſtet ſub periculo, facta declaratione, quod ſi lucrum adeſſet in majori quantitate, eſſet ipſius negotiantis, ſi in minori, quantitas taxata non deberetur, valet.*

26 *Lucrum debere dividi arbitrio boni viri, ſi pactum fuit, valet.*

27 *Si inique fuerit arbitratus, recurritur ad Judicem.*

28 *Lucri diviſionem debere fieri arbitrio unius ex ſociis, ſi pactum fuit, valet, &* n. 29.

30 *Pactum de ſtando ſimplici dicto creditoris ſuper intereſſe valet, &* n.31.

32 *Si inique arbitratus fuerit ſocius, receditur ab ejus arbitrio, & itur ad Judicem.*

33 *Pactum de inæquali diviſione lucri facienda an valeat, nempe ut qui minus poſuit magis, & qui magis poſuit minus habeat, plures referuntur opiniones*, num. 34. & 35.

Non valere, communis eſt opinio, n. 36.

37 *Pactum, quod poſito inæquali capitali, lucrum æqualiter dividatur, valet, ſi capitale etiam ſit in fine ſocietatis æqualiter dividendum, & valet quoad capitale titulo donationis,* n.38.39 & 40.

41 *Maxime ſi adſit juramentum, cujus virtute contractus ſuſtinetur eo modo, quo valere poteſt.*

Intellectus l.ſi ſocietas, in fin.ff.pro ſoc.

IAm egimus, qualiter quæſtus ſeu lucra ſint dividenda citra partium conventionem, modo agendum eſt de diviſione, quæ qualiter ſit facienda ab ipſis ſociis † conventum fuit. Et prima quæſtio erit, utrum inter 1
ſocios paciſci liceat de lucro præſtando, non per quotas, puta dimidia, tertia, vel quarta, ſed incerta quantitate, puta decem vel duodecim? Et pactum valere dicendum videbatur per *l.ſi margarita 44.& l.ſi fratres 52.§.item ex facto.ff. pro ſoc.* Nam. *d. l. ſi margarita*, fuit conventum de margarita vendenda, & quod ea vendita, darentur decem domino, & ſimiliter *in d.§. item ex facto*, diſponitur, quod diſtractis monumentis, unus ex ſociis pecuniam in certa quantitate reciperet, & ſuperfluum haberet alter ſocius. Et ita quotidie † obſervatur in ſocietate officiorum, in qua fructus taxantur ad ra 2
tionem duodecim annua pro centenario, & talis taxatio permittitur, & in judicis approbatur, & eam licite fieri poſſe admittit Caſtra. *in tract. de ſociet. offic.c.10.* & Virgin.Bon.ſimiliter in ſuo tract.*de ſociet.offic.num.18.& ſeq.* Talem etiam † taxationem fieri poſſe in ſocietate animalium admittit Petr. de 3
Ubald. *in d.tract.de duob fratr.part.5 ſub numero 29.verſ.ſecundo caſu*, ubi dicit, poſſe conveniri de quantitate frumenti certa præſtanda quolibet anno à ruſtico tenente animalia jure ſocietatis. Et in ſocietate † animalium eam ſimili- 4
ter admittit Craveta *in conſil. 145. lib. 1*, ubi vult, poſſe conveniri de certo

numero animalium percipiendo quolibet anno, ut declarat ſub *numero 15. &*
5 *16.* Et videtur, quod ſit † iſta communis obſervantia, non ſolum in ſocietatibus officiorum, ut dixi, ſed etiam in cæteris omnibus ſocietatibus, quæ cum mercatorib. data pecunia iniri ſolent, in quibus apponitur pactum de certa & determinata lucri quantitate præſtanda quolibet anno, ita enim approbante conſuetudine dicendum videtur, hujuſmodi taxationem licite fieri poſſe. Oldr. *conſil. 207. in fin.* Bald. *in l. uni. in 3. qu. Cod. de his qui pœn. nom.* Abb. *in conſil. 15. colum. 1. verſ. quid ultra. lib. 1.* Cravet. *dict. conſ. 145. num. 12. lib. 1.*
6 Caſtr. *dict. tract. d. c. 10 in fi.* Inſuper ubi agitur † de intereſſe veriſimili, quod in vim probationis attento veriſimili taxatio de certa quantitate fieri poſſit, tenet Bald. *in l. rogaſti. 11. §. ſi tibi 2. col. 2. ff. ſi cert. pet.* & ibi Purpur. *num. 39.* Dec. *in c. cum venerabilis, ſub n. 14. de except.* Covar. *lib. 3. var. reſolut. c. 4. ſub n. 5. verſ. ſeptimo.* Ca-
7 ſtra. *d. c. 10. num. 11.* Rimin. jun. *conſ. 177. n. 27. lib. 2.* Ulterius ſi capitale † poſitum permaneat ſub periculo, quod taxatio de lucro veriſimili præſtando quolibet anno fieri poſſit, tenet Calcan. *conſil. 84. num. 5.* Cravet. *in d. conſil. 145. n. 16. lib. 1.* Rimin. jun. *conſ. 177. num. 26. verſ. Præterea neſcio videre. lib. 2. & in conſil. 400. ſub num.*
8 *33. lib. 4.* In contrarium, pactum † hujuſmodi de certa quantitate præſtanda non valere tenet Gloſ. *in d. l. ſi fratres, §. item ex facto*, ubi dum in textu dicitur quantitate interpretatur quotitate, ſcilicet tertia lucri, vel quarta, & ſubjungit, quod ex pacto de certa quantitate præſtanda non ſocietas, ſed fœnus contractum videretur, & ita tenet Bald. *conſil. 453. lib. 3.* Feder. de Senis. *conſil. 303.* Joan. de Ana. & *ibi Addit. conſil. 93.* Abb. *conſil. 114. lib. 2.* Alexand. *conſ. 80. lib. 3.* Jaſ. *conſil. 33. lib. 3.* Roman. *conſil. 500. & conſil. 520.* Dec. *conſil. 516. num. 2.* Caſtr. *in conſil. 57. lib 2* Ruin. *conſil. 102. lib. 1.* qui de communi opinione teſtatur. Rimin. jun *conſil. 399. num. 26. & in conſ. 400. num. 25.* ubi de communi, & *in conſil. 463. ſub n. 36. lib. 4.* Henrichman *in conſ. 8. num. 20. 21. 22. lib. 1. part. 1.* Peguer. *in ſuis quæſtionib. crim. c. 33.*
9 Et quod pactum hujuſmodi † non valeat, & ſit uſurarium, omnino admittitur, quando non ſolum actum fuit de certa quantitate præſtanda, ſed etiam dictum fuit capitale periculo ſubjacere non debere, ſed integrum eſſe reſtituendum, quia nemo eſt, qui neget, contractum eſſe uſurarium, quando quis vult ex pecunia poſita recipere lucrum certum, & damno non eſſe ſuppoſitum, Bald. *in l. 1. quæſt. 9. C. pro ſoc.* & in hoc habemus Conſtitutio-
10 nem Sixti V. publicatam anno 1586. Inſuper quod ſit uſurarium † non ſolum quando fuit conventum de toto capitali, quod ſtaret in ſecuto, ſed quando fuit ita conventum de parte capitalis, ita tenet Rimin. jun. *in d. conſ. 463. ſub numero 36. lib. 4.* poſt Abb. *in conſil. 77. colum. 2. lib. 1.* & poſt Socin. *in conſil.*
11 *263. colum. 5. verſ. ſecundo quia, lib. 2.* Quinimo pactum † eſſe uſurarium, etiam ſi pecunia poſita ſtaret ſub periculo, tenet Ruin. *in dict. conſil. 102. ſub numero 2. lib. 1.* Caſtrenſ. *d. conſil. 55. lib. 2.* Rimin. jun. *d. conſil. 463. ſub numero 36.* Henrichm. *d. conſ. 8.*

d.conſ 8 ſub num.21. & rationem eſſe dicit, quia oportet utrumque ponere ſub fortuna, & ſub periculo, tam lucrum quam capitale, & idem ante eum dixit Caſtr. *in d conſ.55 ſub num.1* & ita etiam tradit Rimin.jun. *in d.conſ.463.num. 40.in fin.* Et hanc opinionem tenendo, pactum † hujuſmodi non valere, ad 12
contraria ita reſponderi poſſe videtur. Et primo ad *d l.ſi fratres, §.item ex facto*, reſpondetur, dum in ea dicitur de quantitate, eſſe intelligendum de quotitate, uti gl exponit, & ejus expoſitio eſt ſequenda, quia communiter approbatur, ut dicit Ruin. *in d.conſ.102. num. 2. lib.1.* Secundo ad *l ſi margarit.* reſpondetur, in ejus caſu † non fuiſſe conventum de certo lucro, ſed de certo 13
pretio, ita reſpondet Rimin jun. *conſil.400 num.57.* vide quæ dixi ſupra *c.11. numero 37.* ubi poſui alium intellectum. Tertio ad ea, quæ † dicuntur de 14
obſervantia, reſpondetur, obſervantiæ parum eſſe fidendum, quia ubi agitur de uſura, licet excuſationem præſtaret in foro fori, tamen eam non præſtat in foro poli, ut Cravet. fatetur *in d conſ.145.lib.1.* Imo ubi conſtat de uſura, quod nec etiam in foro fori conſuetudo excuſet, tradit Rimin.jun. *conſil 218. num.53 uſque ad num 59.lib.2.& conſil.399 num.58 & conſil.400. num.35. uſque ad num. 47.lib.4.* Peguer. *in ſuis quæſt.crim.qu.34.* Et licet Decian. *in com. 2. numero 81.lib.1.* velit, poſſe declarari à conſuetudine, an contractus ſit uſurarius, ejus dicta non obſtant, quia loquitur ipſe, quod contractus dubius poſſit à conſuetudine declarari, & modo agimus de contractu certe uſurario. Quarto ad tradita de contractu † ſocietatis officii poteſt dici, à conſuetudine fuiſſe de- 15
claratum non eſſe uſurarium propter periculum vitæ, & ejus incertitudinem, ut per Caſtr. *in d.tract.c 10. num.25.* & Bo. *d.loco.num.20. in fin.* Quinto ad ea, quæ dicuntur de animalibus, pro quibus præſtatur certa † quantitas 16
frumenti, reſpondetur ſuſtineri poſſe, quia eſt contractus locationis, in quo de certa mercede conveniri poteſt, licet non poſſit fieri in lucro ſocietatis, ut declarat Alexand. *in conſil. 80. ſub numero 5. lib.3.* Sexto ad dicta de animalibus † certis percipiendis ex ſocietate per Cravet. *dict.conſ.145 num.15.* 17
reſpondetur, quod ipſe loquitur, quando erant extrahenda animalia, ſi aderant, & capitale erat ſuppoſitum periculo, ut declarat ſub *num.16.* & ipſe etiam ſolum intendit probare contractum in caſu ſuo non fuiſſe uſurarium. Septimo ad taxationem, quæ † quod ſuper veriſimili fieri poſſet, dicitur, 18
reſpondetur, hanc opinionem non eſſe tutam, quia contrarium tenet Brabe. *conſ 88.col.2.* & ſi vera eſſet, etiam non procedit in præſenti, quia lucrum in certa quantitate præſtari debet à ſocio alteri, etiam ſi non adſit, & taxatio de certa quantitate ſuper veriſimili tunc procedit, quando vere adeſt res taxata, ita declarat Rim.jun. *in d.conſ.463.num.47.* Et reſponderi poteſt, hanc † 19
taxationem fieri non poſſe in lucro ſocietatis, quicquid ſit in cæteris rebus, quia, ut ſupra dixi, non ſolum capitale, ſed etiam lucrum debet ſtare ſub periculo & ſub fortuna, ad hoc ut ſocietas valeat, ut per Caſtr. *in d.conſ.55 lib 2.*

Aa 2 Unde

Unde ſic reſolutis contrariis, rejecta prima, cum hac ſecunda opinione tranſeundum eſſe videbatur. Tamen mihi dicendum videtur, neque cum prima, neque cum ſecunda indiſtinctè eſſe tranſeundum, ſed aliquos eſſe con-
20 ſiderandos caſus. Et primus erit caſus, quando fuit † conventum, quod capitale ſtaret in tuto, & quod certa quantitas lucri præſtaretur, ſive adeſſet ſive non adeſſet, & in hoc caſu citra omnem difficultatem tenendum eſt, contractum omnino eſſe illicitum, & uſurarium, quia ex pecunia, quæ ſit reſtituenda, aliquid ultra ſortem recipere non licet, & ſi recipiatur, uſura eſt, quoquo nomine contractus initus vocetur, ut late per Rim. *in d. conſ. 390. & d. conſ. 400. & d. conſ. 463.* & per Lupum *in c. naviganti. commen. 3. §. 1. num. 24.* ubi de communi & magis communi opinione teſtatur, & eſt verum, etiam ſi fuiſſet dictum, lucrum debere præſtari, ſi adeſſet, & non alias. Nat. *conſ. 403.*
21 *lib. 2.* Secundus erit caſus, ſi fuit dictum † certam lucri quantitatem debere præſtari, & fuit declaratum, quod capitale ſtaret ſub periculo ponentis, & lucrum erat veriſimile, percipi etiam poterat in majori quantitate, & hoc caſu dico pactum non eſſe uſurarium neque illicitum. Nam in hoc caſu non cadit mutui ſpecies, ex qua cauſatur uſura, quia pecunia ſtat ſub periculo ponentis, ut conſiderat Cravet. *d. conſ. 145. num. 17.* & taxatio de certo
22 lucro non facit eum illicitum, quia cum lucri † quantitas ſit incerta, & poſſit veriſimiliter excedere ſummam taxatam, ratione incertitudinis taxatio illicita dici non debet, & non dicitur excedere modum, cum potentialiter plus & minus in ea conſiderari poſſunt, ut eſt text. *in l. oleo 23. ubi Bald. & Salic. C. de uſur.* Socin. *in conſ. 265. num. 2. parum ante finem, lib. 2.* Rim. jun. *conſ. 400. num. 78. lib. 4.* & ratione incertitudinis pacta tolerantur, quæ alias non tolerarentur, *l. ſi ea lege 14. C. de uſur. c. naviganti. & c. in civitate, de uſur.* Dec. *conſ. 111. num. 10. lib. 1.* Et hoc caſu procedit opinio ſupra relata, quod liceat paciſci de certa quantitate, ſi ſit veriſimilis, quia vere ex tali taxatione non tangitur natura & ſubſtantia ſocietatis, ſed tantum fit in vim probationis fundata
23 ſuper veriſimili. Et non obſtat opinio † Caſtr. *in d. conſ. 55.* quod non ſolum capitale, ſed etiam lucrum debeat ſtare ſub fortuna, & ſub periculo, quia ſtat ſub fortuna & ſub periculo, dum ſocius poteſt percipere veriſimiliter etiam ultra ſummam taxatam. Et etiam dici poteſt, ejus opinionem procedere, quando lucrum taxatum non eſſet veriſimile, ſed non procedere, quando, prout præſupponimus, eſt veriſimile, quia tunc, ut dixi, veriſſima eſt opinio, taxationem in vim probationis fieri poſſe. Et non obſtat Sixti V. conſtitutio, quia loquitur, quando capitale eſt tutum. Tertius
24 erit caſus, quando † contracta ſocietate fuit conventum de certa lucri quantitate præſtanda, & lucrum erat veriſimile, ſed quod capitale ſtaret ſub periculo ponentis, nihil dictum fuit, & hoc caſu etiam credo ſocietatem, & pactionem valere, quia non dicta & non expreſſa de capitali remanerent ſub

diſpoſitione

diſpoſitione juris communis, *l. quod ſi nolit 31. §. qui aſſidua 20. ubi Bart. ff. de ædil. edict.* & cum de jure communi capitale debeat ſtare ſub periculo, *l ſi non fuerint 29. in fin. ff. pro ſoc.* quod periculo fuerit ſuppoſitum erit intelligendum, maximè quia agitur de excluſione delicti, nempe de uſura. *l. merito 51. ff. pro ſoc.* Burſat. *conſ 320. num. 46. lib. 3.* Quartus & ultimus eſt caſus, quando, prout † factum vidi à prudentiſſ. & religioſiſſ. viro, fuit de certa lucri & veriſimili 25
quantitate præſtanda conventum, puta ſex, vel ſeptem annua pro centenario, ſtante capitali ſub ipſius ponentis periculo, & fuit dictum, quod ſi lucrum adeſſet in majori quantitate, ultra ſummam conventam, quod eſſet ipſius ſocii negotiatoris; & ſi minus adeſſe oſtenderet, quod ſummam conventam præſtare non teneretur. Et hoc caſu omni penitus dubitatione ceſſante tenendum eſt, hanc ſocietatem & hanc pactionem valere, & undequaque licitam eſſe, cum neque in ſorte, neque in lucro ſocius negotiator damnum ſentire poſſit, & ſummopere viri Chriſtiani laudandi eſſent, ſi ſub hac forma officiorum & cæteras ſocietates contraherent, in quibus de certa lucri quantitate præſtanda paciſcitur. Secunda erit quæſtio † prin- 26
cipalis, an inter ſocios paciſci liceat, lucrum debere dividi arbitrio alicujus tertii? Et hoc fieri poſſe eſt text. *in l ſocietatem, 5. ff. pro ſoc.* & ejus arbitrium erit ſequendum *l. in propoſita 78. ff. eod.* & ſi ejus arbitrium erit pravum & iniquum, per Judicem erit corrigendum, *l. unde ſi Nerva 79. ff. eod.* Et ne arbitrium dicatur iniquum, qualiter † diviſio ſit facienda, docet Juriſconſ. *in l. quid enim* 27
80 ff. eod. his verbis: *Illud poteſt conveniens eſſe boni viri arbitrio, ut non utique æquis partib. ſocii ſimus, veluti ſi alter plus operæ, induſtriæ, gratiæ, pecuniæ, in ſocietate collaturus erat.* Tertia erit quæſtio, utrum paciſci † poſſit, quod lucrum dividatur ar- 28
bitrio unius ex ſociis? Et licet regulariter dicatur, contractus pendere non poſſe à voluntate unius ex contrahentium *l. vendentes, & ibi Dd. C. de contr. empt.* nihilominus pactum valet, quia agitur modo ſolummodo de lucri diviſione, & regula procedit in ſubſtantialibus † ipſius contractus, ut per Bald. 29
in d. l. in vendentis 23. ſub n. 12. Et ita pactum valere admittit Angel. de Perigl. *in tract. de ſociet. in 7. quæſit.* & Alex. *in conſ. 47. n. 4. lib. 1.* & ad hoc facit † opinio 30
Bart. *in l. fin. ff. de præt. ſtipulat.* ubi admittit pactum valere à debitore factum ſuper intereſſe de ſtando ſimplici dicto creditoris, ſed intellige, quod arbitrari debet, prout † in quæſtione præcedenti arbitrari debere à tertio dixi, 31
quia ſi intelligitur ſibi datum arbitrium ita & taliter, quod boni viri arbitrium ſequi non teneretur, pactum non valeret, ut per Bart. & omnes, & præſertim per Imol. *in d. l fin.*

Et ſi inique arbitraretur † ab eo recedere, & ad Judicem ire liceret, ut ibi- 32
dem à Dd. traditur. & in materia ſocietatis officii tradit noviſſime Caſtr. *in tract. de ſociet. offic. c 44.* Quinta erit quæſtio, utrum † liceat paciſci de inæqua- 33
li lucri diviſione facienda, nempe ut qui minus poſuit, magis habeat, & qui

magis poſuit, minus habeat? Gloſ. *in l. ſi non fuerint 29. in verb. ſocietati. ff. pro ſoci* refert tres opiniones. Prima eſt Azo. dicentis pactum non valere per textum ibi, cujus verba ſunt: *Si vero placuerit, ut quis duas partes vel tres habeat, alius unam, an valeat? Placet valere ſi modo aliquid plus contulerit ſocietati, vel pecuniæ, vel operæ, vel cujuſcunque alterius rei cauſa,* & per text. *in l. quid enim, §. illud, ff. eod.* cujus verba retuli ſupra *num. 27.* & etiam movetur ea ratione, quia ſocietas habet jus fraternitatis. Unde licet alias hujuſmodi pacta ſerventur, ut *l. 1. §. ſi conveniat, ff. depoſiti.* tamen in ſocietate non valeret, *d. l. ſi non fuerint, in fin.* cujus verba ſunt: *Et nos conſentimus, talem ſocietatem nullam eſſe, & alter lucrum ſentiret, alter vero nullum lucrum, ſed damnum ſentiret.* Iniquiſſimum enim genus ſocietatis eſt, ex qua quis damnum, non etiam lucrum ſpectet, & *l. verum, ff. eod.* ubi dicitur, cum ſocietas jus quodammodo fraternitatis in ſe habeat.

34 Secunda eſt opinio † Joan. pactum valere, qui in text. *dict. l. ſi non fuerint,* ſubaudit verbum, *maximè*, ibi, *placet valere maximè, ſi modo, &c.* Nam dicit ex eo, quod quis ſocius ſit, affert commodum alteri ſocio, *arg. l. fundi partem 79. ff. de contr. empt.* ubi probatur, quod pactum eſt loco pretii. Tertia eſt opinio

35 † Al. dicentis, pactum valere jure pacti, ſed non jure ſocietatis, & quod ſit donatio, niſi alia ratio impediat, tenet gl. *in l. ſocietas, in fin. ff. eod.* Primam

36 opinionem, pactum † non valere, veriorem eſſe ibidem dicit gl. præfata in fine. Eam tenet Azo etiam *in ſumm. C. pro ſoc. num. 9.* Bald. & Salic. *in l. 1. C. eod.* Abb. *conſil. 77. lib. 1.* Corn. *in l. ſi paſcenda 8. C. de pact. colum 1.* & Purpur. *col. 2.* teſtant. de communi, *Cod. de pactis,* & Decius etiam dicit eam eſſe communem, licet ſub *num. 6.* contrarium teneat, cui tamen & de communi teſtando reſpondet ibidem Curt. jun. *col. 1.* Fulgoſ. etiam dicit eam eſſe communem *in d. l. ſi non fuerint, in princ.* Corn. *conſil. 139. col. 1. & conſ. 243. col. 2 lib. 1. & conſ. 233. colum. 2. lib. 2. & conſil. 152. col. pen lib. 3.* Cravet. *conſil 173 numero 1. lib. 1.* Covar *lib. 3. var. reſolut. c. 2. numero 3. circa medium.* Socin. *in conſil 265 ſub numero 9. lib. 2* Ursil. ad Afflict. *deciſ. 58. num. 4. 5. & 6.* Decian. *conſ. 97. ſub num 54. lib. 2.* Joſeph Ludov. *concl. 53. verſ. & ea poteſt, numero 24. & verſ. uno non valeret, num. 120.* Hanc opinionem,

37 pactum † non valere, tunc demum veram eſſe, quando ponuntur capitalia æqualia, & pactum ſit de inæquali diviſione facienda, ſed non eſſe veram, quando ponuntur capitalia inæqualia, & ſit pactum de æquali diviſione facienda, citando Bart. *in conſ. 98* tenet Corn. *in conſ. 187 ſub numero 6 & in conſil. 266. ſub num. 2 lib. 3. & in conſ 310. ſub num. 7 lib. 4.* & cum eo *in d. l. ſi paſcenda,* videtur tranſire Dec. *num. 7. C de pact.* & Cravet *in conſ. 173 ſub num. 1.* Sed hanc Cor-

38 nei opinionem † veram non eſſe dicendum videbatur, quia, communi concluſione ſtante, de qua *in c. prudentis. num. 44.* partes lucri æquales eſſe debere, habito reſpectu ad capitale, tam erit contra concluſionem præfatam, paciſci de minori parte danda ei, qui magis poſuit, quam de majori parte danda

danda ei, qui minus poſuit, cum eſſe non poſſit, quod uni detur magis, &
alter non habeat minus, & uni detur minus, & alter non habeat magis, li-
cet capitalia ſint inæqualia. Et contra Corn. tenet Purpur. *in d. l. ſi paſcenda.*
n.31. & Covar. *d. lib.3. var. reſolut. c.2. ſub n.3. verſ.* & Joſeph Lud. *d. concl.53. verſ. &*
ideo, n.26 Ego vero non puto ita † indiſtincte hanc opinionem Corn. eſſe reji- 39
ciendam, ſed conſidero duo caſus. Primus eſt, quando ponuntur capitalia
quæ cuique ponenti, ſi aderunt in fine ſocietatis, in eadem quantitate erunt
reſtituenda, & hoc caſu dico pactionem de inæquali lucro percipiendo, ſeu
de æquali lucro percipiendo, ſi ſint inæqualia, non valere, quia lucrum
quiſque percipere debet pro ea parte, quam in ſocietate habet. Secundus
eſt caſus, quando ponuntur capitalia inæqualia, ita tamen quod æquali-
ter ſint dividenda, ſi aderunt in fine ſocietatis. Et hoc caſu cum Corneo
teneo de æquali lucro percipiendo pactum valere, quia ſi capitalia ſunt
communicata, adeo ut ſint communia pro æquali portione, utique juſtiſ-
ſimum erit pactum, quod lucrum pro æquali portione dividatur, & erit,
ſecundum opinionem Doctorum communiter affirmantium, lucrum di-
videndum habito reſpectu ad capitale Et dici non poteſt, injuſtitiam † ver- 40
ſari in communicatione capitalium, ut ſint communia pro æquali portio-
ne, cum pro inæquali portione ponantur. Nam reſpondetur id fieri non ju-
re ſocietatis, ſed quia ſic placet, & titulo donationis, & volenti non fit in-
juria, & donatio à lege permittitur, & donationis contractus quod non
poſſit præcedere contractum ſocietatis, de jure prohibitum non reperitur,
& non eſt contra fraternitatem, quæ in ſocietate conſideratur, ſed imo ma-
xima eſt fraternitas, ſi unus ſocius cum altero ſocio hac liberalitate utatur,
ut conſiderat Corn. *in d. conſ.310. ſub num.7. lib.4.* ubi eo magis † conventionem 41
in caſu ſuo valuiſſe dicit, quia fuerat appoſitum juramentum, cujus vir-
tute contractus ſuſtinetur eo modo, quo valere poteſt, *l. cum pater 77. §. filius*
matrem 23. ff. de leg.2. Et prædictis non obſtat textus *in dict. l. ſocietas, in fin. ff. pro*
ſoc. in illis verbis : *donationis cauſa ſocietas recte non contrahitur*, qui loquitur de
donatione, quæ inſimul cum ſocietate eſſe debeat, & hoc fieri non poteſt,
quod ſtante ſocietate donatio contrahatur, quia donatio repugnat verbis
ſignificantibus ſocietatem, & repugnat naturæ ſocietatis Et nos agimus
de donatione præcedente contractum ſocietatis, quia prius res donatur,
& ſuper re donata ſocietas introducitur, & hoc naturæ ſocietatis non
repugnat.

N.20. Imò hic contractus eſt legitimus ſi non vi ſocietatis at ſaltem mutui, cui uſura ad-
jecta eſt, quod licitum de jure, modò juſto major non ſit Cod. *tot. tit. de Vſuris lib. 4.*
tit. 42. Et ita aliquid vltrà ſortem accipere, praxis hic obtinuit. De quo eleganter di-
ſputantem *vid.* Grot, *introd. lib. 3. cap. 10.* Alſoo men in bruyckleening evenveel etc.

us

ut & de jure belli & pacis *lib.2.cap* 12.*n*.21. Latiſſimè Salmaſius in tractatu de uſuris & modo uſurarum, etiam de fœnore Trapezitico per totum. Carol. Molinæus de uſuris *n*.10.& ſequentib. quem quòd uſuris Faveat malum theologum appellat Faber in *Cod.lib*.4.*tit*.24.*defin*.2.*n*.5. illas tamen rectè tolerari aſſerit in fine ibidem & & de errorib.pragmati. *decad*.10.*err*.1. Et quanquam Gail.*lib*.2.*obſ*.5. uſuras tam ex jure canonum, quàm Maximiliani & Car.5.conſtitutionib. planè improbat: tamen ut nunc in Belgio paſſim. ita in Germania novis conſtitutionib. imperii de an.1654. §.172.quincuncis 5.ten hondert licitæ æſtimantur. Everard.Fabricius in Gail.enucleato *d.obſ*.5. juxtà finem. In Brabantia mihi compertum eſt, ob prohibitas uſuras, obligationes mutui ſingulis annis trienniis vel quadrienniis renovari & ſortem in iis à debitoribus augeri cum prætetiris uſuris. Vel etiam prima vice obligatio ſortem cum uſura primi anni continet. Et ita creditores, ſcrupuloſas nimis Canoniſtarum Divini & civilis juris interpretationes vafrè eludunt. Idem fortè alibi fit in uſu. Nam Societas humana & quotidiana negotia pecuniarum commerciis carere ſine magno incommodo non poſſunt. Videatur, Carpz.*par*.2.*conſtit*.30. *def*.5. 6.7.& 8. ubi latè de uſuris etiam non ſtipularis cùm debitor in mora eſt ſolvendi. Et hæc de uſuris, nunc propiùs ad rem. Et dicendum eſt contractum hunc eſſe legitimum etiam jure ſocietatis Couvar.*variar reſolut lib*.3.*cap*.2.*n*.4.ubi licitè, inquit, dari pecuniam alteri, qui eâ quæſtum faciat, ut ſuſcepto ejus periculo, lucri majorem partem arbitrio boni viri in pretium periculi retineat, quod alioquin æquis partib. dividendum foret, quod eleganter & multis probat. *vid.cap*.13. *in notis*.

CAPUT XVIII.

An valeat pactum, quod capitale ſit ſalvum, & inde lucrum percipiatur.

SUMMARIA.

1 *Pactum an valeat, quod capitale ſit ſalvum, & inde lucrum percipiatur, plures conſiderantur caſus.*

2 *Ponens operas, ſi non vult ſentire earum periculum, pactum non valet,* & n.4. & 5.

3 *Ponens pecuniam, ſi non vult ſubire ejus periculum, & lucrum percipere, pactum non ſolum eſt injuſtum, ſed etiam uſurarium, &* n.8.

6 *In contractibus non attenditur, quid dictum, ſed quid actum.*

Mutuare ita, ut aliquid recipiatur ultra ſortem, uſura eſt.

7 *Contractus ſi complectitur mutui rationem, non attento quid dictum fuerit, uſurarius judicatur.*

9 *Pactum hujuſmodi valere, quod capitale ſit ſalvum, tenent aliqui, &* n.10.

11 *Verbis ſignificatur & probatur, contractam fuiſſe ſocietatem, quia obtinent principatum ſignificandi.*

12 *Fallit, quando ex geſtis apparet contractam non fuiſſe ſocietatem.*

13 *Societas*

13 *Societas dicitur honeſta, ſi eſt ſuper re licita, & n.14.*
Societas dicitur licita, ſi pecunia non communicatur.
15 *Societas, in qua ſocius non ſuſtinet periculum pecuniarum, eſt leonina.*
16 *Societas quare dicatur leonina, & quare etiam poßit dici aſinina, & n.17.*
18 *Societatis diffinitioni non convenit, quod ſocus non ſuſtineat damnum pecuniarum.*
19 *Pactum, quod capitale ſit ſalvum, reſpicit naturalia, & non ſubſtantialia ſocietatis, & naturalia pacto mutari poſſunt.*
20 *Contraria opinio, quod reſpiciat ſubſtantialia, probatur, &* num.21.& 22.
21 *Intellectus* l.ſi coita 75 ff. pro ſoc.
23 *Naturalia complexiva, & quæ contractui cohærentia ſunt, pacto tolli non poſſunt.*
24 *Intellectus* §.1.& §.& adeo. Inſtit.de ſociet.n.25.
26 *Intellectus* l. ſi non fuerint 29.ff.pro ſoc.
27 *Intellectus* l.Mutius 30.in fin.ff.pro ſoc.
28 *Intellectus* l.cum duob.52.§.quidam ſagariam, ff.pro ſoc.
29 *Intellectus* l.ſi id quod 58.§. item Celſus 1.ff pro ſoc.
30 *Intellectus ad* c. per veſtras, de donat.inter vir.& uxor.
31 *Uſura non eſt uſura, quæ communiter licita reputatur.*
32 *Contractus quod ſit licitus, à conſuetudine declarari poteſt.*
33 *Conſuetudinem introducere & probare, difficile eſt.*
Doctori Theutonico teſtanti de conſuetudine non eſt credendum in regionibus noſtris.
34 *Uſura eſt prohibita de jure naturali & divino.*
Jure naturalia & divina conſuetudine tolli non poſſunt.
Ideo uſura quod non ſit uſura, à conſuetudine fieri non poteſt.
35 *Etiam ſummi Pontificis diſpenſatione.*
36 *Uſura quod non ſit uſura, conſuetudine fieri poteſt, quoad pœnam criminalem, ſecundum aliquorum opinionem.*
37 *Pœnæ enim temporales ſicuti à lege, ita à conſuetudine tolli poſſunt.*
38 *Minus malum reſpectu majoris mali habet ſpeciem boni. Declaratur* n.44.
39 *Præcipere aliud eſt, aliud permittere.*
40 *Uſura, quod non ſit punienda in foro fori, à conſuetudine fieri non poteſt, ſecundum aliam veriorem & communiorem opinionem, &* num.41.42.& 43.
44 *Uſura aliquando diſſimulatione non punitur, ratione majoris mali.*
45 *Contrarium probatur,* n 46.
47 *Opinio communis eſt ſequenda, &* n.54.
48 *Lege probatum dicitur, quod ratione probatur.*
49 *Uſura an ſit uſura, ſtante dubietate, à conſuetudine declarari poteſt. Declaratur* num.50.
50 *Uſura an ſit declaratio, pertinet ad Judicem eccleſiaſticum.*

51 *Societas officii quod licita ſit, an à conſuetudine ſuſtineatur.*
Conſuetudo de uno contracta ad alium non extenditur.
Conſuetudo debet eſſe uniformis.
52 *Opiniones probabiles ſi ſint plures, unam in conſcientia eligere licet.*
53 *Et non eſt neceſſe eligere meliorem, quia quod melior eligatur eſt conſilii, & non præcepti.*
55 *Opinio illa eſt ſequenda, quæ non continet peccatum, relicta illa, quæ peccatum cominere dubitatur.*
56 *Raro evenit, quod pecunia caſu fortuito perdatur, & ea, quæ raro eveniunt, non ſunt in conſideratione, &* n.57.
58 *Contra etiam quæ raro accidunt, ſunt in conſideratione.*
59 *Culpa in aliquo non præſumitur.*
60 *Socius non tenetur de caſu fortuito.*
61 *Delictum non præſumitur.*
62 *Pecunia in ſocietate ſtat ſub periculo decoctionis.*
63 *Sed ſtare debet ſuppoſita omni periculo.*
64 *Mali eventus non ſunt in conſideratione.*
65 *Capitale & lucrum omni periculo ſuppoſitum eſſe debet.*
66 *Pecunia ſi datur ſuper exercitio à ſciente, quod non exerceatur, ſi lucrum percipitur, uſura eſt.*
Mutuans ſi ſuſcipit periculum pecuniæ, aliquid ultra ſortem recipere non poteſt.
Culpam timere, ubi culpa non reperitur, bonarum mentium eſt.
67 *Societas eſt injuſta & non uſuraria ſecundum aliquos, pacto appoſito, quod capitale ſit ſalvum.*
68 *Mutuum non poteſt dici contractum, ſi non libere transfertur pecuniarum dominium, ſed ideo dantur, ut exerceantur in mercatura, contra* n.72.
69 *Dominium non dicitur tranſlatum ex eo, quia pecuniarum periculum pertineat ad recipientem. Declaratur* n.73.
70 *Uſura ut evitetur, potius præſumitur contracta ſocietas, quam mutuum. Declaratur* num 85.
71 *Mutuum dicitur contractum, & non ſocietas, pacto appoſito, quod capitale in ſecuro permaneat, &* n.74.
Veritas non immutatur per noſtrum affirmare vel negare.
Uſurarius ſi ſit contractus, non deſinit eſſe talis, licet deficiat animus fœnerandi.
74 *Mutuum fuiſſe contractum probatur argumento ſumpto à cæterorum contractuum dinumeratione.*
75 *Societas quod non ſit.*
76 *Commodatum quod non ſit.*

77 *Donatio-*

77 *Donationem non eſſe.*
78 *Depoſitum non eſſe.*
79 *Locationem non eſſe.*
80 *Precarium non eſſe.*
81 *Permutationem non eſſe.*
82 *Venditionem non eſſe.*
83 *Contractum innominatum non eſſe.*
84 *Ideo conſequens fieri, quod ſit mutuum & uſurarium.*
85 *Conjecturæ & præſumptiones ceſſant, ubi conſtat de veritate.*
Uſura contracta apparet, ubi aliquid recipitur ultra ſortem.
86 *Pactum, quod capitale ſit ſalvum, eſt injuſtum & uſurarium, etiamſi non fuit conventum de toto capitali, ſed ſolum de parte.*
Quia idem jus, quod eſt in toto, quoad totum, eſt in parte, quoad partem.
87 *Socius non debet gravari, ut ſuſtineat periculum operarum, & partis capitalis.*
88 *Socius, qui amittit operas, dicitur damnum pati.*
89 *Operæ correſpondent ſorti, & non interuſurio.*
90 *Pactum hujuſmodi uſurarium non rejicitur, firma manente ſocietate, ſed totus contractus annullatur.*

PRoſequendo eandem materiam diviſionis lucri faciendæ, juxta coventa, prima hujus capitis † quæſtio erit, an valeat pactum in ſocietate, 1 quod capitale non ſit periculo ſuppoſitum, & inde lucrum percipere liceat? Et ut diſtincte, & ordinate procedamus, primo videbimus, an hujuſmodi pactum valeat ita ſimpliciter appoſitum, nulla conſiderata recompenſatione in perſona ſuſtinentis periculum? Secundo videbimus, an data recompenſatione, & quomodo tale pactum ſuſtineri poſſit? Et primo agendo de pacto ſimpliciter appoſito, nulla conſiderata recompenſatione, dico plures caſus eſſe conſiderandos. Primus eſt caſus, quando unus ſocius ponit operas, & alter pecunias, & ponens operas paciſcitur, nolle ſubire periculum ſuarum operarum, ſed quod pertinere debeat ad ponentem pecuniam, ita quod, ſi in fine ſocietatis lucrum non adeſſet, ipſe ſuarum operarum recompenſationem ab altero ſocio recipere intendat, ne ſit in damno ob earum amiſſionem. Et pactum hujuſmodi † non valere dico, 2 quia, cum ex ſuis operis lucrum percipere intendit, ita conveniens eſt, quod earum periculum ſuſtineat, ut dixi *in c. præcedenti in fi.* ex Socin. *in d. conſil. 265. in 1. dubio lib. 2.* Et quia quemadmodum ponens pecuniam ſuſtinet periculum amiſſionis non ſolum interuſurii, ſed etiam ſortis, ita alter operarum periculum ſuſtinere debet ad hoc, ut æqualitas ſervetur, quæ maximè inter ſocios ſervari debet, *l. Mævius 30. ff. pro ſoc.* Secundus eſt caſus,

 quando

3 quando † ponens pecunias paciſcitur nolle earum periculum ſuſtinere,
ſed quod pertineat in totum ad ponentem operas, & dico non ſolum hu-
juſmodi pactum eſſe iniquum, illicitum & nullum, ſed etiam uſurarium.
Quod ſit iniquum, illicitum & nullum probatur *in l. ſi non fuerint 29. §. Ariſto.*
ff. pro ſoc.
4 Et probatur ea † ratione, quia, ut dixi, non licet ſocio percipere lucrum,
5 & non ſubire periculum capitalis *d. §. Ariſto. cum aliis ſimil. lib.* Et probatur ea †
ratione, quia tale pactum, quod periculum in totum pertineat ad unum
ex ſociis eſt, contra æqualitatem, quæ inter ſocios, uti inter fratres, ſervari
6 debet, *d. l. Mutuus.* Quod autem ſit uſurarium † probatur ex eo, quia in con-
tractibus non attenditur, quid dictum fuerit, ſed quid actum, *l. ſi unus, in*
prin. ff. locati. & dare pecuniam, quod reſtituatur in genere ſuo, eſt mutuum,
l. 2 §. mutui datio. ff ſi cert. pet. & eam dare cum pacto aliquid recipiendi ultra
ſortem eſt uſura, quoquo nomine contractus initus nuncupetur *c. plerique,*
7 *& 6. ſeq. 14. q. 3.* Ita ſemper non attentis † verbis contrahentium contractum
uſurarium judicari, ſi ſecum complicet mutui rationem, tenet Abb. *in rub. de*
uſur. num 2. & ibi Bero num. 37. & in c. 1. n. 75. de in integr. reſtit. Sotus *de juſt. & jur. lib.*
6. qu. 1. art. 1 colum. 2. Rimin jun. *conſil. 218. num 59. lib. 2. & conſ. 399. num. 66. & ſeqq.*
8 *& conſ 463. num. 30. & ſeq. lib. 4.* Nat. *conſil. 670. lib 4.* Et pactum hujuſmodi † eſ-
ſe illicitum, injuſtum & uſurarium, tenent Card. Præpoſ. & Abb. *in c. per*
veſtras, de donat. inter vir. & uxor. Abb. *conſil. 77. lib. 1. & conſil. 114 lib. 2. & in c. fin. de*
uſur Bald. *in l. 1. q. 9. Cod. pro ſoc.* Salic *in auth. ad hæc, num 14. C. de uſur. & in l. mutui.*
num. 2 ff ſi cert. pet. Rom. *conſ. 238. num. 7. & ſeq. & conſil. 500. num. 11. & conſil. 520. num.*
6. & ſeq. Aret. *in §. de illo. Inſtit. de ſociet.* Alexand. *in conſil. 131. lib. 5.* Jaſ. *in conſil. 174.*
lib. 2. & conſil. 33. lib. 3. Bertran. *conſil 48. lib. 1.* Bero. *conſil. 168. numero 19. lib. 1.* Alex. de
Nevo. *conſil. 96. num. 6.* Nat. *conſil. 403. lib. 2.* Cravet, *conſil. 145. numero 16. lib. 1.* Gomeſ.
lib. 2. reſol. jur. c. 5. ſub num. 5. Socin. *in c. 1. numero 120. de uſur.* Dec. *in l ſi paſcenda. 8 num.*
8. Cod. de pact. & in conſil. 116. numero 5. & in conſil. 123. colum. 2 lib. 1 Burſat. *conſil. 320.*
numero 9 lib. 2. divus Thom. *2. 2. qu. 28. art. 2.* Summ Angel. *in ver. ſocietas, num. 2.*
Summ. Thab. *in ver. uſura tertio.* Conrad *de contract quæſt. 97.* Navar. *in Manuali*
cap. 17. num. 252. & 253. Lupus *in c. naviganti. comm. 3. §. 1. numero 24.* latè Rimin.
jun. *conſil. 399. & conſil. 400. conſil. 463. numero 5. lib. 4.* ubi dicit, hanc opinionem
9 † tenere paſſim Dd. utriuſque Juris, & cum eis Theologos etiam con-
cordare. Et Jacobus de Graff. *in ſuis deciſ. aureis, part. 1. lib. 2. cap. 120. numero 37.*
dicit, quod talis contractus hodie reperitur expreſſe prohibitus per conſti-
10 tutionem Sixti V Cæterum dicta opinio licet † ſit communis, non tranſit
ſine difficultate, nam Henrichm. *in conſil. 8 lib. 1. part. 1.* qui fuit diſcipulus
Socini & Decii, ut ipſe dicit *in conſil. 1. numero 126. & numero 159. lib. 1. & in dict.*
conſil. 8 multa cumulat ad ſuſtinendum hujuſmodi pactum valere, & non
11 eſſe uſurarium. Primo pactum † valere deducit argumento ſumpto à
probatione

probatione verborum, quia contrahentes dicunt expreſſe, ſe contrahere & inire ſocietatem cum hoc pacto, quod capitale ſit ſalvum, & inde lucrum percipiatur, & ex verbis potiſſimum percipitur, qualis contractus à contrahentibus initus fuerit, quia ſunt ſignificativa eorum, quæ ſunt in animo, Decian. *conſil. 12. n. 11. lib. 2.* obtinent principatum ſignificandi, & ſunt major mentis teſtimonium, Rolan. *conſ. 34. n. 13. & 16. lib. 4.* Reſpondetur huic argumento † verum eſſe regulariter ex verbis cognoſci, qualis contractus initus fuerit, ſed tamen verborum ſonus non attendi, quando ex geſtis vere cognoſcitur, ſocietatis contractum non fuiſſe initum, quia tunc attenditur, quid actum, & non quid dictum ſit, *l. ſi unus, in princ. ff. locati.* Quod autem ex actis ſocietatem non fuiſſe contractam reſultet, apparebit ex reſponſione ad ſubſequens argumentum. Secundo pactum † valere deducitur argumento ſumpto à ſocietatis diffinitione, ponendo duas diffinitiones, ut per Henrichman. *d. conſ. 8. n. 27.* Una eſt Gloſ. & Azonis, quam ſupra poſui *in cap. 1.* quod ſocietas eſt duorum pluriumve conventio honeſte contracta ob commodiorem uſum, & uberiorem quæſtum. Altera eſt ex ſuo capite, quod ſocietas † eſt contractus, in quo aliquis res ſuas communicat alteri, faciendo eum comparticipem dominii & uſusfructus earundem pro aliquo alio temporali ſibi ſimili modo communicando. 12 13 14

Primæ enim diffinitioni contractum convenire apparet, quia eſt honeſtus, nempe ſuper mercatura & negotiatione licita, & quia eſt ad commodiorem uſum & uberiorem quæſtum. Secundæ ſimiliter diffinitioni convenire apparet, quia dominium pecuniæ in ſocium non transfertur, ſed tantum ponens eam facit ſocium comparticipem dominii, & uſusfructus ejuſdem. Reſpondetur, argumentum † non obſtare, imo pugnare contra proprium auctorem, quia ſi ſocietas eſt rationabilis conventio, prout eſt cum effectu, iſta ſocietatis nomen non meretur, quia non eſt rationabilis, non ex eo, quia non ſit contracta ſuper negotiatione rationabili, ſed eo qui ponens capitale ejus periculum ſubire non intendit. Talem enim ſocietatem eſſe nullam, iniquiſſimam & leoninam, eſt text. expreſſus *in l. ſi non fuerint 29. ff. pro ſoc.* & leoninæ nomen ſumpſit à Fabella Æſopi Philoſophi Frigii moralis, ut dicit Rimin. jun. *conſil. 400. num. 48. lib. 4.* Nam aſinus, leo & vulpes † ſocietatem inieverunt, ut quod venatu cœpiſſent, id in commune partirentur, præda quadam nacta, leo juſſit, ut aſinus partiretur, ille, ut erat ſtolidus, in tres partes diſtribuit. Quamobrem indignatus leo aſinum dilaniavit, & vulpi, ut de integro partiret, juſſit. Illa totam fere prædam leoni attribuit, ſibi vix quandam parvam portiunculam ſervans, leo comprobata diſtributione rogavit, qui nam illam partiendi artem docuiſſet? Vulpes inquit, ea aſini calamitas. Et talem ſocietatem † non ſolum leoninam, ſed aſininam appellat Burſat. *conſil. 230. numero 9. lib. 3.* Forſan ex eo, 15 16 17

quia aſinus miſellus in tragœdia illa principalem perſonam tam inique moriendo repræſentavit.

18 Et pugnat etiam contra † proprium auctoris argumentum reſpectu ſecundæ diffinitionis. Quia licet verum eſſet, quod dominium non transferatur in alium, quod tamen omnino negatur, quia dare pecuniam ita, quod transferatur periculum in recipientem, & reſtituatur in eodem genere, eſt mutuum. ut dixi ſupra, *num.6.* nihilominus diffinitio contractui non convenit, quia in ea admittitur, quæſita debere communicari, & cum admittatur debere communicari, per conſequens etiam admittitur damnum debere eſſe commune, quia ſemper in ſocietate dicta de lucro procedunt etiam in damno, *§. illud. Inſtit. de ſociet.* Et ſi admittitur damnum commune eſſe non debere, merito contractui diffinitio non convenit, cum damnum

19 pecuniam ponens ſentire non intendat. Tertio ad pactum † ſuſtinendum ita argumentatur. Pactum hujuſmodi, ne ſocius teneatur de periculo capitalis, reſpicit non ſubſtantiam & eſſentiam, ſed naturalia ſocietatis. Et quia naturalia non ſolum ſocietatis, ſed cujuſlibet contractus poſſunt pacto mutari, & alterari, & tolli, merito quod pactum hujuſmodi valeat, dicendum eſt, Henrichman. *dict. conſ.8.* ubi ſub *num. 50* dicit, ita etiam tenere Theologos, & citat quendam Summen. quem tamen videre non potui.

20 Reſpondetur † neque veram eſſe primam, neque ſecundam propoſitionem argumenti. Primam, inquam, veram non eſſe apparet, quia quod partes ſint æquales, non conſideratur ſolum habito reſpectu ad capitalis & lucri quantitatem, ſed etiam habito reſpectu ad periculum & damnum, *l. Mutius, 70. ff. pro ſoc. §. illud. Inſtitut. eod.* Et ideo quemadmodum quod partes ſint æquales habito reſpectu ad lucri & capitalis quantitatem, ita quod ſint æquales reſpectu periculi & damni, neceſſario etiam conſiderandum venit. Et quemadmodum quod partes ſint æquales reſpectu quantitatis lucri, & capitalis, reſpicit ſubſtantiam, & eſſentiam ſocietatis, & pactum initum in contrarium non valet, ut dixi ſupra *c.17. num.36.* ita etiam pactum ſuper damno & periculo capitalis, quod ſubſtantiam reſpiciat, dicen-

21 dum eſt. Et quod partes ſint † æquales, ſit de ſocietatis ſubſtantia, probatur *in l. ſi coita 75. ff. pro ſoc.* ubi agitur de partibus ſocietatis conſtituendis à tertio, & tertio non arbitrante, diſponitur ſocietatem non fuiſſe ad eſſe deductam, & hoc ea ratione, quia dum loquitur de partibus, loquitur de ſubſtantialibus, ut per Bald. *in l. in vendentis 23. ſub num.23. C. de contrah. empt.* & per Alexand. *in l. ſi quis arbitr. 43 ſub num.4.* & per Socin. *ibi ſub num.25. ff. de verb.*

22 *obligat.* Et ſi dictus textus loqueretur † in naturalibus, ut per Menoch. *in tract. de arbitr. jud. q.68. ſub n.33.* nihilominus etiam & ſecundam propoſitionem argumenti veram non eſſe probaret, nempe quod naturalia ſocietatis circa partes, ea ſalva, pacto tolli & removeri poſſint. Dictam ſecundam propoſitionem

Digitized by Google

ſitionem etiam veram non eſſe apparere dico, quia non omnia † naturalia 23
contractus pacto tolli & removeri poſſunt, quia ea, quæ complexiva ſunt
de ſubſtantia, ut dixi ſupra, *c.2.n.13.& 14.* & quæ contractui cohærentia ſunt,
ſocietate ſalva tolli non poſſunt, Rim.jun. *d.conſ.400.n.98.lib.4.* Sarmi. *lib.1. ſe-
lecta.interpr.c.11.n.3.*

Quarto quod pactum † valeat, adducitur tex. *in §.1.& §.& adeo. Inſtit. de* 24
*ſociet.& in l.ſi non fuerint 29 & in l.Mutius 30.& in l.cum duob.52.§.quidam ſagariam,
& in l.ſi id quod 58.§.item Celſus 1 ff.pro ſoc. & in c. per veſtras, de donat. inter vir. &
uxor.* Reſpondetur, textum *in d.§.1.& §.adeo.* non obſtare, quia *in §.1.* Titius
poſuerat † centum & operas, & Sejus ducenta & operas, & *in §. & adeo.* 25
Titius poſuerat pecunias, & Sejus operas. Et ideo dicitur *in §.1.* pactum
valere quod Titius habeat duas partes lucri, & damni tertia, quia in cumu-
lo capitalis habet ſolummodo tertiam partem, nempe centum, & dicitur,
quod Sejus habeat duas partes damni, quia in cumulo capitalis habet duas
partes de tribus, nempe ducenta, & lucrum datur Titio pro duabus parti-
bus, & Sejo pro una tantum, quia, ut ſubjungitur in textu, ſæpe quorun-
dam ita eſt opera, ut eos juſtum ſit conditione meliori in ſocietatem admit-
ti, & ſic in dicto textu non probatur per pactum fieri, quod non ſuſtineatur
periculum capitalis, cum vere in eo diſponatur, quemlibet ſocium ſui ca-
pitalis periculum ſuſtinere. Ita fit etiam *in §.& adeo.* eadem ratione, ut quis
lucrum ferat, & de damno non teneatur, quia percipit lucrum ratione ſua-
rum operarum, & damni nullam partem ſuſtinet, quia pertinet in totum
ad ponentem pecunias. Eodem modo loquitur † text. *in d.l.ſi non fuerint*, nem- 26
pe quod ponens pecuniam ſentiat in eis damnum, & lucrum ſit commune,
quia, ut in textu dicitur, plerunque tanta eſt induſtria ſocii, ut plus ſocie-
tati conferat, quam pecunia, & ita jura præfata eſſe intelligenda tradit
Abb. *in c.per veſtras, de donat.inter vir.& uxor. & in conſ 77. lib. 1.* Anan. *in c.fin de
uſur.* Sotus *lib.6.de Juſt.& jur.q.6.art.1.* Covar. *lib.3.var.reſolut.c.2.verſ.ſexto poterit.*
Natt. *conſ.403.ſub num.1.lib.2.* Rim.jun. *conſ.400.num.62.* Ad text. *in l. Mutius, in
fin.* reſpondetur † clare loqui licere paciſci de lucro deducto damno, & inde 27
colligi non poſſe valere pactum ſuper periculo capitalis non ſuſtinendo,
quia de hoc in textu præfato nullum verbum habetur. Ad textum *in l. cum
duob.§. quedam ſagariam*, reſpondetur † ex eo, quia ibi diſponitur damnum 28
pecuniarum amiſſarum debere eſſe commune, non ſequi valere pactum,
quod immittens capitale ejus periculum non ſuſtineat, quia capitale po-
nitur reſpective ad operas, & ideo uti ponens operas ponit eas ſub pericu-
lo, ita ponens capitale eum ſub periculo ponere debet, non ſic eſt de pecu-
niis, quæ occaſione ſocietatis ultra capitale expenduntur, quia cum expen-
dantur pro utilitate communi, & ita damnum commune eſſe debet, ita
dictum textum intelligit Socin, *dict.conſil.265. num.1. lib. 2.* Ad textum *in l. ſi
id*

29 *id quod,§.item Celſus*, reſpondetur, ideo ibi † diſponi pecuniam utrique perire, quia uterque ſocius pecuniam contulerat, ut patet in illis verbis: *Si pecuniam contuliſſemus ad merces emendum*, quæ ſignificant ſimul ab utroque fuiſſe poſitam, ut declarat Socin *d.conſ.265 ſub n.1.lib.2.* Si enim ſimul contulerant, recte ibi dicitur utrique perire, quia ex mutua collatione communis effecta fuerat, & ita ex eo textu apparet non poſſe inferri, pactum de toto capitali
30 pro parte ponentis valere. Ad *c.per veſtras*, reſpondetur in † eo non diſponi, quod pecunia totalis deberet ſtare in tuto apud mercatorem, ſed ejus intellectum eſſe, pecuniam illam debere ſtare penes mercatorem ſub periculo, ubi per Dec. *conſ.116 ſub num.5.* Sot. *de Juſt. & jur. lib.6.q.16.art.2.* Rim. jun. *conſ.400.num.59.lib.4.* & ideo ex eo argui non poſſe, quod valeat pactum de toto capitali.

31 Quinto ad hunc contractum † ſuſtinendum adducunt conſuetudinem, & dicunt, quod uſura non appellatur uſura, quæ communiter licita reputatur, Bart *in l.quid ſit fugitivus 17. §. apud Labeonem 12. ff. de ædilit. edict.* Cephal. *conſ.237.in fin lib.2.* Et quod contractus iſte, nedum in Germania, ſed per univerſam Chriſtianitatem celebretur, tradit Henrichm. *d. conſ.8. ſub n.25. & ſub*
32 *n.84.* & dicit, quod iſte † contractus lege divina vel eccleſiæ determinatione prohibitus non reperitur, & cum ſolummodo de eo dubitetur inter Dd. potuit à conſuetudine declarari, quod ſit licitus, quia ſi conſuetudo tollit legem poſitivam, multo magis poteſt declarare Dd. opiniones. Et ita loquendo de ſocietate officii, quod à conſuetudine fuerit declaratum, eam eſſe licitam, tradit Caſtra, *in tract.de ſociet.offic.cap.4.n.20. & c.5. n. 23. cum plurib.*
33 *ſeqq.* Reſpondetur primo, argumentum † non obſtare, quia de aſſerta conſuetudine non conſtat, & conſuetudinem introducere & probare nimis eſt difficile, ut per Dd. *in l.quibus, ff. de leg. & in l.1. Cod.quæ ſit long.conſuet.* & huic Doctori de ea atteſtanti, maxime in regionibus noſtris, non eſt credendum,
34 ut tradit Rim.jun. *conſil.400.num.121.cum plurib.ſeqq.lib.4* Et reſpondetur † non obſtare dicta à Bart. & à Cephal. quia uſura eſt prohibita de jure naturali, & de jure divino, ut per Covar. *lib.3.var.reſol.cap.1.* Clar. *in §.uſura.verſ.ſciendum eſt.* Lup. *in tract.de uſur. in l. curabit commen.1. §. 3. numero 32.* & jura naturalia & divina à conſuetudine tolli non poſſunt, *c.fin.de conſuet.c. conſuetudinem, 1. diſt. & c.illa, 12.diſt.* Et ita quod uſura non ſit uſura, à conſuetudine fieri non poſſe tradit Anton.de Prato inter conſilia Alexand. *conſil.49.lib.4.* Decian. *conſil. 2.numero 152 lib.1.* Rimin jun. *conſil.164 numero 38. & conſil. 218. numero 53. lib. 2. &*
35 *conſil.400. num.35. & 37.* ubi de communi *lib. 4.* Et hoc fieri non poſſe † etiam ſummi Pontificis diſpenſatione tradunt Dd. *in c.ſuper eo de uſur.* Covar. *d.lib. 3.var.reſol.cap.1.num.8.* Caſtra. *de ſociet. offic.cap.5.num.27.* Dicta à Bart & à Ceph.
36 intelligi † poſſunt, quod procedant ſolummodo quoad pœnam temporalem in foro fori, ſed non quoad pœnam æternam in foro poli. Ita enim quod

quod à conſuetudine fieri poſſit, quod uſura non ſit uſura, quoad pœnam temporalem in foro fori, ſed non quoad pœnam æternam in foro poli, tenet Gloſ. *1 in c. cum venerabilis, de conſuet.* & Gloſ. *in c. denique, in ver. conſuetudo.* Roman. *conſil. 446. numero 2.* Jaſon. *in l. 3. §. jurari. ſub numero 16. ff. de jurejur.* Dec. *in c. nam concupiſcentiam, lect. 1. numero 16. & lect 2. numero 24. de conſtit.* Cravet. *conſil. 6. numero 103. & conſil. 145. numero 12. lib. 1.* Rolan. *conſil. 75. numero 47. lib. 1. & conſil. 96. numero 31. lib. 2.* Decian. de communi *in tract. crimin. lib. 6. cap. 11. numero 66.* Et dicta Bart. & Cephal. eſſe intelligenda cum hac diſtinctione tradit Joannes Cephalus in epiſtola poſita *in princ. lib. 5. conſ. Cephal.* defendendo patrem à morſibus Joan. Baptiſtæ Antonutii Eugubini aſſerentis, dictum Cephali eſſe falſiſſimum, erroneum & ſcandaloſum, & quaſi hæreticum, & cum hac diſtinctione etiam eundem Cephal. defendit Menoch. *in conſil. 343. num. ſexto, libro quarto,* ubi dicit, quod hanc diſtinctionem admittant Theologi, quos commemorat & comprobat dictus Antonutius Eugubinus *in Catech. pag. 405.*

Et comprobatur iſta diſtinctio † ex eo, quia leges temporales pœnas 37
uſurarias imponentes à conſuetudine, quæ vim legis habet, tolli & removeri poſſunt, *l. nihil tam naturale 35. ff. de reg. jur.* ut per Decian. *in dict. cap. 11. ſub numero 56. libro ſexto,* & comprobatur ex traditis à Jacobo Graff. *in ſuis deciſ. aureis, par. 1. libro ſecundo, cap. 102. numero 4.* ubi dicit, quod jura civilia non approbant uſuras, ſed tantum impunitas relinquunt, ſicut impunitum
relinquunt maritum interficientem uxorem, & permittunt † lupanaria, 38
ad evitandum majora mala, & ad hoc facit illud, quod dici ſolet, minus malum reſpectu majoris mali habere ſpeciem boni. Ariſtot. *libro primo Ethic. cap. 5.* Et quod ſi lex permittat, non tamen collat peccatum, eſt textus *in c.*
hac ratione, 31. quæſt. 1. cujus verba ſunt: *Aliud eſt † enim percipere, aliud permitte-* 39
re. Quod enim permittimus nolentes percipimus, quia malas hominum voluntates ad plenum probare non poſſumus, & ita tenet Bald. *in l. improbum, C. ex quibus cauſ. infam. irrog.* Rimin. jun. *conſil. 218. ſub num. 51. lib. 2.* & Sotus, *lib. 6. de Juſt. & jur. qu. 3. art. 1. colum. 5.*

Ex abundanti etiam dici poteſt, dicta à Bartolo & à Cephalo indiſtincte
† vera non eſſe tam in foro conſcientiæ, quam etiam in foro fori. Quia quod 40
conſuetudo non excuſet à pœna in his, quæ ſunt de ſe mala, tenet Innoc. *in c. ſane, de offic. ordin.* Bald. *in l. de quibus, col. 23 ff. de leg.* Marſ. *in l. 1. colum 12. ff. ad leg.*
Corn. de ſicar. & in §. enim, §. quoniam, Calcan. *conſil. 28. colum. 5.* Tiraquell. † *in tract.* 41
de pœnis tempor. cauſa 42. num. 12. Felin. *in c ea. quæ de Simon.* Gabriel. *tit. de maleſic. concluſ. 8. numero 27.* Menoch. *de arbitr. jud. caſu 375. numero trigeſimo quarto.* Clar. *in §. blaſphemia. verſ. vim poteſt, & ibi Bajard. in addit. ſub num. 24. in fin.* Decian. *in tract. crim.* qui dicit hanc veriorem & ſequendam in judicando, *cap. 5. ſub num. 4.* Natt. *conſil. 586. in fin. libro tertio.* Peguer. *in q. crimin. cap. 34. Addit. ad Clar. §. uſu-*

ra,num.31. Covar. *in c. quamvis, de pact. in 6.part.1.§.7. ſub numero 12. verſ. quid de*
42 † *conſuetudine*, ubi declarat, quod diſtinctio ſuprapoſita non procedat, ubi
clare conſtet delictum eſſe delictum, ſed tantum procedat, ubi actus fuiſſet
dubius, Lupus *in tract. de uſur. comment.4.§.4.n.65.in fin.* Rim.jun. *in conſil. 218.nu-*
43 *mero quinquageſimo tertio*, ubi vult, quod diſtinctio † præfata procedat ſolum,
ubi agitur de jure civili, & non de jure canonico, & quod procedat ſolum-
modo, ſi eam ſciviſſet, & toleraſſet ſuperior, & in *conſ.400.num.33.& ſeq.lib.4.*
Et hanc eſſe veriorem & communiorem opinionem contra ſuprapoſitam
diſtinctionem tradit Farinac. *in tract. crimin. tit. de delict. & pœnis, quæſt. 20. ſub*
num.45.

44 Poteſt etiam dici conſuetudine fieri † non poſſe, quod uſura non ſit uſu-
ra, & quod uſurarii non puniantur, & ſi eveniat aliquando, quod uſurarii
non puniantur, hoc non fieri ratione conſuetudinis, quia introduci non
poteſt contra jus divinum, *dict.c.ſi.de conſuet.* ſed per diſſimulationem & con-
niventiam ex aliquibus rationibus ita fieri ſuadentibus, puta ratione ma-
joris mali, ut per Covar. *in dict.c. quamvis pactum, part. 1. §.7. ſub num. 12. verſic.*
quid de conſuetudine, ſed quia Anton. de Prato inter conſilia Alexand. *conſil.49.*
num.3.lib.4. poſt Joan. Andr. *in reg peccatum, de reg. jur. in 6.* dicit neque etiam ad
45 bonum † conſequendum uſuras debere permitti, quia anima cæteris rebus
omnibus eſt anteponenda, *l.ſancimus nemini 21.C.de ſacroſanct.eccleſ.* Rimin. jun.
46 *conſ.413.num.48 & ſeq.lib.4.* ubi vult, quod in concurſu † duarum publicarum
utilitatum præferatur illa, quæ animam concernit, juxta dictum ſacræ ſcri-
pturæ: *Primum quærite regnum Dei, & hæc omnia adjicientur vobis.* Ad alia in ar-
47 gumento † contenta reſpondetur, non eſſe verum, quod non fuerit jam de-
terminatum hujuſmodi pactum eſſe uſurarium, nam ut ſupra dixi *numero 8.*
quod ſit uſurarium, tenent Dd. communiter, ac etiam Theologi, & ubi eſt
controverſia inter Dd. ab ea opinione, quæ communis eſt, recedere non li-
cet, Dd. *in c.1 de conſtit.* Corat. *in tract. de com.opp.tit. 12.* Et etiam pactum eſſe
48 † uſurarium fuit determinatum à Sixto V. ut dicit Graff. *d.c.120. num.37.* Et
ſi non probetur lege particulari hujuſmodi pactum eſſe uſurarium, tamen
quod probetur urgentiſſimis rationibus, & ideo perinde eſſe ac ſi lege pro-
baretur, tradit Rimin.jun. *dict.conſil.400.num.128.& ſeq.lib.4.* Et dato, non con-
49 ceſſo, quod † dubium eſſet, an ſit uſurarium, & quod à conſuetudine de-
clarari poſſit, an contractus dubius ſit uſurarius. Decian. *in tract. crim.lib.6.*
c.5.ſub num.3.& 4.& in conſil.2.num.154.& 155.lib.1. Navar. *in Manual. c. 27.num.*
286. Cravet. *conſil.924.num.17.lib.5.* Surd. *conſil.327. num.52. lib.3.* tamen conſide-
50 randum eſt, non † indiſtinctè quamlibet aſſertam conſuetudinem habere
hanc facultatem declarandi contractum non eſſe uſurarium, quia iſta de-
claratio, an contractus ſit uſurarius, pertinet ad Judicem eccleſiaſticum Fe-
lin. qui de communi teſtatur, *in c.cum ſit, num.1.de for.compet.* Ripa *in c.2.num.17.*
de

de Judic. Jaſ.*conſ.113.n.3.lib.4.*Rolan.*conſ.75.n.37.lib.1. & conſ.96.nu.44.lib.2.* Natt.
conſ.369.num.12.lib.2. Vulpel. *conſ.70.n.3.*Farinac.*tit.de inquiſit.q.8. num.135.Addit.ad
Bertaz.conſ.238.lib.1.*

Et his attentis circa † conſuetudinem parum tuta videntur ea, quæ de 51
ſocietate officii dicuntur, nempe quod à conſuetudine ſuſtineatur, & eo
magis parum tuta videntur, quia eo deventum eſt, ut amplius hodie vere
ſuper officiis, prout olim fiebat, non contrahantur, & conſuetudo de uno
ad alium contractum non extenditur. Cravet. *conſil. 170. numero 4. lib. 1.* &
conſuetudo ad hoc, ut attendatur, debet eſſe uniformis, & non diffòrmis.
Bart. *in l.2 in princ.num.22.ff.ſolut.matr.* Alex. *conſil.5. num.5.* & tantum habet de
potentia, quantum de uſu. Bald. *in l.fin.verſ.unum aliud ſcias, Cod. com. utr. Jud.*
Solummodo enim hodie verbo ſuper officiis contrahitur iſta ſocietas, quia
in rei veritate pecuniæ non deſerviunt pro officiali, ſed in alios uſus con-
vertuntur, ad libitum recipientis, & officialis tantum præſtat nudum no-
men officii, unde conſuetudo, ſi alias contractum approbavit, quando
vere ſocietas ſuper officio inita erat, quod hodie eam approbet, dum
contrahitur ſuper conficto nomine officii, dici non poſſe videtur. Sexto
adducitur ad ſuſtinendum † hujuſmodi pactum licitum eſſe, inter diver- 52
ſas opiniones probabiles unam eligere bona conſcientia, & ſecundum eam
operari, Henrichman. *d.conſil.8.num.87. uſque ad num. 104.* ubi hanc opinionem
pluribus rationibus exornat, & ſi quiſpiam dicit tutiorem viam † in du- 53
bio eſſe eligendam, *c.1.de ſcrut.in ordin.fac.* reſpondet hoc eſſe conſilii & non
præcepti, quia alias oporteret multos intrare religionem, quæ eſt tutior
via. Reſpondetur in præſenti † amplius electioni locum non eſſe, quia 54
habemus Bullam Sixti V. ut ſupra dixi, & quia etiam habemus commu-
nem opinionem Doctorum & Theologorum, pactum eſſe uſurarium, à
qua amplius recedere non debemus, Navar. *in Man.c.27. num.286.* Et etiam
quia licet non ſit de præcepto eligere tutiorem viam, quando altera eſt
tuta, tamen bene ſi una via poteſt continere peccatum, & altera certe pec-
catum continere non poteſt, illa quæ certe peccatum continere non poteſt,
dimiſſa altera dubia † eſt eligenda. Ita eſſe abſtinendum à contractu, in 55
quo quis poteſt dubitare de peccato, poſt gloſ *in c.naviganti. in ver.dubitatur,
de uſur.* tradunt ibidem Joan. And. Hoſt. Abb. Butr. & Cardin. & his relatis
Gabriel.*tit. de malef. concl.2. numero 5.* Navar. *in dict. cap. 27. numero 284.* Rimin.
jun.*conſil.400.numero 132.lib.4.* Menoch. *conſil. 109. numero 24.lib 1.* Septimo ar-
guunt pactum non eſſe uſurarium, quia appoſitum nihil relevat, cum
† raro eveniat, quod pecunia caſu fortuito perdatur, & ea, quæ raro eve- 56
niunt, nullius ſunt conſiderationis, *l.nam ab ea 5 ff.de legib.* Henrichman. *d.
conſil.8.num.64.* ubi etiam conſiderat, quod pactum ſit nullius effectus. Quia
licet pecunia perdatur negligentia negotiatoris recipientis, juxta dictum

eccleſ. *cap. 27. Difficile eximitur negotians à negligentia*, & ſic teneatur negligens
57 † de amiſſione, nihilominus pecuniam acceptam non reſtituit, ſed ad aſi-
lum confugit, fidem fallit, & ſe deceſſiſſe diſſimulat. Reſpondetur etiam ea
58 † quæ raro accidunt in conſideratione haberi, *§. inſula. Inſtit. de rerum diviſion.*
l. ſed & ſi per prætorem 26. §. ſi feria 7 ff. ex quibus cauſis major. ſed potius conſide-
rari à lege, quæ frequentius accidunt, Gloſ. *in d. §. inſula.* Et periculum pe-
cuniarum poſitarum in ſocietate non eſſe de his, quæ raro accidunt, de
quibus lex non habet conſiderationem, probatur per text. *in l. ſi non fuerint*
29. ff. pro ſoc. & in omnibus aliis legibus, ubi agitur de periculo amiſſionis ca-
pitalis. Dum enim de eo agitur, clarum eſt, quod habetur in conſideratio-
ne. Et hoc argumentum eſſe falſum dicit Rim jun. *d. conſil. 400. num. 67.* quia
59 dicere, quod raro † pecunia pereat caſu fortuito, & ſæpe negligentia, eſt
arguere culpam in eo, quæ tamen in aliquo non præſumitur, & ab allegan-
te probari debet. Gloſ. Bart. & Dd. *in l. ſi quis ex argentariis 6. ff de eden.* Et non
60 poteſt dici, quod pactum † nihil operetur, cum vere de caſu fortuito non te-
neretur recipiens, ſi hujuſmodi pactum non apponeretur, *l. cum duobus 52. §.*
damna. ff. pro ſoc. bene poteſt dici, quod nihil operetur, quia eſt uſurarium. Et
61 conſideratio, quæ fit † de mercatore fallente fidem, fingente ſe decoxiſſe,
& refugiente ad aſilum, eſt penitus nullius momenti, quia eſt allegare de-
lictum, quod nullo modo præſumi debet, *l. merito 51 ff. pro ſoc.* Rim *d. conſ. 400.*
62 *num. 66.* Octavo Henrichman. *conſ. 8. n. 72.* ad ſuſtinendum † pactum dicit con-
ſiderari poſſe, eo non obſtante pecuniam non ſtare abſque periculo, cum
ſit ſuppoſita periculo decoctionis. Reſpondetur, ex ſolo periculo decoctio-
63 nis † pactum non juſtificari, quia capitale debet eſſe ſuppoſitum omni pe-
riculo, cum omne lucrum ex eo proveniens ſocius ponens eum recipere in-
tendat, *d. l. non fuerint, in fin. cum ſimilibus, ff. pro ſoc.* Et reſpondetur, ad hoc,
ut pactum dicatur uſurarium, ſatis eſſe, quod ſocius eo appoſito intendat
aufugere omnia pericula interitus, quæ aufugi poſſunt, & de his periculis,
quæ aufugi poſſunt, pacto appoſito loquuntur Dd. damnantes pactum, &
non loquuntur de illis, quæ aufugere impoſſibile eſt. Item reſpondetur,
64 quod iſti mali eventus † non ſunt in conſideratione, *l. inter ſtipulantem 83. §.*
ſacram. 5. & ibi Dd. ff de verb. obligat. & ita reſpondet Rim. jun. *d. conſil. 400. num. 79.*
65 *lib. 4.* Et quia capitale debet eſſe † ſuppoſitum omni periculo, & lucrum
etiam omni periculo ſuppoſitum eſſe debet, ut per Caſtr. *in conſil. 55. lib. 2.*
Rim jun. *conſil. 463. lib. 4* nunquam auſus fui aſſerere, ſocietatem officii, in qua
pro lucro certo taxantur duodecim annua, à ſolo periculo mortis juſtificari
poſſe: nam quia pecuniæ ſi exercentur, & non alias generant lucrum, cum
non exerceantur, & cum non ſubjaceant periculo in exercendo, quod peri-
culo ſocietatis ſubjaceant, ad lucrum conventum cauſandum affirmari non
poſſe videtur. Eſt enim mortis periculum quid extra ſocietatem, ut Alex.
tradit

tradit *in conſ.132.ſub n.8.lib.5.* & adeo quid ſeparatum & diverſum à lucro, ut non ſolum dici non poſſit cauſa inductiva lucri, ſed imo dici debeat cauſa diſſolutiva ſocietatis, *l. adeo 59. ff. pro ſoc.* Et cum vere pecuniæ non † exerceantur ſuper officio, licet hoc dicatur, quia mendacia nihil ponunt in eſſe, *l. accuſare, & ibi Bald. ff de pact.* & quia eſt uſura, ſi datur pecunia ſuper exercitio à ſciente, quod non exercebitur, ſi lucrum percipiat, & pecunia ſit reſtituenda Navar. *in Manual. cap. 17. n. 258* Graff. *in ſuis dec. cap. 120. num. 9. lib. 2. part. 1.* multo magis quod à ſolo periculo vitæ ſuſtineatur firmare non auderem, cum nec ſi in totum mutuans pecuniæ mutuatæ periculum ſubeat, aliquid ultra ſortem recipere poſſit, *c. fin. & ibi gloſ. Abb. & cæteri de uſur.* Roman. *conſ. 250. ſub n. 4* Dec. *conſ. 123. col. 1. & 2. lib. 1.* 66

Sed in omnibus me ſubjicio determinationi ſanctæ eccleſiæ, ſic de hujuſmodi contractu loquendo Boccatius *in tract. de ſociet. offic. num. 197. in fin.* ſe remittit in omnibus ſaniori judicio. Et ſi ejus eſſem auctoritatis, ut aliorum animos movere poſſem, conſulerem, quod quiſque ſe ab hoc contractu abſtineret, quia bonarum mentium eſt ibi culpam timere, ubi culpa non reperitur, Gloſ. *in c. ſi vere in ver. ſub ſpe veniæ, de ſenten. excom.* & in dubio pro anima ſemper tutior via eligenda eſt, Gloſ. *in c. navigantì, in ver. dubitatur, & ibi Joan. Andr. Hoſtien. & Abb. colum. 1. & Butr. in fin. & Card. colum. 1. verſ. oppono in eo. de uſuris.* Nono aliqui dicunt, contractum non eſſe † uſurarium, ſed injuſtum, ea ratione, quia deficit in eo cauſa mutui, & ſatis eſt cenſeri ſocietatem eſſe iniquam in damnum proximi, ut per Covar. *lib. 3. var. reſol. c. 2. ſub numero 3.* Et quod deficiat cauſa † mutui, probari dicunt, quia in mutuo libere transfertur dominium, & iſta pecunia à ſocio alteri ſocio datur ad hoc, ut in negotiatione ſeu mercatura, ſuper qua fuit contracta ſocietas, exerceatur, & ſic non libere in eum transfertur dominium, cum ea ad libitum uti non poſſit, Navar. *in tract. ſub num. 37.* Henrichman. *d. conſil. 8. num. 30.* Et ex eo, quia periculum † pertinet ad recipientem, non inde ſequi dicunt, in eum fuiſſe tranſlatum dominium, quia etiam in commodato apponitur pactum, quod rei commodatæ periculum pertineat ad recipientem, & nihilominus in eum non transfertur dominium. Navar. *dict. loco numero trigeſimo ſexto.* Conſiderant etiam † quod ſi ex actu geſto præſumi poteſt contractum mutuum, & contracta ſocietas ad evitandum uſuram, & ſic delictum, magis præſumi debet contracta ſocietas, quam mutuum, *l. mutio 51 ff. pro ſoc.* Henrichman. *dict. conſil. 8. numero 99.* Reſpondetur, contractum eſſe non ſolum injuſtum ſed etiam uſurarium, quia Bald. *in l. 1. Cod. pro ſoc.* dicit, quod talis † contractus ſocietatis eſſe non poteſt neque ex forma, neque ex natura. Ex forma non, quia eſt contractus mutui. Ex natura non, quia eſt contra naturam ſocietatis, quod capitale in ſecuro permaneat, Rimin jun. *conſil. 399. numero 27. libro quarto,* &c. ut dixi 67 68 69 70 71

ſupra, in qualibet conventione, ubi adeſt ſpecies mutui, & ſorti augmentum accedit, uſura committitur, & non attenditur, quibus verbis uſi fuerint contrahentes quia conſideratur, quid actum & non quid dictum fuit, & per noſtrum affirmare vel negare veritas non immutatur, *l. cum falſa 5. C. de jur. & fact. ignor.* Menoch. *in tract. de præſumpt. lib. 3. præſ. 123 numero 9.* ubi etiam dicit, quod ſi contractus ſit vere fœneratitius, non per hoc talis eſſe deſinit,
72 ſi deficiat animus fœnerandi. Et non obſtat conventio † appoſita, quod pecunia exerceatur ſuper mercatura, quia non ex tali conventione impeditur, quin dominium in recipientem transferatur, & quod transferatur admittunt Navar. & Henrichman. *in locis ſupra citatis*, & ſi transferatur & veniat poſtmodum reſtituenda cum lucro, certe ſequitur, mutuum fuiſſe contractum, & fuiſſe contractam uſuram, pacto appoſito, quod cum lucri
73 augmento ſit reſtituenda. Similiter non obſtat, quod ratione † ſuſcepti periculi non dicatur tranſlatum dominium, ut in commodato, quia hoc ideo ſit in commodato, quia eadem res reſtituenda venit, ſed non ita ſit in mutuo, in quo non eadem res, ſed alia ejuſdem generis reſtitui debet, *l. 2.*
74 *§. mutui datio. ff. ſi cert. pet.* Et quod iſta conventio † contineat cauſam mutui, & non alterius contractus, optime contra ſe ipſum deducit Henrichm. *d. conſil. 8. numero quinto, cum pluribus ſeqq.* ſumpto argumento à ſufficienti partium enumeratione.

75 Quod non ſit contractus † ſocietatis, dicit, quia de natura ſocietatis eſt, quod ſocius teneatur de culpa, & quod partes ſint æquales, & in iſta conventione ſit, quod ſocius teneatur de periculo, & quod partes non ſint æ-
76 quales. Quod non ſit † commodatum, dicit, quia licet ad pompam pecunia commodari poſſit, ut commodatarius appareat ditior, *l. ſed mihi videtur 3. §. fin. cum l. ſeq. ff. commod.* tamen tranſit in alium contractum, quando aliquid datur, quia debet eſſe gratuitum, *l. ſi rem tibi, §. unum, ff. commod. & l. ſi tibi 13. in fin. ff. de præſcript. ver. Præterea in commodato non debet idem reddi in genere, ſed in ſpecie. l. in commodato 17. §. ſicut 3. ff. commod.*

77 Et quod non ſit donatio, quia non datur † pecunia, ut non reſtituatur quemadmodum ſit in donatione, *l. 1. ff de donat.* Etiam non eſſe depoſitum,
78 quia non † datur pecunia cauſa cuſtodiæ, ut ſit in depoſito. *l. 1. ff. depoſiti.* & quando pecunia datur cauſa utendi convertitur in mutuum, *l. Lucius 24 la. 1. & l. dies ſponſaliorum 25. §. 1 ff. depoſiti. & l. certi condictio 9. §. fin. cum l. ſeq. ff. ſi cert. pet. l. in naui Saufei. ff. locati.* Et non eſſe locationem, quia etiam locatio,
79 quando idem redditur in genere, convertitur † in cauſam mutui, *l. in nave Saufei 31 ff. locati.* quia ſolummodo in mutuo ſit, ut idem reddatur in genere, *l. mutuum 2. & l. cum quid 3. ff. ſi cert. petat.* Et quia in hac locatione & in depoſito proxime relato periculum amiſſionis pertinet ad conductorem, & depoſitarium, quemadmodum in mutuo pertinet ad mutuatarium,

l. certi

Digitized by Google

l.certi condictio 9.§.fin.cum l.ſeq.ff.ſi cert.pet. quia genus perire non poteſt, *l. in ratione 30.§. in certa 5.ff. ad leg. Falcid.* ideo hunc non eſſe contractum locationis ſequitur.

Precarium etiam † non eſſe dicit, quia licet precarium etiam detur in rebus mobilib. *l.in rebus 4. ff. de precario.* & ad uſum indeterminatum, tamen in eo non transfertur dominium, & poteſt quandocunque revocari, *l.1.& l.cum precario 12.ff. eodem.* Nec eſſe permutationem, quia † ſolum fit, quando datur ſpecies pro ſpecie, *l.1 ff.de rerum permut.* & hinc inde jura cuique competentia ſuper re permutata transferuntur. Venditionem etiam non eſſe dicit, quia datur † ſolummodo pecunia utenda, ut reſtituatur, quod emptioni non convenit, in qua requiritur, quod ab una parte tradatur res, & altera pretium, ita ut non reſtituantur, *l. mutuum 3. in princ. ff. ſi cert.pet. & l.ex empt. 11.ff.de act.empti.* Ultimo loco nec eſſe † contractum innominatum dicit, quia datur pecunia reſtituenda in genere, quod non fit in contractu innominato, ut videtur ſentire Barr. *in l.fin.ff.de condict.ob cauſ.* & quia conventio tranſit in ſpecificam formam contractus, *l. 1. cum ſeq.l. ſi gratuitam, & l. Titius, in fid ff. eod.* Jaſon *in l.cum quid, ff. ſi cert.pet.* Sic igitur contractuum † connumeratione facta, cum hanc conventionem appareat nemini ex eis convenire, merito ſequitur, mutuum, cui convenit, contractum fuiſſe; & per conſequens pactum eſſe uſurarium dicendum eſſe, ita argumentatur etiam Peguer. *in ſuis quaeſt. criminal. qu. 33.* Et id quod dictum fuit, in dubio ad excludendam † uſuram præſumi debere magis, ſocietatem fuiſſe contractam, quam mutuum, non obſtat, quia in dubio præſumptio ſumitur excluſiva delicti, ſed in claris ceſſant conjecturæ & præſumptiones, *l. Divus 7.ff.de in integr.reſtit.* Rim.jun.*conſ.399.n.69. lib.4.* & ubi conſtat de conventione pluris accipiendi, quam datum fuit, conſtat etiam fœnus contractum fuiſſe, Bald.*in l.rogaſti 11.in fin.& ibi* Caſtr.*n.5.ff.ſi cert.pet.* Menoch.*conſ.109 n.8.lib. 1.& in tract.de præſumpt.lib.3.præſ.123.n.3.*Rom.*conſ.238.n.4. & conſ.290.n.6.& conſil. 520.n.1.*Dec.*conſ.116.n.3.& conſ.123.col.2.* Rip.*in l.2.n.6.ff.ſi cert.pet.* Natt.*conſ.403 ſub num.1.lib.2.* 80 81 82 83 84 85

Et ita contrariis remotis firma remanet † opinio, hujuſmodi pactum, quod capitale ſit ſalvum, eſſe uſurarium, & ampliatur, quod vera ſit & procedat, etiam quando non de toto capitali, ſed de ipſius parte, quod non ſit ſuppoſita periculo, & inde lucrum percipiatur, conventum fuit, quia quod juris eſt de toto, quoad totum, idem juris eſt de parte, quoad partem, *l. quæ de tota 76 ff. de rei vend.* Ita formaliter arguit Socin. *in dict conſil.265.colum.4.verſ ſecundo quia, lib. 2.* & poſt eum Rimin. jun. *conſil. 400. numero 31.& conſil 463.numero 37.lib.4.* Quemadmodum enim non licet ſubire periculum † operarum & totius capitalis, ita non licet ſubire periculum operarum & partis capitalis, & ex hoc detegi diſparitatem & turpitudinem 86 87

turpitudinem pacti, dicit Abb. *in conſ. 77. lib. 1.* Et hanc opinionem tenere San. Thom. *in 2. 2. qu. 88. artic. 2.* & alios Theologos, quos citat, tradit Socin. *dict. conſil. 265. ſub num. 4. libro 2.* & dicit, hanc opinionem probari auctoritate Gloſſ. *in l. 1. Cod. pro ſoc.* & aliorum, qui eam communiter ſequuntur. Et ad eos, qui
88 † dicunt, quod amittens operas non dicatur damnum pati, & ideo conveniat, quod ſuſtineat periculum capitalis pro dimidia, quemadmodum lucrum recipit pro dimidia, reſpondet, quod lucrum non cauſatur ex ſola pecunia, ſed ab operibus & pecunia, & quod dimidia lucri aſſignatur pro operibus, & ille, qui amittit operas, dicitur damnum pati, quia operæ adeo æſtimantur, ut prævaleant aliquando capitali, *d. l. ſi non fuerint 29. ff. pro ſoc.* Et ſi prævalent, quemadmodum qui amittit capitale dicitur pati damnum, ſic & de eo, qui amittit operas prævalentes capitali, quod damnum patiatur, dicendum eſt; alias enim ſi ita non diceretur, operas eſſe correſpondentes, & prævalere etiam capitali, dici non poſſet. Et ad id, quod
89 † dicitur, operas correſpondere interuſurio, & non capitali, reſpondet, quod correſpondeant capitali, expreſſe probatur *in dict. l. ſi non fuerint,* & iſta eſt communis opinio, ut dixi ſupra *capite decimo ſexto.* Eſt igitur veriſſima & magis communis iſta ampliatio, pactum, quod pars capitalis ſit ſalvum, & inde lucrum percipiatur, fieri non poſſe, ut dixi etiam ſupra *cap. 16. in fi.* Et
90 pactum hujuſmodi † non eſt rejiciendum, firmo remanente contractu ſocietatis, ut tenet Gomeſ. *libr. 2. reſolut. jur. capit. 5. ſub num. 5.* ſed totus contractus ſocietatis annullatur, ut dixi ſupra *capit. 2. num. 25.* Et hanc ſocietatem cum hoc pacto initam nullam eſſe, tradit textus *in d. l. ſi non fuerint, §. Ariſto. ff. pro ſoc.* & late comprobat Rim. jun. *dict. conſ. 400. n. 105. & n. 116. & conſ. 463. n. 19. & ſeq. lib. 4.* & Peguer. *in ſuis quæſt. criminal. quæſt. 33. in fin.*

N. 6. 7. *& n. 30.* & ſequent. item *n. 90.* Miras turbas hic ciet auctor *tot. capite,* ut probet pactum hoc eſſe uſurarium, id eſt, vvoecker ut Belgæ loquuntur: cum tamen uſus & conſuetudo mercatorum aliorumque inter ſe contrahentium illud approbet. At contractum uſurarium dicimus illum, qui juſto majores uſuras complectitur: exploſa dudum priori illa Canoniſtarum opinione, quæ nullas ne quidem legitimas admittit, ut atteſtatur *Covarruv. variar. reſolut. lib. 3. cap. 3.* Quanquam ſunt qui judicent, de jure canonico uſuras indiſtincte prohibitas non eſſe. *Molinæus de Vſuris n. 55.* & contrariam opinionem malo errore invaluiſſe. Cum Canones vocem uſuræ tantum uſurpent pro ea quæ eſt illicita, licitam verò nomine intereſſe indigerent. vid. *cap. ſalubriter cap. conqueſtus x. de uſuris.* Et ideò Canoniſtæ certo caſu admittunt uſuras, præcipuè quas compenſatorias vocant, ratione ejus quod creditoris intereſt. *cap. 1. & 2. x. de uſuris: Gail. lib. 2. obſ. 5. n. 14. 15. Coſt. ad l. 1. ff. de Vſuris,* 22. 1. *Vide Ritterſhuſium in differentiis iuris civilis & canonici lib. 4. cap. 11. in fine, & latius Franciſcum Iunium in appendice Analyt. explicat. Levitici.*

CAPUT XIX.

An pactum, quod capitale ſit ſalvum vel in parte, aliquomodo juſtificari poſſit?

SUMMARIA.

1 *Pactum, quod ponens operas ſuſtineat periculum capitalis alterius ſocii, videtur ſuſtineri poſſe, facta recompenſatione in lucro.*

2 *Contraria opinio probatur, pactum non valere, quia damna & lucra in ſocietate debere conſiderari abſque involucro recompenſationis.*
Intellectus l. ſi non fuerint 29. ff. pro ſoc.

3 *Intellectus* §. de illo. Inſtit. de ſociet.

4 *Ponens capitale ſtat ſemper in ſecuro, ſi ponens operas ejus periculum ſuſtinere debeat, & ipſe non poteſt ſemper ſecurus eſſe de lucro pro recompenſatione, quia eſt incertum, an ſit futurum.*

5 *Pactum, quod periculum capitalis pro parte pertineat ad ponentem operas, ſuſtineri poteſt vigore donationis, ſi capitalis pars donetur ponenti operas.*

6 *Donatio facta ante ſocietatem non repugnat ſocietati.*

7 *Intellectus* l. ſocietas 5. in fin. ff. pro ſoc.
Contractus ex conventione partium legem accipiunt.
Non procedit, quando conventio contractui repugnat.

8 *Dives ſi contendatur, quod pauperes negotiantes cum ſuis pecuniis recipiant lucrum ultra debitam quantitatem, non eſt iſta ſocietas, ſed donatio.*

9 *Pactum, quod periculum capitalis pertineat ad ponentem operas, videtur ſuſtineri poſſe ex contractu emptionis, pretio conſtituto in lucro alteri ſocio ſuſtinenti periculum, ut fit, quando emitur jactum retis.*

10 *Emptio fieri poteſt de jactu retis, quia pretium certe datur in pecunia pro re futura.*

11 *Sed hoc fieri non poteſt in ſocietate, quia conſideratur res empta, & pretium in lucro, & lucrum, cum ſit incertum, pro re & pro pretio deſervire non poteſt.*

12 *Miſtura iſta de contractu emptionis & ſocietatis facta dici non poteſt, ſtante ſupradicto pacto, quia verba repugnant.*

13 *Aſſecurationis & ſocietatis contractus fieri poſſunt cum diverſis perſonis, ſed non cum eadem perſona eodem tempore.*

14 *Neque etiam diverſis temporibus.*

15 *Contrariam opinionem, quod poſſint fieri cum eadem perſona, & eodem tempore, dum-*

modo fraus abſit, tenent aliqui, num. 16.

17 *Et quod poſſint fieri non ſolum formaliter & explicite, ſed etiam æquipollenter & implicite.*

18 *Quod iſti contractus eodem tempore cum eadem perſona fieri non poſſint, nulla lege cavetur, Contra* n. 27. & 3. ſeqq.

19 *Conſuetudine immemorabili probatur, hos contractus fieri poſſe. Contra* n. 31.

20 *Intellectus* c. per veſtras, de donat. inter vir. & uxor. *Contra* n. 32.

21 *Conſuetudine immemorabili ſtante præſumitur titulus. Declaratur* n. 33.

22 *Dominium non præſumitur tranſlatum ex tranſlatione periculi. Contra* n. 34.

23 *Socius non poteſt pecuniam in diverſam negotiationem convertere, licet earum periculum ſuſceperit, &* n. 24. *& declaratur* n. 35. & 36.

25 *De re ſua quilibet ad ſui libitum diſponere non poteſt, quando in eum fuit tranſlatum dominium ad certum uſum,* n. 26. *& declaratur* n. 37.

38 *Pactum ſuſtinetur vigore emptionis, ut evenit in ſocietate animalium, in qua ruſticus ſuſtinet pro medietate periculum animalium, quia daretur æſtimata, & pro medietate lucra dividuntur, &* n. 44.

39 *Lucrum vero non debet dividi pro medietate.*

40 *Intellectus* l. cum duobus 52. §. ſi in coeunda. ff. pro ſoc.

41 *Intellectus* l. cum duobus, §. damna. ff. pro ſoc.

42 *Capitale ſi pereat, perit ponenti. Res unius ex ſociis ſi pereat occaſione ſocietatis, damnum eſt commune, &* n. 43.

44 *Lucrum animalium dividitur habito reſpectu ad operas & capitale.*

1 DUobus modis hoc pactum † videtur poſſe juſtificari, primo à propria natura ſocietatis, ſecundo ab alio contractu cum ipſo ſocietatis contractu interveniente. Primo modo juſtificari poſſe dicitur ab ipſius ſocietatis natura, per recompenſationem. Quia etſi æqualitas in ſocietate ſit ſervanda in lucro & damno, nempe quod quis percipiat de lucro, juxta quantitatem ſui capitalis, & ſimiliter ſui capitalis damnum ſuſtineat: tamen prohibitum non reperitur, quod æqualitas ita ſervari non poſſit, ut unus ſuſcipiat periculum pro parte ad eum non ſpectante, & in recompenſationem ad hoc, ut æqualitas obſervetur, recipiat lucri majorem partem, quam habere deberet, ita tradit Henrichman. *d. conſil. 8. num. 52.* & hoc probatur ſecundum eum *in l. ſi non fuerint 29. ff. pro ſoc. & in §. de illa Inſtit. de ſociet.* ubi tale pactum valere jure ſocietatis admittitur. Iſta opinio non vi-
2 detur vera, quia † ſocietatis natura attenta, qui plus ponit, plus percipere debet, & quilibet ſui capitalis periculum ſuſtinere debet, & ſic abſque involucro recompenſationis, & lucri & damni partem, æqualitate ſervata, quilibet ſubire debet, ut aperte diſponit text. *in d. l. ſi non fuerint*, Et dum ita ea,

ea, & *in d.§.de illa*, dicitur pacto fieri poſſe, ut ſint inæquales lucri partes, in-
telligitur hoc fieri poſſe, quando capitalia ſunt inæqualia, & iſte eſt com-
munis intellectus, ut dicit Covar *d.lib.3.var.reſolut.cap.2.verſ.ſecundo conſtat.in*
fin. dum dicitur, in dictis juribus † paciſci poſſe ſuper parte periculi ſeu ſu- 3
per toto, intelliguntur, ſolummodo id fieri poſſe favore ponentis operas,
ut dixi *in cap præcedenti.* Et ſi de certa lucri parte percipienda fuiſſet conven-
tum, eo magis pactum ſuſtineri non poſſet, Rim. jun. *d.conſ.400.n.62.lib.4.* &
non poteſt æqualitas † cum hoc involucro recompenſationis fieri in ſocie- 4
tate, quia ponens capitale, ſi non ſubiit ejus periculum, ſtat ſemper in ſe-
curo; ponens vero operas nihil certi habet pro ejus recompenſatione, quia
poteſt dari caſus, quod in ſocietate adſit damnum, vel ſaltem non adſit
lucrum, ex quo periculi jam ſuſcepti recompenſationem habere poſſit, &
non poteſt dici ſervata æqualitas, ſi unus ſemper ſit ſecurus non poſſe ſen-
tire damnum, & alter poſſit ſentire damnum, & non ſit ſecurus poſſe re-
cipere recompenſationem periculi jam ſuſcepti. Secundo videbatur poſſe
pactum † ſuſtineri ab alio contractu, puta donationis, verbi gratia, uno 5
ponente operas, alter ponit ducenta cum pacto, quod dominium pro
parte tranſeat in ſocium, & pro dicta parte periculum ſuſtineat, & lucrum
percipiat, & hoc modo dico poſſe ſuſtineri, & licet interveniat donatio,
dico, quod iſta erit ſocietas, quamvis *in l.ſocietas, in fin. ff. pro ſoc.* Ulpianus
dicat: *Donationis cauſa ſocietas recte non contrahitur.* Nam duobus modis dona-
tio conſiderari poteſt. Uno modo ante ſocietatem; altero modo in ipſa ſo-
cietate. Primo modo ſi ſit donatio † de pecunia, & poſt modum ſuper pe- 6
cunia donata ſocietas contrahitur, valida erit ſocietas, & hoc non repu-
gnat diſpoſitioni *dict.l.ſocietas.* Secundo modo ſi ſit donatio in ipſo con-
tractu ſocietatis, ut quia datur lucrum alteri ſocio, quod habere non de-
beret vigore ſocietatis, & hoc caſu loquitur Ulpianus *in dict.l.ſocietas*, &
dicit ceſſare ſocietatem, quia † donationis cauſa recte ſocietas non contra- 7
hitur, cum ſocietatis naturæ repugnet, & eſt textus *in leg.ſi quis conduxerit.*
ff.locati. & ita declarando regulam illam, ex conventione partium con-
tractus legem accipere, hoc fieri non poſſe quando conventio contractui
repugnat, tradit Sarmi. *ſelectarum interpret.libr.1.cap.11.* allegando textum
in dict l.ſocietas 5. & l. ſi non fuerint 29.ff.pro ſoc. & in l. in cauſæ cognitione 16. la 2.
§.item relatum 1. ff. de minor. ubi Ulpianus ait: *Si minor circumſcriptus ſocie-*
tatem coierit, vel etiam donationis cauſa, nullam eſſe ſocietatem. ne inter majores
quidem. Et ita † ſi dives contrahat ſocietatem cum ſuis famulis, ami- 8
cis, aut cognatis exiguæ induſtriæ, ponendo magnam pecuniarum quan-
titatem, & contendatur de minori lucri parte, quam recipere deberet,
quod iſta non ſit ſocietas, ſed donatio ſeu locatio operarum, tradit Navarr
in manual. c. 17. ſub numero 251. in fin. Dici etiam poſſe videbatur † tertio loco, 9

 pactum

pactum ſuſtineri poſſe vigore emptionis & venditionis. Nam in emptione fit, quod ematur certo pretio jactura retis, & ſic id quod eſt omnino incertum, *l. emptorem, §. fin. de act. empti.* ita in præſenti fieri poſſe videbatur, quod ponens pecuniam paciſceretur, nolle ſubire earum periculum, & ex ea percipere certam quantitatem, relicto illo pluri, quod ex ea veriſimiliter percipi poſſet, pro pretio debito alteri ſocio, eo quia ſuſtinet periculum. Hen-
10 tichman. *d. conſ. 8. n. 52. cum plurib. ſeqq.* tamen licet in emptione fieri poſſit, quod jactum retis, & ſic quid incertum ematur, non inde inferri debet, pactum hujuſmodi ſuſtineri poſſe. Emptio ideo ſuſtinetur, quia datur pretium, & vere emitur id, quod licet non ſit, tamen eſſe poteſt, & naturæ & ſubſtantiæ emptionis non repugnat, quod res ematur, quæ licet non ſit, tamen eſſe ſperatur, bene repugnaret, & non valeret, ſi emeretur res, quæ non eſſet, & quæ eſſe non poſſet, *l. nec emptio. 8. ff. de contr. empt.* Sed hoc in præ-
11 ſenti fieri non poteſt, quia † pretium & res empta in lucro conſiderantur, & ex lucro provenire debent, & lucrum licet ſit veriſimile, nihilominus eſt incertum. Et ſic licet reſpectu rei emptæ tolerari poſſit, quod ſit incertum, tamen quod id reſpectu pretii, quod certum eſſe debet, tolerari poſſit, dicendum non eſt, quia debet eſſe in pecunia numerata, & debet eſſe certum, *§. item pretium. Inſtitut. de emption. & vendit.* Aliter reſpondet Rim. junior. *dict.*
12 *conſil. 400. num. 94.* & dicit, quod † per tale pactum, ſi valeret, fieret miſtura ac transfuſio contractus ſocietatis in emptionem. Sed quia verbis attentis talis miſtura & talis transfuſio fieri non poteſt, merito ſequi, pactum non valere, & in vim emptionis etiam ſuſtineri non poſſe, per ea quæ tradit Bart. *in l. ubi donatur, 27. ff. de donat. cauſ. mort.*

13 Et iſta opinio, pactum hujuſmodi † ſuſtineri non poſſe, etiam conſiderata emptione comprobatur ex traditis à Cajet. *in opuſcul. tom. 1. tractat. 31. reſponſ. 11* ubi tenet, contractum ſocietatis & aſſecurationis capitalis fieri poſſe cum extraneo, ac etiam cum ſocio non eodem tempore, ſed poſt ſocietatem contractam, & ſic diverſo tempore, ejus dicta in hoc non obſtant in præſenti, quia agimus de pacto inito cum ipſa ſocietate. Et etiam ejus opinio non eſt tuta, cum, quod contractus aſſecurationis cum ſocio fieri non poſſit, diver-
14 ſo † etiam tempore contra Cajet. firmet Sotus *lib. 6. de juſt. & jur. q. 6. art. 2.* ubi ait, eam pone eſſe exiguitatem ingenii ſui, ut videre aliud in his contractibus non poſſit, quam veriſſimum mutuum, ſive fiant ſimul, ſive ſucceſſive cum eadem perſona. Quia, dicit ipſe, licet valeat contractus ſocietatis factus cum uno, & contractus aſſecurationis factus cum alio, non ſequitur tamen, quod valeant facti cum eadem perſona, quia ex eis cum eadem perſona factis oritur contractus mutui, & uſura cauſatur ex perceptione lucri provenientis ex pecunia mutuata. Et hoc probatur ſecundum eam, quia eo ipſo, quod Titius tribuit pecuniam Sejo, conveniturque

inter

Digitized by Google

inter eos de lucro, & quod capitale ſit Tirio ſalvum, de illa pecunia ſtatim Sejus ad libitum diſponere poteſt, puta prædia emere, & ſimilia facere, & ideo manifeſtatur, quod ſit effectus pecuniæ dominus, ex qua dominii translatione fit, ut mutui contractus initus dicatur, ***l.2.ff. ſi cert. pet.*** **& poſtea fit, ut lucrum ex pecunia mutuata percipere uſura ſit, & idem fieri colligit, licet ſucceſſive contractus celebrentur. Quia licet à principio inita fuerit ſocietas juſta, tamen quoties poſtmodum paciſcitur de tuto capitali, transfertur dominium, cauſatur mutuum, & ex perceptione lucri inducitur uſura.**

Contra hanc Soti opinionem † tenet Covarr. *libr.3. var. reſolut. capit.2. ſub n.4.* 15
ſive iſti contractus ſint facti ſimul, ſive ſucceſſive, dummodo omnis fraus
abſit, & Navarr. *in tract. de uſur. not.14. num. 32. & in Manual. cap.17. num.254.* &
Burſat. *in conſil.320. num.59. lib.3.* & dicit Navar. quod fieri debent tres contra-
ctus. Primus ſocietatis, in † quam unus pecuniam, alter operam & in- 16
duſtriam conferat. Secundus aſſecurationis, quo qui operas confert, aſſecu-
ret alterius ſortem, juſto pretio accepto, aut altero tantum ex lucro remiſſo.
Tertius, ut ad tollendum ſuſpiciones & moleſtias rationum, qui operam
præſtat, etiam aſſecuret alteri lucrum certum pro incerto, juſto in id pretio
conſtituto, aut altero tantum ex lucro remiſſo. Et dicit, quod iſti tres con-
tractus non ſolum fieri poſſunt formaliter & explicite, ſed etiam æquiva-
lenter & implicite, ut ſi quis negotiator publice proteſtaretur, ſe † paratum 17
ad accipiendum pecuniam à quocunque volente illi conferre in ſocietatem,
cum pacto de aſſecuratione ſortis, ad rationem quatuor pro centum, & lu-
cri certi quatuor pro duodecim incerti lucri, ita quod ex lucro incerto ve-
riſimili duodecim ex centum accipiat quatuor pro aſſecuratione ſortis, &
quatuor pro certificando lucro duodecim, & conſequenter non teneatur
reddere, niſi quatuor, & poſtea alius ſciens hanc proteſtationem confert ei
centum, dicens; ego confero tibi centum in ſocietate negotiationis cum ſe-
curitate ſortis, & redemptione lucri incerti juxta ſuam proteſtationem.
Et dicit, hunc modum faciendi ſocietatem obtuliſſe Majeſtati Regis Phi-
lippi, ſed mercatoribus diſplicuiſſe, quia eſſet parum lucri allaturus, col-
legiſſeque hunc modum faciendi hanc ſocietatem dicit à Joan. Major *in
4. diſt 15. quæſtion 49* à Sylveſtr. *in verſ. ſocietas, quæſtion. 2.* & ex Cajet. *in libr.
17 reſponſ. reſponſ. 11.* quæ nunc habentur *in opuſcul. ſuis tomo primo, tractat. 31.
reſponſ. 11.*

Et hanc ſuam opinionem † Navarr probat, primo quia cum verum ſit, di- 18
ctos tres contractus fieri poſſe cum diverſis perſonis, quod cum eadem per-
ſona fieri poſſint, etiam dicendum eſt, cum hoc nulla ratione & nulla lege
prohibitum reperiatur. Secundo ad eam tenendum movetur, quia, ut ipſe
dicit, audivit in multis † Galliæ locis, & in aliquibus Italiæ partibus & 19

montibus ſervatur, quod Eccleſiæ, viduæ & pupilli more antiquo conferebant ſuas pecunias mercatoribus, quo quatuor annua pro centum in ſuam ſuſtentationem lucrarentur, & cum iſta conſuetudo nullo alio modo defendi poſſit, quia uſura fauore Eccleſiarum, viduarum & pupillorum non admittitur, neque etiam in redemptionem captivorum, *c. ſuper eo de uſur.* & poſſit defendi, quod initium habuerit ab his tribus contractibus, ita omnino defendi debet, & quod ita conſideratis his tribus contractibus introducta fuerit, dicendum eſt. Et ab his contractibus originem ſumpſiſſe veriſimile videri, quia ex centum in mercatura veriſimiliter lucrari ſolent duodecim, vel quindecim, & dando quatuor reliqua videntur relicta pro aſſe-
20 curatione capitalis & lucri. Tertio movetur per † text. *in c. per veſtras, de donat. inter vir. & uxor.* ubi ſecundum eum Papa jubet, ut marito vergente ad inopiam, dos deponatur apud aliquem mercatorem, quo ex parte lucri honeſti matrimonii onera ſuſtentet, & fuit intentio Papæ, ut dos ſalva ſervaretur, quia ob hoc ut eſſet ſalva, jubebat eam à marito auferri, & quia ſine dictis tribus contractibus fieri non poterat, quod eſſet ſalva, & inde lucrum perciperetur, merito id factum fuiſſe vigore dictorum contractuum dicendum
21 videtur. Quarto movetur, quia ſtante † ſupradicta conſuetudine immemorabili, & ſtante quod ex conſuetudine immemorabili titulus præſumatur pro ejus validitate, *c. ſuper quibuſdam, de verb. ſignif & l. hoc jure 3. § ductus aquæ, 4. ff. de aqua & æſt.* dicit patere, quod dicta conſuetudo à dictis tribus contractibus juſtificetur. Et ipſi Navarr. fundamenta allegata à Soto pro ejus opi-
22 nione ſuſtinenda aperte † juri contraria eſſe videntur, & primo dicit, ex eo, quia periculum pertineat ad mercatorem recipientem pecuniam, non inde ſequi in eum fuiſſe tranſlatum dominium cum incommodato, ſi ſit conuentum, quod periculum ſpectet ad commodatarium, nihilominus in eum dominium rei commodatæ tranſlatum non dicatur, *c. 1. & ibi gloſſ. de commod. & l. 1. C. eodem.*

Et in depoſito ſimiliter non transfertur dominium, ſi fuerit conventum, quod res maneat periculo depoſitarii, *l. 1. § ſi convenerit. ff depoſiti. c fin d. depoſit.* Et ex culpa & mora regulariter etiam transfertur periculum in culpoſum & moroſum, *c. 1 & c. fin de commod.* & eſt adeo clarum, quam quod clariſſimum, culpam & moram non eſſe modos transferendi dominium.

23 Secundo dicit, ex eo, quia † res ſtat penes aliquem ejus periculo, non inde ſequi, quod de ea ad ſui libitum diſponere poſſit. Nam omne commodatum & depoſitum cum pacto, quod maneat periculo commodatarii & depoſitarii, quoad reſtituatur, & omne aliud, quod manet penes aliquem ejus periculo propter moram vel culpam, non poteſt converti in alios uſus præter conventos citra domini voluntatem, & ſi convertatur, furtum committitur, *§. placuit, Inſtitut. de oblig. quæ ex dol. naſc. l. qui vas 48. § vetare. ff. de furtis. l. final. C. de jure domin.*

domin. impetr. authent. præſenti. Cod. de fidejuſſ. Et ſocius non † poteſt pecuniam 24
in aliam negotiationam convertere præter conventam, quamvis ſalvum
ſit capitale, & hoc ſi faceret, committeret furtum, & eſſet peccatum, *l. ſi*
convenitur 29. & l. ſed & ſocius 17. ff. pro ſoc. facit textus *in dict. §. placuit. Inſtitut.*
de obligat. ex delicto. & in dict. l. qui vas. §. vetare. ff. de furtis, & in clem. quia con-
tingit. & ibi Card. de releg. dom. Tertio & ultimo dicit, eſſe † contra juris 25
diſpoſitionem, aſſerere quemlibet de re diſponere poſſe libere, in quem
dominium transfertur, quia poteſt eſſe, quod transferatur cum onere ſo-
lummodo ea utendi in certum & determinatum uſum, quo caſu ultra uſum
deſtinatum facultas de eis diſponenti non competit, *leg. fœmina 3. Codic. de*
ſecundis nuptiis, & licet ipſe Navarr. ſit Doctor multæ lectionis, & hodie
Romæ, ubi commoratur, ejus auctoritas ſit nemini ſecunda, nihilomi-
nus apud me iſta ejus opinio non eſt adeo tuta, ut à Soti opinione rece-
dendo eam firmare audeam. Nam ab ea † me retrahit communis conclu- 26
ſio, quæ ſe habet, quod in contractibus non attendantur verba, ſed quid
ex geſtis inter contrahentes cum effectu reſultet, *l. ſi unus, in princip. ff. locati.*
Et ex tribus contractibus à Navarr. conſideratis nihil aliud cum effectu re-
ſultat, niſi quod pecunia ſit penes mercatorem abſque periculo eam ponen-
tis, & quod demum ſit cum augmento lucri reſtituenda, non in ſpecie,
ſed in genere, prout proprie in mutuo fieri ſolet, quando uſura contra-
hitur.

Neque ſtringit argumentum, quod † ſi contractus aſſecurationis poſſunt 27
fieri cum tertio, etiam poſſint fieri cum eadem perſona, cum neque id lege,
neque ratione prohibitum reperiatur. Nam multa ſunt, quæ de per ſe con-
ſiderata licita reputantur, tamen inſimul unita, illicita, & inhoneſta repu-
tantur, & poteſt dari exemplum de emptione & venditione, & de pacto de
retrovendendo, quæ licita ſunt de per ſe conſiderata, juncta tamen inſimul,
ſtante pretii modicitate, uſuram conſtituunt, *c. ad noſtram de emption. & vendi-*
tion. Et quod, licet † liciti ſint, ſi cum tertio contrahantur dicti contra- 28
ctus aſſecurationis, tamen non inde ſequatur, quod licite poſſint fieri cum
ipſo ſocio, manifeſtatur ex eo, quia aſſecurationis contractus requirit pre-
tium certum, prout ipſe Navar. fatetur. Et hoc, quod pretium ſit cer-
tum, in ipſo ſocietatis contractu dari non poteſt, ea ratione, quia pre-
tium pro aſſecuratione ex ſocietatis lucro deſumi debet, & poſſibile eſt,
quod lucrum in ſocietate non reperiatur, & ſic quod contractus aſſecura-
tionis ſine pretio remaneat. Item ex lucro pretium † pro aſſecuratione 29
deſumi non poteſt, quia in ſocietate lucrum pertinet ad eum, ad quem
pertinet periculum, ut jam pluries ſupra dixi, & ſi pertinere debet pe-
riculum ad recipientem capitale, & ſic ad eum pertinere debeat lu-
crum, erit neceſſario dicendum, ex eo lucro, quod ſuum eſt pretium,

ut

Digitized by Google

ut ſibi ipſi ſatisfaciat, pro aſſecuratione deſumi non poſſe. Et in hoc ſtat argumenti Navar. fallacia, quia vult, quod pretium conſtituatur pro aſſecuratione in eo lucro, quod ratione periculi in totum pertinet ad ſocium recipientem.

30 Fallacia etiam argumenti † conſiſtit in alio, nempe in conſideratione, quæ fit de lucri quantitate, dum dicitur, ex centum lucrari duodecim ſeu quindecim, & dum præſupponitur, ea in totum pertinere ad ponentem pecunias. Hoc enim minime verum eſt, quia ex pecunia ſola lucrum non provenit, ſed provenit ex pecunia & ex operibus, & ideo non in totum pertinet ad ponentem pecunias, ſed ſolum pro parte, & pro alia parte pertinet ad ponentem operas & induſtriam. Unde ſi pertinet ad ponentes pecunias, eam diviſionem, quam Navarra facit, fieri non poſſe manifeſtatur, nempe quod quatuor deſerviant pro lucro, quatuor pro pretio aſſecurationis capitalis, & quatuor pro aſſecuratione certi lucri. Etiam ea, quæ de

31 conſuetudine † à Navarra dicuntur, apud me parum tuta ſunt, tum quia de tali conſuetudine nondum conſtat, tum etiam quia ſi conſtat, ſolummodo ab aliquibus dari pecunias mercatoribus & non ab omnibus, ut ipſe præſupponit, talis conſuetudo ſic difformis & diverſo modo obſervata attendi non debet, Bart. *in l. 2 in princ. n. 22. ff. ſolut. matr.* Alexan. *conſ. 5. lib. 1.* ſi etiam ea fuiſſet legitime introducta non ab aliquibus, ſed ab omnibus introducta fuiſſet, & omnibus prodeſſet, & videantur ea, quæ de conſuetudine dixi *in cap. præced.*

32 Intellectus ab eo † conſideratus ad *cap. per veſtras, de donat. inter virum & uxori* ſimiliter non placet, quia, ut ſupra dixi, dicti contractus aſſecurationis cum ſocio fieri non poſſunt, & quia eſt nimis novus, & contra expoſitionem cæterorum Doctorum aliter eum interpretantes, ut ſimiliter de ejus intellectu locutus fui *in cap. præcedenti.*

33 Etiam ea, quæ dicit Navarra † de conſuetudine immemorabili, parum ſubſiſtunt, quia de tali conſuetudine immemorabili non apparet, & quia conſuetudine etiam immemorabili fieri non poteſt, quod uſura, quæ vere eſt uſura, non ſit uſura *cap. fin. de conſuet.* & ſi ea ſtante poſſet præſumi titulus, ut Navarra dicit, tamen iſte titulus aſſecurationis præſumi & allegari non poteſt, quia, ut dixi, cum ſocio ad uſuram juſtificandam, ne ſit uſura, fieri non poteſt, & etiam ſtante tempore immemorabili titulus invalidus ſi præſumatur, & ſi allegetur, nihil prodeſt, Cravett. *de antiquitat. tempor. part. 3. num. 15. verſ. in ſeptima limit. & part. 4. numero 154.* Gabr. *titul. de præſcript. concl. 1. num. 53.*

34 Ea, quæ Navarra adducit † contra Sotum, non adjuvant ejus opinionem, & ejus fundamenta, & primo dum dicit non cenſeri translatum dominium in mercatorem ex eo, quia in eum fuit translatum periculum, arguendo à

depoſito,

depoſito, commodato & mora, dico hoc ideo eſſe, quia in his caſibus fieri poteſt, quod periculum rei pertineat ad alium, à quo lucrum non percipio, & fieri non poſſe in ſocietate, quia à ſocio ultra ſortem lucrum percipere intendo, & quia ſocius, ſubſiſtente ſocietate, periculum rei meæ, ex qua lucrum percipio, ſuſtinere nec debet nec poteſt, & cum periculum ſuſtineat, pecuniæ ſibi traditæ dominium in eum tranſlatum cenſetur, quia alio modo, quod ad eum pertineat, fieri non poteſt, maxime cum reſtitutio pecuniarum ab eo in genere, & non in ſpecie facienda veniat, ut late ſupra *in cap. præcedenti* examinavi, omnium contractuum naturam conſiderando.

Secundo dum dicit, ratione † ſuſcepti periculi non fieri, quod quis pecunia uti poſſit, præter uſum deſtinatum in contractu ſocietatis, dico hoc ejus opinionem non adjuvare, quia ſi ſocietatis natura non deſtrueretur, utique ea permanente reſultaret, quod pecunia in alios uſus præter deſtinatos converti non poſſet, ſed quia ſocietas ex conventione, quod capitale ſit ſalvum, & ex perceptione lucri certi abſque periculo deſtruitur, & nulla redditur *dict. l. ſi non fuerint 29. ff. pro ſoc.* dico ſequi inferri non poſſe, vigore ſocietatis pecuniam in alios uſus converti non poſſe, cum non entium nullæ ſint partes, *leg. ejus qui in provincia 41. ff. ſi cert. petat.* 35

Dato etiam & non † conceſſo, pecunias in alios uſus præter mercaturam converti non poſſe, tamen non inde ſequitur, quod non contrahatur uſura, cum danti ſit reſtituenda in genere, & debeat habere lucrum, ſive adſit, ſive non adſit, & uſuram conſtituet, quicquid ultra ſortem datur, ut eſt notiſſimum, & ab uſura non liberet pactum, quod quis re mutuata ſolummodo in mercatura ſeu alia negotiatione utatur. 36

Tertio & ultimo, dum dicit, neque † etiam fieri poſſe ratione dominii tranſlati, quod ſocius utatur pecunia extra negotiationem, ſuper qua ſocietas contracta fuit, quia transfertur cum hoc onere, ne convertatur in alios uſus, dico, quod, quando pecunia in genere reddi debet ex onere impoſito in tranſlatione dominii, non impediatur, quin exercendo non transferatur in dominium alterius, *l. ſi à furioſo 12 ff. ſi cert. pet. per l. ſi alieni 78. ff. de ſolut.* 37

Et ut dixi proxime ſupra, dato & non conceſſo, quod dominium transferatur cum onere exercendi in mercatura, tamen non inde fit, quod non contrahatur uſura in recipiendo ultra ſortem lucrum, quod ſibi non debetur, & ita Navarræ opinione relicta, ejus pace opinioni Soti inhærendum eſſe mihi dicendum videtur.

Quarto & ultimo loco † videbatur dicendum, poſſe pactum hujuſmodi juſtificari virtute contractus emptionis & venditionis, ut fieri ſolet in ſocietate ſeu ſoccita vulgo nuncupata animalium. Nam dantur animalia ruſtico 38

Ee æſtimata,

æſtimata ut lucra inde provenientia ſint communia, pro æquali portione, & quod damna etiam in eis obvenientia communia ſint, & hoc fieri dicitur, ut ruſticus ſentiat periculum pro medietate, quia vigore æſtimationis dicitur contracta venditio pro medietate, & pro medietate in ruſticum dicitur tranſlatum dominium, dixi ſupra *capitulo nono, numero quinquageſimo ſeptimo*, & ſic à venditione præcedente juſtificari videtur, quod ruſticus ſuſtineat periculum animalium pro parte.

Equidem admitto ut dixi de donatione præcedente ſupra *num. 6.* ſtare
39 poſſe, quod à contractu † venditionis præcedente ſocietatem cauſetur tranſlatio dominii in ruſticum pro medietate, & ita quod pro iſta medietate periculum ſuſtinere debeat, tanquam de re propria, & quod ſocius ruſticus in fine ſocietatis, ut fieri ſolet, teneatur ſolvere pretium partis emptæ, ſed quod ruſticus ſolum percipiat lucri partem, licitum eſſe mihi perſuadere non poſſum. Nam ſi ruſticus habet medietatem in animalibus, & ponit operas & expenſas in ea alendo, cuſtodiendo & gubernando, iniuſtum mihi videtur, quod ſolum lucri medietatem ſentire debeat, nulla habita conſideratione de ſuis operibus & laboribus, de quibus quod ratio haberi debeat, certiſſimum eſt, *l. ſi non fuerint 29. l. cum duobus 52. §. ſi in coeunda. ff. pro ſoc. & §. 1. Inſtitut. de ſocietat.* Utrique ſecundum regulas ſocietatis medietas lucri eſſet ſibi danda, quia habet medietatem in animalibus, & ſuſtinet eorum periculum, & quia in cuſtodiendo, in alendo, & in gubernando, ponit operas, expenſas, & induſtriam, cum lucrum ex ea medietate veniat non ſimpliciter, ſed quia concurrunt cum ea opera & labores & expenſæ paſtoris ſimiliter, & ſibi de lucro medietas dari deberet, ut diſponitur in *dict. leg. cum duobus*, *§. in coeunda. & in l. ſi paſcenda, 8. Codit. de pactis.* Et quod domino ſolum lucri quarta pars dari deberet, tenere aliquos in arctiſſima conſcientia, dicit Petrus de Ubaldis *in dict. tractat. de duob. fratr. part. 5. numero 27.* Verum ſubjungit, quod hoc juri non convenit, & eſt contrarium ſocietati humanæ, qua mundus conſervatur, quia ſi hoc eſſet, nullus reperiretur, qui vellet animalia dare in ſocietatem, & quaſi totus mundus, qui obſervat, ut medietas lucri ſit domini, alia paſtoris, damnaretur, tanquam uſuram ſeu illicitum lucrum exercens, quod non eſt dicendum, & ſalva determinatione ſanctæ Eccleſiæ, cui ſe ſubjicit, putat jura convenire communi conſuetudini, & conſcientiæ non repugnare, ſed ego ejus opinioni ſubſcribere non audeo, quia ejus fundamenta non ſunt ſolida, & facile removeri poſſunt.

Et primo dum allegat text. *in l. cum duob. §. ſi in coeunda. ff. pro ſoc* dico, d. tex-
40 tum facere contra † ejus opinionem, quia ibi lucri medietas datur paſtori, qui ſolummodo ponit operas, & nullam in animalibus partem habet, & quia

quia ponit tantum operas, dicitur in text. quod pretium operæ artis eſt velamentum. Secundo dum allegat text. *in l. cum duob. §. damna fatalia. ff. eod.* dico, quod non facit pro ejus † opinione, quia ibi de lucro, qualiter 41
ſit dividendum, nullum verbum habetur, ſolum agitur de interitu animalium, & dicitur, quod ſi animalia pereunt abſque culpa ſocii, licet æſtimata data fuerint, damnum eſt commune, & datur actio pro ſocio, ſi animo ſocietatis contrahendæ data fuerunt. Et ſi ab illo textu argumentum ſumatur, quod quemadmodum damnum eſt commune, ita commune lucrum eſſe debeat, ut diſponitur *in §. illud. Inſtit. de ſocietat.* erit contra Petrum, quia paſtor poteſt eſſe in damno non ſolum ratione medietatis animalium, ſed etiam operarum & laboris, & ſic ratione operarum etiam lucri pars ſibi danda erit. Tertio dum dicit, quod animalia † non com 42
municantur, & quod æſtimatio in ſocietate non operatur tranſlationem dominii, ſed ideo paſtor ſentit partem damni, quia non conſiderato; cujus ſit res, dummodo pereat occaſione ſocietatis, damnum eſt commune, & ſi commune eſt damnum, lucrum, quod ex ea percipitur, commune eſſe debet, *l. cum duob. §. quidam ſagariam, ff. pro ſoc.* dico, eſſe differentiam inter capitale ſocietatis, & res cæteras ſociorum. In capitale ſocietatis ſi pertinet ad unum ex ſociis, & non ſit communicatum, ad eum etiam pertinet lucrum & damnum, tum ratione dominii, tum etiam quia lucrum percipere non licet ex capitali, quod damno non ſit ſuppoſitum, ut dixi ſupra *cap. 16.* & ſi pro parte fuit tranſlatum, ſimiliter ex eo, cum ad alterum ſocium pertineat jure ſocietatis lucrum percipere non licet, ut in loco præfato declaravi.

In cæteris vero rebus, quæ ſunt ſociorum extra ſocietatem, ſi pereant occaſione ſocietatis, ideo damnum eſt commune, quia ex eis etiam alter ſocius non dominus lucrum pro parte ſentire poterat, ita declarat Socin. *conſ. 265. ſub n. 1. lib. 2.* ut dixi ſupra *cap. 18. n. 28.* & ideo ſtante iſta diverſitate, à cæteris rebus ſociorum ad capitale ſocietatis arguere non licet.

Etiam dico, quod iſta argumentatio non ſtringit, quia ſi lucrum debet regulari à periculo, erit dicendum, partem lucri habere debere paſtorem, quia ſuſtinet partem capitalis, & debere etiam habere lucri portionem aliquam ratione operarum, cum & operarum ratione habita lucrum dividi debeat, *d. l. cum duobus, § ſi in coeunda.*

Quarto dum Petr. conſiderat, quod lucrum appellatur illud, quod ſupereſt deducto capitali, & de operib. nulla ratio habetur in deductione, dico hoc eſſe æquiſſimum, quia † ponens operas non ſentit damnum de capita 43
li, ita conveniens eſt, quod ponens capitale non ſentiat damnum de amiſſione operarum, ut per Socin. *in d. conſil. 265. lib. 2.* reſpectu vero lucri, quod operarum ratio haberi non debeat, & quod ſint nullius conſiderationis

eſt falſiſſimum, ut patet *in d. l. cum duobus, §. ſi in coeunda*, & habetur *in d. l. ſi non fuerint*, ubi expreſſe dicitur; *Plerumque enim tanta eſt induſtria ſocii, ut plus ſocietatis conferat, quam pecunia.*

44 Igitur dico, à contractu emptionis † præcedente ſocietatem equidem fieri poſſe, quod dominium & periculum animalium transferatur pro parte, ſed nego lucrum dividi debere, ut Petrus declarat, nempe pro medietate, nullo habito reſpectu ad operas, ſed dico eſſe ſervandam æqualitatem, & eſſe habendam rationem capitalis, periculi & operarum, ut per Navar. *in manual. 17. ſub n. 26.* & Graff. *in ſuis deciſ. aureis lib. 2. part. 1. n. 23. 24. & n. 27.*

Diſputatio hujus capitis non eſt inelegans: ſed quia conſuetudo contraria eſt, ut diximus antea, diutius illi non immorabimur. Et Navarræi ſententiæ acquieſcendum *n.* 16. Vide Soeſium ad *tit pro ſocio ff l.* 17, *n.* 25. ad finem, ubi ait: approbant eundem (nempe contractum de quo hæc diſputatio inſtitura eſt) plerique tùm Theologi, tùm juriſconſulti, & in emporiis atque alibi paſſim in uſu eſt; ut eum notare poſſit videxi temeratium. Leſſius *lib* 2. *de Iuſtit. & iure cap.* 25 *dub.* 2. Dicit Soezius: ut eum notare poſſit videri temeratium; notare nempè tanquam uſurarium. Adeò nihil voluerunt Canoniſtæ ultrà ſortem accipi à creditore. De hoc latiùs videatur Couvar. *lib* 3. *cap* 3 *variar. reſolut tit.* de pœnis uſurarum (etiam de jure & recepta conſuetudine licitarum) *adde cap.* 17. *&* 18. *in notis.*

CAPUT XX.

De damnis & expenſis, & de dolo, & culpa & caſibus fortuitis.

SUMMARIA.

1 *Lucra & quaeſtus quod adſint intelligitur deducto damno.*
2 *Dolus præſtatur in ſocietate.*
3 *Dolus remitti non poteſt, etiam cum juramento.*
Intelligitur de futuro, non de præterito.
4 *Intelligitur de dolo vero, ſed de præſumpto quod remitti poſſit, tenent aliqui, & num. 5.*
6 *Intelligitur de dolo futuro in committendo, quod remitti non poſſit, ſed non dolo futuro in omittendo, quod remitti poteſt.*
7 *Actus. ex quo dolus præſumitur, remitti poteſt, ut eſt remittere, quod non conficiatur liber rationum, ex cujus non confectione dolus præſumitur & n. 8.*
9 *Sed ex remiſſione actus non ducitur remiſſus dolus.*

10 *Liberatus*

10 *Liberatus à ratione reddenda de futura adminiſtratione ſolum cenſetur liberatus ab exactiſſima & ſtricta earum redditione, ſed non cenſetur liberatus ab aliquali rationum redditione, & reliquorum reſtitutione.*

11 *Dolus, remiſſa libri confectione, ſi non poteſt probari ex non confectione libri, & non datur juramentum in litem, poterit tamen probari alio modo.*

12 *Dolus in ſocio probaretur, ſi diceret nihil extare in ſocietate, quia penes quemlibet adminiſtratorem reliqua extare præſumuntur, & penes ſocium præſumitur extare lucrum & capitale.*

13 *Dolus ſive conſiſtat in faciendo, ſive in omittendo, in ſocietate remitti non poteſt.*

14 *Dolus quia deſtruit ſocietatem, cum ſocietate eſſe non poteſt.*
Dolus in omittendo eſt vere dolus.
Dolus continetur in omiſſione lucri.

15 *Lucrum ſi poteſt à ſocio conſtitui cum ejus juramento, non cenſetur ei remiſſus dolus.*

16 *Intereſſe, ſi poteſt taxari à creditore cum ejus juramento, non cenſetur remiſſus dolus.*

17 *Socio non poteſt remitti, quod non debeat ſe exercere, & lucrari, quia eſſet deſtruere ſocietatem.*

18 *Juramentum in litem datur contra ſocium doloſum.*

19 *Etiam ſi non adſit difficultas probationis.*
Quia ſocietas & contractus bonæ fidei, & omnes contractus de jure canonico ſunt bonæ fidei.
Juramentum præſtatur contra ſocium doloſum, etiam ſi dolus conſiſtat in omittendo, quia venit ex natura actionis.

20 *Juramentum in litem præſtatur contra ſocium non conficientem librum rationum.*

21 *Juramentum in litem præſtatur contra ſocium, qui habuit pecunias ad mercandum, & tum eis mercatus non fuit.*
Dolus in eo præſumitur, qui non facit id, quod facere tenetur.

22 *Juramentum in litem datur contra ſocium expendentem pecunias extra uſum deſtinatum.*
Etiam ſi expendat non in totum, ſed pro parte.

23 *Juramentum in litem datur contra aperientem rem communem abſque præſentia alterius ſocii.*

24 *Juramentum in litem datur contra ſocium intempeſtive renunciantem ſocietati.*

25 *Juramentum in litem datur contra ſocium, qui per fallaciam dolove malo amovit rem communem, vel celandi animo.*

26 *Dolus excuſatur, ſi quis utatur tota re ad uſum deſtinatum.*

27 *Dummodo tamen non excedat terminos, qui ſocietati conveniunt.*

28 *Etiam ſi excedat terminos, excuſatur, ſi id feciſſe aliqua cauſa motus probet.*

29 *Cauſa ſi eſt juſta, ſufficit qualiſqualis probatio.*
Cauſa ſi eſt tantum colorata, plene eſt probanda.
30 *Doli materia ubi tractetur, remiſſive.*
31 *Juramentum in litem non defertur non informato.*
32 *Juramentum in litem non defertur, ſi ſocietas ſit illicita.*
33 *Dolus cum dolo compenſatur.*

NIhil aut parum refert, dixiſſe de lucro & quæſtu, niſi quid circa damna & expenſas inter ſocios agendum ſit, declaretur, quia non poteſt dici,
1 quod adſint † lucrum & quæſtus, niſi prius damna & expenſæ deducantur, *l. Mutius 30. & l. cum duob. §. quidam ſagariam, & l. ſi unus 67. §. ſi quid unus, 2. ff. pro ſoc. & l. fundus 51. in princ. ff. fam. erciſc.* Tiraquel. late *in tract. de utroque retractu, §. 15. gloſſ. 1. numero 3.* Rot Genuen. *deciſ. 48. in fin.* Ideo in præſenti agimus de damnis & expenſis, & ut diſtincte procedamus: Primo in hoc capite videbimus de damnis & expenſis dolo ſocii obvenientibus: ſecundo videbimus de damnis & expenſis obvenientibus culpa ſocii: tertio videbimus de damnis & expenſis obvenientibus caſu fortuito, & pro indigentiis ſocietatis. De dolo agendo modo dico, veriſſimam & indubitatam
2 concluſionem † eſſe, ſocium alteri ſocio teneri de dolo, *l. quadam 9. in princip. ff. de edend. leg. cum duobus, §. venit. leg. rei communis 45. & leg. ſocius ſocio 72. ff pro ſoc. §. fin. Inſtit. de ſociet. l. ſi ut certo 5. §. nunc videndum 2. ff. commodati, l. contractus 23. & ibi Dec. Cagnol. & Ign. ff. de reg. jur.* Bald. *in l. quæ fortuitis 6. numero 59. Cod. de pign. act.* Bart. *in l. quod Nerva 32 ſub numero 26. ff depoſiti.* Socin. *conſil. 24. numero 39. lib. 1.* Petr. de Ubald. *in tract. de duob. fratr. part. 7. in princ.* Et licet dolus præteri-
3 tus remitti poſſit, gloſſ. & Dd. *in l. ſi unus, §. illud, ff. de pact.* tamen † dolus futurus remitti non poteſt, quia hoc bonæ fidei judicio contrarium eſt, ut habetur *in dict. l. contractus, ff. de reg jur.* vel quia daretur occaſio delinquendi, *l. illud convenire 5. ff. de pactis dotal.* Neque etiam remitti poteſt cum juramento, Seraf. *in tract. de privileg. jur. privileg. 108. num 5.* Et etiamſi doli remiſſio facta fuiſſet, per indirectum non valeret, ut magis communiter tenent Dd. relati per Moder. Lucenſ. *in tract. de juram part. 2. mem. num. 54.* Gabr. *conſ. 61. libr. 2.* Inſuper etiam, quod non poſſit remitti dolus verus, ſed etiam dolus præ-
4 ſumptus † tenent multi, ut per Ign *in d. l. contractus, num. 71. in fin. ff. de reg. jur.* Bero. *conſ. 144. num. 13. lib. 1.* Simon. de Præt. *conſ. 150. num. 57.* Sed huic opinioni
5 non eſt fidendum, quia quod dolus futurus præſumptus † remitti poſſit, tenent Dd. communiter, Pariſ. *conſ 49. num 33. lib. 1.* Paul. de Monte Pico *conſ. 53.* Dec. *in conſ. 177. & in conſ. 191 lib. 1. & in conſil. 418 lib. 2.* Gozan. *conſ. 18 n. 5. & conſil. 94. num. 12.* Menoch. *in tract. de præſumpt. lib. 5. præſ. 3. num. 10.* & vide quæ dicam infra *cap. 37.*

Bene,

Bene, quia dolus duobus † modis committi poteſt, nempe in commit- 6
tendo & in omittendo, Dd. declarant, ſolum dolum futurum in omittendo
poſſe remitti, ſed non dolum futurum in committendo, ut per Dec. *in dict.*
conſil. 177. & d. conſ. 191. & dict. conſ. 418. Menoch *in d. præſum. 3. num 9.* Seraf. *in tract. de*
privil. jur. privil. 31. num. 30 & ſeq. & privil. 108. num. 11. Sed in ſocietate huic opinioni
non eſt inhærendum, & quia Doctores tractantes de hac † doli remiſſione 7
loquuntur modo in uno, modo in alio caſu, & diverſimode loquuntur,
ideo agendo in ſpecie de contractu ſocietatis, ut quid tenendum ſit ape-
riatur, hac diſtinctione uti debemus. Aut agimus non de doli remiſſione,
ſed de remiſſione illius actus, ex quo dolus præſumitur. Aut agimus de
remiſſione ipſius doli. Si agimus de remiſſione actus, ex quo dolus præ-
ſumitur, puta quod ſocius non teneatur conficere librum rationum: ex ejus
enim non confectione abſque remiſſione præſumeretur dolus, *l. quædam 9.*
in princ. ff. de eden. Corn. *conſ. 196 num. 4. lib. 3.* Cephal. *conſil. 678. num. 44. lib. 5.* dico,
quod talis remiſſio fieri poterit, quemadmodum etiam tutori remittitur,
quod non teneatur † conficere inventarium, *l. fin. C. arbit. tut.* Bart. & cæteri 8
in l. tutori qui repertorium 7. ff. de admin. tut. Et quod talis remiſſio ſocio fieri poſ-
ſit, tenet Alex. *conſ. 47. num. 4. lib. 1.* Sed ex tali remiſſione, quod dolus fuerit
† remiſſus, cenſeri non debet, quia inſimul ſtare poſſunt, quod ſocius non 9
conficiat librum, & quod non ſit in dolo, ut conſiderat Signorol. *conſ. 110. n.*
15 & ſi ſimul ſtare poſſunt, cum remiſſio unum poſſit operari ſine doli remiſ-
ſione, quod alterum operetur, nempe doli remiſſionem, dicendum non eſt,
Angel. *in l. ſi unus, §. illud, ſub num. 1. verſ. ſequitur, & verſ. & idem intelligitur, ff. de*
pact.

Et quod liberatus à reddendis † rationibus de futura adminiſtratione te- 10
neatur rationes reddere, & reliqua reſtituere, & ſolum cenſeatur libera-
tus ab exactiſſima, & anxia, & ſtricta rationum redditione, habetur in
leg. quidam decedens, & ibi gloſſa & Doctores, ff. de adminiſtrat. tutor. Bartolus, *in l.*
Aurelius 20. § Cajus 1. numero octavo, ff. de liber. lega. Angel. *conſilio centeſimo octua-*
geſimo quinto. Socinus *conſilio 201. column. 2. libro 1.* Signorol. *conſilio 109. & 110.*
Bertrand. *conſilio 148. libr. 3. & conſilio 45. ſub numero 10 libr. 4. & conſilio 96.* ubi
teſtatur de communi *lib. 6* Barbat. *conſilio 4. numero 8. & 9. libro 4.* Bero.
conſil. 37. numero 10 lib. 2. Rimin. ſen. *conſilio 309. lib. 2.* Cravet. *conſil. 193. numero 9.*
lib. 1. & conſil. 568. numero 5. lib. 4. & conſil. 764. numero 9. lib. 5. Covar. *lib. 2. var.*
reſolut. cap. 14. numero 3. ubi de communi Menoch. *in tract. de præſumpt. lib. 4.*
præſumpt. 164 numero 1. & de magis communi teſtatur Botta *conſil. 46. numero*
21. Maſcar. *concluſ. 1252. numero 14.* Quamvis etiam ſtante tali remiſſione
† contra ſocium non conficientem librum jurari non poſſit in litem, quia 11
ſtante liberatione ceſſat præſumptio doli, quæ ex non confectione libri in-
ſurgeret, ut loquendo de tutore tradit Borgnin. *in tract. de tut. & curat. num.*
207. ni-

207.nihilominus quia dolus remiſſus non cenſetur,de ejus dolo poterit pro-
bari per alias probationes, & eo probato, juramento in litem contra eum
locus erit, ut dicit Borgn. *in dict. loco, num. 207.* & ita dolus, qui non poteſt
præſumi ex non confectione libri, & ex non reddita ratione, quod non
cenſeatur remiſſus, & poſſit probari per alias probationes, tradit Alexand.
*dict.conſilio 47 ſub numero 4.libr.1.*Maſcar. *in rub. de probation.numero 136.* Et dolus
12 in ſocio diceretur probatus, ſi ipſe † diceret nihil exſtare in ſocietate, & ſic
reliqua reſtituere recuſaret, quia penes quemlibet adminiſtratorem reliqua
extare præſumuntur, Alexand.*in conſilio 45.in princip. libr.1.* Ruin. *conſilio ſexa-
geſimo nono, ſub numero quarto, libro 2.* Cravetta *conſil.568.numero ſexto, libro quar-
to.* Nat.*conſilio 361. numero quarto libro ſecundo.* Et quod in ſocietate præſuma-
tur adeſſe non ſolum capitale, ſed etiam lucrum, tradit Rot.Genuen. *deciſ.
173.num.11.* poſt Socin.*in conſil.24.num.40.& 41 libr.1.* Bero. *& conſil.191. num. 48.
libr.1.* Si vero agimus de remiſſione ipſius doli, dico, quod, ſive dolus
13 conſiſtat † in committendo, ſive in omittendo, talis remiſſio non valeat,
non ſolum ea ratione, quia daretur occaſio delinquendi, ſed & ea ratio-
ne, quia eſt penitus contra ipſius ſocietatis naturam & eſſentiam, quod
dolo ſocius contra ſocium uti poſſit, ſive in omittendo, ſive in committen-
do, quia ſi ea facere omittit, quæ pertinent ad ſocietatem, deſtruit ſocie-
tatem, puta ſi omittat exercere pecuniam, & lucrari, tum quia ſocietas
dolum non admittit, quia dolus eſt delictum, Gloſſa *in l. 1. §. ſi apud ſer-
vum ff. depoſit.* & delictorum turpis atque fœda communio eſt, *l. quod autem*
14 *53 ff. pro ſoc.* & ſocietas, ſi dolo † malo aut fraudandi cauſa coita ſit, ipſo
jure nullius momenti eſt, quia fides bona contraria eſt fraudi & dolo, *leg.
ea vero 3. ff. pro ſoc.* tum etiam, quia non facere eſt facere, *§. affinitatis, Inſt tit.
de nuptiis*, & ſi ſocius non ſe exercet in ſocietate, dicitur facere, nem-
pe facere contra ejus promiſſionem, & dicitur deſtruere ſocietatem,
cujus eſſentia, ut in ejus diffinitione patet, conſiſtit in exercitio ad
lucrum ſeu quæſtum, qui pro fine & forma ſocietatis conſiderantur Et
ita quod de lucro dolo omiſſo teneatur ſocius, admittendo in omiſſio-
ne lucri dolum contineri, tradit Socinus *conſilio 24. numero 3. & conſilio 46.
ſub numero nono libro primo.* Plot. ad *leg. ſi quando, Codic. unde vi. §. 13. numero
nono.* Et quod dolus in omittendo ſit verus dolus, eſt textus *in leg.1.§.primo.
ff.de dolo.* tradit Socinus *conſilio 73 numero 7. libr. 1.* & ſit aliquando gravius
dolo in committendo, comprobat Seraf. *de privil. jur. privil. 31. numero 51. &
num.53.*

15 Neq; obſtat, ſuper intereſſe poſſe conveniri, quod ſtari debeat aſſertioni †
creditoris cũ juramento,quia non inde ſequitur,quod ſtari debeat aſſertioni
ſocii cum juramento,ſi ſit doloſa.& contra eſſentiam,& naturam ſocietatis,
quia tenetur arbitrari,& declarare lucrum,prout faceret quilibet bonus vir,
attento

attento capitali & operibus cujuſque ſociorum, & non cenſetur ei remiſſus dolus, ut dixi *capit.17.num.28.* Et ſi per intereſſe † etiam, ſi fuit dictum velle 16
ſtare declarationi creditoris cum juramento, non cenſetur remiſſus dolus, etſi in declarando excederet, Judex ad congruam quantitatem reducere deberet. Nat.*conſ 450.n.12.lib.2.* Caſtra.*de ſociet.off.cap.44.* Seraf.*de privil.jur.privil 31. num.9.*

Et ſocio ab altero ſocio non poteſt remitti, quod exercere † pecuniam & 17
lucrari non teneatur, quia, ut dixi, non ſe exercere, & non lucrari ſunt deſtructiva ſocietatis, & pacta deſtructiva contractus cum ipſo contractu ſtare non poſſunt, *l ſocietatem 5.in fine.ff pro ſoc.* dixi ſupra *c 2.n.25.* Rim. jun.*conſ.400. n.51.lib.4.* & ſaltem pacta hujuſmodi eſſent rejicienda, & ſocietas reducenda ad ſui veram formam & eſſentiam, ſecundum opinionem Gomeſ.*lib.2. reſolut.jur.c.5.ſub n.5.verſ.ex qua regula.& verſ ſeq.*

Igitur veriſſimum eſt, ſocium de dolo teneri, & † dolum futurum remitti non poſſe, & cum de dolo teneatur, contra eum alteri ſocio ad probandum expenſas, damna & intereſſe, defertur juramentum in litem. Et 18
licet regulariter deferatur duobus concurrentibus, nempe dolo & probationis difficultate, *l.ſi quando 9.& ibi gloſſ.Bart. & cæteri C.unde, vi.l.in actionibus, 5.ff.de in lit.jur.* ubi omnes & præcipue Jaſon *num.17.* & Dec.*num.13. & num.31.* Seraf.*d.tract.de privileg.jur. privil.31.num.20.* tamen quia † ſocietas eſt bonæ fidei 19
contractus, *§.actionum autem.Inſtit.de act.* juramentum iſtud præſtabitur ſocio contra ſocium doloſum, etiam ſi non adſit difficultas probationis, Plot. *in d.l.ſi quando.num.558.C.unde vi.* Et quia etiam de jure Canonico omnes contractus ſunt bonæ fidei, Bald.*in c.1. in fin. de plus petitio.* Dd. *in c. venerabilis, de except.* ubi ſervabitur jus canonicum, in omnibus contractibus poterit contra doloſum juramentum deferri, etiam ceſſante difficultate probationis, Plot.*dict.loc.num.560.* Seraf.*d.privil.31. num. 97.* & præſtatur contra doloſum in omittendo, quia venit ex natura actionis, ut per Maſchar. poſt alios, quos citat *concl.934.num.16.* ubi de magis communi teſtatur Cravet. *conſil. 433. num. 13. & num. 22. lib. 2.* Et quod contra ſocium doloſum alteri ſocio † detur 20
juramentum in litem, datur exemplum in ſocio, qui librum non confecit, Abb. *in conſil.12.col.4.lib.1.* Pariſ.*conſil.25.num.46.& 47.& conſil.75.lib.1 & conſ. 109.libr.3* Socin.*conſil.46. & conſ.73.libr.1. & conſ.213. libr.2.* Thob. *conſil 63.num.3.* Cephal.*conſ.363.num.7.lib.3.& conſ.678.num 24 lib.5.* Rol. *conſilio 49. num. 12.lib.1.* Joſeph. Ludov.*concl.53.verſ.ſocius, n.33.* Simon de Præt. *conſ.26.num.16.* Cravet. *conſ.433.ſub n.13.lib.3.* Et datur exemplum in ſocio, qui habuit pecunias ad mercandum, & cum eis mercatus † non fuit, quia poterit contra eum in 21
litem jurari, ut per Joſeph.Ludov. *d.concl.53.verſ.ſocius ſi adminiſtraverit.* Plot. *d. §.13.numero 9.* cum, ut ſupra dixi, dolus in eo præſumatur, qui id non facit, quod facere debet, *l.dolus 44.ff.mandati.* Rom.*conſ.191.* Alex.*conſil.52.col.2.& conſ.*

 84.col.2.

84.colum.2.lib.6. Corn.*conſ.116. ad fin. libr.1. & conſ. 128. colum. 2. libr.3.* Curt.jun. *conſ.19.in princ.* Cravet. *conſ.100.num 9. & conſ.115. ſub num. 2. lib.1.* Seraf.d. *privil.31.*
22 *num.53.* Datur etiam exemplum in ſocio † expendente pecunias ſocietatis ultra uſum deſtinatum, qui id dolo facere dicitur, & tenetur ad intereſſe probandum juramento alterius ſocii, *l.ſi fratres 92.§ ſi quis ſocietatem, ff.pro ſoc. l.1.§ eſt autem, ff depoſit.l.vendicantem 17.ff.de evict.l. dolus 44. & ibi Bart. ff. mandati.* Corn *conſ.128.num.5.lib.3.*Plot. *ad d.l.ſi quando, num.497.* etiam expendente non in totum, ſed in parte, ut per Corn.*d.conſ.128.num.5.libr.3.* Cravett.*conſ.433 lib.3.*
23 Similiter datur exemplum, ſi unus ex ſociis captam crumenam, † valiſiam, domum, horreum, cellam vinariam, & ſimilia clauſa, abſque præſentia alterius ſocii ſive teſtium aperit, dicitur eſſe in dolo, & datur contra eum juramentum in litem ſuper rerum quantitate, quæ in dictis locis reperiebantur, Dd *in l. tres fratres, ff. de pact.* Anchar. *conſil.286.* Pariſ. *conſil.75.lib.1.& conſ.25.lib.2 & conſ.109.lib.3.* Dec. *conſil. 178. lib.1.*Plot.ad *d.l.ſi quando, num.493.& 494.* Et datur exemplum in ſocio intempeſtivè renunciante ſocietati, qui
24 † dicitur eſſe in dolo, & contra eum datur juramentum, *l. actione 65. §. diximus, 3.& l.ſi convenitur 14.& l.ſed & ſocius, ff. pro ſoc. §. manet autem. Inſtit. de ſociet.* Petr.de Ubald.*d.tract.de duob.fratrib.part.11 ſub n.1.verſ.quarto.* Plot.*ad d.l. ſi quando, num.503.*

25 Inſuper datur exemplum in ſocio, qui per fallaciam dolove † malo amovit rem communem, vel celandi animo contrectavit, Plot. ad *dict. l. ſi quando, num.501.*Natt.*conſ.361.num.10.lib.2.* Et dum dicitur, ſocium à dolo excuſari, ſi aliquid faciat in re communi, ratione juris, quod in re illa habet, *l.merito.ff pro ſoc.*& ibi Bart.& addent. ad eum Marſ. *in l.1.num.68.C. ad leg.Corn. de ſicar.*procedit regula, ſi ſocius re communi uſus fuit ad uſum deſtinatum,
26 quia ceſſat in eo † doli præſumptio ratione juris, quod in ea habet, *dict. l. merito 51.ff pro ſoc.* Menoch.*in tract.de præſumpt.lib 5.præſ.18.num.4.* Baldus *in conſil. 37.ad fin.lib.5.* Addent.ad Bart. *in d.l.merito.* Alexand. *conſ.103. ſub num. 12. libro 1.* Plot. ad *d.l.ſi quando, num.312.C.unde vi.*idem Menoch.*in tract.de recup.poſſ.rem.3. num.629* Cephal.*conſ.363.in fin. lib.3.* Sed non procedit, ſi tota re communi uſus fuit excedendo terminos, qui ſocietati conveniunt, & extra uſum diſtina-
27 tum, quia tunc ceſſat † præſumptio inſurgens ratione juris, quod in re habet, Bald. *in l.1.Cod.ad leg.Jul.de vi pub.*Alexand.*in d.conſil.103.lib.1.* Boſſ. *in tit. de decr.medio.* quando delictum habeat originem à contractu, *numero 12.*Plot.ad *d.l.ſi quando, num.314.* Cephal. *conſil. 388. in fin. lib.3.* Menoch. *dict.tract.de recuperand.poſſeſſ.remed.3.num.629.* Verum poteſt etiam exceſſus aliquando excuſa-
28 ri, ne in ſocio præſumatur dolus, nempe quando aliqua † legitima cauſa motus id fecit, ut ſi pro ſalvanda parte ſua totam rem per vim occupavit, paratus alteram partem ſocio conſignare, Bald. *conſil. 410. colum. 2. lib. 2.* Cephal.*conſ.4.ſub n.11.verſ.& ſimiliter,& verſ.cum ergo.* Plot.ad *l.ſi quando,num.215.*

Sed

Sed ita demum à tali exceſſu † ſocius excuſabitur, ſi probet ad ita faciendum 29
à dicta cauſa inductum fuiſſe, Gabr. *in ſuis comm. concluſ. tit. de malef. concluſ. 8.*
n.66. Et ad hoc probandum, ſi juſtam cauſam allegat, ſufficit qualiſqualis
probatio, ſi vero coloratam cauſam allegat, & non omnino juſtam, exacta
vehemenſque probatio requiritur, Alex. *in d. conſ.103. ſub n 13. lib.1.* Menoch.
in d. remed.3 de retinenda poſſeſ. n.653. Plura alia de dolo dici poſſunt, ſed † quia 30
lato folio traduntur à Maſchar. *in tract. de prob. concl. 531.* & à Menoch *in tract. de*
præſumpt. lib.5 præſ.3. ad ibi per eos tradita te remitto. Et iſta exempli gratia di-
xiſſe ſufficiat. Duo non ſunt omittenda in propoſito. Unum eſt, quod ra-
tione doli † ſocio contra ſocium tunc demum datur juramentum, quando 31
eſt bene informatus de rebus, ſuper quibus jurare intendit, & non alias,
Plot. ad *d. l. ſi quando, num. 495. & n. 619* Beccius *conſ. 47. num. 16.* Seraf. *dict. tract. de*
privil. jur. privil. 33. num. 217. Alterum eſt, quod tunc demum † ſocio contra 32
ſocium datur juramentum in litem, ſi ſocietas licita ſit; ſecus vero ſi illi-
cita, Jaſ. *in conſil. 174. in 3 dub. lib. 2.* Plot. ad *dict. l. ſi quando, num. 498.* Item omit-
tendum non eſt, quod † inter ſocios, qui ſunt in pari dolo, admittitur com- 33
penſatio, *l. ſi ambo, & ibi gl. de compenſat,* Gloſſ. *in §. fin. Inſtit. de ſocietat. l. ſi duo. ff.*
de dolo.

N.7. Quemadmodum contrà prohibitionem teſtatoris, nihilominus de conſuetudine tutor tenetur conficere inventarium *Groenevv. ad & contrà l. ult. §. 1. Cod. Arbitrium Tutel 5.51. Grot. introduct. lib. 1. par. 9. n. 8.* Et in genere nemo moribus noſtris illius confectionem in teſtamento ſuo inhibere poteſt: præſertim ubi quota hæreditatis, e.c. tertia vel quarta pars debetur. Ne ſcilicet ex eo tutor vel hæres ad delinquendum invitetur *l. 5. ff. de pact. dotal.* 23. 4. Ita etiam putem confectionem libri rationum validè ſocio remitti non poſſe, *per d. l. 5.* Nempe ut amputetur omnis delinquendi occaſio. Eadem ratione teſtator non poteſt remittere legatario uſusfructus cautionem de utendo fruendo arbitrio boni viri *l. 1. C. de Vſufruct. 3. 33.* Anxiè namque juris conditores providerunt ne quis in teſtamento ordinare, aut in contractu quid ſtipulari contrà leges aut publicam utilitatem poſſet. Cujus rei exempla paſſim videre eſt *in l. 7. §. nec tamen ff. de annuis legatis* 33. 1. *l.* 10. *ff.* 26. 3. *l.* 113 *ff* 30. 1. *de legat.* 1. Sic doti pactum adjectum ne reperantur res donatæ vel amotæ non valet: ita ne de moribus agatur, ne plus vel minus exigatur, item ut maritus dolum ſolummodò in dote præſtet *ll. 5. & 6. ff. de pact. dotal.* 23. 4. Quanquam hic noſter caſus inter rariſſime contingentes exiſtimandus ſit, ita ut de eo non multum ſit laborandum.

Ad. N. 33. vide *cap. 22. n. 17. & 23.*

CAPUT XXI.

De Culpa.

SUMMARIA.

1 *Culpa lata & levis veniunt in ſocietate, ſed non leviſſima.*
2 *Culpa etiam lata remitti poteſt.*
3 *In dote remitti non poteſt.*
4 *Neque in ſocietate.*
5 *Solertia & diligentia ſocii inſpicitur in ſocietate.*
6 *Pacta deſtruentia contractum cum contractu ſtare non poſſunt.*
7 *Culpa à teſtatore remitti poteſt.*
8 *Dolus eſt in ſocio non negotiari.*
9 *Et non lucrari.*
Culpa cum culpa compenſatur.
10 *Culpa leviſſima venit in ſocietate, ſi ita conventum fuit.*
Et ſi ſocius erat diligentiſſimus in ſuis rebus.
11 *Et ſi ſuſcepit cuſtodiam.*
Maxime recepta mercede.
12 *Abhibita tamen diſtinctione,* & n. 14.
13 *Cuſtodia à ſocio non cenſetur ſuſcepta, ei mercede non conſtituta.*
15 *Æſtimatio facit ſocium de culpa leviſſima teneri.*
16 *Contrarium videtur verius,* & n.18. & 19.
17 *Æſtimatio non facit tranſire proficuum.*
20 *Intellectus* l.ſi ut certo, §.nunc videndum, ff.commodat.
21 *Intellectus* l.cum duobus, §. damna, ff.pro ſocio, & n.22.
22 *Incendium ſolet evenire leviſſima culpa.*
23 *Æſtimatio non operatur, ut paſtor teneatur ad cuſtodiam.*
24 *Conſuetudine fieri poteſt, quod paſtor teneatur ad cuſtodiam, & de leviſſima culpa.*
25 *Hæres ſocii tenetur de culpa levi.*
26 *Cum diſtinctione,* & n.27.28.
29 *Culpa cum diligentia non compenſatur.*
Diligentia ex natura ſocietatis adhiberi debet.
30 *Socius tenetur de culpa ſocii aſſumpti.*

31 Culpa

31 *Culpa non præſumitur, ſed debet probari ab allegante.*

32 *Interpretatio ſemper in obſcuris ſumitur culpa excluſiva.*

33 *Præſumitur ad culpam excludendam, id ſocium feciſſe in alienis, quod feciſſet in ſuis rebus.*

34 *Pactum ita factum judicatur, ut ab aliis veriſimiliter factum fuiſſet.*

35 *Culpa ſuſpicio in dubio quieſcit.*

36 *Culpa probatur in actu continente dolum.*

37 *Culpa præſumitur in actu, qui ſine culpa committi non ſolet, ut furtum & incendium, &* n. 38.

39 *Furtum ſi fuit commiſſum à vicinis & domeſticis, ceſſat in eo præſumptio culpæ.*

40 *Et quando fuit factum à ſervo ſeu famulo accommodato cum ipſa re furata.*

41 *Et ſi famulus ad rei cuſtodiam adhibitus fuit.*

42 *Et quando res tenebatur in loco, ubi à majori parte hominum tenebatur.*

Conſuetudo excuſat à culpa.

43 *Furtum ſi fuit commiſſum cum fractura, ceſſat præſumptio culpæ.*

44 *Et quando res furata erat in loco cum propriis rebus illius, cui furtum factum fuit.*

45 *Furtum intelligitur culpa leviſſima commiſſum.*

46 *Et culpa leviſſima in omittendo.*

In lege Aquilia venit leviſſima culpa in committendo, non in omittendo.

Socius tenetur lege Aquilia.

47 *Incendium intelligitur culpa leviſſima.*

48 *Contraria opinio videtur verior.*

49 *Opiniones concordantur.*

50 *Incendium intelligitur commiſſum culpa leviſſima inhabitantium.*

51 *Non procedit, ubi conſtaret de diligentia.*

52 *Non procedit, ſi à perſona cauſatum fuit, cujus miniſterio paterfam. utebatur.*

53 *Non procedit igne bene accommodato ab eo, qui ejus curam habebat.*

54 *Et ubi de initio incendii non conſtat.*

55 *Et ubi de culpa certi hominis non fuiſſet probatum.*

56 *Contraria opinio videtur verior in civili cauſa, non in criminali.*

57 *Et non procedit, ubi res incenſa erant ſeparata & repoſita in loco tuto.*

58 *Culpa præſumitur in ſocio, ſi non adhibeat eam diligentiam in rebus communibus, quam adhibebat in propriis ante ſocietatem.*

59 *Culpa tripliciter conſideratur.*

In rebus alienis.

In rebus communibus incidenter.

In rebus communibus ex conventione.

60 *Differentia quæ ſit inter dictas culpas.*

61 *Culpa levis quæ ſit, alio modo conſideratur.*

62 *Culpa alia diſtinctio, &* num. 64.

63 *In culpa tribus modis quis eſſe poteſt.*

65 *Paritas in diligentia, ſed non in negligentia tolleratur.*

66 *Major diligentia nova cauſa ſuperveniente adhiberi debet.*

67 *Socius eandem diligentiam adhibere debet in rebus communibus, quam adhibet in propriis durante ſocietate.*

68 *Diligentia comparatio inter diverſas res fieri non poteſt.*

69 *Culpa variis modis argui poteſt remiſſivè.*

70 *Culpa eſt mittere ſervum per loca periculoſa, & mittere merces mari, cum terra advehi poſſint, niſi excuſetur à conſuetudine.*

Ire per montes, cum iri poſſit planitiem.

Tranſire per loca periculoſa, cum poſſit per tutiora, licet longiora.

Non aſſecurare merces, cum id fieri poſſit, niſi excuſaretur à conſuetudine.

Non uti itinere ſolito, & ſolita navigatione.

Divertere à ſolito itinere cauſa fraudandi vectigal.

71 *Niſi tamen à prædictis excuſetur juſta de cauſa.*

72 *Et ſi vectigal eſſet injuſtum.*

73 *Et de facto exigeretur ultra debitam quantitatem.*

74 *Sed non licet eligere aliam viam periculoſam.*

75 *Culpa eſt, temporum qualitates in navigando non conſiderare.*

Navigandi tempus adverſum dicitur eſſe à menſe Octobris uſque ad menſem Aprilis.

Sed hoc non ſervatur de conſuetudine.

Culpa eſt de nocte relinquere oſtium apertum.

Et dimittere animalia in paſcuis de nocte, niſi aliter obſervetur de conſuetudine.

76 *Culpa eſt merces conducere de nocte, cum de die id fieri poſſit, de nocte ambulare eſt quaſi delictum.*

Cuſtodia Caſtrorum geminanda de nocte.

77 *Culpa eſt non cogitare caſum, qui facile evenire poſſit.*

Ut eſt mittere merces in navi non idonea, quæ pereunt.

78 *Mittere navem ſine gubernatore.*

Ponere licitas merces cum illicitis.

Piratas ſublevare, à quibus poſtea derobatur.

79 *Credulitas nimia culpa adſcribitur.*

Excuſatur ſi non credidit ei, cui credere non tenebatur.

80 *Et ſi credidit conſilio amicorum & conſanguineorum.*

81 *Et ſi credidit honeſto viro veriſimiliter informato.*

Et ſi credidit famulo hoſpitis, cum ab alio veritas haberi non poſſit.

82 *Negligentia culpa adſcribitur.*

83 *Ut ſi ſocius ſervum à vulnere curari non fecit.*
Quando non uſus fuit beneficio à Principe conceſſo.
Quando beneficium à Principe obtinere non procuravit.
Quando reſcripto à ſuperiore impetrato uſus non fuit.
84 *Et quando ea non perquiſivit, quæ perquirenda erant.*
Puta an in loco ſolvatur gabella.
Et quando non amovit impedimentum cum poſſit.
85 *Quando non recollegit, & non vendidit fructus debito tempore.*
Quando credita non exegit debitis temporibus, & debitores facti ſunt non ſolvendo.
Quando libros male compoſuit, ita ut fidem non facerent contra creditores.
86 *Imperitia in ſocio culpa eſt.*
Sed imperitiæ non tribuendum, ſi decipiatur, puta à lumine de nocte viſo.
87 *Inſolita aggredi culpa eſt.*
88 *Culpa conſiſtit in mala electione.*
Ut ſi ſocius eligat malum famulum & malum miniſtrum.
89 *Et ſi nauta aſſumat ſecum in navi ignotos homines.*
90 *Culpa eſt in ſocio, ſi conventa non obſervat.*
Ut ſi lucrari prætermiſerit.
Et ſi utatur re ſocietatis ad uſum non deſtinatum.
91 *Mora culpæ adſcribitur.*
92 *Culpa eſt in ſocio, ſi damnum ab ejus inimicis fuit datum in rebus ſocietatis.*
Etiam ſi inimicitia ſua culpa cauſata non fuerit.
93 *Culpa eſt in ſocio, ſi non quærit ſcire conditiones illius, cum quo contrahit.*
94 *Ignorans & dubitans æquiparatur.*
Non procedit in contrahentibus.

VIſo de dolo in ſuperiori capitulo, venio † modo ad culpam, & dico ſocium alteri ſocio teneri de culpa lata & levi, ſed non de leviſſima. *l. cum duob. 52. § venit. & l. rei communis 45. & l. ſocius ſocio 72. ff. pro ſoc. §. fin. Inſt. de ſociet.* Bart. *in l. quod Nerva 32. ſub numero 26. ff. depoſit.* Bald. *in l. quæ fortunis, numero 59. Codic. de pignor. action.* Petr. de Ubald. *d. tract. de duob. fratribus part. 3. ſub num. 39 & part. 6 num. 1. & part. 8. ſub num. 1. & 4.* Alexand. *conſil. 47. lib. 1. & conſil. 74. num. 1 lib. 6. & conſil. 209. lib. 7.* Corn. *conſil. 61. ſub num. 1. lib. 1. & conſil. 221. num. 4. lib. 2. & conſil. 174 ſub num. 2. lib. 3.* Cravet. *conſil. 100. numero 1. lib. 1.* Natt. *conſil. 361. numero 3. libro 2.* Bertran. *conſil. 38. num. 12. lib. 2. part. 2.* Et quemadmodum dixi † in præcedenti capitulo de dolo, quod pacto remitti non poſſit, & modo idem de culpa, quod remitti non poſſit, mihi dicendum videtur. Scio quod DD. affirmantes dolum non poſſe remitti, affirmant poſſe 1 2

poſſ: culpam remitti, etiam ſi lata ſit, *l. ſi ut certo 5. §. interdum 10. ff. commodat. l. ſi ſervus 27. §. ſi calicem 29. ff. ad leg. Aquil.* gloſ. *in l. contractus 23. de reg. jur.* Alex. *conſil. 47. lib. 1* Gozad. *conſil. 18. num. 5.* Dec. *in l. contractus, num. 43. ff. de reg. jur.* ſed iſta regula
3 non eſt perpetua, & † quod non procedat in dote, eſt textus *in l. Pomponius 6. ff. de pact. dotal.* & gloſ ibi exemplificat, quod procedat ſolum in commodato,
4 & in locatione. Et cum non ſit perpetua, quod † non procedat in ſocietate etiam tenendum videtur, quia ſocius in rebus ſocietatis eam diligentiam abhibere tenetur, quam adhibere ſolebat in ſuis tempore contractus, *leg. ſocius ſocio 72 ff. pro ſoc. §. ita. Inſt. de ſociet.* & ut æqualitas in ſocietate ſervetur,
5 inſpicitur † ſolertia & diligentia ſocii, *l. ſi non fuerint 29 ff. pro ſoc.* Unde ſi contrahitur ſocietas conſiderata ſocii diligentia & ſolertia, & æqualitas, habita earum conſideratione, determinatur, certe dicendum eſt, quod culpa remitti non poſſit, quia eſſet remittere id, quod in ſocietate ad eam æqualiter introducendam conſideratum fuit, contra ipſius ſocietatis naturam &
6 eſſentiam, & pacta, quæ non alterant † ſed deſtruunt naturam & eſſentiam contractus, cum ipſo contractu ſtare non poſſunt, *l. cum precario 12. ff. de precar. l. per norum, §. denique, C. de uſur.* Et non obſtant tradita ab Alexand. *in d.*
7 *conſil. 47. lib. 1.* dum concedit, quod ſocius † in non lucrando dicitur eſſe in culpa, per text. *in l ſi mora 9. ff. ſolut. matrimon.* & quod talis culpa poſſit remitti. *l. ſi ſervus vetitus ff. de leg.* Nam non loquitur ipſe in remiſſione facta ab uno ex ſociis alteri ſocio, ſed loquitur in diſpoſitione facta à teſtatore, & admitto à teſtatore id fieri poſſe, attenta ea auctoritate, quam quiſque habet diſponendi ad ejus libitum de ſuis rebus in ſuo teſtamento, *§. diſponat. in Auth. de nuptiis,* ſed nego, quod in ſocietate hoc pactum fieri poſſit, quia eſſet deſtruere ſocietatem fundatam ſuper ſolertia & diligentia ſocii. Et ne-
8 go, quod † ſocius in non lucrando dicatur eſſe in culpa levi, quia cum negotiari & lucrari promiſerit, ſi non negotietur, ut facere promiſit, dico eum eſſe in dolo. Cravet. *conſil. 100. num 9 & conſil. 193. num. 2.* Menoch. *in tract. de præſ. lib. 5. præſ. 3. num. 63.* Surd. *conſil. 12. num 69. lib. 1.* Corn. *conſil. 128. ſub num. 5. lib. 3.*
9 Et non obſtat ibi text. *in d. l ſi mora.* quia non dicit † ibi textus, quod maritus ſit obligatus lucrari, & non lucrando dicatur eſſe in culpa, ſed dicit ſolummodo, quod maritus tenetur de dolo, & reſtituere fructus perceptos ex dote penes eum exiſtente, ob moram uxoris in repetendo. Et dato, quod id verum ſit in marito nempe, quod in eo non lucrari ſit culpa, non inde ſequitur, quod ſit culpa in ſocietate, quia lucrari non reſpicit in dote ejus ſubſtantiam. ſed bene negotiari & lucrari reſpicit ſubſtantiam ſocietatis, quia ad hoc contracta fuit, & negociari & lucrari fuit promiſſum. Et dolo facere eum, qui lucrari omittit, dicitur *in l. nemo ex ſociis 68. §. illud 1. ff pro ſoc.* & melius *in l. ſed & ſi lege 25. §. perinde 8. ff. de petit. hered.* bene poteſt remitti culpa per modum compenſationis, ſi ſocii ſunt in pari culpa. *l. ſi ambo*

ff. de

ff.de compen. Alex.*d.conſilio quadrageſimo ſeptimo, numero 9.lib.1.* Et non ſolum de levi culpa † ſocius tenetur, ut dixi, ſed etiam aliquando tenetur de leviſ- 10
ſima, non ex propria natura ſocietatis, ſed quia ita conventum fuit, ut fieri Poteſt. *l.1.§.ſi convenit ff. depoſiti.* gloſ. *in c.contractus, de reg.jur.in 6.* Natt.*conſilio ſeptuageſimo nono, numero quarto, libro primo.* Henrichm. *conſil. 8. num. 51. libro primo, tom.1.* Tenetur etiam de leviſſima, ſi erat diligentiſſimus in ſuis rebus, ita enim eſſe debet in rebus ſocietatis. Petrus de Ubald. *part. 7. ſub num.1.*

De leviſſima etiam tenetur, ſi † in ſe cuſtodiam ſuſcepit, *l. qui mercedem, 40.* 11
ff.locat. Menoch.*conſil.353.num. 17.lib.4.* ubi dicit, ſuſcepiſſe cuſtodiam illum, qui accepit claves loci, ubi res ſunt repoſitæ, & præpoſitus negotiationi quod teneatur de negligentia & de leviſſima culpa, præſertim cum ſalarium pro ſua cuſtodia lucratur, tradit Rota Genuen. *deciſ 172. numero 1.* Rim. jun. *conſil.52.numero 132.lib.1.* Sed quia ex tali pacto, quod tenetur de cuſtodia, & ſic de leviſſima culpa, ultra naturam ſocietatis, majori onere gravatur, dico, quod ad hoc, ut relevetur, & ad hoc, ut ſocietatis natura & æqualitas conſervetur, in lucro recipiendo ex ſocietate, recompenſari debeat, ne ſocietas ſit injuſta, quod eſſe non debet, nec poteſt, gloſ. *in l ſi non fuerint, 29.in ver. ſocietati. ff. pro ſoc.* dixi ſupra, *c.17.num.36* Et ubi tractaretur, an ſocius ex cauſa † cuſtodiæ teneretur etiam de culpa leviſſima, ita 12
diſtingui debere putarem, aut ſocius ſolummodo ſuſcepit in ſe cuſtodiam ſimpliciter, & nulla ſibi conſtituta recompenſatione in lucro, & hoc caſu dicerem eum tantum teneri de culpa lata & levi juxta naturam ſocietatis, quia conſtituto ſibi lucro, quod ſolummodo deberetur juxta naturam ſocietatis pro levi culpa ſolummodo, non eſt dicendum, quod ultra ſocietatis naturam ſe obligaverit etiam ad culpam leviſſimam, nulla ſibi in lucro recompenſatione facta, ita videmus in locatione, quod ad hoc, ut quis pro cuſtodia teneatur de leviſſima, merces ei dari debet, *dict.l. qui mercedem,* quia merces, quæ principaliter datur pro locatione, non dicitur data, ut conductor teneatur de cuſtodia & de leviſſima culpa, ut declarat Decian. *in conſ. 29.num.32. lib.1.* Sic in ſocietate ſi datur lucrum † juxta ejus naturam, non 13
debet dici, quod ſit datum pro cuſtodia, merito dici debet, quod tantum cuſtodia propriiſſima intelligatur de ea, quæ venit juxta ſocietatis naturam, & hoc maxime dicendum eſt, quia, ut jam dixi, eſſet contra naturam ſocietatis, & eſſet injuſtum, ſi ſuſtineret ſocius cuſtodiam, & teneretur de leviſſima culpa, nulla ſibi recompenſatione data. Et quod text. *in d.l.qui mercedem*, procedat, quando expreſſe cuſtodia promiſſa fuit, tradit Menoch. *dict. conſil.353. ſub numero 17.* Aut ſuſcepit in ſe † cuſtodiam data ſibi 14
recompenſatione in lucro, & hoc caſu dicerem teneri etiam de leviſſima culpa, quia hoc fieri poteſt, & non eſt contra ſocietatis naturam, cum in

lucro habeat condignam recompenſationem.

15 Inſuper de leviſſima tenetur † ſocius, ſi rem puta animalia paſcenda recepit æſtimata, Bart. *in l. ſi ut certo, 5. §. nunc videndum, 2. ff. commod.* ubi dicit, quod quando æſtimatio fit in contractu, de cujus natura eſt, ut pro parte transferatur dominium, & pro parte non, ut in ſocietate, tunc pro ea parte, pro qua transfertur dominium, tranſit omne periculum in recipientem, pro alia vero parte, cujus dominium non transfertur, æſtimatio operatur, ut ſocius, qui teneretur ſolum de levi, teneatur etiam de leviſſima culpa, per text. *in l. cum duobus, 52. §. damna. ff. pro ſoc.* & idem tenet Bald. *in l. 1. in fin. C. commod.* Corn. *in l. paſcenda 8 num. 44. in fi. C. de pact.* & ea ratione æſtimatio facit tranſire periculum, quia facit tranſire proficuum, Petr. de Ubald. *d. tract. part. 8. ſub num. 22.*

16 Videtur mihi mirabile, quod æſtimatio † habeat hanc virtutem, ut faciat ſocium teneri de culpa leviſſima, qui tantum ex juris diſpoſitione tenetur de levi. & ratio Petri de Ubald. quod æſtimatio faciat tranſire proficuum,

17 & ideo faciat tranſire periculum, eſt † ridicula, quia neſcio, quomodo ſomniaverit, quod faciat tranſire proficuum, pecunia etiam datur ſocio numerata, & facit tranſire proficuum, quia cum ea negotiando & operando ſocius acquirit, & nihilominus non dicitur facere tranſire proficuum, ita ut faciat tranſire periculum, ſed ſtat ſub periculo eam ponentis, ut habetur ſupra *c. 18.* Et quia propter æſtimationem nulla major commoditas cauſatur, ut major lucri pars percipiatur, & ſi operatur, ut cognoſcatur quid in fine ſocietatis lucri adſit, operatur etiam, ut appareat, quid adſit damni, & ex tali operatione, quæ in intellectu ſolummodo conſiſtit, quid proficuum reſpectu lucri, quod in rebus corporalibus conſiſtit, cauſatum dici non poteſt. Et ſi intelligit Petr. quod faciat tranſire proficuum, nempe medietatem dominii animalium, videtur dicendum, quod amplius non ſit quærendum de culpa, quia quoquo modo res pereat, perit domino, *l. quæ fortuitis, 6. C. de*

18 *pignor. act.* Et etiam mihi videtur, quod iſta opinio † non ſit vera, per tex. *in l. ſi gratuitam, 17. §. ſi margarita. 1. ff. de praeſcr. verb.* ubi datur margarita vendenda æſtimata gratia dantis & recipientis, & nihilominus recipiens æſtimatione non obſtante ſolummodo tenetur de levi culpa, & non de leviſſima. Et quia ibi agitur de contractu inito gratia utriuſque contrahentis, in quo regulariter venit culpa levis, *l. ſi ut certo, 5. §. nunc videndum, 2. ff. commod.* æſtimatio operari debebat, quod veniret leviſſima, ſed cum hoc non operetur, & dicatur, quod teneatur recipiens margaritam æſtimatam ſolum de levi, merito ſequitur ex textu prædicto probari, æſtimationem hanc virtutem non habere, etiam in ſocietate, quæ ſimiliter gratia utriuſque contrahitur,

19 Dec. *in l. contractus, 23. n. 39 ff. de reg. jur.* Et etiam quod vera † non ſit, videtur probari per text. *in l. cum duobus, 52. §. damna. ff. pro ſoc.* ubi dicitur, quod ſi pecus ſit datum æſtimatum, & pereat incendio aut latrocinio, commune damnum eſt,

eſt, ſi nihil dolo aut culpa acciderit ejus, qui æſtimatum pecus acceperit, culpæ appellatione, ut dixi, in ſocietate ſolum intelligitur de levi, & nihil dicitur de leviſſima, quamvis pecus fuerit datum æſtimatum, merito quod virtute æſtimationis non veniat leviſſima ex dicti text. diſpoſitione probari dicendum videtur.

Non obſtat textus † *in dict. l. ſi ut certo, §. nunc videndum*, ubi facta rei commodatæ æſtimatione venit periculum, quia hoc ideo fit, ut in textu dicitur, quia commodatarius æſtimationem ſe præſtaturum recepit, & non ſic eſt in præſenti, quia ſocius non recipit animalia, ut præſtet æſtimationem pro ea parte, quæ domino reſtitui debet. Neque obſtat textus † *in dict. l. cum duob. §. damna. verſ. quod ſi à furib.* ubi dicitur, quod ſi à furibus pecus ſubreptum ſit, proprium ejus detrimentum eſt, quia cuſtodiam præſtare debuit, qui æſtimatum accepit. Nam poteſt intelligi, quod fuerit furatum ejus culpa levi, ſecundum gloſ. *in verſ. ſubreptum*, dum interpretatur, ſcilicet *culpa ſocii interveniente*. Et iſta interpretatio vera videtur, quia jam locutus † fuerat Jureconſultus de caſibus fortuitis, qui etiam eveniunt culpa leviſſima, nempe de incendio, quod culpa leviſſima evenire ſolet. Bart. *in l. ſi quis ex argentariis, 6. §. pen. ff. de eden* Et licet pecus fuiſſet datum æſtimatum, dixit de eo ſocium non teneri, ſic ſubjungendo de furto, qui committi non ſolet abſque leviſſima culpa, dum dicit, *de eo ſocium teneri*, intelligendum eſt culpa levi interveniente, cum jam dixerit, de leviſſima in incendio non teneri. 20 21 22

Et ſi dicatur, paſtorem facta † æſtimatione teneri de culpa leviſſima, quia, 23
ut dixi ſupra, de ea tenetur, ſi tenetur ad cuſtodiam, dico nullibi lege probari ex æſtimatione facta reſultare, quod paſtor teneatur ad cuſtodiam ultra ſocietatis naturam, & ut dixi tunc tenetur ad cuſtodiam, quando ultra lucrum ſibi debitum ratione capitalis & operarum datur aliquid plus ratione cuſtodiæ, cum æqualitas etiam in hac ſocietate ſit obſervanda. *Navar. in Manual. cap. 17. ſub num. 260.* Et ſi daretur hujuſmodi recompenſatio, poſſet ſuſtineri, facta æſtimatione præſumi paſtorem teneri de cuſtodia & de leviſſima culpa. Et poteſt ſuſtineri, paſtorem † teneri de cuſtodia & de 24
culpa leviſſima, & quod ſit cenſendum, eum habere lucrum etiam ratione cuſtodiæ, quia ita obſervatur de conſuetudine: ubi enim non cadit uſura, videtur mihi fieri poſſe, quod à conſuetudine declaretur, qualiter lucra ſint deducenda ad hoc, ut paſtor pro operibus & pro cuſtodia dicatur habere condignam lucri partem, Bald. *in l. 1. numero 23. Cod. pro ſoc.* Petr. *dict. tract. de duob. fratr. part. 4. ſub numero 7. & part. 5. ſub numero 27.* & dixi ſupra, *cap. 15. numero 47.* Et quod paſtori detur etiam lucrum pro cuſtodia, conſiderat etiam Joſeph Ludov. *in deciſ. Peruſin. deciſ. 10. ſub numero 11 in fin. part. 1.* Et non ſolum ſocius tenetur † de culpa levi, ut jam dictum fuit, ſed etiam ejus heres, 25

Petr.de Ubald. *d. tract. part.7. num. 2.* ſed hac diſtinctione uti debemus. Aut
agitur de hærede, qui eſt hæres & ſocius, ut evenit in ſocietate vectigalium,
l.adeo.59.ff.pro ſoc.& in ſocietate contracta interveniente juramento, ſecun-
dum Fabr. *in §.ſolvitur. Inſtit. de ſociet.*& in ea, quæ debet tranſire ad hære-
des ſecundum præceptum teſtatoris, ut per Dec. *conſil.441. num.3. lib.1.* & in
ſoccita animalium, ut per Petr.de Ubald.*dict. tract. part.8. ſub num.21.* & hoc
caſu tenebitur hæres ſocius de ea culpa, quæ præſtanda venit juxta ipſius
ſocietatis naturam, cum nihil immutatum reperiatur, & ſit eadem ſocietas.
26 Aut agitur de hærede † ſocii, qui non eſt ſocius, & hoc caſu ſub diſtin-
guendum eſt; an agatur de geſtis à defuncto, an vero de geſtis ab *ipſo*
hærede?

Primo caſu contra hæredem datur actio, quæ daretur contra defunctum,
ſi ipſe viveret. *l.verum, 63.§.in hæredem, 8.& l:adeo.59.§.morte, ff. pro ſoc.*

27 Secundo caſu, ſi hæres aliquid † geſſit voluntarie, ut quia aliquid geſſe-
rit de novo, & tenebitur de dolo, lata, & levi culpa, ſicut quilibet alius
negotiorum geſtor. *l.tutori.20.C.de negot.geſt.*gloſ. *in l.3.§.interdum, ff.de negot.geſt.*
Si vero geſſerit de neceſſitate, ut quia negotium fuerat inchoatum à de-
functo, & ab eo perfectum, ſolum de dolo, & non de culpa tenebitur, *l.*
28 *hæres ſocii, ff. pro ſoc.* Si vero inchoata † à defuncto perficere prætermiſerit,
etiam de levi culpa tenebitur, gloſ. *in l.cum oſtendimus, in ver. negligentia, ff. de*
fidejuſſ. quam ad hoc præſtandum allegat Petr. de Ubald. *dict. tract. part. 7.*
29 *ſub numero 2.* Et ſi ſocius culpam commiſit † in aliquo negotio, & in aliquo
diligenter ſe geſſit, non admittitur compenſatio, *l.non ob eam, 25.& l.& ideo.26.*
ff.pro ſoc. cujus verba ſunt: *Et ideo ſi ſocius quadam negligenter in ſocietate egiſſet, in*
*pleriſque autem ſocietatem auxiſſet, non compenſatur compendium cum negligentia.*Et hoc
ea ratione ſit, quia de natura ſocietatis eſt, quod diligentia adhibeatur, &
culpa puniatur, ſecundum Petr.de Ubald. *d.tract.part.7. circa. fin.* Bero. *conſil.*
191.n.45.lib.1.

30 Idem dicendum eſt, ſi unus ex ſociis † alterum ſocium ſibi aſſumat, nem-
pe quod tenetur ſocius aſſumens de culpa ſocii aſſumpti, & ſi ſocius aſſum-
ptus in aliquibus culpam commiſit, & in alibus utilia geſſit, compenſatio
non admittitur, *d.l.de illo.23.§. idem quærit.1.ff.pro ſoc.*

31 Jam viſo, ſocium de culpa teneri, modo † ſciendum eſt, regulariter cul-
pam non præſumi, ſed quod ab allegante probari debeat. Bart. *in conſil. 193.*
commune Lucignani.lib.1. Bald. *in cap.1.de feud.ſine culpa non amit.* Alexand *conſil.100.*
*num.3.lib.1.*Barbat.*in l.4.§.Cato* & ibi poſt eum Lud. Bolog. *n. 144. & 145 ff. de*
verborum obligatio. Cravet. *conſil.8.num.20. & conſil 151. num. 11. lib. 1. & conſil.319.*
*numero 17.lib.2.*Silvan. *conſil.46.numero 4.& numero 9.* Capra. *reg.78.ſub numero 56.*
Decian. *conſil.29. ſub numero 14.lib.1.* Menoch. *in tract. de præſumpt. lib. 5. præſ. 3.*
numero 125. Maſcard. *in tract. de probat, concluſ.467. numero 1.* Rimin. jun. *conſil.1.*

num.

num. 40 libro primo & conſil.801.num.30.libro ſeptimo. Surd. *conſil.12.num.16. libro primo*, & in obſcuris ſuper ea † interpretatio ſumitur, ut culpa excludatur 32 *l.exceptione, 67.& ibi Bart.ff.de fideiuſ.* gl. & Dd *in l. ſi quis ex argentariis,6.§.fin.ff. de eden.& in l.ſi creditor, C. 5.de pignor.act.* Alexand. *in conſil.183.col.fin.lib.7.* Cravet. *conſil.353.num.15.lib.3.* Rimin.jun. *conſil.801. numero vigeſimo nono, libro ſeptimo.* Et præſumitur quis ad culpam † excludendam id in rebus alienis feciſſe, quod 33 in ſuis feciſſet, *l.ſed & ſi damnum,9. §.1.ff de pecul.* Cravet. *conſ.151.ſub nu.18.lib.1. & conſ 319.ſub num.15.lib.2.* Et factum ita factum judicatur, uti † ab alio veri- 34 ſimiliter factum fuiſſet, ad hoc ut culpa excludatur, Bart. *in l.ſi cum venderet. 13.§.fin.ff de pignor.act.* Afflict. *deciſ.13.ſub num. 17. verſ. quinta coniectura.* Et hinc in de dubio ſtante, an culpa † intervenerit vel ne, culpæ ſuſpicio quieſcit. 35 Oldr. *conſ 307.in fin.* Cravet. *conſil.8.num 30.lib.1.& conſ.247.in fin.lib.2. & conſ.362. in fin.& conſil 531.in fin.libro 3.*

Cumque culpa non præſumatur, ſed † ab allegante, ſive agendo, ſive 36 excipiendo probari debeat, videndum eſt etiam, qualiter ipſa probetur, & primo eam probari dicas ex actu ipſo, in quo ſui natura dolus continetur, quia ſi continet dolum, multo magis quod culpam contineat, dicendum eſt. Menoch. *in tract. de præſ.lib.5. præſ.3. numero 135.* Secundo culpa præſumitur ex † actu illo, qui abſque culpa committi non ſolet, & datur 37 exemplum in furto & in incendio, ut de furto habetur *in l.cum duob.52.§.damna. ff.pro ſoc.*& de incendio *in l.ſi vendita. 11.ff. de peric.& commod. rei vend. & in l.3. ff de offic. Præf. vigil.* & de furto tradunt Bart. & Alexand. *in l. ſi quis ex argentariis, 6. §. Prætor ait ff.de eden.* Corn. *conſil. 328. colum. 1. lib. 4.* Sylvan *conſil.46. num.8.* Bologn. *in dict.§.Cato. num.146.* Gomeſ. *lib.2.reſol jur l 3.ſub num. 22.* Petr. de Ubald. *dict.tract par.8.num.16* & de incendio tradit † Bald. *in l.3.§.cognoſcet. ff.de offic.præf.vigil.* Calcan. *conſil.39.* Petr. de Ubald. *dict.tract.part.8.num.16.* Rolan. 38 *conſil.95. lib.2.* Menoch. *de arbitr. jud. caſu 390. num. 3.* & de utroque poſt alios, quos citant, late tradunt Capra, *d.reg.78 num.57.* Menoch. *in dict.præſ.3.numero 128. & præſ.61. num.30. lib.6.* & Maſcar. *d. concl. 467. & concl. 829. num. 10.* Sed iſta præſumptio † culpæ in furto ceſſat primo, & non procedit, quando fuit 39 commiſſum à conjunctis & domeſticis domus, vel à perſona, de qua diligentiſſimus homo non ſuſpicatus eſſet, quod tale delictum fuiſſet commiſſura, *l.cum quia, la 2.in princ. ff. de furtis.* Gl *in l. cum duob. §. damna. ff. pro ſoc. & ibi Salic.* Capr. *dict.reg.78. num 61.* Menoch. *conſil.353.num. 10.lib.4. & dict præſ.61. num.35.lib 6.* Maſcar. *concl 467.num.13.* Secundo ceſſat præſumptio † culpæ in 40 furto, quando fuiſſet factum à ſervo ſeu famulo accommodato cum ipſa re furata, *l.ſi ut certa.§.5.ſi me. & §.ſeq ff.commod.* Capra. *d. reg. 78.num. 62.* Tertio ceſſat præſumptio † culpæ, ſi famulus ad rei cuſtodiam adhibitus fuit, *l.ſi* 41 *ſoluturus, 39.ff.de ſolut* Roman. *conſil.413. num.13.* Capr. *dict.reg.78.n. 64.* Menoch. *dict.conſil.353.num.12.lib. 4.* Quarto ceſſat præſumptio † quando res, puta ani- 42

malia in eo loco tenebantur, ubi major pars hominum illa tenebant. Petr. de Ubald. *d. tract. de duob. frat. part. 8. num. 4. & num. 15.* ea ratione, quia non eſt in culpa ille, qui facit ea, quæ conſueta ſunt fieri à majori parte hominum, *l. 3. ff. ad Macedon l. quis ſit fugitiuus, 17. §. apud Labeonem, 12. ff. de ædil. edict. l. pignori. C. de pign. act.* & ibi Bald. & Ang. Barr. *in l. ſi pignore, 22. §. ita per illum, text. ff. de pign. act.* Bald. *in l. nemo, 15. in fin. C. de epiſc aud.* ubi loquitur de illo, qui equum miſit in paſcuis, quem lupus occidit, & dicit excuſari, ſi alii illuc animalia mittere ſolebant, Petr. de Ubald. *d. tract. part. 8. ſub n. 4.*

Et ita conſuetudinem excuſari à culpa tradit Bald. *conſil. 145. Caſus talis eſt, colum. 4. in fin. lib. 3.* Caſtr. *conſil. 423. quia ſcio. colum. pen. lib. 1.* Anchar. *conſil. 438. pro deciſione quæſiti. colum. 1.* Aret. *conſil. 31. colum. fin.* Dec. *conſ. 473. colum. 2. lib. 2.* Jaſ. *in l. 1. in princ. ff ſi quis jus dicen. non obtemp. & in l certi juris. 4. not. Cod. de Jud.* Pariſ. *conſil. 159. lib. 4.* Cravet. *conſil. 8. num. 22 & conſil. 247. ſub num. 6. in fin. lib. 1. & conſil. 319. verſ. 14. lib. 2. & conſil. 362. num. 4. lib. 3.* Maſcard. *dict. concl. 467. num. 21.* Decian. *conſil.*
43 *29. num. 16. lib. 2.* Quinto ceſſat præſumptio † culpæ, quando furtum fit cum fractura, Salic. *in l. cum duob. §. damna, ff. pro ſoc.* Petr. de Ubald. *dict. tract. part. 8. ſub numero 15.* Grat. *conſil. 94. num. 40. & conſ. 100. num. 15. lib. 2.* Curt. jun. *conſ. 256. num.*
44 *12.* Menoch. *conſil. 353 numero 11. lib 4.* Sexto ceſſat præſumptio, quando † res furata erat in eodem loco cum propriis rebus illius, qui eam cuſtodiebat. Dec. *conſil. 473. colum fin. lib. 2.* Cravet. *conſil. 6. ſub numero 106. lib. 1. & conſil. 353. num.*
45 *14 lib. 3.* Septimo & ultimo licet furtum † culpa commiſſum præſumatur, non intelligitur de culpa levi, ſed tantum de leviſſima, Gloſ. *fin. in §. præterea. Inſtit. quib. mod. re contrah. oblig.* quam ibi commendat Ang. & eam dicit ſingul. Bald. *in l in judicio. C. de locat.* & Salic. *in l quæ fortuitis. 6. C. de pign. act.* Gomeſ. *lib. 2. reſolut. jur. c. 3. in fin.* Decian. qui de communi teſtatur, *conſil. 29. num.*
46 *15. lib. 1.* Et intelligitur de leviſſima † in omittendo, & non in committendo, Gloſ. notabilis ſecundum Caſtr. *ibi in l. ſi mora. 26. ff. ſolut. matr.* & gl. *in l. lege Cornelia 25. ff. ad Syllania,* quas communiter approbant Dd ut dicit Covar. *ſuper 4 decret. ff. de ſponſal. part. 2. c 6. §. 8. numero 13.* quod eſt notandum, quia cum dicatur ſocium teneri lege Aquilia, ſi damnum dedit in re communi, ut eſt text. *in l. ſed ſi 47. & in l. ſed nihilominus, 48. & in l. ſi hoc facto. 49. ff pro ſoc.* erit verum, quod teneatur lege Aquilia, in qua venit leviſſima culpa, ſi leviſſima culpa commiſſa fuit in committendo, ſecus vero ſi in omittendo, niſi ex natura contractus veniat etiam leviſſima culpa in omittendo, ut aliquando ſupra dixi venire in ſocietate. Maſcar. poſt alios, quos citat, *d. concl. 467. n. 10. & concl. 892. n. 9.* Quatenus etiam dixi incendium culpa commiſſum cenſeri abſque alia probatione, ſicut de furto dixi, ſic de eo intelligendum eſt, quod culpa
47 leviſſima in † omittendo Alex. *conſ. 74 n. 3. lib. 6.* ita ut nec actio legis Aquiliæ locum habeat, commiſſum cenſeatur. Rolan *conſ 95. num. 14 & 15 lib. 2* Gabriel. *conſ. 159. n. 1. & 2. lib. 1.* Menoch. *conſ. 53. n. 19. lib. 1.* Noviſſime contra hanc opinio-

nem

nem tenuit Flam, de Rub. Uinen. *in conſ.11.* ubi contra, Rolan.& alios vult, quod conductor teneatur ex culpa præſumpta in incendio,& dicit ſub *num. 129.* quod hæc videtur verior & frequentiori calculo recepta, ſive numerum Doctorum attendamus, ſive auctoritatem, Sed, pace ſua ſit dictum, decipitur quia † quod prima opinio ſit magis recepta, teſtatur Menoch. *de arbitr. Jud. caſu 390. num.6. in fin.* & eam eſſe magis communem teſtatur Curt. *in l. dominus horreorum. 55. ff. locat.*& Maſcar. *in tract. de probat. concl. 467. nu.8. & in concl. 892. ſub n.8.* 48

Concordantur iſtæ opiniones † ſecundum Trigon. *in ſing. 57. num.4.* quod 49 ſufficiat allegare incendium abſque alterius culpæ probatione, quando ſumus in contractu, in quo venit etiam leviſſima culpa, ſed quod ultra incendium culpa etiam ſit probanda, quando ex natura contractus leviſſima culpa præſtari non debet, & hanc concordiam ponit etiam Maſcar. *d. concl. 467. n.12.* Sed judicio meo iſta concordia eſt nullius momenti, quia contrarietas opinionum conſiſtit, ubi agitur de contractu, in quo non venit leviſſima culpa. Sed ſequendo magis communem † opinionem, quod incen- 50 dium contra inhabitantes in domo cenſeatur commiſſum culpa eorum leviſſima in omittendo, niſi contrarium probetur, *l.3. §.1.* ubi communiter ſcribentes, *ff. de offic. Præf. vigil.* Maſcard *dict. concl. 892.* ubi ſub *num.2.* dicit, quod hanc concluſionem ingens caterva Doctorum confirmat.

Primo concluſio iſta, ut præſumatur † incendium commiſſum culpa 51 inhabitantium, non procedit, ubi de eorum diligentia & vigilantia conſtare. Petr. de Ubald. *dict. tract. de duob. fratr. part.8 ſub num.18. & 19.* Gabr. *conſ.159. ſub n.4. lib.1.* Rol. *conſ.95. n.15. in fin. lib.2.* Maſcar. *d. concl. 892. num.19.* Menoch. *conſ.53. num.24. lib.1.*

Secundo concluſio † contra patremfamilias non procedit, ſi incendium 52 ab aliqua perſona exiſtente in domo fuerit cauſatum, cujus miniſterio paterfamilias non utebatur. Salic. *in l. ſi vendita, 11. & nu.5. ff. de peric. & commod. rei vend.& in l. quæ fortuitu, 6. nu.7. C. de pign. act.* Maſcar. *d. concl. 892. n.10.* Contrarium tenet Flam. *de Rub. d. conſ.11. n.167.*

Tertio non procedit † contra patremfamilias, ſi famulus ille, qui ignis 53 curam habebat, recte eum accommodavit, & alter famulus non ad hoc deputatus ignem accenderit, & eum minus diligenter accommodaverit, Salic. *in d. l. quæ fortuitu, num.7. verſ. fin autem familiaru, Cod. de pign. act.* Afflict. *dec.57. num.5.*

Quarto non procedit, ubi † de incendii initio non conſtat, Rom. *conſ.401.* 54 Bald. *in l. ſi vendit. 11. ff. de peric. & comm. rei vend.* Joan. de Anan. *conſ.71.* Et ſi duæ familiæ habitent in eadem domo, una in una parte, & altera in alia, & non appareat, qua in parte incendium initium habuerit, nemo poterit conveniri. Alexand. *in conſil.50. lib.1.* ubi *num.7.* inquit ſatis eſſe, quod concurrat

habilitas

habilitas & aptitudo, ut incendium potuerit oriri in qualibet parte, etiam quod non fuerit probatum ignem fuiſſe in qualibet parte, & ita tradit etiam Gabr. *d. conſ. 159. n. 8.*

55 Quinto non procedit, ubi de † culpa & facto certi hominis non fuiſſet probatum, nempe de culpa ipſius patrisfamilias, aut ejus, de cujus facto ipſe teneatur. Petr. de Ubald. *d. tract. de duob fratr. part. 8. ſub num 19.* Rol. *d. conſil. 95. num. 9 lib 2.* Gabr. *d conſ. 159 num 6 lib. 1.* Rimin. jun. *conſ. 373. num. 9. lib. 4.* Maſcar. *d. concl. 892. n. 17. & 18* ubi de communi opinione teſtatur Menoch. *conſ. 53. n. 23.*

56 *lib. 1.* Contra hanc opinionem † etiam inſurgit Flam. de Rub. *in d. conſ. 11. num.* 158. & dicit, quod ſolummodo procedit, cum eadem domus à diverſis incolitur, vel cum agitur criminaliter ad pœnam, non vero cum agitur civiliter ad damnum; vel cum ignis provenit ab extra, & non fuit cauſatum intra domum.

Et quod dicitur de incendio cauſato in hoſpitio Leonis Peruſiæ, de quo loquitur Bald. & poſt eum Petr. de Ubald. ejus frater *in dict. tract. de duobus fratr. part. 8. ſub numero 19.* ut excuſaretur caupo, quia non conſtabat de facto certæ perſonæ, putat ipſe Flami. *numero* 165. ſolum procedere in caſu hoſpitii, in quo præter patremfamilias ſunt famuli, & ſunt etiam hoſpites & advenæ, quo caſu propter incertitudinem hanc multiplicem poſſet forſan procedere dicta opinio, at ubi una eſt familia & unum caput, & incendium eſt intrinſecum, dictam opinionem procedere non poſſe dicit, & *num.* 164. dicit, quod certe non poteſt inducere animum, ut teneat, veram eſſe hanc concluſionem, quod neceſſaria ſit probatio determinatæ perſonæ, cum una tantum eſt familia in domo, & conſtat incendium ad intra proceſſiſſe, quia ſubvertuntur & jura, & auctoritates multæ, quibus cavetur præſumi contra inhabitantes, & contra patremfamilias, & ego puto hanc ejus opinionem veriorem eſſe, ubi tractaretur de intereſſe civiliter; ſecus vero, ſi criminaliter ad pœnam.

57 Sexto concluſio ſupra poſita † non procedit, ſi res, in quibus incendium ortum eſt, erant repoſitæ in loco congruo, tuto, & non periculoſo, quia etiam ex loci ſecuritate culpa excluditur. Salic. *in dict. l. ſi vendita. 11. ff. de peric. & commo. rei vend & in dict. l. qui fortuitis, 6 C. de pignor. act.* Anchar. *in conſil. 348. Pro deciſione.* Maſcard. *d. concl. 892. numero 14.* ubi etiam alias ponit declarationes, quas hic referre omitto, ne ſim nimis prolixus circa ea, quæ ſunt extra materiam ſocietatis, & redeo ad culpæ probationes. Ter-

58 tio præſumitur culpa † in ſocio, quando etiam non adhibet diligentiam in rebus ſocietatis, quam ſolitus erat adhibere in ſuis ante contractam ſocietatem, *l. ſocius ſocio. ff. pro ſoc. § fin. Inſt. de ſociet.* gloſ. *in l. cum duobus, 52. §. venit, ff. eod.* Petr. de Ubald. *d. tract. de duob. fratr. part. 7. ſub num. 1.* Alexand. *conſil. 47. in princ. lib. 1. & conſil. 209. num. 2. lib. 7.* Dec. *in conſil. 441. numero 7. lib. 2.* Menoch *conſil.*

121. num.

121.num.111.lib.2. Nam culpa tripliciter † conſideratur. Primo conſideratur 59
in rebus prorſus alienis, & diffinitur, quod ſit deviatio incircumſpecta ab ea diligentia, quam adhibent homines diligentes ejuſdem conditionis & profeſſionis. Secundo conſideratur in rebus communib. incidenter, & diffinitur, quod ſit deviatio incircumſpecta ab ea diligentia, quam ipſe devians tunc temporis in rebus propriis adhibet, dummodo in rebus propriis non ſit omnino negligens. Tertio conſideratur in rebus communibus ex conventione, & diffinitur, quod ſit deviatio incircumſpecta ab ea diligentia, quam ipſe devians tempore contractus vel ante contractum in rebus propriis utebatur. Ita declarat Bart. *in l. quod Nerva. 32. n. 26. ff. depoſiti, & in tract. teſtimon. n. 116. cum plurib. ſeqq.* & rationem differentiæ inter prædicta eſſe dicit, quia mea & aliena ſunt extrema, & commune eſt medium. In re propria culpa eſt impunita. *l. in re mandata. 31. C. mandati.* In aliena culpa punitur, nec ſufficit, quod in ea quis id faciat, quod facit in ſuis, quia ſi in ſuis eſt negligens, in alienis debet eſſe diligens, *l. ſi conſtant. 24. §. ſi maritus, ff. ſol. matr.* In re communi eligitur media via, ne culpa totaliter ſit impunita, & ſufficit eam diligentiam adhibere, quam in ſuis adhibet. Et inter commune † ex conventione, & commune incidenter, ratio differentiæ eſt, quia ſi ego ſocietatem cum 60
aliquo contraho, eam diligentiam inſpicio, quam ipſe in ſuis rebus adhibere ſolitus eſt, & ſic ipſe de me facit, & de tali diligentia videtur inter nos conventum. Et iſtud in re communi incidenter dici non poteſt, ideo ea diligentia ſolummodo inſpicitur, quam tunc in rebus ſuis adhibet, ut per Bart. in locis præfatis videre licet. Sed quamvis iſta dicta de † culpa à Bart. 61
recte procedere poſſint, ubi ſocius habuiſſet, & haberet bona propria, ut etiam textus ſupra allegati loquuntur, ubi autem ſocius non habuiſſet & non apparet propria, qualiter culpa ſocii circa res ſocietatis ſit conſideranda, ex prædictis percipi non poſſe dicendum videtur, & videtur dicendum, alio modo culpam in ſocio eſſe conſiderandam, nempe ut facit Bald. *in l. quæ fortuitis, 8. ſub num. 39. C. de pignor. act.* ubi conſiderans, eſſe poſſe, quod quis bona propria non habeat, dicit ridiculam eſſe opinionem Jo. de Blunoſcho, & dat diffinitionem, quod levis culpa ſit facere id, quod non faceret, vel omittere id, quod non omitteret diligens homo, per tex. *in l. ſi putator 31 ff. ad leg. Aquil.* & conſiderat, quod homines aut ſunt diligentes, aut diligentiores, aut diligentiſſimi, ut ibi per eum videre licet. Et ſic attentis dictarum legum † diſpoſitione & attentis traditis à Bart. & Bald. quod hac diſtin- 62
ctione uti debeamus, mihi dicendum videtur, nempe, quod ubi ſocius nunquam habuit bona propria, teneatur in rebus ſocietatis eam adhibere diligentiam, quam adhibent homines diligentes ejuſdem profeſſionis & qualitatis, & ſi talem non adhibeat diligentiam, dicatur eſſe in culpa ſecundum Baldi opinionem, & ita quod ſi ſocius non fecerit lucra, prout alii fecerunt

ejuſdem exercitii, quod culpa in eo probata dicatur, tradit Alex. *in conſ. 47. n. 1. lib. 1.* ex notat. per Bart. *in l. ſi cum venderet. §. fin. per illum textum, cum ſeqq. ff. de pign. act. & in l. quod Nervà. 32. ff depoſiti.* & per Bald. *in l. ſola 4. col. 5. C. de teſti.* & per
63 Angel. *in l. continuus 137. §. cum ita 2. ff. de verb. oblig.* & ad iſta faciunt † tradita per
gloſ. *in l. videamus 11. ff. locati.* ubi dicit, quod quis tribus modis in culpa eſſe
poteſt. Primo ſi non fecit id, quod diligens faceret, ſecundo ſi fecit contra
pactionem, tertio ſi fuit in mora faciendi, ita poſt gloſ. tradit etiam Strach.
in tract. de Nautis, part 3. n. 52. & Rota Genuen. *deciſ. 205. num. 2.* Ubi vero ſocius
64 habuit bona † propria, quod, ne de culpa arguatur, teneatur eam diligen-
tiam adhibere in rebus ſocietatis quam adhibebat in ſuis ante, & tempore
contractæ ſocietatis, dicendum eſt, ut habetur *in d. l. ſocius, & in d. §. ita. Inſt. de
ſociet.* & ut tradit Bart. in ſupra poſita ejus diſtinctione. Sed declarandum
65 eſt, primo † tunc demum ſufficere, ſi ſocius adhibeat eam diligentiam in
rebus ſocietatis, quam in ſuis adhibere ſolitus erat, ſi verum ſit, quod in
ſuis aliqualem diligentiam adhibere ſolitus erat, quia ſi negligens in totum
in ſuis fuiſſet, non ſic in communibus eſſe debet, quia ſi tolleratur paritas in
diligentia, non tolleratur in negligentia, *l. ſi conſtante, § ſi maritus, & ibi gl. &
Dd. ff. ſolut. matr.* Bart. *in d. l. quod Nerva ſub num. 26.* Petr. de Ubald. *d. tract. de duob.*
66 *fratr. part. 7. ſub n. 1.* Secundo declarandum eſt, quod ſi nova † cauſa superve-
niat, qua inſpecta opus ſit uti majori diligentia, ad evitandam culpam, non
ſatis eſt eam adhibere, quæ prius in rebus propriis adhibebatur, ſed major
adhiberi debet, puta ſi ſolitus erat de nocte equum proprium dimittere in
paſcuis, & luporum timor ſupervenerit, communis equus de nocte amplius
in paſcuis dimitti non debet, ſed erit cum majori diligentia cuſtodiendus.
Bald. *in l. nemo 11 in fin. C. de epiſ. audien.* Petr. de Ubald. *d. tract. part. 8. ſub n. 4. in fin.*
67 Tertio declarandum eſt, quod, ſi majorem † diligentiam in ſuis rebus *præ-
ſtet* ſocius poſt contractam ſocietatem, eandem præſtare etiam teneatur in
rebus ſocietatis, gloſ. *in l. cum duob. 52. §. venit. ff. pro ſoc.* Petr. de Ubald. *dict. tract.*
68 *part. 7. ſub num. 1.* Quarto & ultimo declarandum eſt, quod ſi res † ſocietatis
non ſint ejuſdem ſpeciei cum rebus, quæ poſſidebantur à ſocio ante contra-
ctam ſocietatem, & ſic non poſſit fieri comparatio de rebus ſocietatis, ad
alias res ejuſdem ſpeciei erit habenda conſideratio, in quo gradu diligentiæ
erat in rebus ſuis, licet diſſimilibus, & in eodem gradu diligentia in rebus
communibus erit adhibenda, Bart. *in tract. teſtim. n. 122.* Infinita exempla col-
69 ligi poſſunt, in quibus † aut ratione moræ, aut ratione negligentiæ, aut
ex eo, quia fecerit contra pactionem, culpa à ſocio commiſſa diceretur, ut
videri poteſt per Strach. *in tract. de Nautis, part. 3.* & per Menoch. *in tract. de
præſumpt. lib. 5 præſ. 3.* & per Maſcard. *in tract. de probat. concluſ. 468. & concl. 829. &
concl. 892.* & per Bartol. ante eos *in tract. teſtim.* & ibi per Deplo. in ejus ad-
dit. ſed quia non eſt mei inſtituti omnia ad culpam pertinentia colligere,
ſolum

Digitized by Google

ſolummodo exempla aliqua referam, quæ magis præſenti tractatui conve-
nientia erunt.

Et primo ſocius in culpa † eſſe dicitur, quando ſervum per loca pericu- 70
loſa miſit & periit. Petr. de Ubald *d. tract. part. 8 ſub n. 1 in fin.* & de eo, qui mer-
ces mari commiſit, cum terra advehere potuiſſet, niſi excuſetur à ſolito &
conſuetudine, habetur *in l. cum duobus 52. §. quidam ſagariam ff. pro ſoc.* & per
Strach. *in tract. de navigat. n. 4. fol. mihi 165.* Surd. *conſ. 12. n. 28. lib. 1.* ubi idem dicit de
eo, qui poterat ire per planitiem, & ivit per montes. Idem dicitur de ſocio,
qui tranſit per loca periculoſa, cum per loca tuta tranſire poſſet, Salic. *in l.
2 C. de naut. fœno. per tex. in l. cum proponas 3. C. de Naut. fœno & in l. ſi vehenda 10 §. 1.
& per gl. in l. eos 27. ff. ad leg. Corn. de falſ.* Surd *conſ. 12. lib. 1.* Strach. *in d. tract. de Nau-
tis. par. 3. n. 19. & 20.* ubi ad id probandum citat Bart. *in l. Imperator 25 ff. de appell.*
dicentem per tutiora itinera iter agendum eſſe, licet longiora, Surd. *conſ. 12.
num. 28. lib. 1.* & de eo, qui iter longius facit, quod propinquius facere poteſt,
tradit Petr. de Ubald. *d. par. 8. num. 1. in fin.* & Bald. *in conſil. 395. lib. 2.* dicit, in
culpa illum eſſe, qui iter ab omni impedimento tutum facere potuit, &
non fecit, & his rationibus motus interrogatus de facto reſpond. ſocium in
culpa fuiſſe, qui aſſecurari potuit merces cum lucro, & id non fecit, & pe-
rierunt, niſi tamen à ſolito non ineundi dictum contractum fuiſſet excuſa-
tus, per ea quæ tradit Ruin. *conſil. 65. lib. 5.* & Dec. in eadem facti ſpecie *conſil.
430. lib. 2.* Strach. *in tract de aſſecurat gl. 8. num 3.* Et in propoſito de itinere dici-
tur etiam in culpa ſocius, ſi nimio itinere mulum vel equum oneravit,
quemadmodum ſi oneravit eum nimio onere, *l. fin. ff. commodat. l. qui Inſulam,
30. §. qui mulas 2. ff. locat.* Petr. de Ubald. *d. par. 8. n. 1. in fin.* Strach. *d. par. 3. num. 13.* &
dicitur in culpa, ſi non fuit uſus ſolito itinere, & ſolita navigatione, Corn.
conſ. 273. lib. 1. Boer. *deciſ. 178. num. 32.* Cravet. *conſ. 115 nu. 5. lib. 1.* Strach. *d. par. 3. num. 6.*
Surd. *conſil. 12. lib. 1* & multo magis dicitur in culpa, ſi cauſa fraudandi vecti-
gal divertit à ſolito itinere. Bart. *in l. cum proponas 3. Cod. de naut. fœno.* Petrus de
Ubald. *d. par. 8. n. 5.* Strach. *d. par. 3 num. 37.* ubi ex facto reſpondiſſe tradit culpæ
damnandum quendam navis magiſtrum, qui ingredi Anconæ portum di-
ſtulit, ut cum publicanis tractaret, ne ſolitum vectigal ſolveret, & interim
vi ventorum naufragium paſſus fuit, & hoc ea ratione, quia id evenit pro-
pter ejus avaritiam, ut habetur *in l. cum proponas 3. C. de naut. fœno.* Sed præ-
dicta non procedere † declarantur, ſi ſocius ſolitum iter & ſolitam naviga- 71
tionem facere prætermiſit juſta cauſa motus, ut quia id fecit cauſa reficien-
dæ navis, quæ vitium fecerat, vel impulſus impetu maris & vi ventorum,
vel metu hoſtium, pyratarum, & exbannitorum. Bald. & Salic. *in dict. l. cum
proponas, in fin.* Petrus de Ubald. *d. par. 8. num. 6.* Bertach. *in tract. de gabel. in alt. par.
numero 58.* Strach. *dict. par. 3. numero 6.* Et non procedere † declarantur, ſi 72
ſocius divertat à ſolito itinere cauſa non ſolvendi vectigal illicitum;

quia hujuſmodi cauſa ſtante ceſſat ratio avaritiæ conſiderata *in dict. l. cum proponas*, cum non ſolvere vectigal illicitum non ſit avaritia, ſed conſilium, quia nemo tenetur jactare ſuum, ut per Bald. *in l. cum proponas*, Petr. de Ubald. *d. par. 8. num. 6.* Et quod licite & abſque peccato fraudari poſſint hujuſmodi vectigalia illicita, tradit Felin. *in c. 1. ſub n. 41. de conſt.* Jul. Ferret. *in tract. de gabel.*
73 *n. 232.* Strach. *d par. 3. num. 8.* Et ponunt exemplum † in gabella impoſita à Principe unius groſſi pro ſalma, & publicani de facto accipiunt duos groſſos; & dicunt, quod licitum eſt omni ingenio eorum manus aufugere, quia prædones ſunt. & quod damnum ex hoc Principi & ejus fiſco obveniens à publicanis præfatis refici debet, quia eorum vitio & malitia evenit, *l. igitur,*
74 *§ fin. ff. de lib. cauſ.* Sed intellige, ſocio quidem † licere ab uno itinere diſcedere ut evitet gabellas illicitas, ſed quod non per hoc debet eligere aliam viam periculoſam, in qua omnium mercium jacturam facere poſſet, dum curat evadere parvam pecuniarum ſolutionem. Petr. de Ubald. *d par. 8 n. 6. in*
75 *fin.* Secundo ſocius in culpa † eſſe dicitur, quando temporum qualitates non conſiderat, ut quia navem navigatum mittit adverſo tempore. *l. qui petitorio, 36. ff. de rei vend* ubi gl. per tex. *in l. 3 C. de naufrag.* declarat tempus adverſum eſſe ab Octobr. uſque ad menſem Aprilis, & ita tradit Petr. de Ubald. *d par. 8. ſub n. 1. in fin.* Sed hoc de conſuetudine non ſervari, & quod Veneti navigant omni tempore, tradit Cepol. *in tract. de ſervit. ruſt. præd tit. de Navi. c. 29.* & ſimiliter *d. l. 3.* in tempore Annonæ non ſervari tradit Strach *d par. 3. n. 1* Et de eo, qui de nocte reliquit oſtium domus apertum, quod ſit in culpa, tradit Bald. *in l. ſola 4. ſub n. 13. C. de teſti.* Et de dimittente animalia in paſcuis de nocte, quod ſit in culpa, niſi eum excuſet conſuetudo, dicit Gl. & ibi Bart. *in l. ſi negotia. 11. ff. de neg. geſt.* Spec. *in tit. de locato. §. poſtquam nu. 12.* Bald *in l. nemo. n. 7. C. de epiſc.* quos intelligit, quod loquantur de tempore noctis. Firman. *in repert in ver famulus, num 20.* & noviſſime Polidor. Ripa *in tract. de noct. tempore,*
76 *c. 12. ſub num. 18.* Et poteſt etiam dici, quod ſocius † ſit in culpa, ſi de nocte merces conducat, cum de die id facere poſſet, cum de nocte latrones & fures ambulare ſoleant, & furta & latrocinia committere, quia qui male agit, odit lucem, & ſi ſunt fugienda loca periculoſa, dicendum eſt etiam, quod ſint fugienda tempora periculoſa, ad hoc ut latronum & furum manus effugiamus, & poteſt etiam conſiderari, quod culpa non careat, qui ambulat de nocte, quod ſit quaſi delictum tradit Bart. *in l. Levia 6. numero 9. ff. de accuſat.* & Polid. Ripa *in dict tract. de noct. tempore. c. 7. num. 1.* Et quod de nocte ſit geminanda cuſtodia, ad hoc, ut cuſtos culpam effugiat, tradit idem Polid Ripa *in d. c. 2. num. 23.* Et de cuſtode Caſtrorum, quod tota nocte invigilare debeat, & quod nocturno tempore cuſtodiæ ſint duplicendæ, tradit idem Polidorus Ripa *c. 75.* ex quibus omnibus comprobari videtur, ſocio de nocte eunti, ut dixi, culpam aſcribi poſſe. Tertio dicitur in culpa ſocius,

ſocius, quando † non cogitavit caſum, qui facile evenire poterat, Bald. in l. 77
fin. §. ſed quia. col. fin. C. com de leg & conſ 395. pro Domino Revaldo. colum. 2. lib. 2. Alex.
conſ. 41 col. 3. lib. 3. Cravet. conſ. 170. num. 11. & conſ 179. num. 5. lib. 1. & conſ. 409. num. 16.
lib. 3. & conſ. 957. num. 30. & ſeq lib. 5. Surd. conſ. 12. lib. 1. Et de eo, qui in minus ido-
nea navi merces impoſuit, tradit Petr. de Ubald. dict. part. 8. ſub num. 1. in fin. l.
item quæritur, 13. in princ ff. locat. & ſi mittat † navem ſine gubernatore, Petr. de 78
Ubald dict. 8 part. ſub numero 1, Strach. dict. part 3. num. 12. Et ſi merces illicitas
ponit cum licitis, & ex hoc omnes publicantur, l. cum proponas, 3. C. de naut.
fœno Strach dict. part. 3 num. 22. Et ſi ſublevat piratas miſericordia ductus, à
quibus poſtea derobatur, ut in pulchro caſu plura adducendo tradit
Strach dict part 3 num 25 Quarto nimia credulitas † ſocii ei culpæ adſcribitur, 79
Roman. conſil 413 num. 12. Et ſi non credidit ei, cui credere non tenebatur,
culpa caret, Cravet. conſil. 319. num. 16. lib. 2. Et ſi credidit conſilio amicorum
† & conſanguineorum ei culpa imputari non poteſt, gloſ. in l. 2. in ver. pupillo, 80
Cod. de his quib. ut indig. & ibi Bald. in 3. opp. & Caſtr. in ult. colum. qui dicit illam
gloſ. ſingularem, Jaſ. in l. 1. in fin. Cod. de tranſact. Cravet. conſil. 531. num. 6. lib. 3.
Etiam caret culpa, ſi † credidit honeſto viro, & de re veriſimiliter informa- 81
to, gloſ. in l. Titio fundus, 73. ff. de cond. & demonſtr. & in c. cupientes, in princ. in
ver. notitia. de elect. in 6. Menoch. conſil. 406. num. 79. lib. 5. Decian. conſil. 29. num. 19.
lib. 1. qui loquitur de eo, qui in reponendis mercibus an locus eſſet totus,
credidit famulo hoſpitis, & quod ei credi debuerit, dicit, quia licet eſſet
pauper & ſerviret in hoſpitio, non per hoc fide caret, ut per ſcribentes in §.
ſancimus, in auth de teſti. & in §. ſi quis autem, in auth. ut libert. de cætero auro non indi-
geant annulo. Et ſubjungit, & hoc magis placet, ei præcipue credendum fuiſ-
ſe, quia veritas ab aliis haberi non poterat, Bart. in l Caßius, 2. ff. de ſenat. & quia
ex actus ſeu negotii natura aliter veritas haberi non poterat Salic. in l. ea qui-
dem, col. 1 verſ. ad quintam quæſtionem, C. de accuſ. Et ad hoc faciunt ea, quæ de
difficultate probationis dicuntur, in l. in illa, ſtipulation 8. in fin ff. de verb. oblig. &
in l. ſi quis ex argentariis, 6. §. pen. ff. de eden. & alibi paſſim per Dd. & ſi non cre-
didit præmonitus in culpa eſſe dicitur, Rimin. jun. conſil. 210 num. 44. lib. 1.
Surd. conſil. 12 lib 1. Quinto negligentia in ſocio † culpa dicitur, non debet 82
intelligi de illa negligentia, de qua dicit Poëta, le negligentiæ ſuæ ſono
artificii, ſed intellige, quod negligens tunc ſocius æſtimetur, ſi quod poteſt
illico non perficit, Innoc. & alii ubi Felin nu. 4. de teſtib. Angel. in l. ſi maritus, 4.
§. ſi ante extraneus, 2. ff. de adult. Dec. conſ 151. n. 16 & n. 21. Cravet. conſ. 573. n 7. in fin.
lib 4. Rimin. jun. conſ. 52. n 132. lib. 1. Et multa de negligentia † cumulat Maſcar. 83
in tract. de probat concl. 1088 ubi etiam ponit modum probandi eam, & erit
exemplum, quando ſocius ſervum à vulnere curari non fecit, Petrus de
Ubald. d. par 8 nu. 1. in fi. & quando eo beneficio non uſus fuit à Principe con-
ceſſo, quod etiam alteri ſocio prodeſſe poterat, Cravet. dict. conſil. 573. n. 6. lib. 4.

& quando à Principe ea non petit, quæ ad rem neceſſaria ſunt, licet credat
Principem non conceſſurum, quia quantum in nobis eſt ad obtinendum la-
borare debemus, Bald. *in conſ.395. pro Domino Dinaldo. lib.2.* Caſtr. *conſ. 433. Viſis
omnibus ſupradictis, col.3.lib.1.* Cravet. *conſ.64.n.4.* & multo magis id procedere
dicit circa ea, quæ ſunt obtinenda à privato. *& in conſ.121. num.10. lib.1.& in
reſpon.1 pro genero.num.272.& in conſ.573 n.5.lib.4.* & multo magis procederet, ſi
ea Princeps ſolitus eſſet concedere. Su d. *conſ.90.n. 40. lib.1.* & quando reſcri-
pto à ſuperiore impetrato non utitur. *c.ex parte, & c.plerunque, de reſcript.* Cald.
84 *d.conſ.5.col.2 in tit.de præben.* Cravet. *d conſ 573.num.8.* & quando ea † non inqui-
rit, quæ inquirenda ſunt, puta an in loco, ubi tranſit cum mercibus, ſolva-
tur gabella. Bald. *in l.3.col.2.verſ.item in quibuſdam locis, C.de naut.fœn.* per tex. *in
l.2.§.divi.il 1.ff.de publica.* & eſt etiam in lata culpa Bald. *conſ.463.ſtatuto commu-
nis Papiæ, lib.3.* quod eſt repetitum, *in conſil.436.lib.5.* Cravet. *conſil.115.num.3. &
conſ.132.lib.1.* & quando cum poteſt, impedimentum non amovet, Cravet. *d.*
85 *conſil.573.num.7.lib. 4.* & quando fructus & † introitus tempore debito non
exigit, & ſimiliter eos non vendit tempore debito cum ea, qua poteſt, uti-
litate, & non ſecundum ſuum caput Bart. *in l.omnia. in fin Cod. de cond. in pub.
horr.* Rom. *conſ.188.num.4.& conſ.425.col.2.* Dec. *conſ.274. Viſo Decreto ſub numero 6.
lib.1* Borgn *deciſ.39.num.26.part.1.* ſecundum primam impreſſionem. Et quan-
do credita non exegit debitis temporibus, & debitores facti ſunt non ſol-
vendo, Borgn. *d.deciſ.39.n.24.& n.27.cum plurib.ſeqq. & n.34.* dicit, quod tenetur
probare adhibuiſſe omnem diligentiam in exigendis creditis, & citat Marſ.
ſing.281.ſocius tenetur, & quando male libros rationum ſcripſerit, ita ut fidem
non facerent contra veros debitores debitum negantes, Borgn. poſt alios,
quos citat *d. deciſ.39. n.39.* quem uti moderniorem pro omnibus allegare ſuf-
ficiat. Alia multa de negligentia cum diligentia cumulavit Gomeſ. *ſuper
regulis Cancellariæ Reg de triennali poſſeſſore poſt quæſt. 28. fol. mihi 214.* Sexto etiam
86 imperitia † in ſocio culpa eſt, *l imperitia 131.& l.culpa eſt 36.ff.de reg.jur.l. illicitas,
6.§.ſicuti.ff.de offic.præſid.l.1.§.propter, ff.ſi quadr.paupe.feciſ.dica. l ſi quis fundum, §.
Celſus, & l.item quæritur, §.ſi navicularius, & §.gemma.& l.ſi merces, §.qui columnam,
ff locati.* Sed imperitiæ non eſt tribuendum, ſi quis modo aliquo decipiatur.
Strach. *in d.tract.de Naut.par.3. numero 34.* ubi excuſat nautam, qui de nocte à
piſcatorum lumine deceptus, credens ſe recipere in portu, incidit in vada,
per text. *in l.ne piſcatores, ff.de incend. ruin. & naufr.* idem tradit Polid. Rip. *in
87 tract.de nocturno tempore.c.13. num. 6.* etiam ſi inſolita negotia † aggrediatur ſo-
cius, culpæ ei adſcribitur, Bald. *in l ſi patruus. ſub num.8. Cod. com. utr.* Petr. de
Ubald. *d.tract par.3.ſub num 39 verſ ſecundo caſu. & dict part.8.num.1.in fin* Septimo
88 culpa etiam † conſiſtit in mala electione, ut ſi ſocius eligat malum famu-
lum ſeu malum miniſtrum, *l.3. in fin. & l.cum mandato in fi ff.de minor. & l ſed
& ſi quis, §.fin.ff.de Inſtit.* Signorol, *conſ.143. colum.2.* & Caſtr. *conſil. 423. colum.2.*

lib.1.

*lib.1.*Strach *d.par.3.num.12.* Cravet. *conſil.8.num.25. lib. 1.* Hoc eſt verum, ſi vere
eligat malum famulum, & malum miniſtrum, ſed ſi eligat bonum, tenetur
† de ejus contractu, & non quia fuerit in culpa eum eligendo. Decian. *conſil.* 89
29.n.5.lib.1. per tex. *in l.argentum 20.ff.commodat.* Et de quodam Comite, qui ſibi
elegerat multos milites, quod teneatur de eorum abigeatu, tradit Cravet.
conſ.791.lib 5. Et de nauta, quod ſit in culpa, ſi ſecum aſſumat ignotos homi-
nes in navi, tradit Strach. *d.part.3.num.18.* Octavo culpa probatur in ſocio, ſi
† conventa non obſervat ut debet & poteſt, Strach. *d.par.3. num. 8.* Polidor. 90
Ripa *d.tract.de noct.temp.c.12.num.8* Surd. *conſ.12.num.30.& 31.lib.1.* & de ſocio, qui
tenebatur negotiari ad lucrum, & id non fecit, tradit Alex *in conſ.47.lib.1.* ita
de non geſtis rationem eſſe reddendam, tradit Menoch *in tract.de arbitr. Jud.
caſu 209 num 32.* & de ſocio, qui ea facere prætermiſit, quæ facienda erant ad
lucrum pertinentia, tradit Cravet. *conſil.100. num.9. & 10.* & de hærede etiam
ſocii, qui negotia ſocietatis incepta non perficit, Petr. de Ubald *d.tract.par.7.
ſub num.2.* & de ſocio, qui utitur re ſocietatis non ad uſum deſtinatum, *l.
merito ff.pro ſoc.* Polid. Ripa *d.tract.de noct.temp. c.12.num.9.* Nono culpa in ſocio
† cauſatur ob ejus moram, ut ſi ex eo, quia fuit in mora ſolvendi debita, res 91
ſocietatis ſibi ſequeſtratæ fuerunt, *l.videamus 11.§.ſi verum.ubi gl ff.locati.* Petr. de
Ubald. *d.tract.par.8.num.3.* & ita quod mora ſit culpa habetur *in l unicuique, ff.
de reg jur. & in l. quod ſi ab initio. ff ſi cert.pet. & in l.ſi filius, ff.de inter. act.* & in debi-
to ex delicto mora ſemper ineſt. Bero. *conſil. 193. lib.1.* verum mora commiſſa
dici non poteſt, ubi debitum eſt illiquidum, Hond *conſil 50.num. 24. lib.1.* De-
cimo culpæ ſocii † adſcribitur, ſi damnum datum fuit in rebus ſocietatis ab 92
ejus inimicis, Bald. *conſil.61.n.5.lib.2.& in conſ 493 ſub num.5.lib 4* Corn. *conſil.129.
num.19.lib.2.* Cravet. *conſ.933.ſub num.17. lib. 5.* etiam ſi inimicitia ſua culpa cau-
ſata non fuerit. Strach, *de Naut.part.3.n.49.* Undecimo & ultimo, ſocius † eſt 93
in culpa, ſi conditiones ejus, cum quo contrahit, ſcire non quærit. *l. qui cum
alio. ff. de reg. jur.* Et ſi duo mercatores fecerunt ſocietatem duraturam per
quinquennium, eo finito unus ex ſociis, ſi contrahat, alter non tenetur, quia
contrahens cum eo debebat ſe informare de qualitate ſocietatis, Caſtr *in
l.1.§.non autem, ff.de exercit.* Rimin. jun. *conſ 1.num.42.lib.1.* Rot. Genuen. *deciſ.172.
num.7.* Cravet. *conſ 716.num.12.& 13.lib.5.* Et licet alias ignorans † & dubitans 94
æquiparentur, *l.manifeſtiſſimi.§.ſin autem, ubi Bart.C de furt.* hoc tamen non ha-
bet locum in contrahente, qui tenetur inveſtigare conditionem contrahen-
tis ſecum. Dec. *in d.l qui cum alio.n.3.ff.de reg jur. & in l.quamdiu.C.qui admitt.*

N.48.& 56.concordat. *Gail.lib.2.obſ.21.* ubi etiam hanc materiam tractat. vid. *Matth.de
afflict.deciſio.57.*

CAPUT XXII.

Qualiter ſocius ſe à culpa excuſare poſſit.

SUMMARIA.

1 *Qualibet cauſa excuſat à culpa.*
2 *Culpa caret ſocius, ſi faciat ſolita & conſueta.*
3 *Et non requiritur, quod conſuetudo fuerit præſcripta.*
4 *Et ſi fuit difformis, attenditur illud, quod fuit magis obſervatum.*
5 *Pecora cuſtodienda puero tradens excuſatur.*
Et animalia mittens in paſcuis ſine paſtore.
Si non cuſtodit locum, qui cuſtodiri non ſolebat.
6 *Qui impoſuit merces in loco. qui clave claudebatur.*
7 *Culpa caret ſocius, ſi utitur re ad uſum deſtinatum.*
Neque inſpicitur futurus eventus.
Ut ſi immittat animalia in agro deſtinato ad paſcendum, & damnum dent in agro contiguo.
8 *Et ſi in agro deſtinato ad paſcendum fuerit poſita clauſura, poteſt eam ſocius amovere propria auctoritate.*
Et ſi fuerit clauſa domus communis, poterit eam aperire propria auctoritate.
9 *Sylvam caduam poteſt incedere invito ſocio.*
10 *Impoßibilitas excuſat à culpa.*
Ut ſi non potuit prævidere & divinare.
11 *Et ſi fecit, quid potuit.*
12 *Et ſi de nocte ob pluviam bene videre non potuit.*
13 *Et excuſatur ſocius à culpa, ſi ea non fecit, quæ facere non tenebatur.*
14 *Non facienti culpa non imputatur ſi factum inutile fuiſſet.*
15 *Etiam ſi eſſet dubium, an utile eſſet.*
16 *Culpa reprehendi non poteſt ab eo, qui eſt in dolo.*
Et ab eo, qui eſt in graviori & pari culpa.
17 *Et inter ſocios, ſi ſunt in pari culpa, admittitur compenſatio.*
18 *Culpa, qui cauſam dedit, culpam allegare non poteſt.*
19 *Culpa ab eo objici non poteſt, qui ex ea ſentit commodum.*
20 *Culpa allegari non poteſt in facto, ex quo nullum damnum reſultat.*
21 *Culpa prima excuſatur. & ultima attenditur.*
22 *Culpa proxima attenditur, non remota.*
23 *Culpa in faciendo prævalet culpa in omittendo.*

Non

NOn erit incongruum etiam hoc in loco, dum de culpa agimus, aliqua
colligere, quæ pro ipſius culpæ excuſatione prononi ſolent. Regula
eſt generalis, quamlibet † cauſam excuſare à culpa. *l. igitur 12. ff. de lib. cau.* 1
Marſil. *in rub. ff. de fidejuſ.num 57.* Rot Genuen. *deciſ.56.num.6.* Et ad ſpecialia
† de veniendo: Primo ſocius à culpa excuſatur, ſi ea faciat, quæ ſolita ſunt & 2
conſueta. *l.3.ff.ad Maced l. quis ſit fugitivus 17.§. apud Labeonem 12. ff. de ædil. edict.l.
pignus 9.C.de pign.act.* Bart. *in l.ſi pignore. 22.§.fi.ff.de pignor,act* Bald.*conſil.145. caſus
talis eſt, colum.4.in fin.lib.3.*Cravet.*conſil.8.num.22.& conſ.247.num.6.in fin.lib.1.
& conſil.319.verſ.14.lib.2.& conſil.362.num.4.lib.3.* Decian. *conſil.29.n.16.lib.1.* Rota
Genuen.*deciſ.14.num.68.& deciſ.56.num.7.*Polid.Ripa. *dict.tract. de noct. temp.c. 12.
num.19.* Et non requiritur, quod talis † conſuetudo ſit præſcripta, ſed ſuffi- 3
cit ita aliquando fuiſſe obſervatum. Bald. *conſil. 318. Ponitur quod electio. col. 2.
lib.3.* Gabr. *in ſuis com. concl. tit. de ſtat. concl.1. num. 70.* Joſeph. Lud. *in ſuis concl.
com.concl.38.verſ. Ampliatur primo*, & ſi non fuit uniformis † ſed difformis, at- 4
tenditur illud, quod fuit magis obſervatum. Dec. *conſil.11.num.12.verſ.ſecundo
reſpondetur, & conſ.215,* Menoch. *conſil. 75.num.76. lib.1.* Becc: *conſil.101. numero 51.*
Joſeph.Lud. *dict. concl.38. verſ. ampliatur tertio.* Et quòd excuſetur ille, qui † 5
pecora cuſtodienda puero tradidit, ſi ita fieri erat conſuetum, tradit Bald.
in conſil. 441.quidam magiſter Grammaticæ, lib.1. Decian.*d.conſ.29.n.17.lib.1.*Et etiam
quod ille excuſetur, qui in paſcuis animalia miſit ſine paſtore, ſi ita fieri
erat conſuetum, tradit Cravet.*d.conſil.353.num.6.lib.3.* Polid. Ripa. *d.c. 12.n.19.*
Et quod non ſit in culpa, qui non cuſtodit locum, in quo repoſuit merces,
qui cuſtodiri non ſolet, tradit Petr.de Ubald. *d.tract. de duob.fratr.part.8.ſub n.
5. verſ.ſed poſito ſine præjudicio.* Et de eo, qui repoſuit † merces in loco, qui clau- 6
debatur, quod non ſit in culpa, tradit Decian. *d.conſ.29.n.24.lib.1.*quia claves
ad cuſtodiam fieri ſolent, gl.Bart.& alii, *in l.cum pater 77.§. pater plurib. 21. ff. de
leg.2.*Addit.ad Bart.*in l.clavibus 74.ff.de contr.empt.*Dd. *in l.3.in princ.ff de acq.poſſeſ.
& in c. 2. de conſuet.* Secundo excuſatur à culpa ſocius † ſi utitur re ad uſum 7
deſtinatum, *l.cum duobus 52.§.item mala.ff.pro ſoc.l.arboribus 12.§.naves 1. ff. de uſufr.
l.ſi ædes 12.ff.com.divi.§.religioſum.Inſt.de rer.diviſ.* Et hoc in tantum eſt verum, ut
nec etiam inſpiciatur futurus eventus, Alber.& Florian.*in l. Sabinus 28.ff.com.
divi.*Dec.*in c.cum omnes, n.23.de conſtit.*Cravet.*conſ.353.n.5.lib.3.*ubi loquitur de eo,
qui immiſit animalia in agro deſtinato ad paſcendum, & damnum dede-
runt in agro contiguo,& vult, quod excuſetur à culpa ea ratione, quia uſus
fuit agro ad uſum deſtinatum paſcendi. Et quod ſi quis poteſt mittere † 8
animalia ad paſcendum in agrum ad hoc deſtinatum, & facere impediatur
appoſita clauſura, quod clauſuram propria auctoritate removere poſſit,
probat Cravet.*in conſ.4.lib.1.* Et ſi unus ſocius claudat domum communem,
ne alter illuc ingrediatur, quod alter poſſit propria auctoritate domum ape-
rire & impedimentum removere, tradit Caſtr. *conſ.395. in cauſa, quæ vertitur*

n curia Domini locum tenentis, num.2.lib.2. Cravet.*d.conſ.4 n.10.lib.1.* & ſocius po-
teſt invito ſocio incidere ſylvam cæduam, Bald.*conſil.37.n.4.lib.5.* Jaſ.*in l. ſervi*
electione. §.1.n.18. Socin.*n.2.* Ripa *n.14 ff.de leg.1.* Surd. *conſ.43.n.17.lib.1.* Ac etiam
9 poteſt domum † communem ſolitam locari locare, Surd. late *conſil. 43.lib.1.*
non obſtante diſpoſitione, *l.Sabinus 28.ff.com.divid.* cui reſpondet ibidem ſub
n.15. & qualiter procedat, declarat etiam Gomeſ.*lib.2.reſolut.tit.de locat.ſub n.14.*
& de his latius videbimus ſuo loco.

10 Tertio impoſſibilitas † excuſat à culpa, *l.impoßibilium 185 ff.de reg.jur. l. cum*
quidam 17.§ ſi pupillo 2 ff.de uſur. Oldr. *conſil.242.tota præſens, colum.3. & conſil.307.*
quod quando.colum.2 Signorol *conſil.141.colum.2.circa fin.* Cravet. *conſil 319 num.15.*
lib.2.& conſ.362 num.2.lib.3. Menoch. *conſil.645 num.2.lib.7.* Et qui non potuit
prævidere & divinare quod de culpa argui non poſſit, tradit Dec.*conſil 115.*
colum 3.verſ tertio non obſtat.lib.1. Cravet. *conſil 685.in fin.lib 4.* Et de eo, qui fecit
11 quod potuit, quod non ſit in culpa † dicendum eſt, *l.utique 16. §. culpa 1.ff. de*
rei vendic.l.quemadmodum 29.§.ſi navis 2.ff.ad l.Aquil.l.ſi ut certo 5.§.plane 10.ff. com-
mod.l.arborib.12.§.navis. 1.ff.de uſufr. Roman.*conſ.395.col.2.* Decian. *conſil.64.colum.*
3.lib.1. Cravet.*conſ.319.n.16.verſ.quinto, lib.1.* Et excuſatur à culpa ille, qui non
12 † bene de nocte ob pluviam videre potuit, an eſſet bene tutus locus, in
quo reponebat merces, prout de die & pluvia ceſſante melius vidiſſet, De-
cian.*conſ.29.n.26.lib.1.* ubi etiam *n.27.* dicit, quod ſi ſolummodo duo loca ad-
ſunt, in quibus merces reponi poſſunt, ſi tutiorem locum eligat ille, qui
vult merces conſervare, de culpa redargui non poteſt. Et quemadmodum
13 † excuſatur à culpa, qui non facit, quod non poteſt, ita etiam excuſatur ſi
non facit id, quod facere non tenetur, *l.tutori 20.C.de neg. geſt.* Aret. *conſil. 111.*
colum.fin. Cum igitur. Ruin.*conſil.139.lib.4.* Cravet. *conſil.4.num.24.lib.1.& conſil.*
319.num.16.lib.2.& conſil.362.num.3.lib.3.& conſil.573.num.1.lib.4. Quarto non fa-
14 cienti culpa † non imputatur, ſi factum inutile fuiſſet, *l.& in totum, verſ. ita ſi*
ob id. ff rer.amot.l ſi alius 7.verſ.æque perituris, ff.quod vi aut clam. gl. *in l.ſi edia. ff. de*
evict Oldr.*in conſil.136.quod ex productu, colum. 2.* Bald. *conſil. 145. caſus talis eſt, in*
quodam inſtrumento, colum.4.lib.3. Caſtr. *in l.ſi ab hoſtib.10.§.ſi vir.1. ff. ſolut. matr. &*
in conſil.174. contra ſuperius conſulta. in fin. & in conſil. 322. Viſo puncto ſuprascripto &
dubiis, colum.2.& in conſil.425.ſuper primo quæſito, colum 2.& conſil. 471. Viſo ſupra-
ſcripto puncto.colum.1.lib.1. Socin.*in conſ.170.colum.6.verſ. accedit in propoſito, & conſil.*
178.colum.2.lib.2. Crav.*conſ.362.num.6.& conſil.366.numero 19.lib.3.& conſil 567. num.*
3.lib.4.& conſil.919.numero 15.lib.5. Rimin.jun.*conſil.210. numero 51. lib.2.* Et etiam
15 cum † eſt dubium, an factum eſſet utile, culpa non facienti non imputatur.
Bald. *conſil.145: caſus talis eſt in quodam inſtrumento.colum.4 lib.3.* Cravet. *conſil. 85.*
ſub numero 5.lib.1. ubi dicit hoc dictum ſingulare, & *in conſil. 531. numero 5. lib.3.*
ubi ponit dictum Senecæ: Quod dubites ne feceris, & *in conſil. 567. numero 3.*
in fin.lib.4. Rimin.jun.*conſil.481. numero 87.lib. 5.* Quinto ſocius ab altero ſocio
† qui-

Digitized by Google

† qui ſit in dolo de culpa repræhendi non poteſt, *l. ſi putatur 31. & l. item ſi* 16
obſtetrix. 9. in fin. ff. ad leg. Aquil. notatur *in l. viro atque uxori 39. ff ſolut. matr.* Caſtr.
in l. quæro. ff. de act. empt. Alexand. *conſil. 14. lib 5.* Cravet. *conſil 919. in fin. & conſil 928.*
num, 3. lib. 5. & qui eſt in graviori & pari culpa, alium de culpa repræhende-
re non poteſt, *l. cum pater 77. § libertis 27. ff. de leg. 2. l. in arenam 11. in fin. C. de inoffic.*
teſt. l. 2. §. idem ait. ff. ne quid in loco pub. l. qui bona. §. ſi quis de damn. infect. Cravet.
conſil. 362. numero 7. lib. 3. & conſil. 928. numero 9. lib. 5. & inter ſocios, ſi ſunt in pari
† culpa, admittitur compenſatio. *l plane ſi ambo 24. ff. pro ſoc. & l. ſi ambo 10. ff.* 17
de compen. gl. *in § fi. Inſt. de ſociet.* Alexand. *conſil. 47. num. 11 lib 1* Et ideo dicitur,
ſocium de leviſſima culpa non teneri, quia dicitur etiam in leviſſima culpa
alter ſocius, qui ſibi elegit ſocium parum diligentem, *l. ſocius ſocio, 72. ff. pro*
ſoc. § fin, Inſt. de ſociet. Bald. *in l, quæ fortuitis 6. num. 59. C. de pign. act.* Petr. de Ubald.
d. tract de duob. fratr. par. 7. num. 1. Rimin. jun. *conſil. 52. num. 148. lib. 1.* & qui culpæ
cauſam † dedit, culpam allegare non poteſt, *l. cum mandato, ff de neg. geſt. l. cum* 18
mulier. 47. in fin ff. ſol. matr. l. 1. § fin ſeu l. 2. & ibi Gl. fin ff. quando. act. de pecul. eſt an-
nal. l. 1. § ſi omnes, in fin. ff. de ventre inſpiciendo. Cuman. *conſ. 175. Dn. Andreola. colum.*
2. Caſtr. *conſil 307. Videtur quod non retineant. colum. 2. lib. 2.* Cravet. *conſil 362. num.*
8. lib. 3. & conſ. 919. num. 10. lib 5. & culpa ab eo objici non poteſt, qui ex ea † ſen- 19
tit commodum, *l. cum in fundo 78. § quod ſi mulier. 2. ff. de jur. dot. & l. ex qua per-*
ſona 149. ff. de reg jur. l. cæterum 31. & ibi Ang. ff. de rei vend l. ſi ſervus plurium, §. 1. ff de
leg. 1. Anchar. *conſil. 339. pro majori intelligentia, colum. 4.* Aretin. *in l. divortio in pr.*
colum. 4. verſ. & hoc maxime videtur dicendum, ff. ſol. matr. gl. *in l. ſed & ſi exceptio. ff. de*
evict. Bart. *conſil. 81. in fi. lib. 1.* Socin. *conſil. 200, num. 2. verſ. quinto confirmatur, lib. 2.* Fel.
in c. fi. num. 3. de præſcrip. Cravet *conſil. 969 num. 26. lib. 5.* Neque culpa allegari po-
teſt † in facto, ex quo nullum damnum reſultat. *l. ſi vehenda 10. § 1. ff. ad leg* 20
Rhod. de jact. l. ſi alius 7. §. eſt & alia 4. ff. quod vi aut clam. l. is qui 45. ff de act. & oblig.
Bart. *in l. ſi ut certo 5. §. interdum ff. commodat.* Caſtr. *conſil. 136. Viſis & conſideratis*
omnib. ſupra enumeratis, col. 2 lib. 1. Cravet. *conſil. 319. n. 17. verſ. undecimo, lib. 2. & conſil.*
366. n. 18. lib. 3. Sexto ille, qui eſt in prima † culpa, excuſatur, & ultima cul 22
pa attenditur, *l. ſi per emptorem 51. ff de act. empt.* Abb. *conſil. 3. colum 7. in fin. 7. quæſt.*
lib 2. Bald. *conſil. 53. Quadam D. Rivabella, col. 2. lib. 5.* & attenditur culpa proxi-
ma † & non remota, *l. ſocium 60. §. ſocius, 1. ff. pro ſoc. l. ſi mulier. ff. rer. amot.* gl. *in* 22
l. cum quis 31 ff. de dolo. & in l. 3. § ex plurib. in ver. nec enim, ff. de acq. poſſ. Et faciunt
ea, quæ dicuntur de cauſa proxima & remota, quod attenditur proxima &
non remota, late Tiraq. *in tract. ceſſante cauſa, limit. 20.* & quæ ibidem ab
eo dicuntur pro limitatione, quod aliquando etiam attendatur cauſa re-
mota, deſervire poſſunt ad probandum, quod etiam aliquando attendi-
tur cauſa remota. Septimo, ubi duæ culpæ † reperiuntur, quarum una 23
conſiſtat in faciendo, alia in omittendo, attenditur & prævalet illa quæ
in faciendo conſiſtit, Anchar. *conſil. 362, colum. 1.* & Cravet. *conſil. 8. numero 23.*

lib.1. Et quod inter culpam in agendo, & inter culpam in omittendo, non admittatur compenſatio, tradit Rim. jun. *conſ.285.n.114.lib.3.*

CAPUT XXIII.

Quæ ſint deducenda & probanda ad hoc, ut culpa noceat.

SUMMARIA.

1 *Culpa debet probari ab allegante.*

2 *Culpa in ſpecie articulari & probari debet, & non ſufficit, ſi factum ſit in genere.*

3 *Teſtes debent eſſe conteſtes.*

Debent reddere cauſam ſcientiæ, etiam non interrogati.

Actu probato non dicitur probata culpa, ubi actus à culpa ſeparatus eſſe poteſt.

4 *Culpa alicujus, quod quis cum eo habitare non poſſit, non dicitur probata, ſi teſtes dicant in domo fieri altercationes.*

5 *Culpa in non adhibente Medicum, non probatur, niſi teſtes dicant Medicum potuiſſe adhiberi.*

6 *Culpa non convertentis pecuniam in emptionem prædiorum non probatur, niſi dicant, quod prædia venalia reperiebantur.*

7 *Culpa in negotiorum geſtore non probatur ex eo ſolo, quod credita non exegerit, & pecunias ad cambium acceperit.*

8 *Culpa in non exigente pecunias non probatur, niſi probetur, quod facilis erat exactio.*

9 *Culpa in Judice non probatur, ſi non ſederit ad bancum Juris, niſi probato quod aliqui comparuerint pro juſtitia obtinenda.*

10 *Culpa non probatur in eo, qui ſecum procuratorem non conduxit, niſi probato, quod facultatem conducendi eum habuerit.*

11 *Culpa in non locante prædia non probatur, niſi conſtet habuiſſe facultatem locandi.*

12 *Creditori culpa etiam non imputatur, ſi non vendidit res pignoratas, niſi conſtet, quod aderant emptores.*

13 *Et ei, qui non adhibuit mercibus transvehendis aſſecuratorem, culpa imputari non poteſt, niſi conſtito quod aſſecurator reperiebatur.*

14 *Et ei, qui ſolvere tenetur certo loco & tempore, culpa imputari non poteſt, ſi non fuit probatum, quod erat in loco eo tempore, quo erat facienda ſolucio.*

15 *Culpa ejus, qui ſequeſtrationem frumenti non procuravit, non dicitur probata, niſi probato quod frumentum aderat.*

16 *Culpa, quod fuerit ordinata ad caſum, probari debet.*

17 Culpa

17 *Culpa quando dicatur ordinata ad caſum.*
Quando caſum præcedit, & niſi præceſſiſſet caſus, non eveniſſet.
18 *Quando caſus facilè prævideri poterat.*
19 *Quando principaliter reſpicit caſum.*
20 *Quando eſt cauſa proxima, ſecus ſi remota.*
21 *Niſi tamen qualibet culpa eſſet conſideranda.*
22 *Secus, ſi una tantum eſſet conſideranda.*
23 *Culpa in faciendo à dante operam rei illicita non attenditur, an fuerit ad caſum ordinata.*
24 *Etiam ſi damnum eveniat præter ejus intentionem.*
25 *Clericus efficitur irregularis, ſi incipiat rixam, & ejus conſanguinei occidunt rixantem ſecum.*
26 *Culpa tenetur ſocius faciens contra conventa, etiam ſi non ſit ordinata ad caſum.*
27 *Culpa tenetur faciens contra Domini voluntatem, etiam ſi non ſit ordinata ad caſum.*
28 *Idem in adminiſtratore.*
Et in cuſtode Caſtri.

CUlpa, ut dixi ſupra *c.21.n.31.* non præſumitur, ſed † ab allegante, ſive in agendo, ſive in excipiendo probari debet. Bar. *conſ. 193. commun. Lucignani.* Gl. & Dd. *in l.quoties 18.§.qui dolo 1.ff de probat.* Corn. *conſil 318. num.2. lib. 4.* Rot Genuen. *deciſ.8.num.9* Rimin.jun. *conſil.52.num.53.lib.1.& conſil.400.num.67. cum plurib.ſeqq. & conſil.462. numero 39. & 40.lib.4. & conſil.801.num.29.lib.7.* Et 1
primo ad hoc, ut culpa † noceat, debet ab allegante articulari & probari certa & determinata culpa in ſpecie, & non ſufficit allegare & probare culpam in genere, *l.Prætor 7.in princ.ff.de injur.* Bart. *dict.conſil.193.* Ang. Aretin. *conſil.3.* Ruin. *conſil.12. in princ. & conſil 93. numero 8.lib 5.* Dec. *conſil.430.numero 1. & conſ.562.n.11.lib.2.* Strach. *in tract.de Naut.part.4.n.1.* Sylvan. *conſ 46.n.6* Cravet. *conſil.151.n.11.lib.1. & conſ.525 num.8.lib.3* Menoch. *in tractat.de præſumpt lib 5.præſ. 3. n.137.* Maſcar. *in tractat.de probat.concl.467.n.25.* Rim jun. *conſ.52.n.18.lib.1.* Secundo, 2
teſtes ad probandum † culpam debent eſſe conteſtes, & non ſingulares, Cravet. *d.conſ.151.n.11.lib 1.* & etiam non interrogati cauſam ſcientiæ ſufficientem & concludentem reddere debent, Alex. *conſ.74.n.6.lib.6.* Cravet *conſ.525. num.9. lib.3.* Ubi enim actus à culpa ſeparatus eſſe poteſt, ex eo culpa non præſumitur, & ex actu probato non dicitur probata culpa, Bart *in l.ſi quis ex argentariis 6.§.penult.in fi ff.de eden* Ruin. *conſ 93 n.7.lib.5.* Rim.jun. *conſ.1.n.41.lib.1.* 3
Ideo culpa alicujus, quod † alter cum eo habitare non poſſit, non recte probatur ex eo, quod teſtes dicant in ipſa domo fieri altercationes & contentiones, ſed etiam neceſſe eſt, ut dicant, hujuſmodi altercationes eſſe potiſſimam cauſam, ut inſimul in eadem domo habitare non poſſint, Alex. *in conſil.100.num.2.in fin.lib.1.* Cravet. *conſil.151.num.16.lib.1.* Maſcard. *dict. concl. 467.* 4

5 *num.24.* Et culpa in eo, qui non adhibuit † Medicum pro curando infirmo, quem adhibere tenebatur, non probatur, niſi teſtes probent, quod potuit Medicum adhibere, & non adhibuit, qui in loco reperiebatur, Bart. & alii *in l ſi ab hoſtibus 10.§ fin.ff.ſolut matr. & in l.idemque 16. §.1.ff. pro ſoc.* Ruin.
6 *conſ. 93.num 7 lib.5.* Et culpa tutoris in non † convertendo pecunias pupillares in emptionem prædiorum non probatur, niſi probetur, quod prædia venalia reperiebantur, Bart. *in l.tutor qui repertorium 7.§. ſi poſt 3. ff. de admin.tut.* per text.*in §.penult.in auth.ut ſi qui oblig.probi hab.res minorum.* Ruin. *d.conſ 93.n.7. lib 5.*

7 Et culpam in negotiorum † geſtore non probati ex eo, quia ſimpliciter conſtaret eum pro debitis ſolvendis accepiſſe pecuniam ad cambium, & non exegiſſe credita à debitoribus, quia eſſe poterat, quod exactionem in tempore facere non potuiſſet, & quia poterat eſſe, quod magis expediret, pecuniam accipere ad cambium, late tradit Ruin. *d.conſ.93.lib 5.* Et de tutore, qui
8 non † exegit pecunias pupillares, quod non dicatur probata ejus culpa, niſi etiam probatum fuerit, quod exactio facilis fuerat, tradit Fulg. *in conſ.25.*
9 *ſpectabilis,in ultim.dubio.* Cravet. *conſ.531.n 4.lib.4.* Et de † Judice inculpato, quod non ſederit ad bancum horis debitis, quod non dicatur probata ejus culpa, niſi teſtes deponant, quod dicta hora aliqui comparuerint, qui pro juſtitia conſequenda inſtabant, tradit Ruinus *conſ.12.n.3. & 4 lib.5.* ubi & alia plura deducit ad demonſtrandum in illo Judice non fuiſſe probatam culpam.
10 Etiam Aret. † *in conſ.16.col 3.verſ.tertio dato.* dicit, quod culpa non dicitur probata in eo, qui ſecum procuratorem non conduxit, niſi fuerit probatum, quod habuerit facultatem conducendi idoneum procuratorem, Dec. *conſil.*
11 *430.n.1.lib.1.* Er de tutore, qui non † locavit prædia minorum, quod ejus culpa non dicatur probata, niſi probatum fuerit, quod locandi ea facultatem habuerit, tradit idem Aret. *conſil.31. in fin.* Cravet. *conſil.366. num. 12 lib 3.* De
12 creditore † etiam, cui à debitore fuerat mandatum, quod venderet margaritas ſibi pignoratas, ſi eas non vendidit, quod ejus culpa non dicatur probata, niſi etiam fuerit probatum, quod aderant emptores, qui eas emiſſent juſto pretio, tradit Deci. *conſil.562.num.12.* Cravetr. *conſil.366.ſub num.12.lib.3.* Et
13 de eo, qui † habuit mandatum emendi merces, & eas tranſmittendi, quod non dicatur probata ejus culpa, ſi pro mercibus tranſmittendis fecit contractum aſſecurationis, & in eo non appoſuit clauſulam, quod eſſent aſſecuratæ ſtrabalzando merces de navi onerata in aliam navem, uſque ad portum, niſi fuerit probatum, quod facile fuiſſet reperire aſſecuratores, qui cum dicta clauſula aſſecurationem feciſſent, tradit Dec. *in conſil. 430. quod ſupra pro veritate, lib. 2.* Ruin. in eadem cauſa *conſilio 65. libr. 5.* ubi vult ſufficere probare præſumptive, quod aſſecuratores reperiebantur cum dicta clauſula.

Et

Et ſi quis alicui † aliquid ſolvere teneatur certo loco & tempore, non 14
probatur ejus culpa ex non ſolutione facta, niſi etiam probetur, quod ille,
cui erat facienda ſolutio, fuerit dicto tempore in loco convento, & ſolutio-
ni deſtinato, Bartolus *in l. item illa 18. verſ. quæro pone. ff. de conſt. pec. & in l. conti-
nuus 37. §. cum ita 2. ff. de verb. oblig.* Alexand. *in conſil. 33. num. 8. libr. 6.* Dec. *conſil. 566.
num 4.*

Et quod non dicatur probata † culpa ejus, qui ſequeſtrationem frumenti 15
non procuraverit, cum probatum non eſſet frumentum adeſſe, tradit Crav.
conſ. 366. n. 12. lib. 3. Et iſta exempli gratia dixiſſe ſufficiat.

Tertio probari debet, quod † culpa fuerit ordinata ad caſum, & quod 16
caſus non eveniſſet, niſi culpa præceſſiſſet, *l non omne 38. ff. de ſtat. liber. l. is qui
45. ff. de action. & obligation. cap. quia diverſitatem, de conceſſ. præb.* Bart. *in l. 2. §. final. ff.
ſi quis caut. & in l. ſi ut certo 5. §. interdum, ff. commod.* Petr. de Ubaldis *in tractat. de
duob. fratrib. part. 8. ſub num. 28.* ubi ponit conſilium Bald. Caſtr. *in l. final. §. ſi ea
conditione, ff. ad leg. Rhod. de jact.* Dec. *in leg. contractus, in fin. & ibi Cagnol. numero 117.
ff. de regul. jur.* Cravet. *conſilio 8. numero 29. libro primo, & conſilio 247. ſub numero
ſexto, verſ ſexto, & conſil. 319. numero 19 verſ vigeſimo primo, lib. 2.* Decian. *conſil. 29.
numero 29. lib. 1.* Strach. *in tractat. de naut. part. 4. ſub numero 1. fol. mihi 139.* Menoch.
*in tractat. de præſumpt. lib. 5. præſumpt 3. in fin. & in conſilio 645. numero decimo tertio,
lib. 7* Surd. *conſilio 12. num. 20. lib. 1.* Et quod dicatur ordinata † ad caſum, 17
quando caſum præcedit, & niſi præceſſiſſet, caſus non eveniſſet, tradit
Bart. *in dict. l. ſi ut certo. §. interdum. ff. commodat.* Caſtr. *in d. l. fin §. ſi ea conditione,
ff. ad leg. Rhod. de jact.* Surd. *conſilio duodecimo, numero 64. libr. 1.* Et dicit Corn.
† *in conſilio 12. ſub numero 11. verſ. cum itaque. lib. 4.* quod culpa tunc dicitur or- 18
dinata ad caſum, quando facile prævideri poterat, ex tali culpa caſum
eventurum.

Recedit ab hac opinione † Cravett. *conſilio 247. col final. lib. 2.* & dicit, quod 19
tunc culpa dicitur ordinata ad caſum, quando principaliter reſpicit caſum,
*l. penultim. in fin. ff. de jur. dot l. fin. §. ſi ff. de his quæ in frau. cred. l. etiam 18. § 1 ff. ſolut.
matr.* & ad hoc iſta jura citat Dec. *in c. quæ in Eccleſiarum, col. penul. poſt med. de conſtit.*
Item dicit Cravetta, quod tunc † culpa dicitur ordinata ad caſum, quan- 20
do eſt cauſa proxima ipſius caſus, ſecus ſi remota, & ſecundum eum ita
ſentit Bellam. *conſ. 22. colum. 2.* Et quidem ſi duæ culpæ reperirentur, ad-
mitterem magis proximam eſſe attendendam, ut dixi *ſuperiori cap. numero 21.*
niſi tamen quælibet culpa † eſſet conſideranda, ut habetur in *l. ſi ſervus ſervum,* 21
27. §. ſi fornacarius 9. ff. ad leg Aquil. ubi tenetur non ſolum ille, qui ignem fornaci
ſubjecit, ſed etiam ille, qui negligenter cuſtodivit, ſi villa exuſta fuit, &
ita tradit Natt. *conſilio 79. numero ſexto, libr. primo.* Ubi vero una tantum † cul- 22
pa caſum præcedit, dico veram eſſe opinionem Bartoli *in dict. §. interdum,*
quod tunc dicatur culpa ordinata ad caſum, quando caſus non eveniſſet,

ſi culpa

ſi culpa non præceſſiſſet, & dico præſumi caſum eveniſſe propter præcedentem culpam, & ſi culpoſus vult aſſerere contrarium, id probare tenetur, Surdus *conſil.12.num.64.lib.1.*

23 Et quando culpa † committitur in faciendo per eum, qui dat operam rei illicitæ, tunc non attenditur, an fuerit ad caſum ordinata, *lege prima. §.divus,ff.de ſicar. l.ſi ita vulneratus 51 ff. ad leg. Aquil.leg.cum res 47.§. final.ff. de legat.1.& leg. quoniam multa 6. Codic. ad legem Julian. unde vi.* & procedit regula, qui cauſam damni dat, damnum dediſſe uidetur, *capitul. final. de injur. &*
24 *damno dato.* Et hoc eſt verum, etiam † ſi caſus & damna obveniant præter ejus intentionem, *l. verum 25. & leg. qui injuria 53. ff. de furtis*, ubi ille, qui effregit fores meretricis, ſeu alterius, cauſa libidinis ſeu injuriarum, non tenetur de furto pro rebus ab aliis amotis tamen tenetur ad damna & intereſſe, ita dicta jura declarando dicit Natt. *in dict. conſil. 79. numero 6. lib. 1.* citando gloſſ. *in c. final. de reg. jur. in 6.*& Bart. & Ang. *in dict. l. verum.* & ad propoſitum adducitur opinio Joan. And. *in c. Petrus, de homicidio*, ubi tenet,
25 quod † Clericus efficiatur irregularis, ſi incipiat rixam, & ejus amici & conſanguinei occidant rixantem ſecum, & hanc opinionem refert etiam Oſaſch, *deciſ.104.numero quarto.* & Surd. *dicto conſilio duodecimo, numero 60. libr.1.*

26 Inſuper prædicta procedunt, quod quis † teneatur de culpa præcedenti caſum, etiam circa obvenientia præter ejus intentionem, quando etiam ſocius non daret operam rei illicitæ, ſed faceret contra conventa, & non habet locum diſtinctio, an culpa eſſet vel non eſſet ordinata ad caſum, & hoc
27 procedit etiam, quando quis facit † aliquid contra domini voluntatem, Surd. *d.conſ.12.n.67.& 68.lib.1.* & hoc probari dicitur per text. *in l. item quæritur 13.§.1.ff.locat.* ubi dicitur, quod navicularius, qui cum haberet navim, quæ oſtium fluminis ingredi non poterat, merces immiſit in aliam navim, quæ periit, non tenetur, niſi culpa intervenerit, & tamen tenetur, ſi invito domino hoc fecit. Et ipſe in caſu ſuo probat, quendam teneri ad pretium mercium, & ad omnia damna & intereſſe, ex eo quia non portavit merces per viam conventam, ſed per aliam viam, & perierunt incurſu latronum, & ad ſuam opinionem comprobandam adducit etiam text. *in l. videamus 11.§.1. & §.fin.ff.locat.* ubi *in §. 1.* habetur, quod ſi conductor ignem habuit contra pactum, tenetur de incendio etiam fortuito caſu admiſſo, & *in §. fin.* habetur, quod ſi ex pacto non licebat conductori tenere in Villa fœnum, tenebitur de incendio cauſato à ſerva, quia ipſe cauſam præbuit fœnum inferendo contra legem contractus. Et adducit text. *in l. fin §.ſi ea conditione. ff.ad leg. Rhod.de jact.* ubi nauta, qui convenerat merces in certa navi conducere, eas in deteriorem tranſtulit, quæ deinde cum mercibus periit, & tenetur, quia culpa præcedit caſum, *ut gl.* ibi dicit.

Et

Et prædicta comprobantur ex † traditis à Rim. jun. *in conſ.52.num.146.& 147.* ubi agendo de quodam adminiſtratore, cujus negligentia ſegetes nimis aridæ male tractatæ fuerunt à meſſoribus, dicit non obſtare, quod quidam teſtes dicerent frumenti abuſum eveniſſe contra voluntatem adminiſtratoris, ſive ſine ejus conſenſu, quia utcunque fuerit, cum culpa fuerit per eum admiſſa, teneri deberet de eo, quod evenit etiam præter ejus propoſitum, & citat *d.l.qui occiderit 30 §.in hac quoque 3.ff.ad leg.Aquil.& d.l.quoniam multa 6.C.ad leg Jul.de vi.* & Natt. *dict.conſ.79.num.7.lib.*1.quo in loco Natta agit de quodam domino & cuſtode Caſtri, qui ex mandato regio milites in Caſtrum admiſit, inter quos aderat unus, qui erat inimicus aliorum condominorum Caſtri, qui ob inimicitiam multa damna intulit cæteris condominis, & vult, quod cuſtos præfatus ad damna cæteris condominis teneatur, licet evenerint præter ejus intentionem, & ex cauſa inimicitiæ. 28

CAPUT XXIV.

De Intereſſe.

SUMMARIA.

1 *Intereſſe, res, rerum æſtimatio & expenſæ ſunt diverſa.*
Intereſſe à ſocio alteri ſocio præſtatur.
2 *Intereſſe quid ſit.*
3 *Intereſſe duplex, damni & lucri, & quid ſit intereſſe damni.*
4 *Intereſſe lucri quid ſit.*
5 *Socius tenetur ad utrumque intereſſe, ob dolum & culpam.*
6 *Mora qualiter committatur.*
Socius tenetur ad intereſſe etiam in conſcientia.
7 *Intereſſe ceſſante mora non debetur, & probari debet.*
8 *Mora contrahitur per lapſum diei.*
9 *Et per interpellationem etiam extrajudicialem, etiam in actionibus ſtricti juris.*
Actiones omnes hodie de jure Canonico ſunt bonæ fidei.
Societas eſt contractus bonæ fidei.
Interpellatio extrajudicialis ſufficit in ſocietate officii.
10 *Mora an contrahatur ſtatim elapſo tempore appoſito in ſocietate.*
11 *Dies tacita ſicut expreſſa interpellat & conſtituit in mora, & n.12.*
12 *Mora quod non contrahatur abſque interpellatione, ſtatim tranſacto tempore appoſito in ſocietate,*

14 *Dies appoſita cauſa finiendæ obligationis non habet vim interpellationis,* & num.16. & 20.
15 *Iuramentum conſtituit in mora.*
17 *Dies incerta non conſtituit in mora.*
18 *Dies tacita & dies incerta differunt, &* n.19.
21 *Caſtren. & Petr. de Ubald. declarantur, &* n.22.
23 *Gabr.* in conſ.78. in fin. lib.1. *declaratur.*
24 *Hæres ignorans temporis lapſum in mora conſtituit ſecundum aliquos.*
25 *Contrarium tenent alii.*
26 *Prima opinio placet auctori.*
27 *Intellectus* l. ſocium 60. ff. pro ſoc. *&* n.34. & n.61.
28 *Hæredi ignoranti temporis lapſum datur reſtitutio.*
29 *Hæres in mora conſtituitur, etiamſi fecerit inventarium.*
30 *Mora non committitur ante liquidationem.*
31 *Fallit, ſi liquidatio eſt facienda à debitore, &* n.32.
33 *Capitale & lucrum adeſſe præſumuntur in ſocietate.*
35 *A mora qualiter quis ſe excuſare poſſit, remiſſivè.*
36 *Intereſſe damni ut debeatur, damnum probari debet.*
37 *Intereſſe lucri ut debeatur, quæ ſint probanda,* & num.38.39.41.42.43.
Probatio à communiter accidentibus dicitur concludens, & n.44.
38 *Qualitas requiſita ad actum adeſſe debet tempore actus.*
39 *Solitus negotiari quis non dicitur ex unico actu.*
40 *Genuenſis eſt; ergo mercator: procedit etiam in mulieribus.*
45 *Probatio ſumpta à communiter accidentibus magis remotis eſt minus concludens, ſumpta à communiter accidentibus minus remotis eſt magis concludens neutra tamen eſt concludens, &* n.46.
47 *Probatio à communiter accidentibus minus remotis admittitur ad probandum intereſſe lucri ceſſantis.*
48 *Cautela ad probandum intereſſe lucri ceſſantis.*
49 *Diſtinguitur, qualiter arbitrio Iudicis intereſſe ſit præſtandum, &* numero 50. 51. 52.
53 *Intereſſe ut probetur, non conceditur juramentum ſuppletivum.*
54 *Conceditur ad probandum quantitatem, probata lucri potentia.*
55 *Intereſſe debetur non ſolum pro primo, ſed etiam pro aliis annis.*
56 *Intereſſe de intereſſe non debetur, &* n.59. & 60.
Intereſſe de intereſſe Genuæ deberi de conſuetudine.
57 *Intereſſe debetur ſecundum conſuetudinem regionis.*
58 *Intereſſe damni debetur de intereſſe.*
62 *Pactum de præſtando intereſſe poſt moram non expreſſa certa quantitate valet.*
63 *Et dicitur promittere quis ita paciſcendo quantitatem, quæ probabitur.*

64 *Pactum de præſtanda certa quantitate valet, ſi intereſſe ſit veriſimile, &* numero 65.

66 *Contraria opinio communis eſt, & tutior pro anima, &* n. 69.

67 *Intereſſe certa quantitas in cambiis taxari non poteſt.*

68 *Taxatio lucri in certa quantitate fieri poteſt.*

69 *Taxatio in certa quantitate inter venditorem & emptorem ratione fructuum fieri poteſt.*

70 *Taxatio lucri in certa quantitate quod valeat in vim probationis, quomodo procedat, &* num. 71.

72 *Pactum de ſtando aſſertioni creditoris cum juramento ſuper intereſſe valet.*

73 *Pactum iſtud ante factam declarationem non poteſt revocari.*

74 *Fallit mutata conditione creditoris, ut quia factus ſit perjurus.*

75 *Pactum iſtud non procedit in hærede creditoris.*

76 *Et non procedit, ſi declaratio ſit ſine juramento.*

Sed contrarium eſt verius, quod non requiratur juramentum, ſi non fuit dictum.

77 *Intellectus* l. Theopompus. ff. de dot. præleg.

78 *Pactum præfatum non procedit in tutore.*

79 *Non procedit etiam, quando adeſſet timor uſurarum.*

80 *Et ſi debitor doceret de quantitate intereſſe per veras probationes.*

81 *Et ſi creditor excedat modum in taxando recurritur ad Judicem.*

REs ipſæ, rerum æſtimatio, intereſſe † & expenſæ ſunt diverſa, ut per 1
Alex. *in conſil. 168. lib. 2.* Ideo, quia ultra res ſeu rerum æſtimationem
ſtante dolo ſeu culpa ſocius tenetur alteri ſocio etiam ad intereſſe, *leg. ſocium 60. ff. pro ſocio.* ubi gloſſa & Bartolus, & cæteri, & *leg. 1. §. ultim. ff. de uſuris, l. ſi unus 67. §. ſi quid unus 2. ff. pro ſoc.* & tradit Aretin. *in conſil. 156. numero 5. & 6.* ubi dicit, quod *in dict. l. ſocium,* notabiliter declaratur, quod intereſſe à ſocio præſtatur non ſub ratione uſurarum, ſed ſub ratione intereſſe; ideo videndum eſt modo juſta ratione, quid ſit intereſſe, & quotuplex ſit, ad
quod intereſſe ſocius teneatur, & quomodo probetur? Intereſſe eſt † dam- 2
num emergens vel lucrum ceſſans propter factum vel omiſſum, quod fieri vel omitti non debuit, gloſſ. communiter approbata *in l. unica in ver. poßibile, Codic. de ſent. quæ pro eo quod intereſt profer.* Alexand. *d. conſil. 156. n. 4. lib. 2.* Gabr. *conſil. 26. num. 25. lib. 1.* Navar. *in manual. c. 17. num. 211. & in tract. de uſur. not. 15. numero 40.* Graſ. *in ſuis deciſ. aureis par. 1. lib. 2. c. 105. num. 2.* Et intereſſe eſt
duplex, damni † emergentis & lucri ceſſantis. Intereſſe damni emergentis 3
eſt detrimentum, quod patitur creditor cauſa debitoris, ut quia pecunia carens res ſuas vilius vendere cogitur, ut ſatisfaciat ſuis creditoribus, vel ſi ædes mentes reficere pecunia carens non potuit, gl. *in c. cum allegas, in fin. & ibi*

Bal.in penult.col.de uſur.Innoc.in c.1.de uſur,Alex.in conſil.221. numero 3. libro 2. & in conſilio 141.n.3.lib.5. Ruin.in conſ.104.col.1.lib.4. Socinus conſilio 176. colum.penult. libr.3.Sotus libr 6.de juſt. & jur.quæſtion.1. articul.3.colum.1. Navar. in manual.c.17. n.211.& in tract.de uſur.not.15.n.4.Lupus in tract.de uſur.commen.1.§.6.n.102.Graf.d. c.105.num.6.

4 Intereſſe † lucri ceſſantis eſt amiſſio lucri facta à creditore ob pecuniam
ſibi debitam & non ſolutam à debitore debito tempore, Doctores in dict.l.
unica.Codic ſentent quæ pro eo quod inte.prof.Abb.in conſ.85.columm. 2.libr.2. Roman.
conſ.517.num.4.Ruin.conſilio 55.colum.2.lib.2.& conſ.49.col.2.lib.5. Dec. in c. cum ve-
nerabilis, num.59 de except.Gabr.in ſuis com.concl.tit. de ſolut. concl.10. Thobias conſil.
82.num 8 Gabr. conſil 26.num.3 lib.1. Navar. d.c.17.num.211.& d.not. 15.num.41. &
Graſ.d.cap.105.num.7. Lupus d.comment.1.§.6.num.104. Et tenetur ſocius ob ejus
5 dolum † & culpam alteri ſocio ad utrumque intereſſe, & damni & lucri,
6 Aret. in conſ.156.num 6.ubi docte more ſuo conſiderat, quod † mora commit-
titur per contra factum, per male ſeu illicite factum, & per non factum, &
vult, quod ſemper ſocius teneatur ad intereſſe damni & lucri, quia ita fieri
poſſe de jure Canonico communiter concludunt Dd.in c navigant.& in c.con-
queſtus, de uſur. & de jure civili habetur in l.2.§.fin.ff.de eo quod cert.loco. Et quod
tam intereſſe damni, quam intereſſe lucri, tam de novo quam de priſco jure
civili, peti poſſit, tradit Lupus in dict.commen.1. §.6. num 103. cum plur. ſeqq. Et
utrumque peti poſſe in conſcientia, tenent etiam Theologi, ut per Navar.
dict.not.15.num.42.& dict.cap 17.ſub num.211. & hoc nullam habet difficultatem.
7 Circa vero † probationem faciendam de intereſſe imprimis notandum eſt,
ut conſiderat Aret. dict.conſ. 156. num. 6.ad hoc, ut intereſſe tam lucri quam
damni debeatur, docendum eſſe, moram præceſſiſſe, quia non docto de
mora, cæteræ probationes nullius eſſent efficaciæ dict.l.ſocium 60.ff. pro ſoc.l.
2.§.ſi navis.ff.ad leg. Rhod.de jact.l lecta.40.ff.ſi cert. pet. gl. in c. conqueſtus, de uſur.
Dd. in l.in inſulam, ff.de verb.oblig. & in dict.l.uni. ca. C. de ſent. quæ pro eo quod int.
Gabr.d.tit.de ſolut.concl.10.num 6.Cagnol.in l.curabit 5.num.53.C.de act.empt.Covar.
lib.3.var.reſol.cap.4.num.2.Cravet, conſ.87.num.5.lib.1. Lupus d. comment.1. §.6.num.
109.Navar d.cap.17.ſub num. 211.& d.not. 15. num. 42. Maſcar. in tract. de probat.
concl.933.num.34. ubi citat Rot.Roman. ita tenuiſſe, ut per Moedan.deciſ.205.
quam citat etiam Burſat. conſil 68.num.1. & ſub num.208.lib.1. Rim. jun. conſ 52.
numero 54.lib.1. & idem Maſcard in concl. 1048 ubi late ponit, qualiter mora
8 probetur. Et ubi conſtaret de lapſu diei, in † quo erat faciendum, & con-
ſtaret etiam de interpellatione etiam extrajudiciali diceretur contracta &
probata mora, l.ſi pœnum 24 ff.quan. dies leg. cedit. l. qui Romæ 122. §. cohæredes 3.
& ibi Dd ff. de verb. oblig. gloſſ in l. vinum 22. in ver. cum petitum, ff. ſi cert. pet.
communiter recepta ibidem per Doctores, Rimin.jun. conſil.89.numero 16. Et
quamvis Alciat. in d. l. vinum, & Gomeſ.in §. actionum, numero 19. Inſtit. de act.

ſcripſerint,

ſcripſerint, in actionibus bonæ fidei ſufficere extrajudicialem † interpel- 9
lationem, ſecus vero in actionibus ſtricti juris: tamen non eſt recedendum
à communi opinione, quæ procedit etiam in actionibus ſtricti juris, ut di-
cit Maſcard. *dict. concl 933. numero 35*. Et quia hodie de jure Canonico omnes
actiones ſunt bonæ fidei, Dd. *in c. venerabilis, de except.* & omni jure inſpe-
cto ſocietas eſt bonæ fidei, *§. actionum autem, Inſt. de act. l. rei communis 45. & l.
cum duobus 52. §. venit. ff. pro ſoc.* abſque difficultate procedit in ea ſufficere ex-
trajudicialem interpellationem ad introducendam & probandam moram,
& eam ſufficere in ſocietate officii, tradit Caſtracan. *in tract. de ſociet. offic. 45.
in fin.*

Quod vero dicitur de mora † inducenda & probanda per lapſum diei, 10
licet veriſſimum ſit in contractu ſocietatis, tamen difficultas verſatur in
cognoſcendo, quando dies labi dicatur, per cujus lapſum ſocius in mora
conſtitutus dicatur, tam ratione ſortis principalis, quam etiam lucri, ut-
puta, ſi ſocietas ſit contracta duratura per quinquennium, utrum ſtatim
quinquennio tranſacto, ſi ſocius non reſtituat capitale & lucrum, in mora
conſtitutus dicatur? Petrus de Ubaldis *in tractat. de duobus fratrib. part. 3. ſub
numero trigeſimo nono, verſ. tertio caſu. in fin.* & Caſtr. *in conſilio 415. Iſta fuit ſocie-
tas, ſub numero ſecundo libr. prim.* dicunt, quod ſi ſocietas eſt contracta ad tem-
pus, quod tempus interpellat ſocios ad diviſionem, & ponit eos in mora
ſine interpellatione hominis, per textum *in l. magnam 12. Codic. de contr. ſtipul.* &
ita videtur tenere, quod ſocius ſit in mora finita ſocietate ob temporis con-
venti lapſum, ſi non reſtituat ſortem & lucrum abſque alia interpellatio-
ne. Ita etiam videtur tenere Gabr. *in conſilio 78, in fin. lib. 1.* dum loquendo
de ſocietate officii dicit, quod ſi ſocietas finitur ex parte officialis, ſtatim
conſtituitur in mora, propter ſcientiam diſſolutionis, *l. cuivis, ff. de uſur.* ubi
Salic. & tenetur ad intereſſe, ſed ſi diſſolvitur ex parte dantis pecuniam,
officialis non tenetur ad intereſſe, ſi id ignorat, quia ei imputari non po-
teſt, cur ſortem non reſtituerit. Et pro iſta opinione facit, quod † dicitur 11
de die tacita, nempe quod interpellat, & in mora conſtituat, ſicut ex-
preſſa. Alexand. *conſilio 74. numero 11. libro 5.* & faciunt tradita per Bart. &
Ang. *in leg. cum ſtipulatus ſim mihi à Proculo 13. ff. de verbor. obligat.* ubi dicunt,
quod ſi quis promittat dare centum uſque ad Paſcha, & ab eo die ad pe-
titionem creditoris adveniente paſchate, ſi debitor non ſolvat, eſt in
mora abſque alia interpellatione. Et facit quod dicit † Bald. *in l. fin. §. 12
præterea, Codic. de jur. dot.* quod ſi ex forma Statuti debitores frumenti pro-
pter carentiam non poſſint exigi infra annum, ſed poſt annum, elapſo
anno, abſque alia interpellatione debitor eſt in mora, & prædicta refert
& ſequitur Alexand. *in conſilio 157. numero 4. & 5. libr. 6.* Socinus *conſilio 288.
num. 28. libr. 2.* ubi dicit, Bart. & Ang. opinionem communiter approbari,

& eam comprobat aliis auctoritatibus, & hanc opinionem ſequitur etiam Caſtrac. *in tract. de ſociet. off. cap. 45. n. 5.*

13 Contrariam opinionem, quod † ſocius per lapſum quinquennii non dicatur conſtitutus in mora ſine interpellatione, tenent Decian. & Menochius, qui in eadem cauſa conſulverunt. Ille *in conſil. 60. ſub num. 36. & ſub n. 43. lib. 2.* & iſte *in conſil. 121. ſub num. 77. & num. 81. & num. 107. libr. 2.* & pro eorum opinione citant Dec. *in conſ. 2. n. 3. lib. 1. & in conſ. 516. n. 21. lib. 2.* & Ruin. *in conſ. 12. n. 7. lib. 5.* & Alex. *in conſ. 132. num. decimo, libro 5.* qui ſecundum eos vere loquitur de reſtitutione capitalis.

Et iſta opinio verior eſt, & ſequenda, quia tempus quinquennii non dicitur appoſitum ſolutioni faciendæ de lucro & capitali, ſed dicitur appoſitum ipſi contractui ad eum terminandum, & ad declarandum, pro quo tempore durare debeat, & non eſt bona conſequentia dicere; expleto contractu ſtatim ſocium in mora conſtitui, quia videmus, quod in cæteris contractibus, ſtatim eis expletis, ſi debitor non ſolvat, non per hoc ſtatim debitor in mora conſtituitur, ſed requiritur interpellatio, ſeu quod dies ſolutionis faciendæ fuerit appoſitus, *l. ſi pœnam 24. ff. quan. dies leg. ced.*
14 *& l. magnam, 12. Cedic. de contr. ſtipul.* Et quod dies appoſita † cauſa finiendæ obligationis non habbeat vim interpellationis, eſt text. *in l. ex empto 11. §. denique ad Minutium 15. ff de act. empt.* gloſſ. *in c. uni. in fin.* *An ille qui int. fratr. dom.* Ang. *in l. ſi inſulam, in 8. limit. & ibi Imol. colum. 14. verſ. item adverte. de ver. oblig.* Jaſ. *in l. ſi ex legati cauſa 23. colum. 4. limit. 2. ff. de ver. obl.* Socin. *reg 90. in 2 fal.* Gabr.
15 *tit. de ſolut. concl. 9. numero 15.* Et ſi ſtatim † expleto contractu debitor non adimplens promiſſionem in mora conſtitutus diceretur, in vanum Dd. quærerent, an ſtante juramento ſtatim debitor non adimplens promiſſa incidat in moram, quia ſi moroſus fieret, ſtatim expleto contractu, juramento ad hoc faciendum opus non eſſet. Cum igitur Dd. admittant, vigore juramenti debitorem in mora conſtitui, ut per Seraf. *in tractat. de privileg. jur. privileg. 47.* merito dicendum eſt, ex ſolo contractu expleto debitorem in mora non conſtitui. Non obſtant ea, quæ ſupra in contrarium adducta fuerunt, & primo non obſtat, quod dies tacita conſtituat in mora ſicut expreſſa. Quia aut dicere debemus, quod conſtituat
16 in mora, quando † eſt adjecta ſolutioni, & non ad terminandum obligationem, prout proprie loquitur Alexand. *in dict. conſil. 74. numero 11. lib. 5.* de die, quæ tacite intelligitur appoſita à lege ſolutioni dotis, ſecundum gloſſ. *in l. ſi mora. ff. ſolut. matrimon.* Aut dicere debemus, quod dies incerta
17 non conſtituit in † mora, ut tenent Dd. magis communiter, ut per Gabr. *dict. tit. de ſolut. concl. 9. num. 32. uſque ad 35.* & per Maſcard. *in tract. de probat. concl. 1065. numero 21.* Sed magis placet prima reſponſio, quia eſt differentia inter
18 diem tacitam & incertam. Nam dies tacita & ſubrecollecta † à lege licet ſit

ſit tacita, tamen eſt certa. Dies vero incerta ideo eſt incerta, qui ignoratur, quando ſit ventura, ut patet in exemplo, quod adducitur per Doctores de eo, qui promiſit facere aliquem conſentire, quando erit legitimæ ætatis, quod non conſtituitur in mora, niſi fuerit interpellatus. Nam conſiderant, quod dies legitimæ ætatis ſit incerta, quia ignoratur, an & quando ſit ventura, ut per Baldum *in dict. leg. magnam 12.* & alios relatos à Gabr. & à Maſcard. *in locis præfatis*. Sed non † ignoratur, quando † ſit ventura dies, quæ ſolutio- 19
ni adjicitur, ſive tacite ſive expreſſe, & hoc comprobatur authoritate Socin. *in conſilio 228. ſub numero 27. libr. 2.* dum tenet, quod ſi quis promittit facere aliquem conſentire poſt menſem, poſtquam erit legitimæ ætatis, quod tranſacto menſe erit ſtatim conſtitutus in mora, quia dies poſt menſem eſt certa, licet ſit incerta dies legitimæ ætatis, & Socin. refert Gabr. *dict. concl. 9. num. 35.* & Maſcard. *de concl. 1065. num. 21. in fin.* & eam ſequuntur, licet dicant de ea dubitare Purpur. *in l. vinum. col 4. ſi cert. pet.*

Secundo non obſtant, † tradita à Bart & Ang. *in d. l. ſi ſtipulatus*, & tradi- 20
ta à Bald. *in dict. l. fin. §. præterea*, quia ipſi loquuntur de tempore adjecto ſolutioni, & nos, ut dixi, agimus de tempore adjecto ipſi contractui ad eum terminandum quouſque durare debeat, quo tranſacto in mora debitor non conſtituitur, *dict. l. ex empto 11. §. denique ſive. §. Caſſius, ff. de act. empt.* Tertio † non obſtant tradita à Caſtr. *in dict. conſil. 4 5. numero 2. in fin. lib. 1.* & 21
tradita à Petrus de Ubald. *dict. part. 3 ſub numero 39. verſ. 3. caſu.* quia ſunt ipſi intelligendi ſecundum legem, quam allegant. Et quia allegant *d. l. magnam, C. de contr. ſtipul.* cum dicta lex intelligatur de die certa appoſita ſolutioni, ſit & ipſi erunt intelligendi, quod eorum dicta procedant, quando tempus non ſolum fuit appoſitum contractui, ſed etiam reſtitutioni ſortis lucri, nempe quod durare deberet ſocietas per quinquennium, & quod ſtatim finito quinquennio teneretur ſocius reddere rationem, & reliqua reſtituere.

Vel dicendum eſt, eorum dicta non † obſtare, quia tantum loquuntur 22
de diſſolutione ſocietatis, nempe quod intelligatur diſſoluta tranſacto termino abſque alia interpellatione, & quod nihil dicant de reſtitutione capitalis, & an debitor ſit in mora, ſi eum non reſtituat, & ita eos loqui intelligit Decian. *dict. conſil. 60. numero 36.* & Menoch. *dict. conſil. 121. numero 77. libro 2.*

Quarto & ultimo non obſtant † tradita à Gabr. *d. conſ. 78. in fin. lib. 1.* quia ei 23
reſpondet Menoch. *in d. conſ. 121. n. 107. & 108.* & dicit, quod loquitur, aut quando debitor ſcit ſe teneri reſtituere ob id, quod dies fuit appoſita reſtitutioni, & quod tunc recte loquitur, quia tunc dies interpellat pro homine, *dict. l. magnam*, aut loquitur, quando dies non fuit appoſita, & quod male loquitur. Eſt igitur veriſſima opinio per lapſum quinquennii ſocium

immora

in mora non conſtitui, niſi fuerit dictum, quod etiam finita ſocietate per quinquennii lapſum ſocius teneretur reddere rationem & reliqua, & niſi fuiſſet in ſocietate appoſitum juramentum.

Et quatenus per lapſum temporis appoſiti ſolutioni debitor conſtitui-
24 tur in † mora, ampliatur, ut procedat etiam in ejus hærede, ſecundum Natt. *in conſil. 226. numero 4. lib. 1.* ubi dicit, quod dies appoſita ſolutioni collectarum conſtituit in mora, etiam hæredem debitoris ignorantem, citat text. *in l. ad diem 77. ff. de verbor. obligatio.* & Bald. *in l. vinum 22. colum. antepen. verſ. nunc*
25 *formo libellum, ff. ſi cert. pet.* Sed quod hæres ignorans ſocietatem † diſſolutam, & ignorans obligationem defuncti, non conſtituatur in mora per lapſum diei, tenet Gabr. *dict. concl. 9. numero 25.* & Menoch. *de arb. jud. caſu 250. num. 51.* Honded. *conſil. 50. num. 26. lib. 1.* contra Nattam tenet Caſtracan. *in dict. tract. de ſociet. offic. c. 45. num. 60. & ſeq.* & plura adducit ad probandum, quod data probabili ignorantia in hærede, mora in eo cadere non poſſit, & citat text. in *d. l. ſocium 60. ff. pro ſoc.* ubi venit intereſſe contra ſocium, ſed non
26 contra ejus hæredem. Sed mihi Nattæ opinio † vera videtur, per text. *in d. l. ad diem.* ubi diſponitur, quod die adveniente committatur pœna, etiam adhuc hæreditate non adita & ea jacente. Si enim committitur contra hæreditatem jacentem, in qua ſcientia conſiderari non poteſt; ergo neque etiam
27 ſcientia & ignorantia in hærede conſiderari debet. Et non obſtat textus † *in dict. l. ſocium,* quia ibi agitur de lucro ſocietatis, & ideo non tenetur hæres, quia morte ſocii ſolvitur ſocietas, & ab hærede amplius lucrum de ſocietate jam diſſoluta non debetur: non enim ibi conſideratur hæredis ignorantia, ſed quare hæres non teneatur, ponitur in text. in illis verbis: *quia morte ſocii dirimitur ſocietas,* & ita declarat ibi gloſſ. *in ver. nullam talem,* & ita tenent
28 † Dec & Purpur. *in l. vinum 22. col. 4. ff. ſi cert. pet.* tamen admittunt, hæredem juvari reſtit. in integrum.

29 Et hoc verum eſſe dicas † etiam in hærede cum beneficio legis & inventarii. Et ſi enim Burſat *conſil. 453. numero 32. libr. 4.* & Caſtrac. *d. cap. 45. num. 13. in fin.* dicant quod non ſolum per lapſum diei, ſed etiam per interpellationem, hæres non conſtituatur in mora ante factam liquidationem, quod hæreditas ſit ſolvendo, & citent Cravet. *conſil. 89. num. 5. libr. 1.* tamen ipſi decipiuntur, quia Cravetta non dicit, quod ſit expectanda liquidatio ad conſtituendum in mora hæredem per interpellationem, ſed docet, quod conſtituatur in mora ad hoc, ut poſſint legatarii percipere fructus pro alimentis de re pignorata, & ratio conſiderata à Cravett. quod mora non committatur non facta prius liquidatione, non excuſat hæredem, quia
30 pro parte creditoris nihil eſt l.quidandum, ſed liquidatio † fieri debet pro parte debitoris. Et licet dici ſoleat, ante liquidationem moram non committi, Bald. *in l. acceptam, 19. colum. 3. in 6. oppoſit. C. de uſur. & in conſil. 461.* ſuper

primo

primo puncto dicendum eſt, quod ſubſtitutio *circa ſi libr. 2.* Socinus *conſil 109. col. 3. verſ. confirmatur hæc pars, lib. 1.* Iaſ. *in l ſi ita ſtipulatus eſſem. in 4. not. ff de ver. oblig.* Dec. *conſ. 2. colum. 3. verſ. ſecundo, lib. 1.* Menoch *dict. conſil. 121. ſub num. 109.* & Decian. *d. conſ. 60. ſub num. 43.* Hond. *conſ 50 num 24 lib. 1.* tamen dicta † opinio non procedit ſimpliciter & obſolute, ſed tunc demum, quando debitum non eſt liquidum ex qualitate & natura negotii; ſecus vero quando non eſt liquidum ex facto debitoris. Quia ſi ex facto debitoris liquidatio poſſet differri, via malitiis aperiretur, quod non eſt faciendum, *l cum ii 8. § ſed cum lis, ff. de tranſact. l. in fundo 38. ff. de rei vend.* ita opinionem præfatam procedere declarat Rot. Genuen. *deciſ. 118. num. 3.* Et conſideratur etiam mora in non redditione † rationis, quando, prout præſupponimus, fuit conventum, quod ſocius in fine quinquennii teneretur reddere rationem, & reliqua reſtituere. Et poteſt † dici, quod eo magis ſit in culpa, & in mora ſocius, ſi non reddat rationem, & ſic non faciat liquidationem, quia contra eum præſumitur non ſolum, quod habeat capitale poſitum, ſed etiam quod habeat lucrum, Socinus *in conſil 24. num. 40. & 41. lib. 1.* Berous *conſil. 191. num. 48 lib. 1.* Rot. Genuen. *deciſ 173. num. 11.* & dixi ſupra *cap. 20 num. 12.* Et ita vidimus, quod ſi ſocius † non tradat alteri ſocio lucrum factum in ſocietate, dicitur eſſe in mora, ut eſt textus *in dict. l. ſocium 72 ff pro ſoc.* & ibi nullum verbum habetur, quod prius eſſet ratio ſocietatis revidenda, ſed tantum diſponitur, quod ſi moram committat ſocius in reddendo lucrum, aut eo utatur, teneatur ad intereſſe. Qualiter quis ſe à mora † excuſare poſſit, multa traduntur per Gabr. *d. concl. 9.* & per Gigan. *in tractat. de penſio. q. 77.* & per Seraf. *in tract. de privil. jur. privil. 47.* Marcus Ant. Blanc. *in tract. de mora.* & Maſcard *d. concl. 1065.* & per Menoch. *de arb. jud. caſu 220.* & quia non intendo hic omnia, quæ de mora dici poſſunt, cumulare, ideo ad tradita ibi per eos te remitto. 31 32 33 34 35

36 Secundo principaliter ultra moram † ſocius, qui intereſſe conſequi intendit, ſi agimus de intereſſe damni, probare debet damnum fuiſſe paſſum propter carentiam pecuniarum ſibi debitarum, utputa quod totidem pecunias ſub uſuris acceperit, vel quod inciderit in aliquam pœnam, vel quod ædes collapſas reſtituere non potuerit, vel quod annonam carius emerit, quam non emiſſet, ſi pecunias habuiſſet, Alexand. *in conſilio 141. numero tertio, libro quinto.* Lupus *in tractat. de uſur. Comment. 1. §. 6. numero 116.* Maſcard. *in tract. de probat. concl. 933. numero 8.* Rimin. jun *conſil. 815. numero decimo ſexto, libro ſeptimo.* Burſat. *conſilio 453: numero 36. lib. 4.* Hond. *conſil. 50 numero 30.* Si vero agimus de intereſſe lucri ceſſantis, major verſatur difficultas in probando, & Dd. circa ea, quæ probanda ſunt, non ſunt concordes. Nam una eſt opinio, quod † ſocius teneatur probare, quod ſit ſolitus negotiari, & quod cæteri negotiatores ejuſdem conditionis & qualitatis commu- 37

Ll niter

niter lucrantur, & lucrari conſueverunt, ad rationem puta ſeptem pro centum, deductis impenſis quolibet anno, & quod ipſe tantum veriſimiliter lucratus fuiſſet, ſi pecunias ſibi debitas habuiſſet, Aret. *in l. continuus 137. §. cum ita 2 colum. 2. ff. de ver. obl.* Caſtr. *in l 1. n. 15. C de ſum. Trin.* Natt. *conſ. 370. lib. 2.* Burſat. qui de communi teſtatur *conſil. 68. num 31. lib. 1.* Cagnol. *in l. curabit 8. num. 68. C de act. empt. & in l. quatenus, ff. de reg jur.* ubi formam capitulandi deſcribit, & *in l uni. ca. num 42. cum ſeq C. de ſent. quæ pro eo quod int. prof.* ubi atteſtatur, hujuſmodi opinionem fuiſſe à praxi receptam, & ſecundum eam vidiſſe judicatum per Senatum ſui Principis, & dicunt ſufficere hanc probationem, quia probatio ſumpta à communiter accidentibus dicitur concludens, gloſſ. *in l. non hoc 4. C. unde legit. & in l. neque natales 10. C. de probat.* communiter approbata à cæteris Dd. ut dicit Cagnol. *in d. l. uni. ca. n. 43 C. de ſent. quæ pro eo quod int.* & hanc opinionem tenet aſſerens ſufficere hanc probationem Rot. Genu. *deciſ. 1. n. 45. & deciſ. 16. n. 19. & deciſ. 139. ſub nu. 8. & 9. & deciſ. 150. num. 2. & ſeq.* Surd. *deciſ. 219. n 9* Menoch. *de arbitr. caſu 119.* Et in hac probatione, quod ſit ſoli-

38 tus † negotiari, tenetur probare, quod ſolitus eſſet negotiari tempore, quo debitor fuit in mora, quia qualitas requiſita ad actum probari debet, quod interfuerit tempore actus, *l. in delictis 4. §. ſi extraneus ff. de noxal. act.* & quia non ſolent continue homines negotiari, ideo ſolitus olim negotiari non præſumitur, quod hodie negotietur; ut not. *in l. ex perſona 3. & in l. ſi vi poſſidetis 16. C. de proba.* ita tradit. Cravet. *conſ. 320. ſub n. 2. & ſeq. lib. 1.* Maſcar. *concluſ. 933. n. 4. & 5.* Rota Genuen. *d. dec. 16. n. 19. & 20.* Tenetur etiam probare, quod eſſet

39 prius † & tempore ſolutionis ſolitus mercari & negotiari, & non ſufficeret, ſi probaret incepiſſe negotiari & mercari tempore moræ, & quod ſemel biſve fuiſſet negotiatus, quia in propoſito ex unico vel duplici & reiterato actu non dicitur quis ſolitus negotiari, Rebuff. *in d. l. uni. n. 107. verſ. item propter unum actum* Burſat. *conſ 68. n. 30. lib. 1.* Maſcar. *d. concl. 933. n. 6.* Rim. jun. *conſ. 815. n. 26. lib. 7.*

40 Iſta tamen probatio † Genuæ non eſſet neceſſaria, quia ibi omnes tam nobiles, quam ignobiles mercaturam exercent, & etiam mulieres, & valet conſequentia; Eſt Genuenſis, ergo eſt mercator, ut per Rot. Genuen. *d. deciſ. 139. num. 9. & 10.*

41 Altera eſt opinio, quod † ſocius teneatur probare, quod ſit ſolitus negotiari, & quod præ manibus habuerit talem mercantiam, de qua tantum fuiſſet lucratus, vel alio modo docere debet, quod ſi habuiſſet illam pecuniam, certitudinaliter fuiſſet lucratus, & tenentes hanc opinionem dicunt, non ſufficere probare, quod ipſe & alii mercatores tantum veriſimiliter fuiſſent lucrati, quia fieri poteſt, ut quis non lucretur, ſed perdat de capitali, cum multa poſſint in contrarium accidere, Caſtr. *in l. 3. §. fin & ibi Jaſ. poſt cum. ff. de eo quod cert. loc.* & pro hac opinione probanda citatur textus *in l. naturalem 5. §. 1. in fin ff. de acq. rer. dom. & in §. illud, inſt. de rer. diviſ.* ubi habentur iſta verba; *quia multa*

multa accidere poſſunt, ut eam non capias, & citatur textus *in leg. quemadmodum 29.*
§. ſi navis 2. in fin. ff. ad legem Aquil. ubi agitur damni † injuria ob retia ſciſſa, & 42
non fit æſtimatio piſcium, qui capti non ſunt. Nam erant illi ſoliti piſcari, & capere piſces, & tamen non habetur ratio dicti lucri ceſſantis, quia non probatur paratos fuiſſe piſces, qui caperentur, & dictum textum bonum appellant Caſtr. & Jaſ. *in dict. l. 3. in fin.* & fortius dictum textum inducendo conſiderat Natt. *in conſil. 450. numero 6. lib. 2.* Nam dicit, quod navigantes non tenentur æſtimationem piſcium præſtare, licet piſcatores deveniſſent ad aliquem actum capiendi piſces, quia retia extenderent, & ideo infert, quod multo magis non poſſit quis conſequi lucrum, quod feciſſet ex fundi emptione vel mercis, quando ad nullum actum facti pervenit, propter quod appareat, quod vere & pro certo emiſſet fundum ſeu merces, & poſt Nattam ita etiam inducit dict. text. Rimin. junior. *conſil. 52. numero 47. libro primo, & in conſil. 218. numero 103. lib. 2.* Hanc opinionem † tenent omnes 43
relati à Gabr. *tit. de ſolut. concl. 10. numero 3. verſ. contrarium.* Natt. *conſil. 450. numero 6. libro ſecundo.* Rolan. *conſil. 35. numero 13. libr. 1.* & eam tenent relati omnes à Maſcard. *concluſ. 933. numero* 17. Thob. *conſil. 62. numero 9.* Rimin. jun. qui dicit, eſſe magis communem, *conſil. 52. num 42. & num. 49. lib. 1. & conſil. 218. numero 99. cum plurib. ſeqq. libr. 2. & in conſil. 815. numero 22. uſque 35. lib. 7.* Hond. *conſil. 50. numero 30. libr. 1.* ubi dicit communem & ſequendam in conſulendo & judicando, & *in conſ. 36. num. 33. & in conſil. 38. numero 4. & conſil. 39. num. 2. lib. 2.* & ita pluries tenuit Rot. Rom. ut refert Hond. *in dd. conſilio.* & Burſat. *in dict. conſil. 68. ſub numero 1.* In his duabus opinionibus † duo fundamenta præcipue conſide- 44
rantur. Unum conſideratur à tenentibus primam, nempe quod probatio ſumpta à communiter accidentibus ſit concludens & ſufficiens ad probandum intereſſe lucri. Aliud fundamentum conſideratur à tenentibus ſecundam opinionem, quod non ſufficiat probatio à communiter accidentibus, quia multa in contrarium accidere poſſunt. Quare his duobus fundamentis conſideratis videtur dici poſſe, quod nec prima, nec ſecunda opinio ſuſtineri poſſit, quia etiamſi fuerit probatum, prout in ſecunda, quod quis præ manibus habuit talem mercantiam, non per hoc ſequitur, certum eſſe, quod eam emiſſet, quod eam vendidiſſet, & quod ex ea ſuperlucratus fuiſſet, cum, ut experientia docet, multa dicuntur, quæ non concluduntur, & multa evenire ſolent, ex quibus ſpes quaſi certa lucri vana redditur.

Et quamvis lucrum † ſecundum primam opinionem conſideratur in po- 45
tentia magis remota, & ſecundum ſecundam opinionem conſideratur in potentia magis proxima: tamen non per hoc dici poteſt, quod probatio ſecundum ſecundam opinionem ſit concludens; bene poterit dici, quod in prima ſpes lucri ſit minus certa; in ſecunda vero, quod ſit magis certa,

quia cauſa lucri eſt magis proxima, ſed non poterit dici, quod ſit concluſum, & hoc probatur expreſſe *in dict. leg. quemadmodum 29 §. ſi navu 2. in fin. ff. ad leg. Aquil.* ubi retia erant in potentia proxima capiendi piſces, & tamen ex tali proxima potentia, quod ratio habeatur de piſcibus, qui capi potuiſ-
46 ſent, non dicetur. Et ad hoc fortius † facit etiam text. *in l. in laqueum 55 ff. de acquirend. rerum domin.* ubi habetur, quod ſi aper incidit in laqueum meum, quem ad eum capiendum poſueram, & alter eum ſurripiat, ſeu faciat eum aufugere, non dicitur ſurripuiſſe ſeu feciſſe aufugere aprum meum, quia adhuc non venerat in meam poteſtatem. Si enim, licet eſſet aper in laqueo, ibi dicitur, quod contra facientem eum aufugere ſeu ſurripientem non datur actio, & ſic ibi non conſideratur potentia valde proxima, multo magis quod non ſit conſideranda potentia lucrandi magis remota dicendum videtur.

47 Conſiderans hanc ſcribentium † diſſenſionem Maſcardus *dict. concluſ. 935.* quid ſit ſequendum, affirmare non audet *ſub numero vigeſimo ſecundo*, tamen *numero vigeſimo quarto* dicit, quod opinio ſecunda, licet contineat difficiliorem probationem, tamen quod in ſe vera eſt, & quod omnino procedit, in non ſolito negotiari, ut in nobili, divite, vel alio, qui ſimile intereſſe peteret ad rationem fructuum, quos percepiſſet ex prædiis, quæ emiſſet, ſi pecunias debitas habuiſſet, nempe quod admitti debeat ad tale intereſſe, ſi oſtendat, ſe paratos habuiſſe venditores prædiorum vel cenſuum, & redituum annuorum, ut per Anchar. *conſ. 150.* Barba *conſilio trigeſimo quarto, columna tertia, libro tertio.* Claud. Aquen. *in l. divortio 7. in princip. columna quarta. ff. ſolut. matrimon.* Cagnol. *in dict. leg. uni. num. quadrageſimo quarto. Cod. de ſentent. quæ pro eo quod int.* Covar. *lib. 4. variar. reſolut. cap. 1. num. 3 illat. 6* Lupus *in dict. tract. de uſur. Comment. 1. §. 6 ſub num. 117.*

48 Et ego vidi quoſdam † ad effugiendum omnes difficultates uti hac cautela, coram Judice comparuerunt citato debitore, & expoſuerunt præ manibus habere venditorem fundi ſeu cenſus, puta Titium, quia etiam ibidem præſens fatebatur velle vendere fundum ſeu cenſum, ſeu accipere pecunias ad ſocietatem officii. Sed ſi ego Judex eſſem, non de facili admitterem hanc cautelam, & plurimum conſiderarem perſonarum qualitates ad evitandum hominum fraudes & malitias, quæ lucri aviditate facillime com-
49 mitti ſolent. Et idem Maſcard. *ibidem num. 22.* à ſolitis negociari † quomodo lucri intereſſe ſit probandum, credit Judicis arbitrio eſſe relinquendum, & plures Doctores adducit ad hanc opinionem probandam. Credo ego etiam hoc Judicis arbitrio eſſe relinquendum, ſed iſta propoſitio eſt nimis generalis, quia omnes probationes ſunt Judici arbitrariæ. Menoch. *in tractat. de arb. jud. caſ. 90.* Quare ita magis in ſpecie loquendo dicerem eſſe diſtinguendum: aut agimus de probanda potentia lucri; aut agimus de

t. probanda

probanda lucri quantitate probata potentia, ſed non probata ejus quantitate.

Et in primo caſu, ubi eſſemus † in civitate, in qua continue adeſt occaſio exercendi pecunias in mercibus, & in commerciis, & in emptione annuorum redituum, admitterem poſſe ſuo arbitrio Judicem judicare creditorem probaſſe ejus intereſſe in potentia ſufficienter propinqua, ſi probaſſet ſe eſſe mercatorem & ſolitum negotiari, & quod alii negotiati fuerunt, & ſuperlucrati fuerunt in tanta quantitate, & credo ſatis hoc modo docuiſſe creditorem habuiſſe merces præ manibus, cum, ut dixi, in civitate adſit continua occaſio mercandi & exercendi pecunias, & ita loquitur Rot. Genuen. *d. dec. 139.* 50

Ubi vero eſſemus † in civitate, ubi non adeſt talis continua occaſio mercandi & exercendi pecunias, tunc crederem à Judice ejus arbitrio non eſſe admittendam primam ſupra relatam opinionem, ſed ſecundæ opinioni eſſe inhærendum, quæ, ut dixi, magis communis nuncupatur à Rim. jun. *d. conſ. 52. num. 49.* 51

In ſecundo caſu, ubi potentia † propinqua ſufficiens lucri probata fuiſſet, & non fuiſſet probata quantitas, admitto Judicem ejus arbitrio quantitatem taxare poſſe, qui tamen tria conſiderabit. Primo quod deducantur ſumptus & pericula: ſecundo, an omnes pecunias creditor eſſet erogaturus? tertio, an merces eſſet in totum venditurus quolibet anno? Natt. *dict. conſ. 370. ſub n. 6. lib. 2.* & Maſcar. *d. concl. 933. n. 23.* 52

Et intereſſe quantitas † probata potentia propinqua lucri poterit etiam à creditore probari per juramentum contra moroſum. Nam licet ad intereſſe probandum, quod non concedatur juramentum ſuppletivum in defectum probationis, dicat Bald. *in d. l. un. ad fin.* & Jaſ. *in §. curare. Inſt. de act.* Cravet. *in conſ. 320. in fin. lib. 2.* Dec. *in l. quatenus, n. 4. ff. de regul. jur. & in conſil. 322. verſ. unde venio ad ſecundum dubium, lib. 2.* Lupus *in d. tract. de uſur. comment. 1. §. 6. ſub n. 117. verſic. ſimiliter advertendum eſt.* 53

Tamen hoc verum eſt, quando † agitur de probanda quantitate lucri, quia ubi ſit probata lucri potentia, quod ſuper quantitate deferatur à Judice juramentum creditori contra debitorem moroſum, tradit poſt alios quos citat Lupus *d. § 6. in fin.* & Maſcard. *dict. concluſ. 933. numero 9. & 10.* Et erunt iſta circa probationem † intereſſe conſideranda non ſolum pro primo anno, in quo debitor fuiſſet in mora, ſed etiam pro cæteris annis, in quibus in mora perſeveraſſet, quia non ſolum intereſſe debetur pro primo anno, ſed etiam pro aliis annis, debitore in mora perſeverante, ita in praxi receptum fuiſſe, tradit Cagnol. *in dict. l. uni ca. num. 45.* & poſt eum Lupus *dict. §. 6. numero 119. verſ. ſed contrarium.* Natt. *conſil. 370. in fin.* Burſat. *conſilio 68. numero 42. libr. 1.* Sed licet durante mora † quolibet anno debitor 54 55 56

 teneatur

teneatur ad intereſſe, tamen non inde ſequitur, quod teneatur ad intereſſe, quod ex intereſſe etiam capere potuiſſet creditor, Cagnol. *in dict. l. uni. dict. numero 45. & in dict. l. curabit 5. Cod. de act. empt. num. 69.* tenet hanc opinionem, quod intereſſe de intereſſe debeatur, quia intereſſe vel lucrum aſſumit ſibi naturam ſortis & capitalis, & ita per Senatum Ducis Sabaudiæ refert fuiſſe judicatum, & ita tenet Rot. Genuen. *deciſ. 78. numero 16.* ubi etiam ſub-
57 dit, ita ſervari de conſuetudine, & quod † ſecundum conſuetudinem regionis intereſſe debetur, *l. idemque 10. §. ſi procurator 3 ff. mandati. & deciſ. 134. in fin.* Burſat. *conſilio 68. numero 42. libr. 1.* qui ita dicit obtinuiſſe in Senatu
58 Mant. Et quando agitur de intereſſe damni † emergentis, quod intereſſe debeatur ſine ulla prorſus difficultate, tenet Rot. Genuen. *deciſ. 87. numero*
59 *9.* & Urſill. ad Afflict. *deciſ. 291. numero 6.* Et pro iſta opinione videtur † facere text. *in dict. l. ſocium, ff. pro ſoc.* ubi ſi ſocius ſit in mora dandi lucrum ſocietatis, tenetur ad intereſſe, & ibi gloſſ. ſecundum veram opinionem conſiderat dictum text. probare, quod intereſſe de intereſſe debeatur.

60 Contrariam opinionem, intereſſe † de intereſſe non deberi, ne res in infinitum trahatur, tenet Ruin. *conſil. 55 numero 16. & ſeq. lib. 2.* Dec. *in c. cum venerabilis, numero 61. de except.* Strach. *in tract. de mercat. in tit. de contr. mercat. numero 4.* Gabr. *tit. de ſolut. concl. 10. numero 7.* Cephal. *conſil. 85. numero 7. cum plur. ſeq. lib. 1.* Lupus *dict. tract. de uſur. comment. 1. §. 6. numero 120.* Hond. *conſil 50. numero 28. lib. 1. & conſil. 34. numero 79. lib. 2.* Rimin. jun. *conſil. 804. numero 38. lib. 7.* Et
61 hanc opinionem † puto veriorem eſſe & ſequendam, & non obſtat text. *in dict. l. ſocium, ff. pro ſoc.* quia, ut ibi bene gloſſ. declarat, ideo pro lucro debetur intereſſe, quia lucrum non conſideratur uti quid acceſſorium, ita ut detur acceſſorium de acceſſorio, ſed conſideratur uti quid principale, ut habetur etiam *in l. idemque, § denique, ff mandati, & in l. tutor qui. §. ſi quis, ff. de admin. tut.*

Ceſſabunt prædicta omnia conſiderata in probatione facienda de intereſſe, quando inter partes de certa quantitate præſtanda conventum fuiſſet. Nam vera eſt opinio illa, quod pactum valeat ſuper certa intereſſe quantitate præſtanda. De certa lucri quantitate præſtanda, an valeat pactum inter ſocios, jam dixi ſupra *c 17.* dixi etiam aliqua de intereſſe. M do latius de hujuſmodi pacta agendo. Primo videbimus, an valeat pactum ſimpliciter factum de præſtando intereſſe ſtante mora? Secundo videbimus, an valeat pactum de præſtando intereſſe in certa quantitate poſt moram? Tertio videbimus, an valeat pactum, quod ſuper intereſſe ſit
62 ſtandum aſſertioni creditoris cum juramento? Circa primum pactum † ſimpliciter appoſitum de præſtando intereſſe poſt moram, non expreſſa certa quantitate, quod validum ſit, dicendum eſt, quia ſtante mora, de jure, intereſſe

intereſſe peti poteſt, & ſi poteſt peti, poteſt in pactum deduci, Socin. *conſil. 175. ſub numero 4. verſ. ſeptimo confirmatur, lib. 2.* Cravet. *conſil. 189. ſub num. 7. verſ. ſecundus eſt caſus, lib. 1.* Et promittens tale † intereſſe ſimpliciter & indeterminate, vere & proprie dicitur promittere quantitatem illam, quæ probabitur, quia illud per relationem ad aliud ſe habet vere, & proprie ineſſe intelligitur, Bald. *conſil 338. lib. 2.* Dec. *conſil. 389. colum ult. & conſil. 489. colum. ult.* Cagnol. *in dict. l. uni. numero 55.* Lup. *d. comment. 1. §. 6. num. 123.* Circa ſecundum pactum † de ſolvendo intereſſe in certa quantitate poſt moram, ſi intereſſe ſit veriſimile, puta quia creditor ſit ſolitus negotiari, & in Civitate, ubi moratur, adeſt ſemper occaſio negotiandi & lucrandi, videbatur dicendum valere, quia deducitur in pactum intereſſe, quod debetur, & taxatur quantitas veriſimilis. 63 64

Nam dixi ſupra, lucrum veriſimile ex ſocietate proveniens poſſe taxari *dict. c. 17.* & quemadmodum lucrum veriſimile taxari poteſt, ita videbatur dicendum, poſſe taxari intereſſe veriſimile, Ita videmus etiam, intereſſe debitum ab emptore ex eo, quia fructus percepit, poſſe taxari, ut per Rot. Rom, *deciſ 340. par. 1.* Et quod intereſſe † lucri veriſimile poſt moram debitum poſſit taxari, & taxatio, ſi ſit moderata, valeat in vim probationis attento veriſimili, tenere communiter Theologos, tradit Lupus *d. comment. 1. §. 6. num. 126.* & ita ex noſtris tenere dicit Alexand. *conſil. 200. lib. 6* Dec. *conſil. 111. colum. ultim & conſil. 322. numero 4* Cagnol. *in l. curabit. Codic. de act. empt. numero 56.* Covar. *lib. 3. var. reſol. cap. 4. numero 5. verſ. ſeptimo.* Anchar. Regien. *qu. 33. num. 4. libr. 2.* 65

Contrariam opinionem, hanc † taxationem non valere uti communum & tutiorem pro anima, tenet Caſtrac. *in tract. de ſociet. off. cap. 43. numero 8. & 9.* ubi latiſſime eam comprobat. Et quamvis ſit controverſa, & Doctores citati à Caſtrac. vario modo loquantur, & multi etiam non bene diſtinguant inter caſum & caſum, ego etiam eam uti communem & tutiorem approbandam eſſe cenſeo in terminis lucri ceſſantis, de quo modo agimus. 66

Et maxime dico eam † procedere, ubi intereſſe provenire deberet ex contractu cambiorum, quia quod in eo certa quantitas taxari non poſſit, expreſſe prohibitum reperitur per Conſtit. Pii V. ſanctiſſimæ memoriæ publicatam de anno 1571. quam etiam in omnibus contractibus procedere intelligit Lupus *in d. tract. de uſur. comment. 1. § 6. n 122* ſed male, ut per Peguer. *in ſuis quæſt. crim. q. 43. n. 6.* & clarius per Navarr. *in tractat. de uſur. n. 16. n. 54 & in manual. cap. 17. ſub n. 301 verſ. nota quarto.* 67

Non obſtant à me dicta † *cap. 17.* de lucro taxando in ſocietate, quia lucrum eſt veriſimile, ut dixi, & poteſt taxari & ratione dubii, quia poteſt eſſe major & minor, ideo taxatio toleratur, dummodo, ut dixi, capitale permaneat 68

ſub

ſub periculo ponentis, quia ſi non permanerent ſub periculo, taxatio eſſet illicita ſecundum Conſt. Sixti V. à me ibidem citatam, & poteſt taxari, quia habet certam præexiſtentem cauſam, nempe ſocietatem, ex qua durante veriſimiliter percipi poteſt. Non ſic eſt in intereſſe lucri, quia, ut dixi ſupra, ut ejus cauſa dicatur adeſſe in ſufficienti propinquitate & veriſimilitudine, concurrere inſimul debent, quod quis ſit negotiator, quod ſit negotiator tempore moræ, & quod eo tempore adſit occaſio mercandi & lucrandi. Et quia iſta omnia quod inſimul concurrant tempore moræ, certi eſſe non poſſumus, ideo intereſſe, quod ex eis provenire debet, cum ejus cauſa non ſit, prout eſt certa cauſa lucri ſocietatis, non poteſt taxari, prout taxari poteſt lucrum à ſocietate venturum.

69 Et ita reſpondetur ad taxationem, quæ † ſit inter emptorem & venditorem ſecundum d. Rot. Rom. deciſionem, utique admittitur taxatio, quia fructus, quorum reſpectu intereſſe taxatum debetur, veriſimiliter percipi debent, & ita poteſt dici de taxationibus, quæ fiunt ratione fructuum rerum dotalium. Stante enim veriſimilitudine, & ſic ſtante cauſa, ex qua intereſſe cauſatur, admittitur taxatio, quæ admitti non debet in lucro ceſſante, in qua talis veriſimilitudo tempore taxationis, quod affutura ſit, conſiderari non poteſt, & ſic hac majori incertitudine conſiderata in intereſſe lucri ceſſantis, & majori certitudine conſiderata in alio intereſſe quod taxatio in intereſſe lucri non admittatur, ſed admittatur in alio intereſſe magis certo docte diſtinguendo admittit Cravet *conſilio 189. num. 8. lib. 1.* Et quod in intereſſe lucri etiam adſit diverſa ratio non admittendi taxationem, quæ admittitur in alio intereſſe, conſiderat etiam Caſtiac. *d. cap. 43. ſub num. 11.*

70 Non obſtat etiam id, quod dictum † fuit de pacto taxationis admittendo in vim probationis, quia intelligitur, quod admittatur ad hoc, ut poſſit poſtea probari verum intereſſe, & quod conventio non dicatur uſuraria. Si enim diceretur uſuraria, omnino eſſet rejicienda, & etiam verum intereſſe probari non poſſet, ut late tradit Plot. ad *l. ſi quando 9. Cod. unde vi. §. 11. numero 15. & 16* & tradit Cravet. *dict. conſil. 189 ſub numero 8 verſic. non negarem,* bene Dec. locutum fuiſſe *in conſil. 111.* dum dicit, taxationem non reddere contractum illicitum, ſed exactionem, & etiam addit de taxatione non eſſe quærendum, ſi ea uti non vult creditor, & quod ſi ea uti vellet, redderet

71 contractum illicitum. Et ita taxationem † eſſe ſuſtinendam per probationem poſt ea faciendam loquitur expreſſe Lupus *in d. §. 6 num. 126.* & Maſcar. *concluſ. 933 num. 30.*

72 Circa tertium pactum † de ſtando aſſertioni creditoris cum juramento ſuper intereſſe eum valere firmat Bart. *in l. ult. §. in hujuſmodi, n. 3. ff. de præt ſtipulat,* Ang. *in l. vacantia, C. de bon. vacan.* Bald. *in l. jusjurandum quod ex conventione 17. ff. de*

Digitized by Google

ff.de jurejuran. Abb.*conſ.51.in princ.lib.1.* Jaſ.*in l.ſi ab arbitro.10.nu.4.ff qui ſatiſd. cog.& in d.l.jusjurandum 17.num.1.cum plur.ſeq.ff.de jurejurand.* Alexand.*conſil 47.num.4.& conſil.130.lib.1.& conſil,37.num.30.& conſil.47.colum.2.& conſil.54. colum. penult.lib.2. & conſ.113.colum.3.lib.4.* Socin.*conſil.90.num.11.& ſeq.lib 4* Pract. Papienſ. *in forma libelli in act.real.in ver.& expenſis, num.12.* & ibi addenc Afflict. *deciſ 91. numero 10.* Strach.*in tract de mercat.titul.de contract.mercat.ſub num.6* Natt.*conſil.450.num.8.lib. 2.*Cagnol.*in l.quatenus, ff.de reg.jur.*Maſcard. *concluſ 934.num.35* Seraf.*in tract. de privileg jur. privileg. 31. num. 8.* Et iſtud pactum ante † factam declarationem 73
non poteſt revocari, ut tradunt quamplures ex ſupra citatis Dd.& poſt eos Seraf *d.privil.31.ſub num. 8.* ubi refert, contrariam opinionem tenere Bologn. *in rub.C de ſent.quæ pro eo quod int. ſub num. 105.* nempe quod poſſit revocari, & ipſe Seraf.conciliando opiniones dicit primam, quod non poſſit revocari, procedere poſt acceptationem factam à parte; ſecundam vero, quod poſſit revocari, procedere ante acceptationem factam à parte, ut videmus in confeſſione, quæ poteſt revocari ante, non poſt acceptationem, Bald. *in l Gallus 29.§.quidam recte.ff.de liber.& poſth.*Gram.*conſ.civil.17.num.11.* Sed iſta concordia videtur parum convenire, quia loquimur de pacto inter duos inito, & ſic de promiſſione acceptata. A prima, quæ communis eſt, non † eſt recedendum, 74
ſecunda melius ſalvari poteſt, ut procedat nova ſuperveniente cauſa, ut quia creditor factus ſit perjurus, vel alias malæ conditionis & famæ, ut per Maſcard. *dict.concl. 934.numero 37.* & per Caſtrac.*in dict.tract. de ſociet.off,cap.44. num.9.*

Limitatur primo opinio præfata † communis,ut procedat in eo,cum quo 75
pactum factum fuit, ſed non cum ejus hærede, quia ejus aſſertioni non erit ſtandum, cum fuerit approbata perſona defuncti, & non perſona hæredis, Caſtrac.*d.cap.44 n.12.* Seraf.*d.privil.31.num. decimo nono.* Secundo limitatur, ut procedat, quando declaratio fit † cum juramento,& non procedat, ubi fie- 76
ret ſine juramento, per text. *in l. Theopompus, 14.ff. de dot. præleg.* Caſtracan. *d cap.44 n.10.* Sed iſta ejus limitatio, quando fuiſſet conventum, debere ſtari dicto creditoris abſque juramento, non eſt vera, quia textus *in d. l. Theopompus,* ut Baldus ibi declarat, & declarat Bart.*in c.veniens,el. 1. de teſt.* & Alex. *in conſil.54.num.2.lib.2.* procedit, quando † teſtator dixit, quod ſtaretur di 77
cto alicujus de eo, quod ſibi dixit, tunc enim quia debet deponere non de ſuo judicio, ſed de veritate ſuper eo, quod audivit à teſtatore, ideo uti teſti defertur ſibi juramentum, & non procedit, ubi teſtator dixiſſet eſſe ſtandum dicto alicujus de eo, quod ſibi dicenti videbitur, quia cum talis ſuam voluntatem explicare debeat, non uti teſtis, ſed potius uti arbitrator, ei juramentum, quod arbitratori non defertur, deferri non debet. Tertio limitatur † in tutore, quia ei talem conventionem facere non conceditur, 78
Bart. *in dict.l.jusjurandum,* & ibi Jaſ. *ſub numero 6.* Caſtrac. *dict.cap.44.numero 11.*

Mm Quarto

79 Quarto limitatur non procedere, quando † ſubeſſet ſuſpitio uſurariæ pravitatis, per quam contractus redditur invalidus, Seraf. *d privil.31.num.18.* qui citat Dec. *in conſ.183.& in conſ.322.* & Cravet. *in conſ 73. num.24.* qui in libro meo hoc non dicunt, ſed limitatio veriſſima eſt ſine difficultate per ea, quæ dixi
80 ſupra *cap 20 in fin.* Quinto limitatur, ſi debitor † doceret de quantitate intereſſe per veras probationes; tunc enim non attenderetur taxatio facta cum juramento, quia contra talem taxationem admittitur probatio, Marſ. *in rub.ff de probat.num.137.* & Caſtrac. *d.cap.44. in fin.* Sexto limitatur, ſi creditor
81 † in taxando modum legitimum excederet, tunc enim ad Judicem recurreretur ad hoc, ut taxationem immoderatam moderaret, quia quando à creditore debitori talis facultas conceditur, ſemper intelligitur conceſſa, ut eo modo arbitrari teneatur, quemadmodum bonus vir arbitraretur; alias enim talis conventio non valeret, Bart. & cæteri *in d. l. final. ff. de præt. ſtipul.* Alex. *conſ 67 n.31.lib.2. & conſ 47.num.4.lib.1.* Ruin. *conſ.104.n.8.lib.4.* Natt. *conſ.450. n.12.lib.2.* Maſcar. *d.concl.934.n.36.* Caſtrac. *d.c.44.* ubi late.

N.7. Ergò ob moram ſocius ſocio tenetur ad intereſſe tàm lucri ceſſantis quàm damni emergentis: etiam ad pœnam contractui appoſitam abſque ulla interpellatione *l.12. Cod.* de contrahend. & committenda ſtipulatione 8.38.

N.47. Addendum foret poſt illa verba: ſe paratos habuiſſe venditores prædiorum vel ſenſuum vel redituum annuorum; *vel qui mutuo acciperent.* Et *n.50.* poſt illa verba: in emptione annuorum redituum, *Et mutui datione.* Sic ſocius qui in non reddendo moram commiſit, aut pecunia mea uſus eſt, tantum reſtituet, quantum ego vel mercatura, vel emendo cenſus aut annuos reditus, *vel mutui datione*, lucrari potuiſſem. Quod ultimum omiſit hîc auctor contrà *l. 60 ff pro ſocio* 27. 2. ex antiquà canoniſtarum opinione, qui omnes qualeſcunque uſuras, illicitas æſtimabant, de quo *vide in* Notis *cap.* 17. Socius ergò præſtabit uſuras: non quaſi uſuras ut inquit *Pomponius d l.*60. ſed quod ſocii interſit moram eum non adhibuiſſe. Ergò uſura hîc venit diverſo nomine: nempe quod ſocii intereſt; & ſic alio titulo tantundem lucri faciet. Quanquam uſuras. quia odioſæ, ſi quis ſtipulatus non fuerit, haud facile conſequitur, niſi poſt litem conteſtatam verè debitor in contumaci mora conſtituatur, *l.1.C. de uſur & fruct. leg & fideic.*7.*n.*47. vide tamen *Groenevv. ad l.12. Cod. de contrahend. & committend. Stipulat.* 8. 38. *Carpſovium latè par. 2. conſtit.* 30. *def.* 5. *& ſequentib. Matth. de Afflictis dec.* 316.

CAP.

CAPUT XXV.

De Caſibus fortuitis.

SUMMARIA.

1 *Caſus fortuitus eſt inopinatæ rei eventus.*
2 Imprudentibus, *verbum tribus modis exponitur.*
3 In, *dictio compoſita cum alio uerbo, ſtat augmentativè.*
4 *Socius de caſibus fortuitis non tenetur.*
5 *Pactum, quod quis teneatur de caſibus fortuitis, licet valeat in cæteris contractibus, non tamen valet in ſocietate, ideo in ea non eſt quærendum, quando ſocius eis renunçiaſſe dicatur.*
6 *Caſum fortuitum ad ſui excuſationem allegans primo debet probare caſum.*
7 *Secundo debet probare, rei amiſsionem ſeu damnum caſu eveniſſe.*
8 *Caſus fortuiti probationes ſunt poſitæ in Judicis arbitrio.*
9 *Probatio caſus fortuiti in criminalibus debet eſſe manifeſtiſsima.*
In Civilibus ſufficit manifeſta.
10 *Caſus fortuiti alii ſunt facilis, alii ſunt difficilis probationis: & qui dicantur facilis, & qui difficilis probationis, &* n. 11.
12 *Probatio manifeſta in caſibus difficilis probationis dicitur etiam illa, quæ fit per conjecturas & præſumptiones.*
13 *Juramentum ſufficit aliquando ad probandum caſum, quando aliquid petitur officio Judicis, non jure actionis.*
14 *Ratio eſt, quia mitius agitur cum non obligato, quam cum obligato.*
Officium Judicis nullam præſupponit obligationem.
15 *Probatio manifeſta in caſibus facilis probationis eſt illa, quæ fit qer evidentiam loci, ſeu per teſtes.*
16 *Teſtes à Judice loci examinari poſſunt, ſi caſus eveniret in longinquis partibus.*
Et citatio partis non eſt neceſſaria.
17 *Intellectus* l. ſcire oportet. §. ſufficit, ff. de admin. tut.
Teſtes ſecundum jus gentium examinantur, & probant, non ſervatis ſolemnitatibus juris civilis.
18 *Amiſsionem rei non probat ſocius, non conſtito, quod prius fuerit penes ipſum, & ſufficit ei negatio.*
Et multo magis eam non probat, ſi non conſtat, quod fuerit in rerum natura.
Quia privationi oportet ut præcedat habitus.

19 *Quando ſuſpicio adeſt rem ad ſocium perveniſſe, ſatis eſt ad probandam amiſsionem, quod eam non habere dicat & juret.*

Juramentum iſtud erit purgationis, non probationis.

20 *Quando adeſt præſumptio, quæ ſuperat ſuſpicionem, rem ad ſocium perveniſſe, non ſufficit negatio & juramentum, &* n.21.

22 *Hæredis aſſertioni non habere librum rationum defuncti non creditur cum ejus juramento.*

23 *Idem eſt dicendum in hærede tutoris.*

24 *Lucrum in ſocietate adeſſe præſumitur.*

25 *Socio aſſerenti lucrum amiſiſſe, non creditur ejus aſſertioni.*

26 *Socius aſſerens amiſiſſe capitale, amiſsionem probare debet.*

27 *Fœnerator ſi aſſerat perdidiſſe librum in mari, & probet, quod navis naufragium paſſa fuit, erit ei credendum, licet non probet, quod liber erat in navi. &* num.38.

26 *Fœnerator ſi aſſerat famulum aufugiſſe cum libro, & probet famuli fugam, ſimiliter erit ei credendum, &* n.38.

29 *Caſum probari non ſufficit ad hoc, ut credatur aſſertioni juratæ ſuper amiſsione.*

30 *Fallit, ſi tria concurrant. Primo, quod probetur caſus. Secundo, quod probetur, rem, de qua agitur, in loco fuiſſe, ubi caſus evenit. Tertio, quod jurare volens ſit perſona bonæ conditionis.*

31 *Res, cum potuerit eſſe in alio loco, non ſequitur, quod probato caſu ſit probata ejus amiſsio.*

32 *Res mobilis non præſumitur eſſe eo in loco, ubi erat prius, ideo ad probandum ejus amiſsionem, non ſufficit probare, quod ante caſum eſſet in loco, ubi caſus evenit.*

Communis opinio eſt in contrarium.

33 *Res mobilis, quod non præſumatur eſſe in loco, ubi erat prius, procedit, quando agitur rei vendicatione; ſecus vero ſi agatur actione perſonali.*

Et procedit, quando jam diu in loco fuiſſet; ſecus ſi de recenti.

34 *De recenti quando dicatur fuiſſe in loco, ſtatur arbitrio Judicis.*

35 *Res quod eſſet in loco, ubi caſus evenit, probatur per domeſticos & familiares.*

36 *Res quæ prius erat in oppido ſeu Civitate præſumitur, quod ibi fuerit, etiam tempore inundationis & depopulationis.*

37 *Eſſentia rei in loco tempore caſus præſumitur, ſi ibi conſervari ſolebat.*

38 *Angeli opinio declaratur.*

39 *Mors militis non probatur, licet conſtet multos milites fuiſſe mortuos in exercitu, ſed debet probari, quod ibi miles eſſet.*

40 *Qui dicit fuiſſe derobatum in nemore, in quo fama erat, quod adeſſent latrones, debet probare, quod viſus fuerat intrare equeſter, & exire pedeſter.*

41 *Mors*

41 *Mors animalium ad hoc, ut probetur, oportet docere, quod eſſent in loco, ubi caſus evenit.*
42 *Mors plurium animalium probatur, probato, quod in illo anno communiter contingit, quod de quolibet grege in regione illa mortua eſt dimidia pars ſeu tertia.*
43 *Conſumptio ſupellectilium probatur, probato quod in tanto tempore tot de dictis ſupellectilibus potuerint corrumpi.*
44 *Mors animalium qualiter probetur.*
45 *Caſus fortuitus intra qua tempora probari debeat.*
46 *Quod debeat probari intra annum.*
47 *Pacto appoſito, quod probetur intra annum, non poterit probari poſt annum.*
48 *Caſum allegans an probare teneatur, quod evenerit abſque ejus culpa.*
Caſus quidam ſolent evenire ſine culpa.
49 *Caſus quidam evenire ſolent cum culpa.*
50 *Caſus, qui evenire ſolent cum culpa, intelligitur de leviſſima.*
Ideo quando quis tenetur de leviſſima, quod evenirent ſine culpa, erit probandum.

QUaliter ſocius teneatur de dolo & culpa vidimus in proxime præcedentibus capitulis; modo juxta præpoſitum ordinem videndum eſt
de caſibus fortuitis. Caſus fortuitus eſt inopinatæ † rei eventus, ex diverſis 1
cauſis proveniens ob aliud & aliud inceptis, ſecundum gl. *in* §. *Theſauros, in ver. fortuito caſu. Inſt. de rer. diviſ.* vel caſus fortuitus eſt ille, quem nullum humanum conſilium prævidere poteſt, *l. 2. §. eo tempore, ff. de admin. rer. ad civit. pert.* quem textum ad hoc probandum citat Alex. *in l. ſed & ſi quis 4. §. fuit quæſitum 4. ff. ſi quis caut.* vel latius & melius; caſus fortuitus eſt accidens, quod per cuſtodiam, curam vel diligentiam mentis humanæ non poteſt evitari ab eo, quia patitur, Bald. *in l. quæ fortuitis 8. C. de pign. act. ſub num. 1.* Rimin. jun. *in conſil. 398. num. 17. & ſeq. & conſ. 441. numero 47. lib. 4.* Polid. Rip. *in tract. de noct. temp. c. 27. num. 18.* Et in materia † ſocietatis habemus tex. *in l. cum duobus 52.* 2
§. damna. ff. pro ſoc. ubi dicitur, quod ſocius non cogitur præſtare damna fatalia, quæ imprudentibus accidunt, & Gloſſa ibi interpretatur verbum *imprudentibus*, tribus modis. Primo *imprudentibus*, id eſt, *ignorantibus*. Secundo, *imprudentibus*, id eſt, *providere non potentibus*. Tertio *imprudentibus*, id eſt,
valde prudentibus, quia dictio *in* compoſita † cum alio verbo ſtat augmen- 3
tative, ut eſt tex. & ibi gl. & Dd. *in l. Gallus 29. §. ille caſus, ff. de lib. & poſt.* De
caſu fortuito † ſocius non tenetur, *dict. l. cum duob. §. damna & l. ſi id quod 58.* 4
ff. pro ſoc. l. contractus 23. ff. de reg. jur. l. quæ fortuitis, ubi Bald. *num. 9. C. de pignor. act.* Petr. de Ubald. *in dict. tract. de duob. fratr. par. 8. numero 14.* Socin. *conſil. 24. num. 39. lib. 1.* & eſt verum indiſtincte in omnibus contractibus, ſive ſint bonæ fidei, ſive ſtricti juris, quod quis non teneatur de caſu fortuito, niſi aliter

fuerit conventum, *dict. l. contractus*, ubi Igneus *numero 77.* & cæteri. *ff. de regl.*
5 *jur.* Et non expedit, hic quærere, quando quis dicatur † promiſiſſe de caſib. fortuitis nolle teneri, ut per Dec. *in conſil. 52. lib. 2.* quia iſta promiſſio, quæ redderet capitale & lucrum alterius ſocii ſecurum, non valet, ut dixi ſupra *c. 18.* Et cum ſocius de caſu fortuito non teneatur, ſi vult eum allegare ad ejus excuſationem, duo probare tenetur, ſive agat, ſive excipiat.

6 Primo tenetur † probare caſum *l. ſcire oportet 13. §. ſufficit 6. ff. de excuſat. tut. l. 2. §. ſi quis cum poſſit. ff. ſi quis cautio. l. ſi creditor 5. & ibi Bald. & cæteri. Cod. de pign. act. l. publicani. 2. C. de teſtam. l. teſtium 18. C. de teſtib. l. ſicut iniquum 5. C. de fid. inſtrum. l. 2. C. de naufr. lib. 11.* Dd. *in l. ſi quis ex argentariis 6. § pen. ff. de eden.* Petr. de Ubald. *d. part. 8. ſub numero 14.* Socin. *conſilio vigeſimo quarto, numero quadrageſimo, libro primo,* Pariſ. *conſil. 156. numero 2. & 3. libro quarto,* comprobat late Maſcard. *concluſ. 272.*

7 Secundo tenetur probare, rei amiſſionem † ſeu damnum eveniſſe caſu fortuito Bart. Alexand. & cæteri omnes *in dict. l. ſi quis ex argentariis 6. §. an vero. ff de eden.* Corn. qui de communi opinione teſtatur, *conſil. 318. numero 4. lib 4.* Maſcard. qui alios citat *concluſ 87 numero 1.* Seraf. *in tract. de privil. jur. privileg. 37.* Burſat. *conſil. 130 numero 8 lib 2* Honde. *conſil 39. numero 62. lib. 2.* Quibus
8 probationibus † caſus probari debeat, Judicis arbitrio terminandum relinquitur, Bart. *in l. ſi quando 9 in fin. C unde vi. & in dict. l. ſcire oportet. 15. ff. de excuſ. tut. & in dict. l. 2. §. diximus, ff. ſi quis caut.* Bald. & Salic. *in l. 1. Cod. de delat.* Ang. *in l. fin ff. de furt.* Alexand. *conſil. 24 numero 6. & 7 & conſil. 53. num. 3. lib. 2.* Maſcard. *concluſ. 273. numero 21.* Sebaſt. Medi. *in tract. de caſib. fortuit. part. 1. quaeſt. 14.* Polid. Rip. *in tract. de noct. temp. cap. 27. numero 29.* Et ad hoc, ut à
9 Judice † ſuo arbitrio rectè terminetur, quænam probationes ſufficientes dicantur, erit conſiderandum, an judicium ſit criminale, an vero civile, ut tradit Gloſ. *in dict. l. ſi creditor 5. in ver. manifeſtis, Cod de pignor. act.* Nam in judicio criminali erunt neceſſariæ manifeſtiſſimæ probationes, *l. fin. C. de probat.* In judicio vero civili erunt ſufficientes manifeſtæ probationes, *d. l. ſi creditor.* Quæ dicantur manifeſtiſſimæ probationes in criminalibus aliis inveſtigandum relinquo.

10 Ad cognoſcendum autem † quænam ſint manifeſtæ probationes in civili judicio, conſiderant Doctores, quod caſus fortuiti ſunt in duplici differentia, nempe quod aliqui ſint caſus facilis probationis, ut incendium, naufragium, hoſtium incurſiones, depopulationes, & inundationes, & illi, qui eveniunt in locis publicis, & illi, quorum veſtigia remanere ſolent, & quod aliqui ſint difficilis probationis, ut furtum, & derobatio facta in nemore, & illi omnes, qui eveniunt de nocte ſeu in locis remotis, ubi teſtes actu & habitu haberi non poſſunt. Cynus *in d. l. ſi creditor, in fin. & ibi Ang. & Caſtren. C. de pignor.*

*pignor. act.*Petr.de Ubald.*dict part.8.ſub numero 14.* Polid.Rip.*d.cap.56.* Menoch.
in tract. de arbit.jud.caſu 116. ubi affert plura † exempla eorum, quæ dicantur 11
difficilis probationis, & ſub *numero* 1. poſt alios, quos citat, hoc à Judi-
cis arbitrio pendere dicit. In caſibus, qui ſunt difficilis † probationis, di- 12
cunt, quod manifeſta probatio erit etiam illa, quæ fit per conjecturas &
præſumptiones. Bartol. & alii omnes *in dict. l. ſi quis ex argentariis 6. §. penult.*
in dict. l ſi creditor §. Petr. de Ubald. *d. part 8. ſub numero 14.* Alexand. *conſil. 53.*
lib. 2. Grat *conſil. 94. lib. 2. & in ſubſequentibus conſiliis uſque ad conſil. 101.* quæ in
eadem cauſa à Riminald. & Jaſ. & quibuſdam aliis facta fuerunt. Rimin.
conſil. 164. lib. 1. Maſcard. *concluſ. 88 numero 14. & concluſ. 273. numero 5. & 15. &*
concl. 830. Polid. Rip. *dict. c. 56.* Menoch. *de præſumpt. lib. 6. præſcript. 51. nume-*
ro 20.

Et quando aliquid petitur † officio Judicis, non tamen jure actionis, reo 13
ad probandum caſum dicunt, inſpecta tamen ejus perſonæ qualitate, ſuffi-
cere juramentum. Specul. *in tit. de appellat. §. nunc breviter, verſ. quod ergo.* Bartol.
in d. l. ſcire oportet. 13 §. ſufficit ff de adm. tut. & in d. l. ſi quis ex argentariis 6. §. fin. Salic. *in*
d. l. fin. num. 6. Cod. de fid inſtr. Cuman *in d. l. 2. §. quod diximus, ff. ſi quis caut.* Maſcard.
d. concluſ. 276. num. 16 Hond. *conſil. 19. numero 20.* Menoch. *in tract de præſ lib. 6.*
præſumpt. 61. num. 19 Et rationem † diverſitatis, quare mitius agatur cum eo, 14
qui convenitur officio Judicis, quam cum eo, qui convenitur jure actionis,
eſſe dicit Cynus, *in d. l fin. Cod. de fid inſtr. verſ. ſecundo oppono*, quia officium Ju-
dicis nullam præſupponit obligationem, & mitius agitur cum non obli-
gato, quam cum obligato, & hanc rationem refert etiam & comprobat
Seraf. *d privil. 37 num 8.*

In caſibus vero facilis probationis † eam manifeſtam probationem eſſe 15
dicunt, quæ fit per rei inſpectionem, ſeu per teſtes. Bartol. & cæteri om-
nes *in dict. l. ſi quis ex argentariis, §. pen. & in dict. l. ſi creditor.* Petrus de Ubald. *d.*
part. 8. ſub numero 14 Gratian. *dict. conſil. 94. ſub numero 326 lib 2* Natt. *conſil. 79. ſub*
numero 2 lib. 1. Maſcard. *concluſ. 273. numero 2. & 3.* Et ſi caſus contingeret
† in longinquis partibus, dicunt, quod teſtes ad eum probandum pote- 16
runt examinari à Judice illius loci, ubi caſus evenit abſque partis cita-
tione, & quod ſic examinati plenam faciant fidem coram Judice ordina-
rio. Bartol. *in l 2 Codic. de naufr. lib. 11 numero 2. & 4.* ubi dicit, quod iſta
eſt mirabilis practica, & quod eſt admirabile, quod in tali examinatione
teſtium † partis citatio non ſit neceſſaria, & dicit, quod ſic poteſt intelli- 17
gi textus *in dict. l. ſcire oportet, § ſuffi it. ff. de adm. tut.* nempe dum ibi dicit ſuffi-
cere caſum probare naturali juſtitia, quod ſit intelligendus ſecundum
Jus gentium cujus diſpoſitione inſpecta, *in ore duorum vel trium ſtat omne*
verbum, non attenta ſolemnitate juris civilis, & cum Bart. tenent ibi
Alexand. *in addit.* Joan. de Plat. & Jac. Rebuf. & Capel. Tholoſ. *deciſ.* 447.

& ibi

& ibi Addit. Corſet. *ſing. 18. in ver. teſtes*, Marſ. *ſing. 24.* Strach. *in tract. de aſſecurat. gl. 28. num. 2.* Gabr. *in ſuis com. concl. tit. de cita. concl. 1. num. 352.* Maſcard. *concl. 273. num. 9.*

Circa rei amiſſionem, quæ, ut dixi, probari debet probato caſu, hac diſtinctione principaliter uti debemus. Aut agitur de re, de qua non conſtat, an unquam fuerit penes ſocium. Aut agitur de re, de qua quod fuerit penes ſocium, adeſt ſuſpicio, vel adeſt præſumptio, Aut agitur de re, 18 quæ penes ipſum fuiſſe conſtat. Primo caſu, quando agitur † de rei amiſſione, de qua non conſtat, quod unquam fuerit penes ſocium, alia probatione ſuper ejus amiſſione opus non erit, & ſatis erit, quod neget eam non habere. Et licet Bart. *in d. l. ſi quis ex argentariis, §. penul.* dicat, reum debere allegare & ſuo juramento probare rem amiſiſſe, tamen melius dicit Menoch *in tract. de præſ. lib. 6. præſ. 61* ſufficere reo aſſerere rem non habere, cum ab actore contrarium non probetur, cui reo negante neceſſitas probandi incumbit, *l. cum de lege 17 ff. de probat.* & multo magis de probanda rei amiſſione non eſſet agendum, ſi non conſtaret, quod res fuerit in rerum natura, quia de privatione quæri non poteſt, niſi prius conſtet de habitu. Cravet. *conſ. 157. num. 16. in fin. lib. 1.* Suid. *conſ. 109 num. 10. lib. 1* Et iſta licet parum pertineant ad rem noſtram, dum agimus de amiſſione caſu facta, quæ allegatur ad excuſationem, nihilominus ea prætermittere nolui, quia utilia ſunt, & conferunt ad ordinis obſervantiam, qua uti debemus in pertinentibus ad præſentem materiam amiſſionis obvenientis fortuito caſu. Secun-
19 do caſu, quando ſuſpicio † adeſt rem perveniſſe ad ſocium, qui ſe excuſare vult, neque etiam hoc pertinet ad tractatum amiſſionis, quæ provenit à caſu, & ſatis eſt, quod neget ſocius eum habere, & juret, & ejus aſſertioni ſic juratæ erit ſtandum abſque alia probatione, & erit iſtud juramentum purgationis ad diluendam ſuſpicionem, & non erit juramentum probationis, ſed purgationis. Bald. *in l. Prætor 4. ſed ſi ſervus 3. ff de eden* Salic. *in l. ult. in 4 opp. C. de fid. inſtr.* Corn. *conſil. 317 ſub n. 4. lib. 4.* Maſcar. *concl 87. num 5 & 6.* Menoch.
20 *d. præſ. 61. num. 7.* Quando vero rem † perveniſſe ad ſocium præſumptio adeſt, quæ ſuperat ſuſpicionem, ut per Menoch. *d. tract. de præſ. lib. 1. q 7.* tunc tenetur probare ejus amiſſionem, & ejus aſſertioni etiam cum juramento non
21 eſt ſtandum, quia juramentum † non eſt ejus virtutis, ut poſſit diluere præſumptionem juris urgentem contra jurantem, Menoch. *d tract. lib. 1. q. 77. & d.*
22 *præſ. 61. numero 13. & in conſ. 617. num. 12. lib. 7.* Et probatur opinio † iſta auct. gloſ. *in clem. 1. §. ceterum, de uſur. in ver. compellendos*, ubi dicit, quod in caſu, in quo defunctus tenebatur exhibere librum rationis, ita eum exhibere tenetur ejus hæres, & ejus aſſertioni cum juramento non creditur, ſi dicat librum illum ad ſe non perveniſſe, & gloſ. ibidem ſequuntur Paul. Eleaz. & Imol. *num. 21.* & idem videtur ſentire Bald. *in l. Prætor ait, in 2. lect. colum. ult.*

verſ.

verſ. in gloſſa, ff. de eden. & Abb. *in conſ. 42. col. 1. lib. 2.* licet teneat contrarium in caſu
ſuo, quia defunctus non tenebatur edere, & ita his citatis tenet Menoch. *d.*
præſ. 61. num. 10. ubi ab opinione Aretin. *in conſ. 120.* recedit, & ab opinione Bertran
Alciat. & Rip. qui ſecuti ſunt opinionem Aret. affirmantis hæredis aſ-
ſertioni cum juramento credendum, ſi dicat rem, quæ erat pænes hæredem
ad ſe † non perveniſſe, vel eam non habere, & Menoch. reſpondet eorum 23
fundamentis, & dicit conſuluiſſe *in conſil. 620. lib. 7.* juramento hæredis tuto-
ris non credi, aſſerentis ad ſe non perveniſſe librum rationum ſui patris,
cum certum eſſet, patrem ipſum librum habuiſſe. Et quia lucrum in ſocie-
tate † adeſſe præſumitur Bero. *conſ. 191. num. 48. lib. 1.* Rot. Genuen. *deciſ. 173.* 24
num. 11. ideo ſi ſocius alleget lucrum † caſu amiſiſſe, quod caſum & amiſſio- 25
nem probare teneatur, & ejus aſſertioni non ſit credendum, tradit Socin.
conſ. 24. num. 40. & 41. lib. 1. & poſt eum Maſcar. *concl. 272. num. 12.* Et iſta, quæ
dicta ſunt de juris præſumptione, quod procedant multo magis in præ-
ſumptione juris & de jure, dicendum eſt, ut per Menoch. *d. præſ. 61. num. 17. &*
18. & in d. q. 77. in princ. Tertio & ultimo, quando conſtat † rem fuiſſe penes 26
ſocium, & allegat eam caſu amiſiſſe, & probat caſum, ſi ſupra dictum fuit
non eſſe ſtandum ejus aſſertioni cum juramento, quando præſumptive ſo-
lummodo ad eum perveniſſe conſtat, multo magis, quod ejus aſſertioni ju-
ratæ ſtari non debeat, ſi vere conſtat ad eum perveniſſe, dicendum eſt. Et
ita loquendo de capitali ſocietatis, quod ſocio aſſerenti illud caſu amiſiſſe
non ſit credendum, & amiſſionem probare teneatur, tradit Socin. *dict. conſil.*
24. num. 40. lib. 1. & Maſcard. *dict. concl. 272. num. 12.* In contrarium adducitur
† auctoritas Ang. *in dict. l. ſi quis ex argentariis 6. §. Prætor ait. colum. 2. ff. de eden.* 27
ubi dicit, quod ſi fœnerator † aſſerat perdidiſſe librum in mari, & probat, 28
quod navis naufragium paſſa fuit; erit ei credendum, licet non probet,
quod liber erat in navi. Et dicit, quod ſi aſſerat fœnerator famulum au-
fugiſſe cum libro, & probet famuli fugam, ſimiliter erit ei credendum. Hanc
Ang. auctoritatem referendo ejus præciſa verba citat Menoch. *d. præſ. 61. n. 25.*
ubi dicit etiam, quod eam ſecutus eſt Rimin. ſen inter conſ. Grat. *conſ. 95. n.*
28. & 29. lib. 2.

Prima opinio tenenda † eſt, non ſufficere probare caſum, ad hoc, ut aſſer- 29
tioni juratæ credatur ſuper amiſſione, quia etiam ſi crederetur ſolæ aſſertio-
ni cum juramento fraudibus via aperiretur. Corn. *conſ. 318. n. 5. lib. 4.* Maſc. qui
alios citat. *d. concl. 87. ſub n. 1.* Et ad hoc, ut aſſertioni † cum juramento ſuper amiſ- 30
ſione credatur, tria dicit eſſe neceſſaria. Seraf. *d. tract. de privil. jur. privil. 37.* Primo
neceſſarium eſſe dicit, quod probetur caſus. Secundo quod probetur, rem, de
qua agitur, fuiſſe in loco, ubi caſus evenit. Tertio quod jurare volens ſit per-
ſona bonæ conditionis & qualitatis, & ſi iſta tria neceſſaria ſunt, utique
quod probato caſu ſuper rei amiſſione ſtandum ſit aſſertioni juratæ, prout

Nn Angel.

Digitized by Google

31 Angel.dicit, affirmari non poteſt. Et vere neceſſarium eſſe docere, quod †
res fuerit in loco, ubi caſus evenit, dicendum eſt, quia cum res potuerit eſſe
in alio loco, non ſequitur, quod caſu probato, rei amiſſio probata dicatur.
Rimin.ſen.conſ.165.n.5.lib.1.Cravet.conſil.286.circa fin. verſ. Quarto dubitatur, lib.2.
Maſcard.d.conluſ.87.num 9. Hond. qui alios citat ad ſocietatem conſil 90. num.
32 16. lib. 2. Et etiam ſi reus probaſſet † caſum, & probaſſet, quod res prius
fuiſſet in loco, ubi caſus evenit; non videtur, quod ſit credendum ejus
aſſertioni cum juramento ſuper amiſſione, per ea quæ tradit Spec. in tit. de
act. & pet. §.1.verſ quid ergo. qui poſt Ubert. de Bob. dicit non præſumi, quod
is, qui rem habuit uno tempore aliquo in loco, eam adhuc ibi habeat, cum
res mobiles facile aſportentur & mutentur, & cum Specul. tenent Caſtren.
in l.ſi minorem 4.C.de in integr.reſt.minor.Franc.Balb.in repet.l.Celſus 27.numero 25.
33 ff.de uſucap. Alciat.conſil.687.in fin. Sed ego huic opinioni † Specul. & ſequa-
cium non aſſentior. Primo, quia magis communis eſt in contrarium, ut
per Menoch. dict.conſil.353.num.20.lib.4. Secundo, quia ſi vera eſt, declaratur
procedere ſolummodo, quando agitur rei vendicatione; ſecus vero, ſi aga-
tur actione perſonali Grat. conſil.94.num.27.lib.2. ex ſententia Jaſ. in d.l.ſi quis
ex argentariis, §.Prætor ait, num.12. Tertio, quia ſimiliter, ſi vera eſt, declara-
tur procedere, quando jam diu quis rem mobilem in loco habuiſſet, ſecus
ſi de recenti. Nicol. Arelat. in addit.ad Alciat. in tract.de præſ.reg. 2.præſ.21.lit.D.
qui ait, hanc declarationem colligi poſſe ex traditis ab Ever. in cent. in loco.
de tempore ad tempus, & has declarationes ponit etiam Menoch. dict. conſil.353.
34 num.20. lib.4. & dico, veriſſimam eſſe † opinionem, quod probato caſu erit
etiam probatum, rem fuiſſe in loco caſus, ſi ibidem erat de recenti ante ca-
ſum, & quando dicatur de recenti, quia certa regula dari non potaſt, Judi-
cis arbitrio terminandum relinquo, per ea quæ tradit Menoch. in tract.de arb.
35 Jud.caſu 9.in fin. Et ubi etiam teſtibus, quod tempore † caſus res erat in loco,
ubi caſus evenit, probaretur, dico, quod idonei erunt teſtes domeſtici &
familiares, Rimin.ſen. conſil.164.num.27.& conſil.165.in fin.lib.1. Menoch. d.conſil.
36 353. ſub numero 21. lib. 4. Si etiam caſus depopulationis † ſeu inundationis
evenerit in aliqua civitate ſeu oppido, ſatis erit ad probandum rem ibi-
dem fuiſſe, ſi conſtat, quod erat prius in illa civitate ſeu oppido. Sicut
enim eſſentia in loco particulari, ubi caſus evenit, inducit hanc probatio-
nem, ita etiam caſu inducere debet eſſentia in civitate ſeu oppido, quando
caſus tetigit totum oppidum & totam civitatem. Afflict. deciſ.13. numero 10.
Surd. conſil.109.numero 10.lib.1.& conſil. 245.numero 30. lib. 2. Et multo magis eſ-
37 ſentia in loco † ante caſum probat, quod ibi res eſſet tempore caſus, quan-
do ibi conſervari ſolebat, vel quando allegans amiſſionem erat obligatus
conſervare eam in dicto loco. Grat.conſ.94.n.28.lib.2. Petr. Ant.Piperot. inter
conſ.ejuſdem Grat.conſil.97.num.8.dict.lib.2, Menoch. dict.conſil.353.lib.4. Hond:
conſ.

conſ.90.n.18.lib.2. ubi reſpondet ad quædam motiva à patre meo excitata, dum erat Prætor Eugubii.

Ex prædictis non obſtat Ang. auctoritas † ſupra relata, quia aut male lo quitur, aut intelligi debet, præſupponere conſtare aliquo modo librum fuiſſe in loco, ubi caſus evenit, ut eum debere intelligi dicit Surd. *in d. conſil. 109.num.11.lib.1.* ubi dicit, quod ita eum intelligit Crot. *in conſil.122. num.34.* & quod ita tenet Bart. *in l.quoties 3.numero 6. Cod. de naufr.* Et hoc comprobari † ſubjungit, quia ad probandum mortem alicujus militis non ſufficit probare, quod in exercitu multi fuerunt mortui, niſi etiam conſtet militem præfatum in exercitu fuiſſe, *l.fin.§.ſi quis in bello. ubi Bart.Bald.& Ang. ff. de his qui not.infam.* Marant. *in l.is poteſt 18.num.145 ff.de acquir.hæred.* Natt. *conſil.245.num. 1.lib.1.* Joſeph. Ludov. *deciſ. Peruſ.30. part. 1.* Et ita dicitur de eo, qui allegat † fuiſſe derobatum in nemore, ubi fama erat, quod adeſſent latrones; oportet enim, quod fuerit viſus intrare in nemus equeſter, & quod fuerit viſus poſtea exire pedeſter. Cynus *in l. ſi creditor 5. in fin. Cod. de pignor. act.* Petr. de Ubald. *dict.tract de duob. fratr. part.8. ſub numero 14.* Et ad probandum etiam † mortem animalium oportet docere, quod eſſent in loco, ubi caſus mortis evenit, ut præſupponit Bald. *in l. cum ita 32. §. ſpecies 5. ff. de leg. 2.* & ita in practica probandi mortem animalium, quam mirabilem appellat Alexand. *in dict. l. ſi quis ex argentariis, numero undecimo*, præſupponit Bartol. *in l. quod ad præſens 4. Cod. de murileg.* cum quo tenet ibi Luc. de Penn. & Joan. de Plat. & Alexand. *in addit.* & Dec. *in l. ſi paſcenda 8. in fin. Cod. de pact.* Quærit ibi Bartol. qualiter † ab eo, qui animalibus præeſt, earum mors ſit probanda? Et dicit, quod mors unius animalis vel duorum erit in ſpecie probanda; mors vero plurium animalium probabitur, probato quod illo anno communiter contigit, quod de quolibet grege in regione illa mortua eſt dimidia pars, ſeu tertia, ſeu alia pars, & dicit, quod durum eſſet, ſi cujuſlibet animalis perditio † & mors eſſet probanda. Et tradit de tutore etiam & quolibet alio adminiſtratore, qui tenentur reddere rationem de ſupellectilibus, & aliis rebus mobilibus, quæ uſu conſumuntur, quod eis ſufficiat probare, quod in tanto tempore tot de dictis rebus potuerunt corrumpi, & cum eo tenet ibi Angel. Eandem practicam probandi † animalium mortem ponit idem Bart. *in tract. de teſtim. verſ. cura carnium*, ubi refert, quod cura carnium, ut de eis haberetur in abundantia, fuerat commiſſa quibuſdam Peruſinis, qui ex Apulia multa animalia conduxerunt, & ea retinuerunt per annum, & de eis fecerunt occidi, prout neceſſitas quotidiana expoſtulabat, & quia paſtores referebant, quampluta, ex dictis animalibus in itineribus & paſcuis perempta & deperdita fuiſſe, & ſic in libro rationis eorum, quibus dicta cura commiſſa fuerat,

38 39 40 41 42 43 44

ſcriptum reperiebatur, & quia alii, qui à præfatis rationes exigebant, contentis in dictis libris credere recuſabant, dicit Bart. ſe dixiſſe, quod ſi communiter ſic alias contingit, ut ex tanto numero tot animalia alii perdiderint, & hoc fuerit probatum, quod etiam eis hoc eveniſſe veriſimiliter erat credendum, & ſubjungit, adeo æquum id viſum fuiſſe, ut lege lata ab ipſa civitate ita fuerit determinatum.

45 Ad prædicta dubitari † contingit, intra quæ tempora caſus debeat allegari & probari? Hanc quæſtionem ponit Bart. *in l. 2. C. de naufr. lib. 11. n. 5.* ubi dicit, notandum eſſe argumentum mirabile ex illa lege pro illis, qui ſuam pecuniam dant mercatoribus ad partem lucri & damni, quod ſi dicant mercatores ſuſtinuiſſe damnum furti, rapinæ, incendii, & ſimilium, debeant de tali caſu facere fidem intra annum, alias non debeant audiri, quia *in d. l.* dicitur, intra anni ſpatium caſum probari debere. Et hoc comprobat, quod intra annum iſta probatio fieri debeat, quia mercatores hujuſmodi quolibet anno rationem reddere tenentur, *l. neminem*, *Cod. de ſuſcept. & præpoſitis 48.* Subjungit tamen hoc non firmare, quia dicta allegatio fit à mercatore ad defenſam, & excipiendo, & exceptiones & defenſiones regulariter ſunt perpetuæ, *l. pure 5. in fin. ff. de except. doli. l. licet 5. C. de except.* Et ideo dicit, quod in partibus ſuis apponitur pactum, quod mercator teneatur probare caſum intra certum tempus, & reſpondet legi præfatæ, quod loquitur ſpecialiter in Fiſco, & cum Bart. tranſeunt ibi Ang. Jo. de Plat. Jac. Rebuf. & Alexand.
46 *in addit.* Bald. vero *in d. l. 2.* quam † legit dum *l. 1.* affirmat, talem probationem fieri debere intra annum, & dicit, quod illa lex in hoc eſt mirabilis & ſingularis, & ita tenet etiam Capel. Tholoſ. *dec. 447. in princ.* & opinio iſta mihi videtur verior, & ſequenda in caſu dictæ legis, quando probatio debet fieri abſque partis citatione, quia ibi non proprie agitur de exceptione proponenda propoſita actione, ſed agitur de probatione proponenda in redditione rationis, quam ſibi parare tenetur etiam non requiſitus, prout tenetur ſcribere & præparare ſibi librum rationum. Sed dum dixi, in contractu
47 † ſolere apponi tempus, intra quod mercator teneatur docere de caſu, dubitatur, utrum poſt tempus conventum mercator de caſu docere poſſit? Et Bald. *in conſ. 61. in 2. dubio. lib. 2.* tenet affirmativam opinionem, ſed ejus opinio non eſt ſequenda, quia, ut dixi, Dd. *in d. l. 2.* in hoc concordant, per pactum fieri, quod mercator intra certum tempus caſum probare teneatur. Et hanc opinionem, caſum poſt tempus conventum probari non poſſe, maxime ſi pœna fuerit appoſita, vel juramentum, tenet Alexand. *in conſ. 158. lib. 2.* & de purgatione moræ, ſtante pœna & juramento, late tractat Seraf. *in tract. de*
48 *privil. jur. privil. 48.* vide infra *cap. 38. n. 70.* Ultimo loco in hac caſuum † fortuitorum probatione etiam dubitari ſolet, utrum qui allegat caſum teneatur probare caſum eveniſſe abſque ejus culpa? Pro hac dubitatione removenda

talis

talis diſtinctio adhibetur. Aut agitur de caſibus, qui regulariter ſine culpa evenire ſolent, ut vis hoſtium, impetus aquarum, mors naturalis, & ſimiles. Aut agitur de caſibus, qui cum culpa conjuncti eſſe ſolent, ut furtum, incendium, mors non naturalis animalium, & fuga ſervorum, & aliorum, qui cuſtodiri debuerant. Quando agitur de caſibus, qui à culpa ſeparati eſſe ſolent, tunc de caſu docere ſufficit, & quod ſine culpa evenerit, non eſt probandum, quia ſine culpa eveniſſe præſumitur. Quando vero agitur
† de caſibus, qui cum culpa conjuncti ſunt, tunc caſum probare non ſuffi- 49
cit, ſed etiam probari debet ſine culpa eveniſſe, ita Bulgari & aliorum contrarias opiniones concordando diſtinguit Bald. *in l. ſi creditor ſ. C. pignor. act.* & hanc diſtinctionem ponit etiam Bart. *in l. ſi quis ex argentariis, §. pen. ff. de eden.* cum quo cæteri omnes pertranſeunt, ut dicit ibi Jaſ. *num. 29.* eam etiam approbat Alex. loquendo de morte animalium *conſ. 158. n. 3. lib. 2.* Maſcard. *concl. 272. n. 8.* & Menoch. *in tract. de præſ. lib. 6. præſ. 61. num. 30.* Sed quia iſta culpa † 50
præſumpta in his caſibus eſt leviſſima, tunc ſolummodo à ſocio, quod caſus ſine ejus culpa evenerit, probandum erit, quando de culpa leviſſima etiam tenebitur, quod quando ſit, dixi ſupra, *c. 21. n. 2.*

N. 5. dixi ad *cap. 17. num. 20.*

CAPUT XXVI.

De expenſis & damnis obvenientibus abſque dolo & culpa ſocii.

SUMMARIA.

1 *Expenſæ omnes, dummodo non proveniant à delicto & à dolo in ſocietate omnium bonorum, de communi fieri debent.*
2 *Lucra omnia undecunque & qualitercunque quæſita communicantur in ſocietate omnium bonorum, & n 28.*
3 *Deperdita in ludo an de communi ſolui debeant.*
4 *Debita contracta occaſione magiſtratus communia ſunt.*
5 *Infirmitatis expenſæ de communi fieri debent.*
6 *Excepta infirmitate morbi gallici.*
7 *Captus ab hoſtibus communi impenſa recuperari debet.*
8 *Filii & familia de communi ali debent.*
9 *Filii nati ex damnato coitu de communi ali non debent.*

10 *Erogata à ſocio in honorem filiorum, de communi percipi debent.*
11 *Expenſæ in nuptiis filii & filiæ de communi fieri debent.*
12 *Niſi expenſæ ſint exceſſivæ.*
13 *Libri pro ſtudio de communi emi debent, & erunt communes.*
14 *Expenſæ de communi fieri debent, ſi filius ſocii efficiatur abbas & monachus.*
Non ſic, ſi ſocius efficeretur abbas & monachus.
15 *Expenſæ pro voto, & eleemoſynis, de communi fieri debent,* & n.16.
17 *Damnum obveniens injuria Judicis commune eſt.*
18 *Debita omnia inter ſocios ſunt communia.*
19 *Expenſæ pro funere unius ex ſociis de communi fieri debent.*
20 *Contrarium eſt verius.*
21 *Dos filiæ unius ex ſociis de communi ſolvi debet.*
22 *Contraria eſt opinio quod de communi ſolvi non debeat.*
23 *Concordantur opiniones, quod ſit extrahenda de communi ſocietate durante, & ea finita ſit computanda in parte ſolventis, ſed iſta concordia reprobatur.*
24 *Utramque opinionem à Judice amplecti poſſe, cum quæſtio ſit dubia.*
25 *Sed hoc reprobatur, quia Judex facto diligenti ſtudio eam ſequi debet, quæ ſibi magis vera videtur.*
Prima opinio affirmativa tanquam magis communis, & melioribus fulcita rationibus, approbatur.
25 *Filia unius ſocii, quemadmodum fieri poteſt pacto expreſſo, quod dotetur de communi, ita & tacito.*
27 *Societas tacita & expreſſa non differunt,* & n.36.
28 *Dotes ponuntur in communi, non ſimpliciter, ſed cum obligatione reſtituendi.*
Æqualitas in ſocietate omnium bonorum non conſideratur in ſingulis rebus, ſed in univerſali.
29 *Societas omnium bonorum juſtificatur ab incertitudine, & non attenditur, an quis plus ponat, & an plus lucretur.*
30 *Intellectus* l.ſi ſocius ff pro ſoc.
31 *Dd.tenentes, dotem filiæ ſolvendam de proprio, declarantur non loqui in ſocietate omnium bonorum.*
Et qui teſtantur hanc opinionem eſſe magis communem, male loquuntur.
32 *Socius plus parte ſua alienare non poteſt.*
Procedit, quando culpa & dolo alienaret.
Non procedit in ſocietate omnium bonorum, in qua, ea durante, quanta ſit cujuſque pars, ignoratur.
33 *Frater ſi in alenda majori familia plus expendat, alter repetere poteſt.*
Non procedit in ſocietate omnium bonorum.
34 *Dotandi onus cohaeret perſonæ patris, & quæ cohærent perſonæ, ad alium non tranſeunt.*

Fallit

Fallit virtute contractus ſocietatis.

35 *Expenſæ, quæ reſpiciunt ſocietatem, ſocietati imputantur.*

Fallit in ſocietate univerſali.

37 *Expenſa proveniens à voluntate unius ex ſociis de communi fieri non debet.*

Dotis debitum eſt neceſſarium, non voluntarium.

Dotis debitum provenit à natura, non à voluntate.

38 *Æqualitas ſervanda inter ſocios, qualiter procedat in ſocietate univerſali.*

39 *Socius doloſe recedere à ſocietate non poteſt, ne dotet filias alterius ſocii,* n. 43. *ubi declaratur.*

Si ſocii dividant ſocietatem prius, quam filia unius nuptui tradatur, interponenda erit cautio, quod alter dabit partem ſuam dotis, adveniente tempore nuptus, niſi eam tradat in diviſione.

40 *Intellectus* l. ſi ſocius pro filia, ff. pro ſoc. *&* n. 41.

42 *Dos promiſſa durante ſocietate, ea diſſoluta de communi extrahi debet.*

44 *Dos de communi etiam diſſoluta ſocietate eſſet ſolvenda, quando ea durante vigore ſtatuti fœmina fuit excluſa, favore maſculorum.*

45 *Dos de communi ſolvenda intelligitur de moderata; non de immoderata.*

46 *Dos quod ſit ſoluenda de proprio non procedit, ſi ſit ſoluta ſciente & patiente altero ſocio.*

47 *Et hoc procedit, quoad dotatas, & non quoad dotandas.*

48 *Sed hoc reprobatur.*

INveſtigatio iſta de damnis & expenſis, quæ in ſocietate contingere poſſunt, in duas partes dividi debet. In prima erit agendum de ſociis omnium bonorum: in ſecunda de ſociis aliarum ſocietatum. In ſocietate omnium † bonorum veriſſima eſt concluſio, expenſas omnes, & damna, communiter ad ſocios pertinere, dummodo non proveniant à delicto & à dolo, & culpa ſocii, *l. ſi fratres 52. §. ſocium, & l. adeo 59. §. quod in alia 1. ff. pro ſoc.* Petr. de Ubald. *in tract. de duob. fratr part. 6. numero 1. & part. 8. ſub num. 11. verſ. ſecundo caſu.* Socin. *conſil. 291. numero 1. lib. 2.* Roland. late. *conſil. 91. lib. 1.* Thob. *conſil. 64.* Menoch. *conſil. 860. lib. 9.* Joſeph. Ludov. *in ſuis concluſ. com. concl. 53. verſ. econtra infertur, numero 89.* ubi dicit, quod pactum in contrarium non valeret, ſecundum communem opinionem, de qua per Cravet. *conſil. 245. numero 5. lib. 1.* & verum dicit, licet Cravet. loquatur de ſocietate particulari, quia in iſta † ſocietate omnia lucra undecunque & qualitercunque quæſita communicari debent *l. 1. & l. 3. & l. qui ſocietatem univerſorum, ff. pro ſoc.* Et ideo pacto fieri non poteſt, ejus natura ſalva, quod etiam expenſæ & damna non ſint communia. *§. 1. Inſtit. de ſociet. l. ſi non fuerint 29. & l. Mutius 30. in princ. ff. pro ſoc.* Bene dum *in d. l. adeo 59. §. quod in alia,* dicitur, quod deperdita

3 dita † in ludo pertinent ad ſocium, non ita ſtrictè ejus diſpoſitionem intelligerem, ut non ſit ſocio aliquando ludere cum pecuniis communibus permiſſum, ſed ſi ludus eſſet toleratus, & ſi eo utatur ſocius pro recreatione, cum gravibus ſeriiſque rebus ſatisfeciſſet, ut per Cicer. *in lib.1. offic.* & ut aliis morem gereret, præcipue majoribus, ut perſæpe fieri ſolet inſerviendo tempori & ſcenæ, & ſumma eſſet tolerabilis, dicerem de communi, & non de proprio talem ſummam deperditam eſſe extrahendam, & faciunt ea, quæ in ſuo tract. *de ludo ſcacchorum, qu.11.* tradit Dominus Thomas Actius IC. & Doctor eruditiſſimus, qui certe inter primarios noſtræ ætatis Doctores connumerari debet, & modo ego in ejus patria degens, dum hæc ſcribo, maxime gaudeo, quod duo ejus filii V. I. Doctores, unus annorum viginti, & alter decem & octo, ſint mihi amicitia conjuncti, quia certe in literis Latinis & Græcis, in legali, & omnium ſcientiarum, ac etiam artium liberalium ſtudio, adeo ingenio pollent, ut maxima cum omnium admiratione cæteros omnes noſtræ ætatis juvenes ſuperent & antecedant.

Ex hac concluſione à Doctoribus multa referuntur, quæ quotidie in pra-
4 ctica † evenire ſolent. Et primo infertur, quod debita contracta cum communitate ab uno ex ſociis occaſione magiſtratus de communi ſolvi debent, *l.ex parte 39.§.filius 3.ff.famil.ercif.* Rolan. *d.conſ 91 n.31 lib.1.* Joſeph. Lud. *d.concl.53.*
5 *verſ.infertur ſecundo, num. 90.* Secundo infertur, quod ſi unus ex † ſociis infirmatur, de communi expenſæ fieri debent. Petr. de Ubald. poſt Bald. fratrem ſuum *in d.tract.de duob.fratr.part 6.num.12.* Joſeph Lud. *d.concl.53 n 99.verſ.infertur decimo.* Rim.jun. *conſ.366.n.7.lib.4.* D. Thomas Actius in ſuo eleganti & docto
6 tractatu, *de infirmitate, part.2.in ver ſocius.* Sed ſi ageretur de morbo † gallico in hoc rigoroſe agendo, dicerem expenſas pro eo curando de communi percipi non debere, ſi provenit à mala converſatione habita cum meretricibus, per tex. *in d.l.adeo 59.§.quod in alia 1 ff. pro ſoc.* quia dicitur provenire à dolo & à culpa ſocii dando operam rei illicitæ & inhoneſtæ contra Dei præ-
7 ceptum: *Non mœchaberis.* Tertio infertur, quod ſi unus † ex ſociis captus fuerit à pyratis, à bannitis, & ab hoſtibus cæteris, quod expenſæ omnes pro eo redimendo, & recuperando de communi fieri debent, dummodo ejus culpa non fuerit captus, Bald *conſ.172.lib.5.* Alex. *conſil.99. in fin. & conſ.133. in fin.lib.2.* Menoch. *conſ.860.n.190.lib.9.* Joſeph. Lud. *d.concl.53 verſ. & ideo.num.107.* ubi dicit, quod male loquitur Roman. qui contrarium tenet *conſ. 172. num.1.*
8 Quarto infertur, quod de communi † erunt alendi uxor & filii unius ſocii, licet alter filios & uxorem non habeat. Petr. de Ubald. *d.tract.part.6.n.19.* ubi dicit, ita tenere Bald. in quadam apoſtilla manu ſua ſcripta, *in l. cum duob.52. §.ſi fratres, ff.pro ſoc.* Ruin. *conſ.104.verſ.4.lib.1.* Socin. *conſ.4. col. pen. lib. 4.* Rolan. *conſ.91.num.42.lib.1.* Thob. *conſ.5.* Joſeph. Lud. *d.concl.53.verſ. infertur quinto num.39.*

Eſ

Et quamvis etiam filii nati † ex damnato coitu à patre ſint alendi, vt per 9
Roland. conſ.54.lib.2. nihilominus de communi à ſocio ali non debent, per
tex. in d.l & adeo 59. §. quod in alea 1. ff pro ſoc. & per ea, quæ tradit Rim. jun. conſ.
366.n.18. & ſeq. lib.4. Quinto infertur, quod † erogata à ſocio in honorem ſui 10
filii de communi percipi debent, l. ſi ſocietatem univerſorum 73 ff pro ſoc. l. ex par-
te 39. §. filius 3. ff. famil. ercisc. Petr. de Ubald. d. part. 6. n. 8. Sexto infertur, quod ex-
penſæ, quæ † fiunt in nuptiis tam filii, quam filiæ, & pro jocalibus, de com- 11
muni fieri debent. Petr. de Ubald. d. part. 6. n. 8. Corn. conſ. 285. ſub n. 4. lib. 1. Bero.
conſ. 190. n. 5. lib. 1. Joſeph. Lud. d. concl. 53. d. verſ. infertur ſeptimo n. 95. ſed hanc illa-
tionem ueram † intelligas, niſi expenſæ ſint exceſſivæ. Rim. jun. conſ. 366. lib. 12
4. Septimo infertur, quod libri cauſa † ſtudii de communi emi debent, ſed 13
intellige, quod non ſint proprii ementis, ſed communes, Petr. de Ubald. d.
part. 6. n. 20. ubi ait, ita tenere Bald. in quadam apoſtilla ejus manu ſcripta,
Socin. conſ 4. n. 34. & 35. lib. 4. Horat. Luc. in tract. de privil. ſcholar. privil. 27 Joſeph.
Lud. d. concl. 53. verſ. infertur ſexto, num. 94. Octavo infertur, quod ſi filius † unius 14
fratris ſocii efficiatur abbas & monachus, expenſæ de communi fieri de-
bent. Petr. de Ubald. d. part 6. num. 9. Joſeph Lud. d. concluſ. 53. verſ. infertur decimo,
n. 98. Sed non ſic eſt, ſi ipſe ſocius fieret abbas & monachus; tunc enim im-
putarentur in ejus partem, quia cum eo ſocietas eſſe non poteſt, ſecundum
Bald. in dict. l. ſi ſocietatem univerſorum 73. ff pro ſoc. Petr. de Ubald. dict part. 6. num 9.
Nono infertur, quod expenſæ, quæ † fiunt in explendo voto, & in eleemo 15
ſynis, de communi fieri debent, quia ſi fiunt de communi, ubi agitur de
honore hujus mundi, multo magis de communi fieri debent, ubi agitur
de ſalute animæ, quæ omnibus rebus eſt præferenda, quia nihil prodeſt ho-
mini, ſi univerſum mundum lucretur, animæ vero ſuæ detrimentum faciat,
& ita teneo, quicquid diſtinguendo dicat Petr. de Ubal. d. part. 6 n. 6 & 7. Nam
dum conſiderat, quod † iſtæ expenſæ non concernant utilitatem ſocieta- 16
tis, & ideo ſocietati imputari non debeant, decipitur, quia ſi concernunt
animæ utilitatem, concernunt ſocietatem, & quia unius ſocius poteſt de
communi etiam expendere extra ſocietatis utilitatem, quia ſic eſt de natura
hujus ſocietatis omnium bonorum, dummodo expendat ſine dolo & cul-
pa, Roland. dict. conſ 91. num. 49. lib. 1. Decimo infertur, quod ſi unus † ex ſo- 17
ciis Judiciis injuria damnatus ſit, commune inter omnes damnum erit, l.
ſi fratres 52. in fin. ff. pro ſoc. & eſt generale, quod, ut dixi ſupra, omnia damna
dolo & culpa ceſſante obvenientia communia ſint, Corn. conſil. 285. ſub num.
4. lib. 1. Alexand. conſil. 154. num. 3. lib. 2. & conſil. 70. ſub num. 2. lib. 5. Rol. dict. conſil 91.
num. 36. Joſeph. Lud. d. concl. 53. verſ. infertur quarto. num. 92. verſ. infertur duodecimo,
& verſ. infertur decimoſeptimo, & verſ. ſeq. Undecimo infertur, quod debita
† omnia ab uno ex ſociis contracta inter omnes ſocios communia ſunt, 18
culpa & dolo ceſſante, Alexand. conſ. 133. in fin. lib. 2. Cravet. conſ. 159. num. 8. lib. 1.

Digitized by Google

Joſeph.Ludov.*d.concl.verſ.infertur decimoſexto, n.109.* Duodecimo infertur, quod
19 expenſæ † pro funere unius ex ſociis de communi fieri debent, ſecundum
Joſeph.Lud.*in d.concl.53.verſ. infertur decimotertio, num. 101.* ubi dicit hoc eſſe ve-
rum, quia omnes aliæ expenſæ, quæ excogitari poſſunt, de communi fiunt,
& fiunt de communi impenſæ pro infirmitate, quaſi dicat, ergo pro morte.
20 Sed ego huic illationi non adſtipulor, quia expenſæ † fiunt de communi
durante ſocietate, & fiunt de communi expenſæ pro infirmitate, quia adhuc
durat ſocietas, & morte adveniente ſolvitur ſocietas, *l.adeo 59. & l. ſocium qui
in eo.§. 1.ff. pro ſoc.* & ſic ea diſſoluta amplius ab ea de communi expenſæ ex-
trahi non debent, & ita tenet Bero. *conſil. 190.n.12. lib.1.* Pro funere filii eſſent
faciendæ de communi, faciunt tradita ſupra *num. 14.* Tertio decimo infer-
21 tur, quod dos filiæ † unius ex ſociis de communi ſolvi debet. Bald *in tract.
de duob. fratr. n. 15.* qui Specul. opinionem tenentis contrarium limitat non
procedere in ſocietate omnium bonorum, & *in l. ſi patruus 4.num. 11.C. comm.
utr.Jud. & in l. cum duob. §. ſi fratres*, alias incipit *l. ſi fratres 52. & in l. ſi ſocietatem
univerſorum 73 ff. pro ſoc.* Ang. *in l.ex duob.27.in fin. ff de neg.geſt.* Bart. *in ſuis recolle-
ctis, in d.l.cum duob.§.ſi fratres*, quem refert vidiſſe Jo. Baptiſtam de Bentivolis,
qui ſcripſit pro hac opinione, ut dicit Socin. *conſil.291 col. 6.lib.2.* ubi dicit vi-
diſſe, quod etiam Nellus de S.Geminiano pro hac opinione ſcripſit. Et eam
tenuiſſe etiam Martinum de Laude, & Jacobum Puteum refert Jaſ. *in auth.
quod locum, colum. pen. C. de collat.* Hanc opinionem tenet etiam Antonius de
Butrio *conſil.7.& conſil.60.in 3.dubio.* Joan. de Imol. *in conſil. 30. In caſu propoſito.*
Caſtren. *in recollectis.* Floren. *in l.ſi ſocius, & in l.ſi ſocietatem univerſorum 73. ff. pro
ſoc. & in conſil.304.ſuper primo quæſito dicendum eſt, num.2.& in conſil. 358. Ad primum
videtur, lib.2.* ubi dicit, quod aliquando aliter ſibi viſum fuit, ſed mutavit
voluntatem, viſo Baldo tenente hanc opinionem. Alexand. *conſil.154.num.5.
lib.2.& conſil.77.lib.4.* & apertius *in conſil.70. lib.5.* Socin. *conſil. 291. in 1.dubio.* ubi
dicit hanc opinionem veriſſimam in puncto juris, *lib.2.& in conſil.4.lib.4.* ubi
numero 33. dicit alias pro hac parte conſuliſſe quaſi omnes Doctores Peruſi-
nos, & ſub *numero 41.* ita tenuiſſe Dd. Roſellum de Aretio, *& in conſil.5.eod.
lib.4.* Hier. de Sanctis inter conſilia ejuſdem Socin. *conſil.6.lib.4.* Ruin. *conſil.
101 numero 16.& conſil.104.numero 2.lib.1. conſil. 121. colum.1. lib. 5.* ubi dicit, quod
cum alias pro hac parte conſuluiſſet, ſubſcripſerunt ejus conſilio omnes
fere excellentes Doctores Italiæ. Bertran. *conſil. 39. colum. 3. lib. 2.* ſecundum
veterem impreſſionem, qui dicit communem. Bero. *conſil.190. in 1. dubio. lib.1.*
Dec. *in auth. quod locum, colum. pen.* qui dicit communem, *C. de collat. & in con-
ſil.66.* ubi ſimiliter *numero 5.* dicit communem, *& in conſil. 68.* ubi etiam dicit
communem ſub *numero 2.lib.1.* Rimin.ſen. *conſil.144.numero 14.lib.1.* & ibi Rim.
jun. *in addit.* Natt. *conſil. 91. numero 2. lib.1.* Covar. *lib. 3. varia. reſolut. cap.2. verſ.
quinto infertur.* Cagnol. qui hanc dicit veriorem & communiorem, *in l. ſi*

emancipat.

emancipati.9.numero 202.C.de collat.Simon.de Prætis conſ.179.n.11. Menoch. conſil. 375.n.11.lib.4.& in tract.de arbitr.Jud.caſu 127.num.3.ubi de communiori Rolan. conſ.91.ubi de veriori & communiori lib.1. Thob. conſ. 64. ubi ſimiliter de veriori & de communiori.Joſeph.Lud.d.concluſ.53.verſ.infertur decimo quarto, ubi verſ.ſed hodie, dicit,& auctoritatibus,& numero Doctorum, & bonis rationibus & legibus probari,hanc eſſe magis communem, & canendo palinodiam hanc eſſe frequentiſſimam, æquiſſimamque, & uſu comprobatam opinionem, dicit Vivius dec.431.nu.lib.3.Hanc tenet etiam Surd.in tract.de aliment.tit. 1.q 85.n.7. Sed quod de propria ipſius ſocii parte † & non de communi dotari 22
debeat Dd.quamplures tenentes cumulat Gabr.tit.de jur dot.concl.2.in princ.& n.4.dicit eam eſſe magis communem, & poſt alios,quos citat, hanc eſſe magis communem teſtatur etiam Gran.in ſuis Theorem. Theorem.1.in princ. verſ.aggreditor, & Rim.jun.conſ.366.n.12.& ſeq.lib.4.

In hac Doctorum † varietate concordiam ponit Gabr.dict.tit.de jur.dot.con- 23
cluſ.2. numero 3. quod in ſociis omnium bonorum durante ſocietate dos debeat extrahi de communi patrimonio, & ita procedit prima opinio, ſed ea ſoluta debet imputari in portionem patris, & ita procedit ſecunda opinio, ita has opiniones concordare citat Corn. in conſ.285. numero 4. & ſeq. lib.1. & in conſil.52.colum.penult.lib.3.& in conſil.58 num 10. lib.4. & ita tenet etiam Addit.ad Alex conſil. 154. lib. 2. ubi dicit, quod Doctores tenentes contrarium errant & cæcutiunt. Iſta concordantia non eſt ſequenda, quia eſt contra primam opinionem, ſecundum quam neque durante neque ſoluta ſocietate dos imputatur in parte dotantis, & eſt contra ſecundam, in qua negatur abſolute dotem de communi extrahi debere. Petr. de Ubald. in d. tract. de duob.fratr.part 6.num.10. in fin. fuit in alia opinione † pro concordia. Nam 24
dicit, quod paſſus eſt dubiiſſimus, & quod ſi quis uni, vel alteri opinioni adhæreret, de mendacio redargui non poſſet, ſed hoc eſſe valde pudendum dicit Addit.ad Alexand. dict conſil.154. lib.2. & certe male loquitur, quia ſunt iſtæ opiniones adinvicem contrariæ, & ſimul veræ eſſe non poſſunt, & Judex tenetur eam ſequi, quæ facto diligenti † ſtudio ſibi magis vera videtur, 25
ut per Menoch. in tract. de arbitr. Jud. caſu 439. numero 22. cum plur. ſeq Ego teneo non eſſe recedendum à prima opinione, tam in conſulendo, quam in judicando, quia eſt magis communis, & quia eſt fulcita melioribus rationibus, & fundamenta, quæ pro contraria parte allegantur, facile tolli & removeri poſſunt, ut clariſſ. & quoad brevius fieri poterit, demonſtrabo. Primo pro hac opinione ſolidiſſimum facit fundamentum, quod tenentes partem † negativam admittunt, pacto expreſſe fieri poſſe, quod 26
filia unius ſocii dotetur de communi, ut habetur in l. ſi ſocius pro filia 81.ff. pro ſoc. & multi ex eis etiam admittunt, id pacto expreſſo factum dici, ſi expreſſe ſocietas omnium bonorum contracta fuerit, per tex. in l. 1. ſocietatem

univerſorum,73. ff. pro ſoc. Nam ſi id pacto expreſſo fieri poteſt, & factum cenſetur in ſocietate expreſſe contracta, etiam quod in ſocietate omnium bonorum tacite contracta fieri debeat, dicendum eſt, quia par eſt virtus taciti & expreſſi, *l. cum quid 3. ff. ſi cert. pet.* & faciunt tradita *in l. fin. C de novat.* Et iſtud
27 fundamentum † non poteſt removeri adducendo, differentiam eſſe inter ſocietatem expreſſam omnium bonorum, & tacitam, quia quicquid multi Doctores tenuerint, magis communis eſt opinio, etiam tacite ſocietatem omnium bonorum contrahi, & in ea venire ea omnia, quæ veniunt in expreſſe contracta, ut dixi ſupra, *cap. 10. & cap. 12.* Secundo facit, quia omnia
28 undecunque & qualitercunque quæſita † in hac ſocietate communicantur, *l. 1. & l. 3. & d. l. qui ſocietatem univerſorum, ff. pro ſoc.* etiam ſi ſunt quæſita mediante perſona filiorum, *l. cum duobus 52. §. ſocium ff. pro ſoc.* Si enim lucra ponuntur in communi, ita & de communi etiam omnes expenſæ extrahi debent, licet filiorum perſonam concernant, *l. Mutius 31. ff. pro ſoc.* Et huic fundamento non nocet dicere, quod dotes ponuntur in communi non ſimpliciter, ſed cum obligatione reſtituendi, *l. actione 65. §. fin. ff. pro ſoc.* & ita de communi extrahi debeant cum onere, quod computentur in diviſione in partem ſocii dotantis, ut tradit Corn. *d. conſ. 52. col. pen. lib. 3.* Nam reſpondetur, quod in hac ſocietate æqualitas non conſideratur in ſingulis rebus, ſed conſideratur in generali, ut omnia lucra ſint communia, & omnes expenſæ de communi extrahantur, ut eodem modo, quo lucra fiunt, communicentur & eodem modo, quo expenſæ fieri debent, de communi extrahantur. Tertio. quia in hac ſocietate non attenditur, an quis plus ponat, & plus
29 † cum effectu lucretur, ſed ab incertitudine juſtificatur, quia poteſt eſſe, ut illi, qui minus ponit & minus lucratur, aliquid obveniat in pati & in majori quantitate rerum poſitarum ab altero ſocio, Cravet. *conſ. 173. ſub num. 1. lib. 1.* Covar. *lib. 3 var. reſolut. c. 2. ſub num. 3. verſ. quinto,* ut dixi ſupra, *c. 15.* & ſi iſta incertitudo juſtificat ſocietatem in lucro, eam etiam quod in expenſis juſtificet, dicendum eſt, cum lucrum & damnum in ſocietate pari ratione terminen-
30 tur, *l. Mutius 3. ff. pro ſoc.* Quarto & ultimo iſta opinio † probatur per text. *in l. ſi ſocius 81. ff pro ſoc.* ubi filia unius ſocii dotata ab ejus patre, & hæres relicta in diviſione rerum ſocietatis facienda cum altero ſocio, habet dotem præcipuam, quam non haberet, ſi de parte ſui patris ſolummodo veniret extrahenda, ita illum textum pro hac opinione inducendo allegat Butr. *conſ. 7.* & omnes alii ſequentes ejus opinionem, ut per Rolan. *d. conſ 91. n. 40.* & Thob. *d. conſ 64. n. 6.* qui bene dictum textum declarant, & oſtendunt quod non facit pro contraria opinione, ut alii quidam opinantur, ſub præſuppoſito, quod ſocietatis expreſſe omnium bonorum natura diverſa ſit à natura ſocietatis tacitæ omnium bonorum. Adducta pro contraria opinione, quæ magis ſtringere conſiderantur omiſſis aliis, ut dixi, facile tolli & removeri
poſſunt,

poſſunt. Et primo quatenus allegatur auctoritas multorum tenentium hanc opinionem cavendum eſt, quod aliqui loquuntur † de fratribus ſolummodo inſimul habitantibus ad unum panem & unum vinum. Aliqui vero loquuntur cum diſtinctione de expreſſa & tacita ſocietate, quæ ut dixi, communiter & magis communiter reprobatur, ita Bald. ut ſupra retuli, declarat Spec. non loqui in ſocietate omnium bonorum, ut etiam ita dicit Dec. *d. conſil. 66. ſub num. 5. verſ. Non obſtat dictum Speculat. & in conſil. 68. ſub num. 3. verſ. ſed hoc in caſu*, ubi dicit, quod Dd. qui in contrarium allegantur, non videntur loqui in ſocietate omnium bonorum. Et Socin. *in dict. conſil. 4. in fin. lib. 4.* dicit, Dd. quoſdam ex adverſo allegatos non præſupponere, fuiſſe contractam ſocietatem omnium bonorum. Et poſita diviſione inter ſocietatem tacitam & expreſſam loquitur Alexand. *d. conſil. 154. num. 5. lib. 2.* & Bero. *dict. conſil. 190. in 1. dubio. lib. 1.* Et etiam auctoritas tenentium hanc partem non eſt ſequenda, quia quicquid dicat Gran. *dict. Theorem. 1.* contraria opinio eſt verior, æquior, & magis communis, ut dicunt Rolan. Thob. Joſeph. Lud. & Vivius *in locis ſupra citatis*. Secundo, dum allegatur, quod ſocius ideo de communi filiam dotare non poteſt, quia non poteſt † alienare ultra partem ſuam, *l. nemo ex ſociis 68 ff pro ſoc.* reſpondetur, *dictam l.* locum habere, quando ſocius dolo vel culpa alienaret, ut ibi gl. declarat, & in dando dotem ſocius non eſt in dolo neque in culpa. Socin. *dict. conſil. 4. num. 42.* Rolan. *dict. conſil. 91. num. 52.* Et reſpondetur, quod dum ſocietas durat, quanta ſit cujuſque ſociorum pars, conſiderari non poteſt, ratione incertitudinis, & futuri eventus. Et ſi durante ſocietate diceretur, quod ſocius haberet partem certam, & plus parte ſua alienare non poſſet, nunquam ſocii de communi extrahere poſſent pro eorum indigentiis & familia ea, quæ extrahuntur, ut dixi ſupra in illationibus. 31 32

Tertio, dum allegatur, quod ſi unus frater † habeat majorem familiam, quam alter, & ſi pro ea plus expendat, alter plus expenſum reperere poteſt, Ang. & Caſtr. *in l. fin. C. de collat.* Corn. *conſ. 59. colum. fi. lib. 4.* & videbimus *in ſubſequent. cap.* reſpondetur, quod licet ſocietas habeat ſe ad inſtar fraternitatis, tamen fraternitas, quæ conſideratur in ſocietate omnium bonorum, dictat, quod omnia ſint æqualiter participanda, nulla adhibita diſtinctione inter majorem & minorem familiam, quia hoc provenit à caſu, & non à culpa ſociorum. Cravet. *conſ. 159. n. 10.* Menoch *de arbitr. Jud. caſu 127. n. 2.* 33

Quarto, dum allegatur, quod onus † dotandi filiam cohæret in perſonam patris, & quæ cohærent perſonæ ad alium non tranſeunt, *l. fi. C. de dot promiſſ. l. obligamur 52. §. lege ff. de act. & oblig. & fin. de offi ord.* reſpondetur, quod etſi onus dotandi reſideat principaliter in perſona patris, tamen virtute alterius contractus fieri poteſt, quod ſit commune cum alio, & hujus virtutis eſt ſocietas, quæ operatur, ut cohærentia in perſona unius ex ſociis cum altero ſocio 34

Oo 3 com-

communiter Ruin *d.conſ.104.col.8.verſ.non obſtat quod onus dotandi. lib.1.* Dec.*dict. conſ.68.col.pen.* Rol.*d.conſ 91.lib.1.*

35 Quinto, dum adducitur, quod illa impenſa † ſocietati imputatur, quæ ſocietatem reſpicit, *l.cum duob.52.§.ſi quis ex ſociis, ff.pro ſoc.* reſpondetur, quod hoc argumentum procederet in ſocietate particulari, quia in ea conſiderarentur lucra & expenſæ particulares, ſed in ſocietate univerſali, quia non dantur lucra particularia, & expenſæ particulares, ceſſat argumentum, imo retorquetur, & dicitur, quod cum omnes expenſæ in hac ſocietate, ejus natura attenta, de communi fieri debent, ita & de communi dotis expenſa veniat extrahenda. Dec. *conſil.66.colum.pen. verſ. non obſtant.* Rol.*dict. conſil. 91. num.49.*

36 Sexto, dum dicitur, in tacita † ſocietate ſolummodo comprehendi ea, quæ pertinent ad quæſtum, & non ea, quæ pertinent ad lucrum; reſpondetur, quod, ut ſupra dixi *n. 27.* inter ſocietatem tacite & expreſſe contractam circa lucra & expenſas nulla adeſt differentia, Rol.*d.conſ.91.n.51.*

37 Septimo, dum adducitur, quod expenſa † procedens à voluntate unius ex ſociis de communi fieri non debeat, *l.cum duob.§.per contrarium, ff. pro ſoc.* & quod expenſa dotis procedat à voluntate ſocii, qui duxit uxorem, & genuit filiam; reſpondetur, quod debitum dotis eſt debitum non voluntarium, ſed neceſſarium, eſt tex. in terminis *in l.ſi cum dotem 22. §.ſi pater 3 ff.ſolut.matr. & in l.hujuſmodi 84.§.cum pater 6 ff.de leg.1.* ita reſpondet Socin. *dict conſ.4.col pen. lib.4.* & poteſt dici, quod onus dotandi non procedat à voluntate patris, ſed naturæ, quia quod fœmina naſcatur potius quam maſculus, provenit à natura *l.maximum vitium 4.C. de lib. prater.* imo ſecundum Philoſophos provenit ex accidenti, quia dicunt ipſi, quod natura ſemper tendit ad maſculum, & quod fœmina fit per accidens, & non procedit in ſocietate omnium bonorum ceſſante dolo & culpa, gl.*in d.l.cum duob.52. §. per contrarium, in ver. id conſequi. ff pro ſoc.* & ducere uxorem eſt omnino permiſſum.

38 Octavo, dum allegatur, quod inter ſocios † maximè æqualitas ſervanda eſt *l. cum pater, §. evictis ff. de leg. 2.* ſed ſi unus haberet plures filias, quam alter, & dotarentur de communi, ſequeretur inæqualitas, quia plus perciperet ille, qui plures filias dotaret; reſpondetur, quod ſocietas juſtificatur non ſolum ex eo, quod eſt, ſed etiam ex eo, quod evenire poteſt, & ratione dubii eventus dicitur æqua, etiam ſi cum effectu evenerit, quod unus plus expenderit, & minus lucratus fuerit, quam alter, ut dixi ſupra *c.15.*

39 Nono, dum allegatur, quod ſi dos de communi † veniret extrahenda, ſequeretur, quod alter ſocius videns conſocium habere plures filias fœminas recederet à ſocietate, & deveniret ad diviſionem, ut dotandi onus effugeret, & ſic diſcordiæ materia daretur, quod eſſet abſurdum; reſpondetur, iſtud

iſtud abſurdum conſiderari non poſſe, quia ſi tacite vel expreſſe conſtaret, ſocium à ſocietate recedere, ne onus dotandi filias alterius ſocii ſubiret, hoc ei facere non permitteretur, *l. actione 65. §. Labeo 5 ff. pro ſoc.* ita reſpondet Ruin. *d. conſ. 104. colum. 9. verſ. nec obſtat quod eſſet dare. lib. 1.* Rolan. *d. conſ. 91. n. 55.* & Caſtr. *conſ 358. ſub n. 1. in fin. lib. 2.* dicit, quod ſi ſocii dividant ſocietatem prius, quam filia nuptui tradatur, erit interponenda cautio, quod adveniente tempore nuptus, etiam alter ſocius onus dotandi pro ſua parte ſubibit, niſi in diviſione partem à ſe debitam pro dotibus aſſignet.

Decimo & ultimo dum allegatur text. *in d. l. ſi ſocius pro filia 81. ff. pro ſoc.* qui loquitur in ſocietate † omnium bonorum, & diſponit, quod filia, unius 40 ſocii dotanda eſt de communi, ſi ita inter ſocios actum ſit, nam à contrario ſenſu elicitur, quod citra pactum eſſet dotanda de proprio. Et inducitur etiam alio modo, nam dum ibi dicitur, quod ſi actum ſit inter ſocios, quod filia unius ex ſociis de communi dotetur, & de alterius filia nihil ſit dictum, pactum eſſe iniquum percipitur, de jure filiam de communi non eſſe dotandam. Quia ſi eſſet dotanda, tanquam de ea nihil fuiſſet dictum, dotaretur juris communis diſpoſitione inſpecta, & ſic ceſſaret iniquitas, cum omiſſa à contrahentibus remaneant ſub juris communis diſpoſitione, *l. ſi extraneus 6 ff. de condit. ob cau.* Inducitur etiam alio modo, regula eſt, quod omne æs alienum, quod per unum ex ſociis ſocietate durante contractum eſt, de communi ſolvatur, etiam ſocietate diſſoluta, *l. omne æs alienum 27. l. ſi ſocii ſumus 28. & l. ſi unus 67. in princ. ff. pro ſoc. ſed in d. l.* dicitur, quod dos promiſſa manente ſocietate eà diſſoluta non ſolvitur de communi. Ideo ex ea probatur, quod non virtute ſocietatis, ſed vigore pacti dos de communi ſolvitur. Inducitur & alio modo. nempe quod ſi dos vigore pacti eſt ſolvenda, ſufficit, quod ſolvatur pro una vice tantum, ut *in dict. l.* dicitur, & ſi eſſet ſolvenda vigore ſocietatis, ſemper eſſet ſolvenda, ubi ea opus eſſet. Reſpondetur ad primum † intellectum, non obſtare, quia negari poteſt, quod 41 *dict. l.* loquatur in ſocietate omnium bonorum, ut per Dec. *in conſil. 68. colum. 4.* Et reſpondetur, quod dictum pactum, de quo fit mentio *in d. l.* non conſideratur uti neceſſarium, ad hoc, ut filia dotetur de communi, ſed conſideratur ſolummodo ad determinandum, an ſit validum, vel invalidum, & reputatur invalidum, quia cum, juris communis diſpoſitione inſpecta, filiæ ſociorum ſint de communi dotandæ, iniquum viſum fuit, quod una tantum filia unius ſocii de communi dotari deberet. Ita *d. l.* declarant conſiderando dictionem *tantum* taxativam in ea appoſitam Socin. *conſil. 51. ſub numero 5. lib. 4.* Dec. *conſil. 66. ſub numero 5. verſ. non obſtant allegata in contrarium & verſ. non obſtat quod ſecundo, & conſil. 68. colum. 3. verſic. primo ergo.* Reſpondetur ad ſecundum intellectum, non eſſe verum, quod an filia alterius ſocii fuiſſet dotanda de communi, fuiſſet relictum ſub diſpoſitione juris commu-

nis,

nis, quia fuerat excluſa, ut deducit Socin. *in d.conſ.5.ſub n.5.* & quia fuerat excluſa, pactum iniquum eſſe determinatur. Reſpondetur ad tertium intellectum, non eſſe verum, quod *in d.l.* probetur, dotem promiſſam durante ſocietate, ea diſſoluta de communi ſolvi non debere, imo expreſſe ibi dicitur contrarium, ſecundum gl. ut per Socin. *d.conſ.5.ſub num.43. verſ. non obſtat quintum*, ubi adeo debilem reputat hunc intellectum, ut dicat eum reſponſionem non mereri, & *n. 45.* ubi latius declarat. Reſpondetur ad quartum intellectum, ideo fieri, ut dos ſemel ſoluta amplius ſolvi non debeat, non quia hoc non permittat natura ſocietatis omnium bonorum, ſed quia in caſu *illius l.* mulier viro ejus vergente ad inopiam fuit in culpa dotem non repetendo. ut per Ruin. *conſ.104.col.6.verſic.ad quintum, libro 1.*

Et reſpondetur, quod ſatis ſocius adimplevit debitum, ſi ſemel concurrit in dotando filiam conſocii, quia ubi obligatio provenit à contractu, ſufficit ſi ſemel adimpleatur, *l.boves 89.§ hoc ſermone 1.ff.de verb.ſign.* ita tradit Bart. *in l.ſi cum dotem 22. §.1.ff. ſolut. matr.* cum quo omnes pertranſeunt, ut dicit Ruin. *d.conſ.104.col.8.*

Prima ſolutio mihi magis placet, & ſi filia amitteret dotem abſque culpa ſua, & culpa ſui patris, dicerem, quod iterum de communi eſſet dotanda, quia ſemper durante ſocietate, ceſſante culpa, & dolo, expenſæ de communi fieri debent, ita tradit Ruin. *dict. conſil. 104. colum. 8. verſ. nec dicatur lib. 1.* Sic igitur remotis contrariis, remanet † vera & firma illatio

42 ſuprapoſita, dotem pro filia unius ſocii de communi eſſe extrahendam. Et ex prædictis etiam patet, quod non ſolum erit detrahenda de communi durante ſocietate, ſed etiam ſi erit promiſſa ſolummodo, quia diſſoluta ſocietate ſocius, qui eam promiſit, erit indemnis conſervandus, ut per Ruin. *dict. conſil.104. colum. 8.* Et ſi mulier acceptilatione ab ejus marito erit liberata, & velit uti hæres ſui patris agere pro conſervatione indemnitatis, contra alium, qui ſocius erat, hoc facere non poterit, quia cum nihil ſolverit, & nihil ei, & ejus patri deperierit, indemnitatem petere non poteſt, ita loquitur text *in dict.l ſi ſocius 81.in fin. ff. pro ſoc.* & declarat *dict. loco.* Ruin. & ſi ſocius, qui non habet filias, vult dividere ſocietatem, ut onus dotandi

43 † evitet, hoc facere non poteſt, *l.actione 65. §. Labeo 5. ff. pro ſoc.* ut dixi ſupra *n.39.* Caſtr. *d.conſ.358 n.1.lib.2.* ubi etiam vult, quod ſi ante dotationem ſolvatur ſocietas, interponatur cautio de dotando adveniente caſu nuptus. Et eſt mirabile ejus dictum, quod dos dicatur debita, cum filia eſt nubilis ætatis, licet adhuc non nupta, & ſic quod ſit interponenda cautio de ea ſolvenda, adveniente caſu nuptus, ac ſi fuiſſet promiſſa. In caſu ſuo adhæreo ejus opinioni, quia quilibet ſociorum habebat filias, & quia debitum dotandi fuerat inductum ex teſtamento ſocii prædefuncti, ſed ubi dos non eſſet promiſſa durante ſocietate, cum vere adhuc non ſit debita, credo, quod

quod de ea ratio aliqua in diviſione non ſit habenda, quia habetur ratio de
debitis, & pro debitis præſentatur cautio, & non pro non debitis, & ita
loquitur *l. omne æs 27. ff. pro ſoc.* Et ſi eſſent duo ſocii omnium bonorum, quo-
rum unus durante † ſocietate ab hæreditate patris excluſiſſet ſororem, vi- 41
gore ſtatuti mandantis eam dotari; hoc etiam caſu dicerem, quod ſi non eſ-
ſet maritata tempore diſſolutionis ſocietatis, quod eſſet præſtanda cautio
de dando dotem, adveniente caſu nuptus, ea ratione, quia jam erat debi-
ta vigore ſtatuti, & quia ob dotem ſibi dandam frater ejus & alter ſocius in-
ſimul hæreditatem acquiſiverunt cum onere dotandi. Et prædicta de † 45
dote danda de communi ſunt intelligenda, quod dos congrua eſſe debeat,
& non immoderata, Rimin. ſen. *conſ. 154. in fi. lib. 1.* Etiam alia opinio, quod
dos ſit † ſolvenda de proprio, quam reprobavi, limitatur, quando ſocius 46
paſſus ſit conſocium de communi filiam ſuam dotare. Socin. *conſ. 291. n. 7. lib. 2.
& in conſ. 5. n. 11. lib. 4.* Dec. *conſ. 66. in 2. dubio. lib. 1.* Gabr. *d. tit. de jure dot. col. 2. num. 5.*
Granut. *d. Theorem. 1. num. 13.* qui alios citat, cui tamen limitationi contradicit
Natt. conſ. 100. n. 7. lib. 1. Modern. Papienſ. *in tract. de juris & facti ignorantia. cent. 2.
diſtinct. 96* Hanc limitationem, quod filia † ſit dotata de communi, quando 47
ſocius ſcivit & tacuit, declarat Jaſ. *in d. auth. quod locum, in fin. C. de collat.* ut pro-
cedat ſolummodo quo ad filiam illam, quæ fuit dotata & maritata, ſed non
quo ad alias filias maritandas. Sed ex † quo ſemel conſenſit, videtur de- 48
claraſſe, ſocietatem ejus eſſe naturæ. ut operetur, dotem de communi ex-
trahi debere, & ſic quod etiam aliæ filiæ ſint de communi dotandæ, cum
factis, ſicut verbis, qualis ſit ſocietatis natura, declarari poſſit, *l. non tantum
5. ff. rem rat. haber.* & dixi ſupra pluribus in locis.

N. 20. Sic mortuo marito vel uxore hæredibus expenſæ funeris imputantur. Nempe quod morte ſolvatur ſocietas conjugalis.

N. 26. An filia ex ſocietate ſit dotanda anxiè inquirit auctor. *Vide Gothefrid. ad. l. 81. Pro ſocio.* ubi eleganter affirmativam tandem ex Rolando à Valle adſtruit pro & contrà diſputando. *Et Mantic. de tacit. & amb. conventio. lib. 6. tit.* 20. ampliſſimè diſputat in utramque partem: & filiam tandem ex ſocietate dotandam cenſet. *Doctiſſ. VViſſenbach. ad. tit. ff. Pro Socio n. 24. Item Fachineus lib. 8. cap. 4. & lib. 12 cap. 23.* hæc quanquam acriter utrimque diſputentur, putem tamen diſtinctionem Gabrielis *n. 23.* hic, quam & Cornæus ſequitur, eſſe veriorem: nempe datam filiæ dotem, ſoluta ſocietate patri vel ipſius hæredibus imputandam. Quod noſtris moribus convenientius fore non dubito vel ex analogia *legis 29. Ordinationis Politicæ.* Nam ipſo matrimonio tacitè hîc initur ſocietas omnium bonorum; & ſi quid liberis dotis aut donationis propter nuptias aut quidquid datum ſit à parentibus ad familiæ ſuſtentationem; id ſoluto morte matrimonio, hæreditati inferendum eſt: quæ tunc cum ſuperſtite patre vel matre in duas partes æquales dividitur; cujus una cedit filiæ vel filio aut liberis ſi plures ſint, altera ſuperſtiti, *d. l. 29. Ord. Polit.* Idem judicium eſto, ſi privignis aut cognatis mariti vel uxoris dos aut donatio propter nuptias aut quid aliud oneribus matrimonii ſuſtinendis donatum fuerit à marito vel uxore: nam familiæ herciſcundæ judicio id conferre tenentur.

CAPUT XXVII.

De damnis & expenſis, contingentibus abſque dolo & culpa ſocii, in ſocietatibus particularibus.

SUMMARIA.

1 *Expenſa & damna obvenientia extra ſocietatem, non pertinent ad ſocietatem.*

2 *Res deſtinata ſocietati perit domino.*

3 *Pecunia ante collationem perit domino.*

4 *Damnum ſocietati non imputatur, ſi ſocietas ſit ejus cauſa mediata & remota.*

5 *Damnum eſt commune, ſi ſocietas ſit ejus cauſa proxima & immediata.*

Vulneratus, ſi fuit ſocius cauſa ſocietatis, curari debet expenſis communibus.

6 *Lucrum quæſitum contemplatione perſonæ, & occaſione ſocietatis, non communicatur; ita lucri non quæſiti occaſione ſocietatis ratio non habetur.*

Differentia eſt, an ſocius aliquid faciat, ut ſocius, an vero non faciat, quia ſocius ex facto ſi ſentiat damnum, eſt commune; quia facit pro communi utilitate, ex non facto, ſi damnum ſibi eveniat, eſt proprium, quia nihil facit pro communi utilitate.

7 *Infirmitas obveniens cauſa ſocietatis communibus expenſis curari debet.*

8 *Infirmitas eſt habitus cujuſcunque corporis contra naturam, & connumeratur inter caſus fortuitos.*

9 *Infirmitatis cauſa an fuerit ſocietas, ſtatur judicio peritorum.*

10 *Expenſæ majores factæ in regione longinqua ſocietati imputantur, licet ſocietas fuerit cauſa remota infirmitatis.*

11 *Expenſæ pro curanda infirmitate illorum, quos ſecum ſocius conduxit, imputantur ſocietati.*

12 *Si ſocius incidat in latrones & pecunias & res proprias amiſerit, damnum eſt commune.*

13 *Talea pro redimendo ſocio de communi ſolvi debet.*

14 *Et ſi injuſte à birruriis captus fuit, damnum eſt commune.*

15 *Talea ab uno ex ſociis pro redemptione alterius non præſumitur donata.*

16 *Expenſæ omnes pro indigentiis ſocietatis, ſive cum communi, ſive cum propria pecunia factæ ſint, imputantur ſocietati.*

17 *Et non eſt habenda conſideratio de expenſis, quas ſocius domi feciſſet.*

18 *Socius, qui expendit proprias, non ſolum ab altero ſocio poterit repetere ſortem, ſibi pro parte reſtituenda, ſed etiam uſuras.*

19 *Expenſæ pro qua parte ſint repetendæ, determinatur habito reſpectu, quam quiſque partem*

tem in ſocietate habeat.

20 *Utiliter expenſa facta dicuntur, ſi utiliter facta fuerunt à principio.*

21 *Expenſa pro re communi facienda ſeu reficienda communes eſſe debent.*
Si res non ſit ſufficiens ad onera ſupportanda.

22 *Si ſit ſufficiens, non debet refici, neque de novo fieri.*

23 *Molendinum in melius accommodare, invito altero ſocio, non licet.*

24 *Turrim in melius accommodare, invito altero ſocio, non licet.*

25 *Collectari poſſunt forenſes pro expenſis neceſſariis, non autem pro utilibus.*

26 *Feneſtram uni ſocio in muro communi, invito altero ſocio, non licet facere.*

27 *Socius, qui mutat formam rei, invito ſocio, dicitur deteriorem facere, etſi videatur meliorare.*

28 *Lucrum facere dicitur, qui ſuam explet voluntatem, ita dicitur pati damnum ille, contra cujus voluntatem aliquid ſit.*

29 *Socii ſi ſunt diſcordes in reficiendo, ejus opinio erit ſequenda, qui magis idoneam refectionem proponit.*
Dummodo iſtud magis non peccet in extremis.

30 *Judicio ſortis non debet determinari, qualiter res ſit reficienda quando ſocii ſunt diſcordes.*
Judicio ſortis terminatur quaeſtio juris, ita videtur, quod ſit terminanda quaeſtio facti, & n. 32.

31 *Judex jurare debet, ne ſua re quis male utatur.*

33 *Diviſio ſit judicio ſortis, & n. 35.*

34 *Rivum communem inter habentes qualiter diviſio ſit facienda.*
Ciatum communem habentes ſi quilibet vult uti, quid agendum.

36 *Expenſa pro re communi facienda, ſeu reficienda, duobus modis fieri poſſunt: proprio nomine, & communi nomine.*
Expenſa facta nomine proprio de propria pecunia cenſentur donata.

37 *Expenſæ ſi facta ſint cum propria pecunia, altero ſocio requiſito, & non conferente, dantur tria remedia.*
Unum, quod poſſit pecunias repetere uſque ad quatuor menſes cum uſuris.
Secundum, quod poſt quatuor menſes habeat totius rei dominium.
Tertium, quod, ſi non vult habere rem jure dominii, poſſit repetere pecunias & intereſſe.

38 *Speciale eſt in ſocietate, quod ſocio reficienti dentur iſta tria remedia, in refectione rei communis abſque ſocietate darentur ſolum prima duo remedia.*

39 *Speciale eſt in ſocietate, quod ſocius non poſſit cedere rei, ſi ſocius agat ad expenſas & intereſſe.*

40 *Ipſo jure tranſit dominium in ſocium reficientem, licet non transferatur poſſeſſio.*

41 *Ceſſante contumacia ſocii, ſocius reficiens ſolum agit pro expenſarum recuperatione,*

42 *Expenſæ, ſi non conſtat, quo nomine facta fuerint, præſumuntur factæ communi nomine.*

43 *Colonus partiarius tenetur ſuis expenſis ea omnia facere, quæ non reſpiciunt perpetuam agri utilitatem.*

44 *Colonus non tenetur, ſed dominus facere expenſas illas, quæ reſpiciunt perpetuam agri utilitatem.*

45 *Expenſæ an reſpiciant perpetuam utilitatem, non conſideratur, an ſint magnæ vel parvæ, ſed an durent poſt tempus fructuum recollectorum.*

46 *Collectæ pro fundo à domino, & non à colono ſunt ſolvendæ.*

47 *Collectæ ſolvi debent ab eo, qui poſſidet pro ſuo, ut emphyteuta & uſufructuarius.*

48 *Statutum arctans colonum ad ſolutionem collectarum eſt iniquum.*

49 *Coloni, quod non teneantur ad collectas, obſervatur de conſuetudine.*

50 *Conſuetudo eſt ſpectanda, ubi non conſtat de conventione inter dominum & colonum.*

51 *Colonus an teneatur portare frumentum ad domum domini, eſt attendenda conſuetudo.*
Conſuetudine ceſſante eſt diſtinguendum.

52 *Paſtor qui tenetur ad cuſtodiam, animalia de ſuo alere non tenetur, ſi ex eorum operibus lucrum non percipitur.*

53 *Fallit, ſi parva ſit impenſa, quod reprobatur ſtante villici paupertate.*

54 *Ratio differentiæ quæ ſit, quod colonus teneatur facere expenſas pro fructibus colligendis; paſtor vero non teneatur facere expenſas pro victu animalium, &* num. 55. & 56.

57 *Animalia ſi talia ſunt, ut ex eorum operibus lucrum percipiatur, & lucrum ſit paſtoris, ad eum pertinent expenſæ.*

58 *Alere quis tenetur eos, quorum miniſterio utitur, &* n. 76.
Dominus ſi dictis animalibus utatur, ipſe etiam erit obligatus ad expenſas.
Conſuetudo regionis erit obſervanda, & deficiente ea, arbitrium boni viri.

59 *Dominus, ſi recipiat collatica, tenetur ad expenſas.*

60 *Frater ſocius, ſi plus impendat, alter repetere poterit, ſive impendat pro perſona ſua, ſeu filiorum, etiam in emendis libris.*

61 *Expenſæ etiam pro redemptione filiorum imputari debent in parte expendentis.*
Expenſæ etiam quæ fiunt in ducenda uxore, imputantur in parte expendentis.

62 *Dos, quæ filiæ datur, in parte dotantis imputari debet.*

63 *Expenſæ, quæ fiunt in puerperiis, de bonis mariti fieri debent.*

64 *Frater ſocius pro majori familia alenda de ſuo expendere debet.*

65 *Contrariam opinionem tenent aliqui.*

66 *Opiniones concordantur, quod prima procedat in ſocietate particulari, ſecunda in ſocietate omnium bonorum.*

67 *Item.*

67 *Item concordantur, quod prima procedat, ſi impenſa ſit modica: ſecunda, ſi impenſa ſit parva.*

68 *Sed iſta concordia reprobatur:*
Donatio præſumitur in modicis etiam.

69 *Donationis titulo ſtante, ceſſat titulus ſocietatis.*

70 *Si unus ex ſociis operatur, & plus expendat pro ejus familia, alter ſi vivat otioſus, plus expenſam repetere non poterit.*
Iſta opinio reprehenditur.

72 *Alere de communi poteſt ſocius omnium bonorum ejus familiam, ſed non poteſt alere de communi perſonas introductas in domo, quæ non ſunt de ejus familia.*

73 *Alimenta ab uno ex ſociis relicta alicui præſtanda de bonis communibus, debentur à ſuis hæredibus ſolummodo, licet alter ſocius legato conſenſerit, & n.74.*
Intellectus l.ſi duobus, §.1.ff.de leg.1.

75 *Expenſæ factæ in honorem mercatorum, qui cum inſtitore contraxerunt, ſocietati imputantur.*

OMnes expenſæ in ſocietate omnium bonorum, ut dictum fuit *in ſuperiori capit.* ideo inter ſocios ſunt communes, quia in ea omnia veniunt, & lucra & damna undecunque provenientia, & omnia ſocietatem reſpicere dicuntur. In cæteris ſocietatibus, quia talem generalem naturam non habent, concluſio ponenda eſt, damna illa † & expenſas illas ſolummodo ſocios communiter ſentire debere, quæ ſocietatem ipſam reſpiciunt, & non debere communiter ſentire illa damna, & illas expenſas, quæ eveniunt extra ſocietatem, *l.omne æs alienum 27.& l.ſequent.28. & l. cum duobus 52. §. quidam ſagariam, & l.ſi fratres 52.§ ſi quis ex ſociis, & l.jure ſocietatis 82.& l.ſi unus 67.§.ſi quid unus 2.& l.ſocium 60.§.fin.& l.ſeq.61 ff pro ſoc.* 1

Primo ex hac concluſione infertur, quod ſi res ſit † deſtinata ſocietati contrahendæ, & pereat, ſocietati perire non dicitur, ut de equo deſtinato ad quadrigam vendendam, ſi pereat, quod ſocietati perire non dicatur, eſt textus *in l. ſi id quod, in princip. ff. pro ſoc.* Secundo infertur, ſi ſit contracta ſocietas ad † merces emendas, & pecunia, quæ conferri debebat, pereat ante collationem, puta in itinere, non dicitur perire ſocietati, *dict. l. ſi id quod, §. item Celſus*, Petr.de Ubald. *dict. tract. de duob. fratr. part.8. ſub numero 1.* faciunt tradita ſupra *c. 16. in fin.* Tertio infertur, quod ſi ſocietas † ſit damni cauſa mediata ſeu remota, damnum non eſt commune, ut ſi dum ſocius erat abſens cauſa ſocietatis, quidam eum hæredem non inſtituit, prout inſtituiſſet, ſi præſens fuiſſet. Vel ſi ob abſentiam cauſa ſocietatis proprium matrimonium negligentius adminiſtravit. Vel ſi quædam ſibi ſub modo donata fuerunt revocata, quia propter abſentiam occaſione ſocietatis 2 3 4

pacta non ſervavit, *l.ſocium 60. §. ſocius 1. ff. pro ſoc.* Petrus de Ubald. *dict. tract.*
5 *part.8 ſub n.1.* Quarto infertur, ſi ſocietas ſit cauſa damni † proxima, & immediata, damnum erit commune, ut ſi vulneratus fuerit ſocius, cum ſervis communibus venalibus ad fugam erumpentibus reſiſteret. Nam pro eo curando expenſæ de communi fieri debent, *d.l.ſocium, §. ſocius, juncta l.ſeq. ff. pro ſoc.*

Et inter proximam præcedentem illationem & iſtam ratio differentiæ
6 eſt, quia lucrum quæſitum contemplatione perſonæ ſocii licet † fuerit quæſitum occaſione ſocietatis, non communicatur, ita non habetur ratio lucri non quæſiti occaſione ſocietatis, ita declarat Gl. *in l. ſecundum 61. ff. pro ſoc.* & Baldus *in dict. l. ſocium 60. §. ſocius 1.* Etiam ratio differentiæ eſt, quia conſideratur, an aliquid faciat ſocius ut ſocius, an vero aliquid non faciat, quia ſocius ex facto ſi ſentiat damnum, eſt commune, quia facit pro communi ſociorum utilitate, ex non facto, ſi ſibi eveniat damnum, eſt proprium, quia nihil facit pro ſociorum communi utilitate, ita tradit Gloſſ. *in d.l.ſecundum 61 ff pro ſoc.*

7 Et quod de vulnere dictum fuit, poteſt dici de qualibet † infirmitate obveniente cauſa ſocietatis, nempe quod expenſæ omnes pro ea curanda de communi fieri debeant, eſt textus *in l.cum duobus 52. §. quidam ſagariam, ff. pro ſoc.* ibi: *Sed & ſi quid in Medicos impenſum eſt, pro parte ſocium agnoſcere debere, rectiſſimè Julianus probat.* & ibi tenet gloſſ. *in l.inter cauſas, §. non omnia, in verb. mandato, ff.mandati.* Petrus de Ubald. *d.tractat.part.6.num.12.* Baldus *in conſil.172.libr. 5.* Sed quomodo cognoſcetur, infirmitatem obveniſſe cauſa ſocietatis, cum
8 infirmitas † connumeretur inter caſus fortuitos, ut habetur *in d.l.inter cauſas 26. §.non omnia 6.* & patet ex ejus diffinitione, cum dicatur, quod ſit habitus cujuſcunque corporis contra naturam, *l.1.§.ſed ſciendum, ff de adilu.edict.* Hoſt. *in ſumma tit.de cler.agro.n.2.* Menoch. *in tract.de arbitr. caſu 60.n.16. & ſeq. & in tract.de præſumpt. lib.6. præſ.46.num.6.* & latè & doctiſſimè tradit D. Thomas Actius in dicto ejus tract *de infirm.c.10. c.11. part.1.* quem pro omnibus, qui in hac materia ſcripſerunt, allegare ſufficiat.

Erit terminandum judicio peritorum, nempe Medicorum, cum conſi-
9 ſtat in judicio † intellectus, & ſenſu percipi non poſſit, *§. quod autem, in auth. de non alien. aut permut. reb. Eccl. l.ſemel 6.Cod.de re milit. lib 12.* late congerit Maſcard. *in tract.de probat.concl 1034.& concl. 1169.* Et ubi ſocietas non fuiſ-
10 ſet cauſa infirmitatis, ſed fuiſſet † cauſa, quod obveniſſet in regione longinqua, ubi expenſæ majores fuerunt neceſſariæ, quam fuiſſent in patria, tunc de illa majori quantitate, quæ expenſa fuit, alter ſocius etiam partem ſubire tenetur, per text. *in d. l. cum duobus 52. §. quidam ſagariam, ff. pro ſoc.* ubi ſocius ſentit damnum amiſſionis illarum rerum, quas non portaſſet
11 alter ſocius, niſi profectus fuiſſet cauſa ſocietatis. Et non ſolum † expen-

ſarum

ſarum ratio in communi habenda eſt, quæ ſunt pro infirmitate ſocii, ſed etiam aliorum, quos ſecum pro indigentiis ſocietatis conduxit, ut habetur *in dict. l. inter cauſas 26. §. non omnia 6. ff. mandati. & in d. l. cum duob. 52. §. quidam ſagar ff pro ſoc.* Petr. de Ubald. *d. part. 8. ſub num. 1. verſ. ſecundo caſu.* Quinto infertur, quod ſi ſocius proficiſcens ad merces emendas incidit in latrones, & pecunias & res proprias amiſit, quas ſecum non tuliſſet, niſi ad merces † communi nomine comparandas profectus fuiſſet, & ejus ſervi etiam vulnerati fuiſſent, quos pro indigentiis ſocietatis conduxit, & alias ſecum non conduxiſſet; damna omnia inter ſocios erunt communia, *dict. l. cum duobus 52. §. quidam ſagariam, ff pro ſoc.* Petrus de Ubald. *dict. part. 8. ſub num. 1. verſ. ſecundo caſu*, ubi declarat, hoc non procedere in rebus, quas tuliſſet cauſa delectationis. Et ſi captus fuit à latronibus ſeu bannitis, ſeu à Turcis, dum † tractabat negotia ſocietatis, & pro ſe redimendo taleam impoſitam ſolvere coactus fuit, ſocietati communiter erit imputanda, ſi abſque ejus culpa captus fuit, *d. l. cum duobus, §. quidam ſagariam ff. pro ſoc.* Bald. *conſil. 41. lib. 1.* Petr. de Ubald. *dict. part. 8. num. 8.* Doccius *conſil. 19 ſub num. 13.* Alexand. *conſil. 99. in fin. & conſil. 133. in fin. lib. 2.* Menoch. *conſil. 860. num. 19. lib. 9.* & idem verum † eſſe tradit, ſi injuſte ſocius fuit captus à beruariis, Petrus de Ubald. *dict. part. 8. num. 10.* Et ubi talea ab altero ſocio † fuiſſet ſoluta, quæ de communi ſolvi non debebat, donata non præſumitur, ut per Petr. de Ubald. *dict part. 8. num. 27.* & per Alexand. *in dict. conſil. 99. in fin. & in dict. conſil. 133. in fin.* & per Menoch. *dict. conſilio 860. in fin.* Rimin. jun. *conſil. 366. lib. 4.* Sexto infertur, quod expenſæ omnes factæ pro indigentiis ſocietatis, ſive † cum communi, ſive cum propria pecunia, ſocietati imputari debent, *l. ſi fratres 52. §. ſi quis ex ſociis ff. pro ſoc.* cujus verba ſunt: *Si quis ex ſociis propter ſocietatem profectus ſit, veluti ad merces emendas, eos duntaxat ſumptus ſocietati imputabit, qui in eam penſi ſunt. Viatica igitur, & meritorum, & ſtabulorum, jumentorum, carulorum vecturas, vel ſui vel ſarcinarum ſuarum gratia, vel mercium, rectè imputabit.* Petrus de Ubald *d. tractat. part. 6. numero 2.* Bald. *in l. 1. numero 26. Cod. pro ſoc.* ubi dicunt, quod ſunt † extrahendæ expenſæ illæ, quas ſocius domi feciſſet, per text. *in l. ſed & ſi lege 25. §. quod autem 16. ff de pet. hered* Rota Genuenſ. *deciſ. 158. numero 2.* Sed in contrarium, quod expenſæ hujuſmodi, quas domi feciſſet, extrahi non debeant, tenet Bald. *in l ſi fratres 52. § ſi quis ex ſociis ff. pro ſoc.* per text. *in l. ſed etſi 11. §. 1. ff. ad exhiben.* & probatur auctoritate gloſſ. *in c. Statutum, §. inſuper. in ver. moderatus; de reſcript. in 6.* quam ibidem ſequuntur cæteri Doctores.

12

13

14

15

16

17

Et ſi ſocius de ſuis propriis pecuniis † expendit, non ſolum ab altero ſocio poterit repetere ſortem ſibi pro porte reſtituendam, ſed etiam uſuras, *l. ſi unus 67. ſi quid unus 1. ff pro ſoc* cujus verba ſunt: *Si quid unus ex ſociis neceſſario de ſuo impendit, in communi negotio judicio ſocietatis ſervabit, & uſuras ſi forte mutuatus, ſub* 18

uſuris

uſuris dedit, ſed & ſi ſuam pecuniam dedit, non ſine cauſa dicetur, quod uſuras quoque percipere debeat, quas poſſet habere, ſi alii mutuum dediſſet, & de uſuris inter ſocios
19 dixi ſupra *c.24.* Et pro qua parte expenſæ à † ſocio ſint repetendæ, determinatur habito reſpectu, quam quiſque partem in ſocietate habeat, quia ſecundum principalem ſocietatis naturam cætera regulantur, *l. quemadmodum 7.C.de agri & cenſi.lib.11.* Petr. de Ubald. *d.tract. part.6. num.4.* ubi determinat poſt Bald *in l.1.C.pro ſoc.* quod ſi duo ſocii in arte pannorum fundatum conduxerant, licet reſpectu locatoris dicantur habere partes æquales, per text. *in l.cum oportebit 27.ff.locati.& in l.reos 11.§.cum in tabulis 1 ff de duob.reis*, tamen inter eos dicuntur partes in eo habere, prout habent in ſocietate, & idem fieri debere determinat de maſſaritiis omnibus, & ſupellectilibus pertinen-
20 tibus ad ſocietatem. Et ut utiliter expenſæ † pro ſocietate factæ dici debeant, ad hoc ut repeti poſſint ſufficit, quod utiliter factæ fuerint à principio, *l.ſed ultro 10.§.is autem 1.ff.de negot.geſt.l.3. §.fin. ff.de in rem ver.* Jaſ. *in l.de pupillo.5.§ ſi plurium 6.ſub numero 5.ff. de oper. nov. nunciat.* Rota Genuen. *deciſ. 14. num. 12.*

Septimo infertur, quod expenſæ in re communi facienda ſeu reficienda
21 communes † eſſe debent, *l.cum duobus 52.§.idem reſpondet ſocius, l. ſi unus 67.§. ſi quid unus 1.ff.pro ſoc.* Petr.de Ubald *d.tract de duob.fratr part 6.ſub n 5.* Sed in hoc eſt advertendum, quia ſi res communis non ſit ſufficiens ad onera; quæ nunc ſunt ſupportanda, vel ad ea, ad quæ eſſet deſtinata, poteſt unus ſocius contra alterum ſocium agere pro refectione, vel ut de novo faciat, prout opus erit, *l.ſi ædes 12 ff.comm.divid.l.ſi communes ædes 40.ff. de neg. geſt.& l.ſi pariet. cum l. ſeq.ff.de dam.infect* Si vero res adhuc ſufficiens ſit ad onera quæ nunc ſunt, vel
22 ad ea, ad quæ † erat deſtinata ſupportanda, refici vel de novo fieri non debet, *l.parietem 8 ff.de ſervit. urban. præd.* per quem textum dicebat Martinus de Jano, ut ibidem referunt Bal. & Angel. quod ſi molendinum ſit commune
23 inter plures, & unus velit meliores † molas in eo ponere, ſi molæ præſentes ſufficiant, hoc facere non poteſt, invitis aliis ſociis, & hanc opinionem Martini refert & ſequitur Petr.de Ubald. *d.part.6.n 5.* Cæpoll. *in tract.de ſervitut.urban.præd.tit.de refectione, c 59.n.6.* Idem vult Marſil.Laud. *in l.jus autem civile 7.ff.de juſt.& jur.* ubi ponit quæſtionem de duobus fratribus, qui turrim habe-
24 bant communem in medio caſtri, quæ † erat à media parte infra ex lateribus, & à parte ſupra ex ligno, & unus fratrum volebat, quod lignis amotis tota ex lapidibus conſtrueretur, pro tutela & ſecuritate caſtri, & alter recuſabat, refert Bald conſultum reſpondiſſe, quod niſi ambo conſentirent, non poterat vetus forma mutari, nec ei aliquid addi vel detrahi. Et hanc & ſuperiorem opinionem refert & ſequitur Natt. *conſ.215 num.7.lib.1.* ad probandum,
25 quod † licet forenſes poſſint collectari ratione bonorum pro impenſa neceſſaria, tamen non poſſunt collectari pro expenſa utili, quemadmodum ſocius

non

non poteſt cogi ad faciendum utiles expenſas. Has etiam opiniones refert & ſequitur Surd. *in conſ.387.num.11.lib.3.* ad probandum contra Cæpollæ opinionem *in tract.de ſervit.urban.præd.tit.de feneſtra.c.26.ſub num. 3.* non licere ſocio † altero ſocio invito facere feneſtram in muro communi. Et Natt. & Surd. 26
in d. l. locis dicunt, hoc ideo verum eſſe, quia qui veterem formam ædificii invito ſocio † mutat, dicitur deteriorem facere, cum invito altero ſocio fa- 27
ciat, etſi videatur meliorare, *l. uſusfructuarius novum tectorium 44. ff. de uſufr.* Et addit ibidem Surd. *n.12.* quod ſicuti lucrum † facere dicitur, qui ſuam ex- 28
plet voluntatem, Gloſſ. *in l.fin.ff.de uſu & habit.* Tiraq. *in tract. de utroq.retract. in præfat.n.25.* Nevizan. *conſ.74.* ita damnum pati dicitur, qui cogitur pati in re propria vel communi novum opus fieri. Et ſi ambo ſocii reficere non ſint concordes, ſed ſint diſcordes in modo, quia quilibet diverſo † modo refi- 29
cere intendit, opinio ejus ſequenda erit, qui magis idoneam refectionem proponit, *l.in reficiendo.41 ff.de damn.infect.* dummodo iſtud magis non peccet in extremis, quia nullum extremum eſt laudabile. Angel. *in l. quidam Iberus 13.in princ.col.3.verſ.reſtat videre ff.de ſervit.urban.præd.* Petr.de Ubald. *dict.part.6 ſub n.5.* Cæpoll. *in tractat.de ſervit.urban.præd.tit. de refect.c.59.n.6.* Et quamvis videretur dicendum, judicio ſortis eſſe † terminandum, qualiter refectio eſſet 30
facienda, per text.& ibi gloſſ. & Dd. *in l.fin.in princip. Codic.comm.de leg.* tamen hoc judicio ſortis fieri non debere, tenet Petr.de Ubald. *d.loc. ſub num.5.* Neque judicium ſortis, quando ſocii eſſent diſcordes ſuper re locanda, placet Menoch. *in tract.de arbitr.jud.caſu 442.num.11.* Sed ego, ubi Judex non † poſ- 31
ſet diſcernere & judicare, quæ opinio eſſet magis idonea, quod in facto evenire difficile puto, quia videtur mihi quaſi impoſſibile, ut inter unam & aliam opinionem non detur aliqualis differentia, à qua poſſit Judex moveri, ut magis uni, quam alteri opinioni adhæreat, dicerem, ſi daretur omnimoda æqualitas, quod ſortis judicio res eſſet terminanda, quia mihi conveniens non videtur, quod ad invicem eorum durities nociva eſſe debeat. Et licet ſit quæſtio facti, quæ opinio ſit magis expediens, tamen cum in jure non reperiatur deciſum, qualiter ſit terminanda, & poſſint multa dici, videtur, quod ſit facta quæſtio juris, etiam ſtante quod juris quæſtio dubia ſorte dirimi poſſit, dicerem, quod ita etiam iſta facti quæſtio ſortis judicio terminanda veniret, cum ratio diverſitatis inter quæſtionem juris & facti conſiderari non poſſit, ut tradit Dec. *in c.licet cauſam, colum.pen. verſ. ſecunda concluſio de probat.* & poſt eum Tiraq. ubi latiſſime tractat de ſortis judicio *in tract.de jure primogen. qu. 17. oppoſ. 1. num 92.* Et ita tenerem, etiam ſi partes ſortis judicium recuſarent, quia Judex † curare debet, ne ſua re 32
quis male utatur, *§. ſed & major. & ibi gl. Inſtit. de his qui ſunt ſui vel alien. jur.* & ita loquendo de ſociis, quod ſoleat lex providere, ne quis re abutatur in præjudicium alterius, dicit Surd. *conſil. 43. ſub numero 17. lib. 1.* & facit

33 opinio tenentium, quod diviſio † debeat fieri judicio ſortis, Bald. *in l. ſi major. 4. poſt princip. C. com. divid.* Tiraq. *d. tract. de jure primogen. qu. 17. oppoſ. 1. n. 23.* & latius *q. 60.* & dicam infra *c. 39.*

34 Et facit opinio ejuſdem † Baldi *in c. cum omnes col. 1. verſ. ſed quid ſi duo ſunt, de conſtit.* ubi dicit, quod ſi duo ſocii habeant rivum communem, & uterque velit aquam ad ſua prata ducere, debent eum dividere vel loco, vel tempore, non ſecus ac duo ſocii ſitientes, nec niſi unum vini ciatum habentes. Nam quilibet debet habere partem, *l. 2. ff. ad leg. Rhod. de jactu.* & eodem modo
35 in agris & † molendinis, & ſi alter eſſe velit prior in utendo, ſorte id dirimendum, quia ubi humanum ingenium non ſufficit, fortuna altercationem dirimit, & Bald. ſequuntur Jaſ. & Ripa, ut refert Tiraq. *d. q. 17. oppoſ. 1.*
36 *n. 23.* Et eſt notandum in hujuſmodi expenſis, quæ fiunt † pro refectione rei communis, puta parietis, domus, molendini, caſtri, fortilitii, & ſimilium, quod dupliciter fieri poſſunt, uno modo nomine proprio, alio modo communi nomine. Si nomine proprio ſint factæ, de propria pecunia cenſentur donatæ, licet utilitas ex re proveniens communiter percipiatur, & eas non poteſt recuperare, *l. ſi ut contra 5. C. de ædif. privat. l. ſi quis putans 6. ſive a 2. ff. com divid.* Petr. de Ubald. *d. part. 6. ſub n. 5.* Cæpol. *d. tr. de ſerv. urba. præd. tit. de re-*
37 *fect. c. 59 ſub n. 8.* Si a. fuerunt † factæ nomine communi, altero ſocio requiſito, & non conferente partem ſuam, & tunc ſocio, quia refecit, dantur tria remedia. Primum, quod poſſit uſque ad quatuor menſes pecunias expenſas repetere cum veris uſuris. Secundum, quod poſt quatuor menſes habeat totius rei dominium. Tertium, quod ſi rem totam non vult jure dominii, poſſet repetere pecunias expenſas & intereſſe, *l. ſi ut proponis 4. C. de ad. priv. l. ſi fratres 52. §. idem reſpondet & ibi gl. ff. pro ſoc.* Petr. de Ubald. *d. par. 6. ſub num. 5.* &
38 Cæp. *d. c. 59. de refec. num. 8.* Et eſt ſpeciale in ſocietate, quod ſocio † reficienti dentur iſta tria remedia. Si n. ageretur de refectione rei communis abſque ſocietate, darentur reficienti ſolummodo prima duo remedia, ſed non tertium, gl. *in d. l. cum duob. §. idem reſpondit ſocius, in ver. conſequatur, in fin.* Petr. de Ubald. *d. par. 6. ſub n. 1.* Cæpol. *d. c. 59. ſub n. 9.* Similiter eſt ſpeciale in ſocietate,
39 quod ſocius † non poſſit cedere rei, ſi ſocius, qui reficit, agat ad expenſas & intereſſe, quia ſecus eſt in cæteris rebus extra ſocietatem, *l. cum fructuarius paratus 64. ff. de uſufruct.* Petr. de Ubald. & Cæpoll. *in locis proxime citatis,* ubi etiam
40 referunt, quod ipſo † jure abſque ſententia dominium rei tranſit in ſocium reficientem, licet non transferatur in eum poſſeſſio, ut declarat gloſſ. *in l. cum duobus 52. § idem reſpondit. in ver. dominium, ff. pro ſoc.*

41 Et intellige ſemper, quod † prædicta procedant ſtante ſocii contumacia, in dando partem expenſarum, quia ea quoquo modo ceſſante, ſocius reficiens ſolummodo poteſt agere pro expenſarum recuperatione, Gloſ. *in d. l. cum duobus, §. idem reſpondit. in ver. conſequatur,* & Petr. de Ubald. & Cæpoll. *in*

locis

locis proxime citatis, & habet beneficium probationis, *d. l. cum duobus 52. §. idem reſpondit. & l.creditor 25.& ibi gloſſ.ff.ſi cert pet.& l.interdum 5 ff. qui pot. in pign.hab.* Si autem non conſtat, an communi † vel proprio nomine refectio facta fuerit, in dubio præſumendum eſt, quod communi nomine facta fuerit, quia ita expoſtulat natura ſocietatis, & quia facere eas nomine proprio eſſet donare. Ut igitur excludatur præſumptio donationis, & ut id factum fuiſſe credatur, quod fieri debet, communi nomine factæ cenſentur. Petr. de Ubal. *d.part.6.ſub n.5.* & Cæpol.*d.c.59.n.10.* 42

Octavo infertur, quod etiam juxta naturam † ſocietatis in ea, quæ eſt inter dominum & colonum, expenſæ fieri debent, hac diſtinctione adhibita. Aut expenſæ fiunt omni anno ad præſentis temporis utilitatem; aut expenſæ, quæ fiunt, pertinent ad perpetuam fundi utilitatem. Primo caſu datur exemplum in expenſis, quæ fiunt cauſa colligendi fructus, ut eſt arare, ligonizare, ſeminare, mundare, & ſecare frumenta, triturare, mundare foſſata, & terras ſodaticas ad culturam reducere, & ſimilia, quæ perpetuam utilitatem non reſpiciunt, & iſta pertinent ad colonum, Petr. de Ubald. *dict. tract.p.6.num.13 & 14.* Secundo caſu expenſæ reſpicientes † perpetuam fundi utilitatem ad dominum pertinent, & non ad colonum, Dd. *in l. penult. ff. de impenſ.reb.dotal.ib.factis.& in l.prædia 27. §.ſi ita legatum 4 ff. de fundo inſtr.* Bart. *in conſ.193.ſub n 2.* Petr. de Ubald *d.par.6.n.16.* Alex *conſ.4.col.2.lib 5.* Jaſ.*in l. col.6 C. de jure emphyt.* Natt.*in conſ.13.lib.1 & conſ.449.lib.2 & in addit. ad* Alex. *conſ. 99. in ver.dominii*, ubi loquitur de ſemine *lib.5.* multa ponit Menoch.*in tract.de arbitr.jud.caſu 215.* Et an impenſæ † reſpiciant perpetuam utilitatem, non attenditur, an ſint magnæ vel parvæ, ſed ſolum attenditur, ſive ſint in parva, ſive in magna quantitate, an durent poſt tempus fructuum recollectorum, Alex.*in l.divortio.§ impendia.ff.ſolut.matrim* ubi dicit, ita velle ibi gloſſ.*in verb. tutelam*, quem ſequitur Ruin.*in conſ.14.n.3.lib.1.*& his citatis, ita tenet Rolan. *in conſ.83.in fin.lib.4.* Etiam quia fundi dominium † non communicatur, ſed communio ſolummodo in fructibus conſiſtit, collectæ pro fundo ab ipſo domino, & non à colono erunt ſolvendæ, & ſi colonus ad eas ſolvendum fuerit aſtrictus, poterit poſtea eas à domino repere Baldus *in d.l. cum duobus 52.§.ſi in coeunda.ff.pro ſoc.* Petr. de Ubald.*d.part.6.n.14.* Rolan. *conſil.79. n.12 lib.4.* ubi ſub *n. 14.* opinionem tenentium † collectarum onus pertinere ad recipientem fructus declarat procedere in eo, qui poſſidet pro ſuo, & ſuo jure facit fructus ſuos, ut in emphyteuta & uſufructuario, ſed ſecus eſſe in colono, qui non dicitur poſſidere, ſed detinere. ut per Alexand. *in conſil.35. colum. 2.lib.4.* 43 44 45 46 47

Et quod Statutum arctans † colonum ad ſolutionem collectarum ſit iniquum, tradunt Bart. & Bald. *in l.colonus 19. C.de agric. & cenſ lib.10.* Parpa. *in plac. 5.n.69.C.de ſacroſanct.Eccleſ.* Boſſ. *in tit.de Principe.n.102.* Rolan.*d. conſil 79.num.11.* 48

49 *lib.4.* Et hodie etiam de conſuetudine obſervari, quod colonus † non teneatur ad collectas, tradit Boſſ.*d. titul. de Princ. num.120.* Et quod conſuetudo
50 ſit attendenda † inter dominum & colonum circa expenſas, ubi non conſtat de communi conventione, tradit Petr. de Ubald.*d. part.6. ſub num.13.* ubi dicit, quod primo debet inſpici conſuetudo regionis ad cognoſcendum ad quæ teneatur colonus, quia ea, quæ ſunt in conſuetudine, cenſentur deducta in conventione, *l. circa 19. C. locati. l. quod ſi nolit 31. §. qui aſſidua 20 ff. de ædilit. edict. l. ſed ſi plus §.1. ff. de aqu. pluv. arc.* & conſulit Advocato Actoris, ſive Rei, pro quo eſt talis uſus & conſuetudo, quod faciat de hoc poſitionem. Et etiam quod
51 ſit attendenda conſuetudo, an colonus † teneatur portare frumentum ad domum domini, tradit idem Petr. de Ubald.*d. part.3. n.15.* ubi ita diſtinguit. Aut dominus & colonus ſunt ejuſdem territorii; aut diverſi territorii. Primo caſu tenetur colonus portare fructus ad domum domini. Secundo v. caſu non tenetur, & ſic dicit ipſe, quod colonus exiſtens in territorio Aſſiſii Peruſium frumentum portare non tenetur, & hoc probat arguendo à ſolutione tributi, quod portari non debeat ad aliam Civitatem, quia in differendo nimis gravaretur, & idem dicitur de annona portanda, *l. pro locis 6. & l. mediterranea 9. C. de ann. & tribut. lib.10.* Bald. *in l. acceptam 19. C. de uſur.* Sed ego, ubi ceſſaret conſuetudo, & etiam pactum, nunquam gravarem colonum ad portandum frumentum ad domum domini, quia facta de eo diviſione, non dicitur eſſe amplius in ſocietate, & eſt in dominio domini, & rerum unius ſocii, quæ ſint extra ſocietatem, alter ſocius expenſas ſentire non tenetur, *l. cum duobus 52. §. quidam ſagariam, ff. pro ſoc.*

52 Nono infertur, in ſocietate animalium † etiam expenſas fieri debere juxta ejus naturam, ita diſtinguendo. Aut animalia talia ſunt, ut ex eorum operibus nullum lucrum percipiatur, ut ſunt vaccæ, pecudes, porci, & ſimilia: & expenſæ, quæ annuatim neceſſariæ fuerunt pro paſcuis, & ſi propter nives, quia ad paſcendum duci non potuerunt, neceſſe fuit emere blada, furfur, glandes, & ſimilia, erunt communes. Petr. de Ubald. *d. tr. part. 5. ſub num.27. verſ. bene tamen faterer.* Et hoc eadem ratione, de qua in concluſione ſupra firmata, nempe quia dominus & paſtor dividunt lucrum inter eos & paſtor ſolummodo operas ponere tenetur ad cuſtodiendum & paſcendum animalia, & non eſt conveniens, quod etiam gravetur in expenſis, *l. omne as 27. ff. pro. ſoc. cum aliis ſimilib.* Et quamvis Petr. de Ubald.*dict. part.5. ſub*
53 *n.27.* dicat, hoc procedere ſolummodo in expenſa † magna, ſecus vero ſit in expenſa parva, & modici momenti: tamen iſta ejus diſtinctio mihi non placet, quia, villici omnes pauperrimi ſunt, & eorum paupertate attenta, expenſa, licet parva, modica dici non poteſt. Et perſonarum qualitate inſpecta, quæ impenſa modica dici debeat, Judicis arbitrio terminandum, tradit Menoch. *in tract. de arbitr. jud. caſu 215. in fin.* Sed quæ erit ratio diverſitatis

inter

inter colonum † partiarium, quem dixi ſupra teneri de ſuo facere expen- 54
ſas pro cultura, & paſtorem, quem dico debere recipere partem expenſarum à domino animalium, cum *in l.cum duobus 52. §. ſi in coeunda.ff.pro ſoc.* æquiparentur colonus partiarius, & ſocius in animalibus? Petr. de Ubald. *d.parte 5.ſub n.27.* dicit, quod æquiparatio non eſt uniformis, & non conſiſtit in omnibus, *& part.8 ſub n.21.* dicit, quod paſtor † non eſt proprie ſocius, quia con- 55
tractus ſoccitæ tranſit ad hæredes, ſed non contractus ſocietatis, *l.actione 65. §.morte 9.ff. pro ſoc.* Iſta ejus dicta mihi non placent, quia in omni ſocietate uniformis eſt determinatio juris, quod expenſæ de communi fieri debeant, ut dixi ſupra *in princ.* Et ejus dictum, quod contractus ſoccitæ tranſeat ad hæredes, lege non probatur, bene probatur ſocietatem non tranſire ad hæredes, & quæ ſit differentia inter ſoccitam & ſocietatem, de jure cautum non reperitur, & ſi ſocietas animalium tranſit ad hæredes, & appellatur ſoccita, id fit de conſuetudine, ſed non de jure, prout etiam de conſuetudine fit, quod ſocietas inter dominum & colonum ad hæredes tranſeat. Ra-
tio differentiæ eſt, quia paſtor tenetur † ad curam & cuſtodiam, & ſic tene- 56
tur de culpa leviſſima, & colonus tenetur ea omnia facere, quæ pertinent ad fructus colligendos, & tenetur ſolummodo de levi, ideo iſte, qui tenetur de levi, magis gravatur, & ille, qui tenetur de leviſſima, minus gravatur in expenſis, & hac ratione attenta à conſuetudine declaratum credo, quod in ſocietate animalium expenſæ debeant eſſe communes, ſecus vero in ſocietate inter dominum & colonum. Aut animalia talia ſunt, ex uſu, quorum lucrum percipitur, ut aſinæ & equæ, & quidem ſi in totum ruſticus perci-
pit lucrum operarum, non tenetur dominus aliquid expendere † pro expen- 57
ſis, quia in hujuſmodi animalib. conſideratur lucrum, non ſolum in uſu eorum, ſed etiam in fœtu & augmento. In fœtu & augmento dominus habet medietatem ratione capitalis: in lucro vero proveniente ex operib. & uſu nullam habet partem, & ideo onus expenſarum, quæ requiruntur in ſella, clitella, ferramentis & ſimilib. rebus, & pro victu ſentire non debet, quia hæ expenſæ pertinent ad eum, qui animalium uſum & commoditatem habet, ita per text. *in l.in reb.18.§.poſſunt 1.ff.commod. & in l.cæterum 31.ff.de rei vindic.* tradit Petr. de Ubald. *d.part.5.ſub n.27.* & ita etiam quod quis alere eos † teneatur, 58
quorum opera & miniſterio utitur, tradit Surd. *in tract.de alim.tit.1.q.63.* Et ſi dominus etiam poſſet uti dictis animalibus, etiam ad expenſas teneretur. Et quia certa & determinata regula dari non poteſt, conſuetudo regionis, ſi de ea appareat, erit obſervanda, ſin minus, erit recurrendum ad arbitrium boni viri, quod maxime in ſocietate attendi debet; qui etiam conſiderabit, an in ruſtico animalia in prædio domini retineantur, & cum ejus paleis & fœno gubernentur. Et conſiderabit etiam, quod quilibet ipſorum utatur dictis animalib. ad uſum deſtinatum, & loco & tempore congruo, ita ut alter

excellentiſſ. & dolendum eſt, quod ejus ſcripta typis tradita non fuerint, quia maximæ utilitatis fuiſſent omnibus legum Profeſſoribus, ut percipere licet ex quibuſdam ejus reſponſis, quæ manuſcripta habentur. Hanc etiam opinionem tenet Barbat. *conſil.22.colum.4.lib.1.* Jaſ. *in d.l.fin. num.4.in fin. C de collat.& in conſil.5.coll.2 lib.1.*Ruin.*in conſil.101.lib 4.*Menoch *d.tract.de arbitr. jud.caſu 127 ſub num.4.* Rim.jun.*conſil.366.lib.4.*Surd.*dict.tr.de aliment. tit.1.qu.85.ſub num.3.*

Contrariam † opinionem allegantur tenere Bald.per illum tex. *in c.1.§ ſi duo fratres, n.2.de duob.fratr. de novo inveſt.& in d.l fin.C.de collat.*Anchar.*in conſil.303.* Roman.*in conſ.172.in fin.* Alex.*in conſil.70.numero 2.verſ. ſed præmiſſis non obſtantibus lib.5.*Caſtr.*in d.l.fin n 4 C.de collat.* Barbat. *conſil.37.colum. ultim.lib.2.* Jaſ. *in dict.l. fin. num.4.& 5.*& ibi Alex.& Dec.videntur aſſerere,quod cum Baldi opinione reſideat communis opinio. In hac contrarietate dicendum eſt,quod opinio Baldi † & ſequacium procedat in ſocietate omnium bonorum, in qua omnia ſunt communia, & non attenditur, an unus ſocius plus lucretur, & plus expendat. 65 66

Altera vero opinio procedat in cæteris ſocietatibus, in quibus cujuſque operæ & expenſæ conſiderantur,& cuique lucri & expenſarum portio aſſignatur juxta operas,& juxta capitale poſitum in ſocietate, & ita etiam expenſarum onera ſuſtinentur,ut per Corn.*in dict.conſ.122.num.4.& 5.lib.2* Pet.de Ubal.*d.par.6.ſub n.24.verſ.7.*ut dixi ſupra *c.15.n.44.cum plur ſeqq.* Et ita Bald. & alios tenentes ejus opinionem, quod communiter intelligantur loqui in ſocietate omnium bonorum,& non in cæteris ſocietatib.citat Surd. *in d. tract. de alim.tit.1.q 85.ſub n.3.*Item concordantur opiniones,quod Baldi † & ſequacium opinio procedat,ſi impenſa ſit modica;ſecus vero,ſi ſit parva.Ita tradit Pariſ.*in conſ.ult.n.23.lib.2.*ubi dicit,quod Baldi opinio eſt intelligenda de modica impenſa,& quod ſi etiam de magna loqueretur,male ſentiret.Ita etiam quod ſit intelligenda de modica,& non de magna,tradit Corn.*d.conſ.301 in fi. libr.0.& d conſ 122.col.1.libr.2.*Petr.de Ubal.*d.part.6.ſub n 24.*Menoc. *dict.caſu 127.* Sed iſta non eſt bona concordantia, dum † agimus de ſocietate, & an jure ſocietatis plus impenſum in parte expendentis ſit imputandum, quia ideo dicunt modicam impenſam repeti non poſſe, quoniam donata præſumitur. Nam dicunt, quod ob rei modicitatem & communem ſocietatem ratione victus præſumitur donatio, cum hæc modica & levia ſpernere videantur ſocii, Menoch.*d caſu 127.num 10.* ubi *num.11.* Judicis arbitrio cognoſcendum relinquit, ut ſecundum perſonarum qualitatem cognoſcat, quid multum, & quid parum dici debeat, ut per Bald. *d. conſil.260.col.1. lib.1.* & per Rimin. *in d l.ult.num,2 Cod.de collat.* Etiam non magna donatio inter ſocios † conſiderari poſſet, ſi præſumptiones illæ intervenirent, ex quibus donatio facta præſumitur, ut per Menoch, *dict.tract. de arbitr. caſu 88. & dict. caſu 127, num. 8.* 67 68 69

ſed

ſed ſtante titulo donationis, quia ceſſaret titulus ſocietatis, *l. ſocietatis 5. ff. pro ſoc.* ideo, ut dixi, dum ſolummodo de ſocietate agimus, iſta non eſt bona concordantia, licet in ſe vera eſſe poſſit, dummodo is, qui donaſſe præſumi debet, non ſit minor, quia à minore neque donatio, neque ſocietas contracta præſumi poteſt, Menoch. *d. caſu 127. in fin.* ut dixi ſupra agendo de cauſa effi-
70 ciente. Inſuper licet verum ſit, quod plus expenſum † in alenda familia alterius, ubi non ſumus in ſocietate omnium bonorum, repeti poſſit: tamen iſta opinio declaratur non procedere, quando alimenta perſonis operantibus ad ſocietatis utilitatem præſtita fuiſſent ex generali ratione, quæ ſe haber, alimenta ei eſſe præſtanda, qui pro ſocietatis utilitate operatur, ut per Surd. *in d. tract. de alim. tit. 1. q. 83. & d. q. 85. n. 3 & 9.* Declaratur etiam dicta opi-
71 nio non procedere, ſi plus impendens † pro ejus familia ejus operas ponebat ad ſocietatis utilitatem, & alter non habens familiam vivebat otioſus, Surd. *d. q 85. ſub n. 3.* ubi ita loqui intelligit Corn. *in conſ. 122. lib. 2.* Jaſ. *in conſ. 5. n. 5. lib. 1. & in conſ. 2. n. 28. lib. 3.* Ruin. *conſ. 29. n. 15. lib. 5.* Bertrand. *conſil. 62. n. 14. lib. 1.* ſed iſta declaratio non placet. Quia licet pro ejus operibus majorem lucri partem percipere debeat, non tamen ſequitur, quod de rebus ſocietatis poſſit alere propriam familiam, quæ ſocietati non operatur, ſed tenetur alere de ſuo, & impenſa iſta ſocietati imputari non poteſt, quia eſt pro perſonis extra ſocietatem, & ita admittit idem Surd. *ibidem n. 8.* dum tradit, quod ſocius
72 propriam familiam, loquendo de † ſocio omnium bonorum, alere poteſt de communi, puta uxorem, filios, & alios, qui ſunt de familia. At ſi alium introducat, qui non ſit de familia, puta privignum, de propria ejus parte erunt in diviſione ſocietatis alimenta præſtita extrahenda, vel ſi poterunt repeti, à privigno erunt repetenda. Et in communi ponenda citat Caſt. *conſ. 304. n. 5. lib. 2.* Si enim hoc admittitur in ſocietate omnium bonorum, quod perſona extranea non ſit alenda de communi: Ergo & multo magis, quod id admitti debeat in ſocietate particulari, dicendum eſt, ſi perſona non ſit comprehenſa in ſocietate, & non operatur ſocietati.

75 Et nota unum ſingulare dictum in propoſito, ubi alimenta familiæ † unius ſocii eſſent præſtanda de communi, quod iſtud procedit viventibus ſociis: alias enim ſi unus ex ſociis decedens relinqueret alimenta præſtanda de bonis communib uxori vel uni ex filiis, ſuſtineretur diſpoſitio in præjudicium ſuorum hæredum, & non in præjudicium aliorum ſociorum, etiam ſi legatum fuiſſet factum cæteris ſociis præſentibus & conſentientib. ita expreſſe determinat Bart. *in conſil. 211. quædam ſibi filio. num. 1 & ſeq. lib. 1.* per text. *in l. ſi duob. 16. §. 1. ff de leg. 1.* Ita Bartoli deciſio non arridet Surdo. *in d. tract. de alim. tit. 1. q. 85. in fin.* quia text. *in dict. l. ſi duobus, §. 1.* ideo procedit ſecundum
76 eum, quia † nulla aderat ratio quare teſtator, quod à duobus hæredibus præſtandum reliquit, non idem relicturus foret, ubi unus tantum fuiſſet hæres:

utroque

utroque enim caſu ex † hæreditate legatum erat præſtandum. At ſecus, 74
quando conſtat teſtatorem non æque non integrum illud onus ſuæ hæreditati injuncturum fuiſſe, quod ab alio voluit pro dimidia præſtari. Sed à Bartoli opinione non eſt recedendum: nam eam tenet & dicit eam perpetuo eſſe menti tenendam Caſtr. *in l.qui quæſtum, §.hæres num.2.ff. de leg.1.* Alex. *in dict.l.ſi duobus, in princ.num.2.* Aretin. *num.2. verſ. & per iſtum, textum.* Ripa *in l.cum filio familias 11.num. 25.ff. de leg.1.* Gerard. *ſing. 44.* & ipſe etiam Surd. *in dict.loc.* dicit, quod non habet contradicentem, & quod durum eſſet contra eam obtinere. Et ejus conſideratio etiam non obſtat in præſenti, quia ipſe tantum conſiderat, quod alimenta eſſent præſtanda pro parte, & non in totum, quia pro parte videtur teſtator ſolummodo ſecundum eum voluiſſe ſuos hæredes gravare. Et deciſio Bartoli eſt fundata in propoſito noſtro, in eo, quia unus ſocius teſtando partem alterius ſocii gravare non poteſt, bene mirabilis eſt ejus deciſio, quod non valeat gravamen in præjudicium alterius ſocii, cum factum fuerit ipſo conſentiente. Decimo primo infertur, & eſt notabilis illatio, quod ſi inſtitor ſocietatis † in civitate aliqua faciat impenſas in honorem mercatorum, qui ſecum contraxerunt, 75
juſta ratione motus, talis impenſa erit ſocietati imputanda. Ita trad. Bart. *in l. filiusfamilias 7. ff. de donat.* Petr.de Ubald. *in d. tract.de duob.frat. part. 11.num.21.*

CAPUT XXVIII.

De cauſa finali.

SUMMARIA.

1 *Cauſa finalis principaliter ab agente conſideratur.*
Eſt prima in intentione, & ultima in executione.
2 *Cauſa finalis conſiderat, quod ſit finis operis, & finis operantis.*
3 *Finis declarat, qualiter res ſit cenſenda.*
4 *A fine omnia denumerantur.*
5 *Ea, quæ tendunt ad eundem finem, ejuſdem ſunt naturæ.*
6 *Mandatum ſocius à ſocio non dicitur habere.*
7 *Socius in re communi, altero ſocio invito, quicquam facere non poteſt, quia potior eſt cauſa prohibentis.*
8 *Socius de re communi, ultra partem ſuam, non poteſt diſponere.*

9 *Contractus rei communis ad hoc ut valeat, requiritur omnium conſenſus, & non ſufficit conſenſus majoris partis, neque ejus, qui majus jus habet in re, declaratur,* num. 35.

10 *Hypothecare etiam ſocius rem communem ultra partem ſuam non poteſt.*

11 *Fiſcus ſolus poteſt rem communem, ex particulari privilegio, in totum alienare.*

12 *Etiam ſi modicam partem in re habeat.*
Etiam ſi res ſit dividua.

13 *Et ſi vellet dare totam rem in feudum ſeu Emphyteuſin, ſeu locare, contrarium videtur verius.*

14 *Et ſi fiſcus habet partem hypothecatam, etiam ratione hypothecæ poteſt rem in totum vendere.*

15 *Fiſcus an poſſit totam domum deſtruere, quam delinquens habet communem cum alio, remiſſive.*

16 *Socius poteſt uti re communi ad uſum deſtinatum, non alterando ejus formam, & ab alio ſocio prohiberi non poteſt, declaratur,* n. 42.

17 *Sylvæ cædua cædi poteſt, dummodo arbores grandes non cædantur.*

18 *Frumentum emptum ea intentione, quod vendatur, prohiberi non poteſt, quod non vendatur.*

19 *Fundum communem ſi unus ex ſociis colat & ſeminat, altero recuſante, non tenebitur alteri reſpondere de fructibus pro parte dominica.*

20 *Intellectus* l. qui ſcit fundum 25. in princ. ff. de uſur.

21 *Muro communi utitur ſocius ad uſum deſtinatum, altero ſocio invito.*

22 *Etiam ſi feneſtræ alterius ſocii in muro exiſtentes claudantur.*

23 *Contrariam opinionem tenent aliqui.*

24 *Prima opinio ſequenda eſt, &* n. 25.
Socio non licet facere feneſtras in muro communi, ita ut impediatur alter ſocius eo uti ad uſum deſtinatum.
Etiam ſi aliunde lumen habere non poſſet.
Etiam ſi offerret reficere alteri ſocio damna & intereſſe.
Socius non dicitur conſenſiſſe, ſi vidit alterum ſocium facientem feneſtram in muro communi, ita ut eam claudere non poſſit.

26 *Super muro communi, ſi non eſt habilis ad ſupportandum majus onus, ſi obſcurentur lumina, & ad æmulationem ædificare non licet.*

27 *Murus ſi fuit factus ſolummodo ad dividendum, ſuper eo non poteſt ædificari.*

28 *Murus quod ſit communis pro diviſo ſeu indiviſo, qualiter cognoſcatur, remiſſive.*

29 *Locare poteſt ſocius communem domum ſolitam locari, altero ſocio invito.*

30 *Domo communi uti poteſt ſocius, etiam frangendo clauſuram ab altero ſocio impoſitam.*

31 *In re communi pro indiviſo quilibet dicitur habere partem in qualibet particula, etiam minima.*

32 Res

32 *Res ſi pro parte expediri non poteſt, ſocius poteſt uti tota re.*

33 *Socius poteſt facere ea, quæ utilia ſunt ſocietati.*

34 *Mandatum ſocius ab altero ſocio habere dicitur in utilibus.*

35 *Socius poteſt negotium gerere, ſi adſit intereſſe ipſius, etiam ſi non adſit conſocii utilitas, dummodo non adſit ejus damnum.*

36 *Domus pro parte ſolummodo erit locanda, ſi pro parte utiliter locari poteſt.*
Et procedit etiam in prædio ruſtico.

37 *Socius, qui vult locare domum perſonæ honeſtæ, præfertur alteri, qui vult locare perſonæ inhoneſtæ.*

38 *Etiam ſi à perſona honeſta plus mercedis daretur.*

39 *Si ambæ eſſent honeſtæ, daretur plus offerenti.*

40 *Si ambæ perſonæ eſſent honeſtæ, & parem mercedem offerrent, ſecundum aliquorum opinionem, dum ſocii ſunt diſcordes, domus vacare debet.*
Res non ſortitur effectum, quando partes non conveniunt.

41 *Patroni duo ſi præſentant diverſas perſonas ad beneficium indiviſibile, nulli ex præſentatis jus acquiritur.*
Potentior eſt cauſa prohibentis in pari caſu inter ſocios.

42 *Si quilibet ſocius uti vult re ad uſum deſtinatum, in utroque par ratio prohibitionis reperitur.*

43 *Altera eſt opinio, quod ſi ſocii ſint diſcordes, Judicis officio ad concordiam reducantur.*

44 *Judex poteſt ſe interponere pro concordia, & eam poteſt ſuadere, non tamen poteſt cogere.*

45 *Poteſt cogere, quando adeſſet præjudicium tertii.*
Et quando adeſſet timor ſcandali.

46 *Altera eſt opinio, quod judicio ſortis diſcordia dirimatur.*

47 *Quæſtio facti ſorte dirimi non debet.*

48 *Contrarium quod ſorte dirimi debeat.*

49 *Sortis judicio utendum eſſe etiam ſuper quæſtione facti, non ſolum juris.*

50 *Domum communem ſi unus ſocius vult inhabitare, non debet eſſe impedimento alteri ſocio, qui vult partem ſuam locare.*
Fallit, ſi domus non poteſt dividi.
Et fallit, ſi ſocius vellet introducere in parte ſua perſonas inhoneſtas.

51 *Sociis diſcordantibus, quia unus vult locare, & alter inhabitare, non datur aliud remedium, niſi quod deveniant ad diviſionem.*

52 *Si unus ſocius vult inhabitare & alter locare, tenetur locare ſocio, qui vult inhabitare, & non extraneo, &* n. 56. & 57.

53 *Socius, qui vult domum locare extraneo, & non conſocio, non poteſt probabiliter prætendere intereſſe, ſi poteſt eandem mercedem à ſocio inhabitare volente recipere.*

54 *Socius ſi aliquid debet facere invitus, dicitur agi de ejus intereſſe.*

55 *Qui mutat veterem formam ædificii, invito ſocio, dicitur deteriorem facere, licet videatur meliorare.*

Qui ſuam explet voluntatem, dicitur lucrari, ita damnum pati dicitur, qui invitus aliquid facere cogitur.

56 *Intereſſe ſolius voluntatis non eſt conſiderabile.*

Æquum præferri debet iniquo, in re communi, in qua ſpectatur arbitrium boni viri.

57 *Locatio domus communis maxime non extraneo, ſed conſocio facienda eſſet, ſi haberet filias.*

58 *Domus non ſolita locari, altero ſocio recuſante, locari non poteſt.*

Contrarium, quod debeat arbitrari, quid ſit agendum, & num. 59.

Altera eſt opinio, quod impediatur locatio, ſed ſocius impediens teneatur ad intereſſe.

60 *Neque prima, neque ſecunda opinio ſequenda eſt.*

61 *Arbitrium Judicis quod ſit attendendum in ſocietate, intra fines, & non extra fines ſocietatis.*

62 *Socius recuſans, ne domus locetur, non dicitur injuſte recuſare, ſi non eſt ſolita locari.*

63 *Domum totam, non ſolitam locari, inhabitam ſocius alteri ſocio non tenetur ad mercedem.*

64 *Domus ſi erat ſolita locari, & ſocius, locatione finita, eam inhabitet, alteri ſocio tenetur ad mercedem, &* n. 66.

65 *Fructuum partem, qui ab extra proveniunt, ſocius alteri ſocio dare tenetur, ſed ratione commoditatis, quæ intrinſece provenit, puta inhabitando domum, aliquid alteri ſocio dare non tenetur.*

66 *Sed hoc fallit, ſi illa commoditas, nempe domus, erat ſolita locari.*

67 *Socius ſi perſeverat habitare in domo communi conducta, tenetur ad ſolitam mercedem, quia dicitur facta tacita reconductio.*

68 *Contrariam opinionem tenent aliqui.*

69 *Prima magis placet, &* n. 70.

71 *Mandatum dicitur habere ſocius in rebus deſtinatis ad vendendum.*

72 *Etiam ſi ſocii habitent in diverſis civitatibus.*

73 *Et ſi faciant ea, quæ fieri debent inſpecta conventione, & fine ſocietatis.*

74 *Et ſi juxta ſolitum emat, & vendat ad credentiam, & faciat ea, quæ ſocietati utilia ſunt.*

QUia, ut ſupra dixi, *c. 2. num. 8.* cauſa finalis eſt illa, quæ principaliter 1 † ab agente conſideratur, Bald. *in l. 1. numero 17. Cod. de falſa ca. adject.* & eſt ſemper prima in intentione, licet ſit ultima in executione, Bart. *in l. ambitioſa 4. numero 29. ff. de decret. ab ord. fact.* Covar, *var. reſolut. cap. 20. num. 2.* &

quia

quia dupliciter conſideratur, primo, quod ſit finis operis, ſecundo quod ſit finis † operantis, & quatenus eſt finis operis, quod una tantum ſit; quatenus vero eſt finis operantis, quod ſit multiplex, ut poſt divum Thomam tradit Navarr. *in c. inter verba 11. qu. 3. concl. 5. corol. 8. num. 29.* ideo videbimus modo de his, quæ à ſociis ſine inſpecto ſive operis, ſive operantis fieri poſſunt. 2
Eſt enim veriſſimum, quod finis ipſe † declarat, qualiter res ſit cenſenda, *l. ſed & ſi quod 25. §. 1. ff. de uſufruct. c. fraternitatis, §. ultim. de frigid. & malefic.* Et quod à fine † omnia dinumerentur, tradit ex Ariſt. Bald. *in conſil. 272. colum. 1. lib. 1. & in repet. l. Æmilius 38. colum. 4. verſ. & ſcias quod libellus, ff. de minor.* Et ea, quæ tendunt ad eundem finem, quod ſint ejuſdem † naturæ, cujus eſt finis, tradit idem Bald. *in conſil. 250. colum. 1. lib. 1.* Socin. *in rub. de verb. oblig.* parum ante finem. Tiraquel. *in tract. de retract. §. 1. gloſ. 7. numero 45.* Utique ſocius à ſocio non † dicitur habere mandatum, Bart. & Bald. *in l. nemo ex ſociis 68. ff. pro ſoc.* Alexand. *in addit. ad Bald. in rub. C. pro ſoc.* Roman. Alex. & Jaſon. *in l. de pupillo 5. §. ſi plurium, ff. de nov. oper. nunc.* Roman. *in l. ſtipulationes non dividuntur 72. colum. fin ff. de verb. oblig.* Alexand. *conſ. 154 num. 8. & conſil. 586. col. 2. lib. 2.* Ruin. *conſil. 65. num. 6. lib. 5.* Cravet. *conſil. 129. in princ. lib. 1.* Dec. *conſil. 556. num. 2. lib. 2.* Rim. jun. *conſil. 331. numero 11. lib. 3.* Decian. *conſil. 38. numero 4. lib. 1.* Et hanc eſſe veriorem & receptiorem communioremque dicit Rot. Genuenſ. *deciſ. 14. num. 67.* 3 4 5 6

Et ſocius in re communi altero † ſocio inuito quicquam facere non poteſt, quia potior eſt cauſa prohibentis *l. Sabinus, 20. & ibi gl. ff. contr. divid. l. parietem 8. ff. de ſervit. urban. præd. c. in re communi. & ibi Dynus, de reg. jur. in 6.* Surd. *conſ. 447. num. 17. lib. 3.* Diſponere etiam ſocius de re communi † ultra partem ſuam non poteſt. *l. nemo ex ſociis, 68. & ibi gl. & Dd. ff. pro ſoc. l. ſi ſocius 16. & ibi gl. & Dd. ff. ſi cert. pet.* ad hoc enim, ut valeat contractus † rei communis, requiritur omnium conſenſus, & non ſufficit conſenſus majoris partis & unius ſocii habentis etiam majus jus in re. *l. per fundum 11. ff. de ſeruit. ruſtic. præd. & l. fin. ff. com. præd.* Gomeſ. *lib. 2. reſolut. jur. tit. de locato, ſub numero 14.* Surd. *conſil. 43. ſub num. 14. & ſub numero 15. lib. 1.* & procedit etiam in tollenda ſeu imponenda ſervitute, *l. ſi communis fundis 27. & l. unus ex ſociis 34. ff. de ſervit. ruſt. præd.* Et hoc procedit etiam † in hypotheca, ut ſocius ultra partem ſuam rem communem hypothecare non poſſit, *l. uni. ca. C. ſi communis res pignor. dat. ſue.* Neguſan. *in tract. de pignor. part. 2. mem. 3. num. 36.* Solus fiſcus poteſt † ex particulari privilegio rem communem in totum alienare, *l. 1. C. de vend. rei fiſc. com. cum privat. lib. 10. l. 2. C. de com. re alienat.* ubi Bald. dicit æquum eſſe, quod id faciat fiſcus conſorte requiſito, & ſi ille tantum offerat, quantum alius præferatur, *argum. l. 1. de privileg. cred.* ſequitur Tiraquel. *de retract. lign. §. 1. gloſ. 18. num. 7.* 7 8 9 10 11

Et hoc fiſci privilegium † procedit, etiam ſi modicam partem in re com- 12

muni haberet, ut habetur *in dict.l.1.* & procedit etiam, quod res ſit dividua: modo interſit fiſci rem totam vendi reſpectu majoris pretii, Bart poſt gl. *in d.§.1.* Felin. alios adducens *in cap. quæ in eccleſiarum, numero 73. de conſtit.* Et pro-
14 cedit etiam, ſi fiſcus † vellet date totam rem in feudum, ſeu emphyteuſim, ſeu locare. Bald. *conſ 336. Præmitto, lib. 5.* ſed hoc dictum non placet. Peregrin. *in tract. de jur. fiſci. lib. 6. tit. 4. num. 32.* quia ſic privatus haberet invitus emphyteutam, & vaſallum perpetuum, & in venditione conſequitur ſuam partem pretii, de quo ſtatim ad libitum diſponere poteſt. Non eſt recedendum ab opinione Baldi propter ejus auctoritatem, & ſi fiſcus poteſt quod eſt plus, nempe rem libere alienare, poterit etiam, quod eſt minus, ejus utilitate ſtante, nempe in feudum & emphyteuſim concedere. Et proce-
dit etiam, ſi fiſcus † habeat hypothecata bona alicujus pro parte: poterit enim ratione ſuæ hypothecæ illa vendere in totum, invito altero habente dominium pro alia parte, Bald. *in conſil. 171. condemnatus, lib. 1.* Dec. *conſil. 235. colum. pen. lib. 1.* Et ita fuiſſe judicatum Paduæ, & ſententiam fuiſſe confirmatam in *Excel. conſil. 40.* tradit Peregrin. *dict. tract de privil. fiſc. lib. 6. art. 4. ſub numero 32.* ubi dicit, quod iſta eſt maxima ampliatio, declarat tamen non procedere, ſi in aliis bonis non communibus cum aliquo poſſet fiſ-
15 cus conſequi creditum ſuum. Et an fiſcus † poſſit deſtruere domum communem inter duos, ſi veniat deſtruenda ob delictum unius, ponit Bartol. *in l. Antæus 14. §. de opere. ff. de aqua pluv. arcen.* Petrus de Ubald. *in tract. de duob. fratr. part. 8. num. 26.* Aret. *conſil. 110. Clariſſime & conſultiſſime Doctor. verſ. venio ad quartum.*

16 Verum iſtæ concluſiones, licet veriſſimæ † videantur, tamen aliquando non procedere ita ſimpliciter declarantur, & præcipue quando fine ipſius ſocietatis conſiderato ſociorum voluntatem aliter eſſe intelligendam percipitur. Nam ſi ſocius utitur re communi ad finem ſeu uſum deſtinatum, non alterando ejus formam, quod id faciat, ab alio ſocio prohiberi non poterit, *l. arboribus 12. §. navis 1. ff. de uſufruct. l. ſi ædes 12. ff. com. divid. & ibi gl. l. cum duob. 52. §. item Mela ff. pro ſoc.* Gl. *in dict. l. Sabinus 28. ff. com. divid.* Pract. Papienſ. *in forma libelli pro hæreditate vel re ſingula. divid. in gl. in ver. & in futurum.* Et de
17 ſylva cædua, quod † ab uno ex ſociis cædi poſſit, altero ſocio invito, & non poſſit accuſari, tradit Bald. *in conſil. 37. num. 4. lib. 5.* Socin. *conſil. 58. ſub num. 2. lib. 4.* dummodo arbores grandes & fructiferas non cædat, quia ad cædendum non ſunt deſtinatæ. Tiraq. *in tract. de retract. convent. §. 3. gl. uni num. 24. cir-*
18 *ca finem.* Et frumento † empto communi nomine, ad hoc ut communi nomine & communi periculo venderetur, quod unus ex ſociis recuſare non poſſit, quin vendatur communi nomine & communis periculo, per text. *in l. nam & Servius 21. §. ſi vivo. ff de neg. geſt.* tradit Decian. *conſ 97. num. 44. lib. 2.* Et ſi
19 duo habent † fundum communem, & unus velit colere & ſeminare, alius

vero

vero cervicoſus non v. lit, quod ſua pars ſeminetur, ſi ſocius prudentior fa-
ciat totum fundum coli & ſeminari, quod non tenebitur in aliquo alteri
ſocio de fructibus reſpondere, etiam pro parte dominica, tenet Salic. *in l. ju-
bemus 10 la 2. per gl. ibi in verſ. dividere C. de ſacroſanct. eccleſ.* Alex. *in l. 1. & ibi Jaſ. n. 26.
C. qui teſtam. fac. poſſ* Idem Jaſ. *in l. quo minus, n. 162.* ubi hoc inquit ſingulare, &
ſe alibi non legiſſe, *ff. de flum. & in l. ſervi electione, §. 1. n. 19.* ubi dicit mirabile, ſi eſt
verum, *ff. de leg 1.* Marſil. *ſing. 369.* Natt. *conſ. 31. num. 10. lib. 1.* Surd. *conſ. 43 num. 18. lib. 1.*
Contra hanc † Saliceti opinionem maxime urgere videtur text. *in l. qui ſcit* 20
fundum, in princ. ff. de uſur. ubi habetur, quod qui ſcit fundum cum alio ſibi
communem eſſe, fructus, quos ex eo perceperit, invito vel ignorante ſocio,
non majori ex parte ſuos facit, quam ex qua dominus prædii eſt, ſed huic
textui, quod non procedat, quando fundus totus fuiſſet ſatus ab uno ex
ſociis, invito altero ſocio, reſpondet Natt. *in d. conſ. 31. n. 10. lib. 1.* Muro etiam
communi utitur ſocius altero ſocio invito ad uſum deſtinatum, dummodo
quod † ſuperædificatur ſit commune *d. l. ſi ædes 12 ff. com. divid. & d. l. cum duob.* 21
52. §. item Mela. ff. pro ſoc. Bart. Angel. & Florian. *in l. quidam Iberus 13. ff. de ſervit.
urb. præd.* Cæpol. *in tract. de ſervit. urba. præd. c. 40. ſub n. 19. & 20.* Corn. *conſ. 90. n. 14.* &
rurſus in eadem facti ſpecie *in conſ 113. lib. 2.* Marſil. *ſing. 154.* Rimin. *conſ. 401. &
conſ. 402. lib. 3.* Burſat. *conſ. 57. n. 2. & conſ. 58. n. 1. lib. 1.* Surd. *conſ. 233 n. 1 lib. 2.* Honded.
conſil. 80. lib. 1. Et hoc eſt verum, etiam ſi feneſtræ † alterius ſocii in muro exi- 22
ſtentes claudantur, Cæpoll. *in dict. tract. de ſervit. urban. præd. c. 62 tit. de feneſtra.
ſub num 5.* Jaſ. *in conſil. 98. in primo dubio. lib. 1.* Pariſ. *conſil. 63. lib. 1.* Rimin. *d. conſil.
402. num. 2. lib. 3* Neviza. *conſil. 65. in fin.* Bero. *qu. 26. num. 3.* Burſat. *conſil. 111. num. 1.
lib. 1.*

Contrariam opinionem, quod non poſſit † ſocius elevare murum com- 23
munem, ſi obſcurarentur feneſtræ alterius ſocii, tenet Surd *conſ. 233. lib. 2.* ubi
num 14. dicit, quod opinio Jaſ. *in d. conſ 98.* & falſa, & expreſſe contra deciſio-
nem Alberic. *in l. altius 8. C de ſervit. & aqua.* & Cæpol. *in tract. de ſervit urban. præd.
c. 36. tit. de ſervit. ne lumin qu. 7.* qui dicunt, quod non licet ſocio ſuper commu-
ni re ædificare, quando per tale ædificium obſcurantur ſocii lumina, quia
tenetur ſervare antiquam formam, ſuper quam erat ædificatum, & reſpon-
dendo ad Bero. *dict qu 26.* dicit, quod contrarium tenuit *conſil. 132 num. 12. lib.
3.* & dicit *num. 15.* non obſtare quod voluit Cæpol. *in dict. c. 62.* quia loquitur,
quando ſi non clauderentur feneſtræ, non poſſet aliter ſocius uti pariete
communi, & eſſet ſibi inutilis, & loquitur de pariete, in quo non poterant
feneſtræ ædificari, ne privaretur alter ſocius uti eo ad uſum deſtinatum.
Prima opinio, quod murus elevari † poſſit, & quod feneſtræ poſſint clau- 24
di, ſequenda eſt, quia non licuit ſocio facere feneſtras in eo, ita ut impedi-
retur ſocius eo uti ad uſum deſtinatum. Pariſ. *dict. conſil. 63.* etiam ſi lumen
aliunde habere non poſſet, etiam ſi offerret reficere alteri ſocio damna

& in-

& intereſſe, & non dicitur conſenſiſſe ſocius, ſi vidit alterum ſocium facientem feneſtras in muro, ita ut eas claudere non poſſit *l. invitus 5. ff. de ſervit. urban prad.* & ibi not. Bart. Angel. & Caſtr. & poſt eum Pariſ. *d. conſil. 63. n. 8.* & Burſat. *d. conſ. 111. n. 4. lib. 1.* & Surd. *conſ. 387. lib. 3.* Et ceſſant conſiderata à Surdo, quia non eſt verum, ut ipſe præſupponit, quod claudendo feneſtras præju-
25 dicium † inferatur ſocio, & mutetur forma veteris ædificii: non enim infertur præjudicium, ſi clauduntur feneſtræ, quæ ibidem ſtare non debent, in damnum alterius ſocii, & non mutatur forma veteris ædificii, ſi eo quis utatur ad uſum deſtinatum. Ubi daretur caſus, quod murus fuiſſet ad hoc deſtinatus, ut ibidem feneſtræ ſtare deberent, & iſta eſſet ejus antiqua for-
26 ma, Surdi opinio tenenda eſſet. Etiam eſſet tenenda, ſi, prout † erat in caſu ſuo, murus non eſſet ſufficiens ad ſupportandum majus onus, ut tradit ſub *num. 8.* & late quod non liceat ædificare ſuper muro communi, ſi obſcurarentur lumina alterius ſocii, ſi murus non eſſet habilis ad ſupputandum majus onus, & ſi ædificaretur ad æmulationem, tradit Burſat. *conſil. 57. &*
27 *conſ. 58. lib. 1.* Et ſi murus fuiſſet factus † ſolummodo ad dividendum, quod ſuper eo non poſſit ædificari, quia ſic mutaretur ejus forma, & quia quis eo uteretur ad uſum & finem non deſtinatum, tradit Petr. de Ubald. *in tract. de duob. fratr. part. 8. n. 45.* Boer. *conſil 5.* Burſat. *d. conſil. 57. num. 7. lib. 1.* Magon. *in deciſ.*
28 *Florent. dec. 46.* Qualiter cognoſcatur, an murus † ſit communis pro diviſo, ſeu pro indiviſo, & an liceat eum excavare, & in eo caminum facere, vide Gabriel. *conſil. 149. & conſil. 150. lib. 1.* Surd. *conſil. 126. lib. 1.* Maſcard. *in tract. de*
29 *probat. concl. 1144.* Etiam ſine & uſa conſideratis, poteſt ſocius † locare communem domum ſolitam locari, altero ſocio invito, Bald. Angel. & Dec. *in l. 1. C. qui teſtam. fac. poſſ.* Bald *in c. cum omnes, num. 20. de conſtit.* Caſtr. *in l. & hac diſtinctio 35. §. cum fundum 1 ff. locati* Ruin. *in l. ſervi electione. §. Labeo. colum 6 verſ. ſi vero ſit res contracta. ff. de leg. 1.* & ibidem Socin. *ſub numero 4. verſ. Primus caſus eſt, & in conſil. 58. colum. 1. lib. 4.* Menoch. *in tract. de arbitr. Jud. caſu 442.* Surd. *conſil. 43. num. 8. lib. 1.* Et probatur iſta opinio, & iſta concluſio, non ſolum ea præcipua ratione, quia ſocio uti licet re communi ad uſum deſtinatum, invito altero ſocio, etiam propria auctoritate removendo impedimen-
30 tum, puta frangendo † clauſuram domui ab altero ſocio impoſitam, ut per Caſtr. *conſil. 395. in cauſa quæ vertitur in curia numero 2. lib. 2.* Cravet. *conſil. 4. numero 10. lib. 1.* Granut. *Theorem. 2. numero 4.* ſed etiam quia quilibet in
31 † re communi pro indiviſo dicitur habere partem in qualibet parte; etiam minima, & in quolibet ceſpite, gloſ. *in l. ſi familia 14. in ver. parte, Cod. famil. erciſc.* Venafran. *conſil. 20. num. 15.* Granut. *d. Theor. 2. in fin.* & etiam quia ubi
32 res pro parte † expediri non poteſt, ſocius poteſt tota re uti ad uſum deſtinatum, *l. heredes 25. §. ſi unus 15. ff. famil. erciſ.* Rot. Genuen. *deciſ. 14. ſub num. 68.* &
33 quia ſocius poteſt facere ea quæ † ſocietati utilia ſunt, & ab alio ſocio non

poteſt

poteſt prohiberi. Bero. conſil. 131. num. 11. lib. 3. Et quod ſocius in utilibus † à ſo- 34
cio dicatur habere mandatum, tradit Gloſ. in l. nemo ex ſociis 68. ff. pro ſoc. & in
l. de pupillo 5. §. ſi plurium 6. ubi Jaſ. ff. de nov. oper. nunci. idem Jaſ. in l. ſtipulationes non
dividuntur 72. n. 9. ff. de verb. obl. Surd. d. conſ. 43. num. 9. lib. 1. Et etiam quia poteſt
ſocius † negotium gerere, ſi adſit intereſſe ipſius, etiam ſi non adſit con- 35
ſocii utilitas, dummodo non adſit ejus damnum, l. fiſtulam 19. §. penult. & fin.
ff. de ſervit. urban præd. Dynus in cap. in re communi, colum. 2. de reg jur. in 6. Gloſ. in
d. l. Sabinus, quam dicit eſſe communiter approbatam. Socin. in dict. §. Labeo.
n. 7. Ruin. conſ. 143. n. 19. lib. 4 Ripa in l. quo minus, num. 140. ff de flumi. Surd. d. conſ. 43.
num. 10. Menoch. d. caſu 442. num. 3. & 18. Et his rationibus attentis declarantur jura ſuprapoſita, in quibus habetur, in diſpoſitione facienda de re communi, omnium conſenſum requiri, nempe quod non procedant ubi quis utitur re ad uſum deſtinatum, & ubi quis diſponit de tota re utiliter, quæ commode pro parte expediri non poteſt. Gomeſ. d. tit. de locat. ſub num. 14. & Surd. d. conſil. 43. ſub num. 14. & ſub num. 15. Si igitur domus commode pro parte
utiliter locari poteſt, pro parte † locantis ſolummodo locatio erit facien- 36
da, & tota invito altero ſocio locari non poterit. Menoch. d. caſu 442 num. 4. poſt Socin in d. §. Labeo. ſub n. 4. verſ. & ſi res diviſionem, ex ſententia Salic. in l. jubemus 14. la 2. C. de ſacroſ. eccleſ. per text. in l. hæredes 25 §. ſi unus 15. ff famil. erciſ. Surd. d. conſ. 43. num. 8. ubi num. 12. dicit, procedere tam in prædio urbano, quam in prædio ruſtico, ex Ruin. conſ. 143. n. 18. lib. 4. Bero. conſ. 173. num. 12 lib. 1.
Ripa in d. l. quominus, n. 140. Etiam ſi daretur caſus, quod † ſocii convenirent 37
in locando, ſed unus vellet locare perſonæ honeſtæ, alter vero inhoneſtæ, præferretur ille, qui vellet locare perſonæ honeſtæ, Ang. in d. l. 1. C qui teſta. fac. poſſ. Socin. dict. conſ. 58. num. 2. verſ. circa ſecundum, lib. 4. & in dict. §. Labeo. num 5. Diſſentit ab hac opinione Ruin. in dict. §. Labeo. verſ. ſi vero daretur, & in conſ. 75. in fin. lib. 1. ſed male, ut per Menoch. dict. caſu 442. num. 5. Etiam ſi à perſona
† inhoneſta plus mercedis daretur, nihilominus danda eſſet perſonæ hone- 38
ſtæ, quia honeſtas anteferri debet utilitati, & apud viros bonos illud dicitur utile, quod honeſtatem quoque continet. Et quod omni pondere gravior quam reliqua omnia honeſtas ſit habenda, & id eſſe utile, quod honeſtum eſt; tradit Cicero lib. 3. offic. ver. cum igitur aliqua ſpecies. Et omnino perſonæ inhoneſtæ domus non eſſet locanda, ſi ex tali locatione inſurgeret peccatum, ut per Navarr. in manual. cap. 17. ſub numero 195. Graff. in ſuis deciſ. aureis, part. 1 lib. 1. c. 24.
numero 20. Et ſi ambæ perſonæ † eſſent honeſtæ, illa præferretur, quæ vel- 39
let locare plus offerenti, Ruin. conſil. 75. in fin. lib. 1. Menoch. dict. caſu 442. num. 6.

Si vero ambæ perſonæ † eſſent honeſtæ, & parem mercedem offerrent, 40
quid agendum ſit, adſunt diverſæ Dd. opiniones. Nam aliqui dicunt, quod donec erunt diſcordes, domus vacare debet. Ang. in d. l. 1. Cod. qui teſtam fac. poſſ.

Socin.d.conſ 58.ſub num.2.lib.4.& in l.ſi ſocius 16.num. 4.ff.ſi cert.pet.& in d.l. ſervi ele-
ctione 5.§ Labeo 1.num.5.ff.de leg.1.Gomeſ.lib.2.reſol.jur.tit.de locato ſub num.14.Me-
noch d.caſu 442 ſub num 11.& 12.dicit ad hoc conferre quod ait Bart.in l.bujuſ-
modi 84 §.ult. in fin.ff. de leg.1. quod quando partes invicem non conveniunt,
res non ſortitur effectum. Et Socin.in dictis locis proxime allegatis pro hac
41 opinione conſiderat duo fundamenta. Unum eſt, quod quando duo † con-
currunt in concedendo jus indiviſibile diverſis perſonis, ſe invicem impe-
diunt, & nullius conceſſio ſortitur effectum. Jo.And.in c.in re communi. de reg.
jur.in 6. ubi arguit, quod ſi duo patroni ſunt diſcordes, & præſentant di-
verſas perſonas ad beneficium, quod eſt indiviſibile nulli ex præſentatis
jus acquiritur. Alterum eſt fundamentum, quod in pari cauſa inter ſocios
regulariter de jure communi potentior eſt cauſa prohibentis, l. Sabinus 28. ff.
42 com.divid & ſubjungit, quod, ut ſupra firmaui, liceat † ſocio uti re commu-
ni ad uſum deſtinatum, invito altero ſocio, procedit, quando ſocius utitur
ad uſum deſtinatum, & alter non vult uti ad uſum deſtinatum;& non pro-
cedit, quando, prout modo loquimur, uterque ſocius vult uti ad uſum deſti-
natum. Et ratio diverſitatis inter caſum & caſum eſt, quia in primo in eo,
qui uti non vult, non adeſt legitima cauſa prohibitionis, ne alter utatur;&
in ſecundo caſu, cum uterque uti velit ad uſum deſtinatum, adeſt in utro-
que par ratio prohibitionis, & ideo ſtante pari ratione ad invicem ſe im-
pediunt, ex Ariſt. in lib.5. Metaph. & eſt text. in l.ubi repugnantia 188. ff. de regul.
43 jur. Altera eſt opinio, quod iſti ſocii † ſic diſcordes Judicis officio ad con-
cordiam reduci debeant. Bald.in c.cum omnes, num.20 de conſtit. Ang. in d. l.1. C.
qui teſtam.fac poſſ.per text. in l.quoties 34.in princ. ff.de uſufr. & in l. bujuſmodi 84. §.
fin.ff.de leg 1. ita etiam tradit Socin in d.l.ſi ſocius 16.& in d §.Labeo 1.& in d.conſ.
44 58. ſub num.2.lib.4. Verum licet Judex poſſit † ſe interponere pro concordia,
tamen non poteſt cogere, Ruin.in d.§. Labeo. colum.6. verſ.ſecundo caſu, & con-
cordiam à Judice poſſe ſuaderi, non autem imperari, poſt alios tradit Jaſ.
in auth.ſi vero contigerit, col.ult. C. de Jud. Felin. in rub. de treuga & pace. Dec. in l.
45 quidam æſtimaverunt 21 ſub num.4 ff.ſi cert.pet. Duobus caſibus † poſſet ſuaderi,
& imperari; primo, quando plures diſcordatem in præjudicium tertii. Bart.
in l bujuſmodi 84.§.ult.& ibi Jaſ. num.10.ff.de leg.1.& in l.2.§ ex bis, ff.de verb. oblig.
Secundo, quando adeſſet timor ſcandali. Bart. in d. l. bujuſmodi. §. ultim. in
fin. Angel. in dict. l. 2. §. ex bis. Chaſſan. conſil.1. verſ. ad ſecundum præſuppoſitum,
num.18.Ruin.in dict.§.Labeo.col.6.ver.2.caſu.Menoch.dict.caſu 442. num.9. Tertia
46 & ultima eſt opinio, quod ſorte † diſcordia hæc dirimatur. Ruin. in dict. §.
Labeo.colum.6.verſ poſſet etiam ex ſententia.Bart. in dict.l.bujuſmodi, §. ult. in fin. ſed
quod hoc remedium locum habere non poſſit, tradit Menoch.dict.caſu 442.
numero 10. ea ratione, quia iſta ſit quæſtio facti, & non quæſtio juris, &
47 quod quæſtio † facti ſorte dirimi non poſſit, ſi partes contradicant. ex
Tiraq.

Tiraq. *in tract. de jur. primog. quaſt. 17. opinione 1. numero 91. & in fin. quaſt.*

Verum ego ſi Judex eſſem, ceſſante alia cauſa cogendi partes ad concordiam, forte † dirimerem, cujus opinio eſſet ſequenda, & deinde ſocios cogerem ad ſortis indictum obſervandum, ut dixi etiam *in c. proxime præcedenti,* fieri debere, ubi ſocii diſcordant in reficienda rem communem, quod enim contradictiones comprimat ſors, ſcriptum eſt *Proverb cap. 18.* Et ſic utendo judicio ſortis, dici non poterit, quod alter alterius voluntatem invitus ſequi cogatur, quia cogitur parere Judicis præcepto fundato non in alterius voluntate, ſed in judicio ſortis. Et differentia, quæ fit † inter quæſtionem juris & facti, mihi non placet, quia, ut dixi *in c. præcedenti*, diverſa ratio inter unam & aliam conſiderari non poteſt. Et ſortibus uſi fuerunt Joſue & Saul ſuper facto, & non ſuper quæſtione juris, ut habetur *26. q. 2. in prin* Redeundo ad ſuprapoſitam concluſionem, ſi daretur caſus, quod unus ex ſociis † recuſaret locare partem ſuam domus, locari ſolitam, & diceret, quod vellet inhabitare pro parte ſua, recuſans tamen conducere partem alterius ſocii. Hoc caſu poſſit quidem ſocius inhabitare, ſed tamen alteri ſocio impedimento eſſe non debet, quo minus poſſit partem ſuam alteri locare, niſi domus eſſet talis, quæ commode per cænacula dividi non poſſit, vel quod ſocius vellet introducere in parte ſua perſonas inhoneſtas & ſuſpectas. Caſtr. *in l. hac diſtinctio 35. §. cum fundum 1. ff. locati.* movetur per gloſ. *in l. non aliter 7. ff. de uſu & habitat.* Petr. de Ubald. *in tract. de duob. fratr. part. 1. ſub n. 12.* Et in hoc caſu † ipſis diſcordantibus aliud remedium non datur, niſi quod deveniant ad diviſionem, Socin. *in d. l. ſi ſocius 16. ſub n. 5. ff. ſi cert. pet. & in d. §. Labeo. ſub num. 6.* Gomeſ. *lib. 2. reſolut. jur. tit. de locat. ſub num. 14.* Menoch. *dict. caſ. 442. numero 11.* Et ſi daretur caſus, quod ſocius, qui vult inhabitare, vellet etiam conducere partem alterius ſocii, qui tamen potius vellet † eam extraneo locare. Socin. *in dict. l. ſi ſocius, num. 6. & in d. §. Labeo. num. 7. & in dict. conſ. 58. colum. pen. lib. 4.* tenet, ſocium iſtum cogi poſſe ad locandum partem ſuam alteri ſocio, inhabitare volenti, potius quam extraneo, & Socinum ſequutus eſt Ruin. *in conſil. 143. num. 19. verſ. ſed his non obſtantib. lib. 4.* Gomeſ. *dict. lib. 2. reſol. jur. ſub numero 14.* Menoch. *dict. caſu 442. num. 14. & 15.* qui poſt Socin. dicit ita ſenſiſſe Bald. *in l. 1. num. 7. C. qui teſtam. fac. poſſ.* & quod hanc viſus eſt probare Jaſ. *ibidem num. 25.* Dec. *num. 29.* & Marſ. *ſing. 369.* Et ultra Baldi auctoritatem ea ratione † movetur Socin. ad tenendam hanc opinionem, quia regula eſt, quod ſocius invito ſocio poteſt uti re communi, ſi alterius ſocii prohibentis non intereſt, & ille qui vult partem ſuam extraneo locare, non poteſt probabiliter prætendere intereſſe, ſi poteſt eandem mercedem, & pecuniam à ſocio inhabitare volente recipere, quam reciperet ab extraneo. *arg. l. nummis 3. ff. de in lit. jur.* Gloſſ. *in dict. l. Sabinus 28 ff. commun divid.* Contra † hanc rationem inſurgit Ruin. parum ſibi conſtans *in d. §. Labeo. col. 7. verſ. & minus*

etiam. dum dicit, Gloſ. *in d.l.Sabinus*, loqui, quando vult quis uti re commu-
ni, abſque eo quod petat novi aliquid fieri ab alio ſocio. Petendo enim,
quod aliquid faciat, ſi facere debet invitus dicitur agi de ejus intereſſe. Nam,
ut dixi *in c.præcedenti n.27.* ex Natt. *conſ.215.n.7.lib.1.* & ex Surdo *in conſ.387.num.11.*
55 *lib.3.* qui mutat veterem formam ædificii invito † ſocio dicitur deteriorem
facere, licet videatur meliorare, per *l. uſufructuarium novum tectorum 44. ff. de*
uſufr. Et quemodmodum qui ſuam explet voluntatem dicitur lucrari, Gl.
in l.fin ff de uſufruct gl. *in l.penul. ff. de cond. cauſa data.* Tiraq. *in tract. de utroque re-*
tract. in præfat. n.28. Covar. *in reg. peccatum part.2.§.1* Becc. *conſ.20.n.17.* Neviza *conſil.*
74. Surd *conſ.440.n.3.lib.3.* ita damnum pati dicitur, qui invitus aliquid face-
re cogitur.

Adhærendo opinioni Socini Menoch. *in d. caſu 442. ſub num. 18.* reſpondet,
56 quod iſtud intereſſe † ſolius voluntatis non eſt conſiderabile, ſed quod
potius debet dici quædam iniquitas & pervicacia, & ad ejuſdem Socini
opinionem probandam addit aliam rationem, quam ſenſiſſe dicit Bald.
ſubobſcure admodum loquens *in d.l.1.num.7. qui teſtam. fac. poſſ.* nempe quod in
re communi ſpectatur arbitrium boni viri, & ideo æquum præferri debet
iniquo, *§.ult. Inſtit. locati.* ubi gl. & bonus vir non debet arbitrari, uti æquita-
tis amator, quod domus communis ſocio non ſit concedenda, ſolventi de-
57 bitam mercedem, & non extraneo. Et cum hac opinione † ego etiam per-
tranſeo, quia non procedunt in ea tradita à Natt. & Surd. quia loquuntur
ipſi, quando mutatur forma rei, & hic nulla intervenit mutatio, & cum iſte
ſocius intendat locare, certe æquitas ſuadet, quæ maxime inter ſocios ſer-
vanda eſt, quod magis licet conſocio, quam extraneo, & hoc eo magis
procedit, ſi ſocius inhabitans haberet uxorem & filias, ut Menoch. conſi-
derat *d. caſu 442. num.21.* Prædicta vero de domo ſolita locari, quod locari
58 poſſit, non procederent, quando domus † non eſſet ſolita locari, quia al-
tero ſocio recuſante, quod locetur, non poterit locari, ita tenet Socin. *in dict.*
conſil.58. ſub num.1. verſ. hanc etiam, lib.4. ubi tamen ex ſententia Bald. *in c. cum om-*
nes, num. 20. de conſtit. dicit, quod Judex arbitrabitur utilitatem utriuſque
partis, & illud faciat fieri concorditer. Ab hac opinione diſſentit Ruin. *in d.*
§. Labeo, colum 6. verſ. ſed primum dictum, & vult, quod impediatur locatio ex
regula *l. id quod noſtrum ff. de reg. jur.* & quia quis ratum habere non cogitur
id, quod ſuo nomine factum eſt, etiam utiliter, ſubjungendo tamen, quod
ſi ex contradicentis in juſto impedimento locare volens ſentiat damnum,
erit impedimento locare volens ſentiat damnum, erit impediens obliga-
tus ad intereſſe, ex Bald. *in c. 1. §. ſi quis. de manſo. de contro. inveſt.* Cum Soci-
59 no hoc totum † relinquendum eſſe Judicis arbitrio tenet Menoch. *dict. caſu*
442. in fin. ob ſummam æquitatem, quæ inter ſocios obſervari debet. *§. ulti-*
mo. Inſtit. de ſociet. Et ſi adhiberi poteſt, ſubjungit ab initio remedium locando
domum.

Digitized by Google

domum, id quidem ſatius eſt, quam differre, & deinde condemnare impedientem ad intereſſe, illius enim injuſte impedientis calumnia ab ipſo exordio præſervanda eſt.

Mihi non placet neque † opinio Socini, neque opinio Ruini, inquam 60
Socini opinio non placet quia, ut, jam ſupra dictum fuit, poteſt Judex perſuadere concordiam, ſed non imperare, & quod ſuo arbitrio poſſit Judex partes reducere ad concordiam, hoc non dicit Bald. in libro meo *in d. cap. cum omnes.* quando, prout in præſenti, præſupponimus, domus non † eſt ſolita 61
locari. Licet enim Judicis arbitrium maximè ſit attendendum in ſocietate, tamen id verum eſt intra ſocietatis fines, & ultra fines ſocietatis, quod ſocius cogi poſſit ad aliquid faciendum Judicis arbitrio, minime verum eſt. Et hoc eſt, quod vult dicere Ruin. *in d. §. Labeo*, quod ſocius non cogitur habere ratum id quod ſuo nomine utiliter geſtum eſt, nempe extra fines ſocietatis. Et ad hoc facit, quod ſupra dictum fuit, ſocium poſſe uti re communi, ſi adſit ejus utilitas, dummodo non adſit alterius ſocii damnum, ſi utatur tamen intra fines ſocietatis, & ad uſum deſtinatum, & non ultra uſum deſtinatum. Et non placet opinio Ruini in ea parte, dum vult, quod ſocius † injuſte recuſans teneatur ad intereſſe, hoc enim non dicit Bald. *in d.* 62
c. ſi quis, de manſo. Et ſi, prout Ruinus præſupponit, ſocius poſſit prohibere, ne locetur per regulam *l. id quod noſtrum*; & quod non cogatur habere rata utiliter geſta ſuo nomine, utique non poterit dici, quod injuſtum ſit impedimentum, & per conſequens quod teneatur alteri ſocio ad intereſſe, quia intereſſe non debetur dolo & culpa ceſſante, & qui jure ſuo utitur, dolo & culpa carere dicitur, & teneo, quod in hoc caſu inter ſocios diſcordantes nullum aliud adſit remedium, niſi quod deveniant ad diviſionem, juxta dicta ſupra *n. 35.*

Quid ſi tota domus † fuerit in habitata ab uno ex ſociis, utrum alteri ſo- 63
cio pro parte ſua teneatur ſolvere mercedem? Petr. de Ubald. *in dict. tract. de duob. fratr. part. 5. ſub n. 11.* dicit, quod non tenetur ad penſionem, quia habitatio eſt actus, qui pro parte expediri non poteſt, & ideo habitans cenſetur uti jure ſuo *l. merito ſi ff pro ſoc.* & hanc opinionem tenere citantur Gloſ. *in d. l. Sabinus 28. ff. comm. divid. & ibi Flor. col. 1.* Bald. Angel. Cuman. Caſtr. Aret. & Rom *in l. duo fratres 52 ff. de acquir. hæred.* Bald. *in c. 1. §. præterea ducatus, col. 2. num. 7. de probib. feud. alienat per Federic.* Caſtr. *in l. 1. C. qui teſtam. fac. poſſ. & ibi* Jaſ. *n. 10. & in §. Labeo. n. 17.* Socinus *in l. ſi ſocius 16 ff ſi cert. pet. & in conſ. 58. ſub n. 4. in fin.* ubi de communi teſtatur, & de communi etiam teſtatur Menoch. *conſ. 121 ſub n. 103. lib. 2.* Sed quid dicendum eſt, ſi domus erat † ſolita locari, & ſocius locatione finita, eam 64
iterum non locavit; ſed in ea inhabitavit, utrum teneatur ad mercedem, & quod eam ſolvere teneatur, dicendum videbatur, quia fructus, qui ex re communi percipiuntur, ut dixi ſupra *n. 16.* communes eſſe debent, per tex. *in l. qui*

ſeu.fundum 25.in princ ff. de uſuris, & eſt text. *in l.ſi quis putans 6.§.1.ff.com.diuid.* & ſi unus ſolus inhabitat, dicitur percipere totam commoditatem, & ideo tenetur medietatem penſionis alteri ſocio debitam ſolvere. Et in hoc caſu non videtur obſtare, quod ſocius non teneatur ad mercedem, quia uti non poteſt in parte, quod non utatur in toto, & non videtur obſtare, quod tunc
65 demum † ſocius teneatur reſtituere partem fructuum, quando proveniunt ab extra, ut dicitur de fundo ruſtico, & dicitur de penſionibus, quæ percipiuntur ab extra, nempe ab inquilino de fundo urbano, ſed quod non teneatur aliquid dare ſocio ratione commoditatis, quam ex re ipſa intrinſece puta inhabitando capit, ut diſtinguit Gomeſ.*in lib.2.reſolut.jur.tit.de locato. ſub n. 14.*

66 Nam ad prædicta reſpondetur, quod procedunt † in domo non ſolita locari: tunc enim ſocius, ſi in ea habitat, & ſic intrinſece ex ea commoditatem recipit, aliquid ſolvere non tenetur, ſed ſi ſit ſolita locari, & ſic ſolitum ſit, quod extrinſece fructus ex ea percipiatur, percipiendo ſocius pro ſe id, quod ab alio ad alterius etiam ſocii utilitatem percipere ſolitum erat, convenientiſſimum videtur, quod etiam partem mercedis alteri ſocio debitam ſolvat. Et eſt ratio diverſitatis inter domum non ſolitam, & inter ſolitam locari, quia ſi non eſt ſolita locari, recte ſocius ea utitur ad uſum deſtinatum, & ſi eſt ſolita locari, male facit ſocius eam non locando, & eam retinendo, contra ſolitum, & uſum deſtinatum. Et iſta opinio mihi placet, licet, quod partem aliquam penſionis ſocius inhabitans alteri ſocio ſolvere non teneatur, teneat Gran.*Theorem 2 n.3.* ubi ita Rot. Rom. tenuiſſe dicit, ut per Moedan.*dec.287. in cauſa Romana penſionis domus*, quam deciſionem videre
67 non potui. Altera eſt quæſtio in propoſito de † domo communi, utrum ſocius inhabitans domum communem, conventione inita de ſolvendo mercedem alteri ſocio, teneatur finito tempore conventionis, ſi domum habitare continuaverit, ſolvere ſolitam mercedem, quaſi dicatur durare eadem conventio, juxta text.*in l.item quæritur 13.§.qui impleto 11. ff. locat.* Opinionem affirmativam, quod ſolitam penſionem ſolvere teneatur, tenet Petr. de Ubald.*in d.tract.de duob.fratr.part.5.ſub n.11.verſ.circa primum.*Sed hanc opinionem
68 † ſibi nunquam placuiſſe dicit Granut.*d. Theorem.2.ſub n.1.*quia *d.§.qui impleto.* ideo procedit, ne poſt tempus illicite quis inhabitare cenſeatur, quæ ratio ceſſat in ſocio, qui ſemper jure licito totam domum communem, & pro indiviſo ſocio adhuc invito inhabitare poteſt, etiam non ſoluta aliqua penſione, pro parte alterius ſocii, quia utitur re communi, & ad uſum deſtinatum, & hanc opinionem tenentes citat Moedan. *d. deciſ. 287.* Rip. *in d.l. ſervi election.5.§.Labeo 1.num.14.ff.de leg.1.& in d.l. quo minus 2.n.141. ff. de flum.* Anchar. Regienſ.*q.28.n.2.lib.2.* Andr.Gail. *in ſuis obſervat.tit.de pignor.obſer 2. n.4.* Gomeſ.
69 *lib.2.var.reſolut.c.3.tit.de locato.ſub n.14.in fin.* Mihi autem † magis placet opinio Petri

Petri de Ubaldis quia ſi domus eſt ſolita locari, & ſocius in ea inhabitat,
dicendum eſt, quod id faciat juxta ſolitum, cum ſolitum ipſe alterare non
poſſit, & ideo ſolito uti præſumatur, ne contra ſolitum facere præſumatur,
& ratio conſiderata à Gomeſio, quod ſocius ſuo jure uti præſumatur, mili-
tat contra eum, qui cenſetur uti jure ſuo, ut dixi juxta ſolitum, cum in ejus
poteſtate non ſit ſolitum alterare, in præjudicium alterius ſocii, & poteſt
conſiderari, quod habitare & locare † à pari procedunt, *l. cum antiquitas 13. C.* 70
de vſufr. & cum ſi locaretur, teneretur ad penſionem; ita etiam dicendum
ſit, quod eam ſimpliciter inhabitando, cum ſit ſolita locari, ſolvere tenea-
tur, cum ipſe eandem percipiat commoditatem inhabitando ſimpliciter, &
alter ſocius idem patiatur damnum. ſi mercedem non recipiat. & hanc opi-
nionem tenet Alciat. *de præſ. reg. 2. præſ. 17.* & ab hac ſententia non eſſe tutum
recedere dicit Ronchegall. *in l. eandem 9. in princ. ſub num. 127. ff de duob. reis.* Qua-
tenus etiam dictum fuit ſupra, ſocium de re communi ultra partem ſuam
diſponere non poſſe, & ab altero † ſocio non cenſeri habere mandatum, 71
notandum eſt etiam, aliter eſſe dicendum in rebus deſtinatis ad venden-
dum, puta in mercibus, quia eas unus ſocius ſolummodo in totum ven-
dere poterit, & dicunt Dd. ex eo, quia iſtæ ſunt deſtinatæ ad vendendum,
quod in eis vendendis ſocius ab altero ſocio cenſetur habere mandatum, ut
ſupra dixi, ut per Rimin. jun. *conſ. 331. n. 11. lib. 3.* Decian. *conſ. 30. num. 4. lib. 1.* Rota
Genuenſ. *dec. 14. ſub num. 67. & ſeq.* Et ſi ſocii habitant in diverſis † locis, puta 72
unus Peruſiæ, alter Florentiæ, quod ad invicem præpoſiti cenſeantur, tra-
dit Bart. *in l. eandem, in princ. qu. 7. ff. de duob reis & in auth. hoc jus porrectum, C. eod. &*
in l. ſervus communis 5 ff de ſtipul. ſervo. Ronchegal. *de duob. reis num. 195.* ſed, ut dixi,
quia inſpecto fine, res vænalis poteſt alienari à quolibet ſocio, ſi ſunt in ea-
dem civitate, ita puto, quod poſſint alienare ſi habitent in diverſis civitati-
bus, non quia cenſeantur habere mandatum, ſed quia ita fieri poteſt fine
ſocietatis inſpecto, cum ad hoc fuerint emptæ, ut vendantur, & ad hoc, ut
lucrum ex venditione perciperetur, & ita quod mandato non ſit opus, ubi
jure proprio res experiri poſſit à ſocio, conſiderat Rota Genuenſ. *d. deciſ. 14. n.*
68. & ita quod Bart. improprie loquatur, dum vult, quod ſocii dicantur
adinvicem præpoſiti, ſi habitant in diverſis civitatibus, tradit Rota. Ge-
nuenſ. *d. dec. 14. n. 71 & 72.* Et quod unus † ex ſociis ſolus poſſit res ſocietatis 73
vendere quando ſocietatis conventione & fine inſpecto, poteſt ſolus ad-
miniſtrare, tradit Alex. *conſ. 210. n. 10. lib. 7.* Et quod ſocius † non dicatur exce- 74
dere ſocietatis formam, ſi faciat ea, quæ ſecundum ſolitum finem ſocietatis
inſpiciunt, ut ſi emat & vendat ad credentiam. & ſi faciat ea, quæ ſocietati
magis utilia ſunt, tradit late Cephal. *conſ. 768. lib. 5.*

Digitized by Google

N 6. Imò videtur ſocius à ſocio habere tacitum mandatum. Quod etiamſi nullus juris textus expreſſè arguat; tamen ipſa intima natura rei hoc facilè prodiderit. Nam ſi rem communem adminiſtro, quomodo aut qua ratione? reſpondebis ratione ſocietatis. At quare, ratione ſocietatis? hic hærebis, niſi dicas, ſocietati in eſſe tacitum vel implicitum mandatum, id eſt conſenſum & voluntatem tuam implicitam, qua mihi id licitum ſit. Quo uſque verò tacitum hoc mandatum ſe extendat, dicit auctor *cap.30.n.11.* & ſequent. Atque etiam breviter declaratur deciſione ſexta. Supremi Curiæ Holland. Senatus: *Quanquam enim, inquiunt, ſociorum ſinguli ex contractu ſocii in ſolidum teneantur, ut qui ſeſe invicem negotiis præpoſuiſſe videantur, id tamen non aliter locum ſibi vendicat, quàm ſi expreſsè in cauſam ſocietatis ſit creditum, quatenus res in utilitatem ceſſerint &c.* Ex quo etiam apparet cenſuiſſe Senatum ſocios à ſe invicem habere tacitum mandatum, illis verbis: *ſeſe negotiis invicem præpoſuiſſe videantur.* Concordat *D. VViſſenbach diſput.32. ad tit. de Societate. ff n. 26. Cum Moz. Coſtal. Surd Borr ibi allegatis.* Et quanquam *Rota Genuenſis deciſ.14.n.67. & ſeq.* multis rationibus ſed parum firmis contrarium aſtruere conetur; aliquo modo tamen id admittit; puta in mercibus venditioni deſtinatis, *ut & auctor hic n.71. & 34.* cùm utilitas ad ſocium ex contractu ſocii redundat. Quid hoc alium eſt quam veritati manum dare. Et cùm auctor ait *n.72.* non opus eſſe mandato, cum ille finis ſit ſocietatis, ut alter alterius rem communem agat. Eſto, iſte ſit finis ſocietatis. At ille finis non eſt in vago, aut volat in vacuo ut atomi Epicuri. Eſt ergò in mente & intentione contrahentium & ſociorum, qui id intendunt & ſibi propoſitum habent; hoc eſt, qui id ita voluerunt & invicem conſenſerunt. Id quid aliud ſit quàm tacitum mandatum non video. Ad ulteriorem hujus comprobationem *vide autorem ipſum cap. 30 n.7. & 8 n.15.16. & cap.14 n. 44. ubi id expreſsè ll. &* rationibus probat, cujus immemor, hîc contrariæ eſt ſententiæ.

CAPUT XXIX.

De Accidentalibus ſocietatis.

SUMMARIA.

1 *Accidentalia conſiderantur ratione culpæ, ratione moræ, & ratione pacti appoſiti ſupra naturam contractus.*

Accidens eſt quædam forma ſuperaddita ſuper naturam contractus.

2 *Pœna apponitur in contractu ſocietatis.*

Pœna promiſſa per ſtipulationem, prima obligatio non novatur, ſed per unam tollitur altera, quatenus concurrunt.

3 *Pœna debetur, ſub qua promiſit ſocius non obligare res ſocietatis.*

Socius, ſi quiete cum ſocio vivere promiſit, ſub pœna dupli, & cum occidat fiſcus tenetur ad pœnam.

Pœna, quod pacta ſerventur, debetur ſecuta inobſervantia.

4 *Pœna pro qua quantitate promitti & exigi poſſit, duodecim ſunt opiniones, remiſſive.*

5 *Pœna*

5 *Pœna legalis non poteſt, ſed conventionalis poteſt excedere quadruplum, ſive apponatur per verba multiplicativa, puta* duplum, *ſeu* quadruplum, *ſive per verba numeralia, puta* centum, *&* ducenta, *cum diſtinctione tamen.*

6 *Pœna conventionalis ſi ſit promiſſa per nomina multiplicativa, non poteſt excedere, ſi per nomina numeralia, poteſt excedere quadruplum; & eſt magis communis opinio.*

7 *Pœna quod non exigatur ultra intereſſe, eſſe communem opinionem dicunt aliqui.*

8 *Pœna an debeatur ultra intereſſe, diſtinguitur alio modo.*

9 *Pœna ratione contemptus ſi excedat duplum, à Judice taxatur.*

10 *Pœna, ſi adjicitur contractui continenti certam quantitatem, non poteſt excedere duplum.*

11 *Si vero adjicitur contractui continenti incertam quantitatem, non poteſt excedere verum intereſſe.*

12 *Pœnam moderandi qualitas poteſt pendere à Judice, licet conventionis ſubſtantia pendeat à partibus.*

13 *Pœna ex certa ſcientia promiſſa utrum poſſit excedere quadruplum, &* n. 14.

15 *Pœna ſtante juramento, utrum poſſit excedere quadruplum; &* numero 16. & 17.

18 *Pœna promiſſa debetur etiam æquitate inſpecta, & de jure canonico, &* n. 19.

20 *Pœna exigi poteſt, etiam in conſcientia.*

Pœnam ſi non ſolvat debitor non requiſitus non peccat.

21 *Fallit pro quantitate veri intereſſe.*

22 *Fallit ratione perjurii.*

23 *Fallit, ſi eam ſolvere fuit condemnatus.*

24 *Pœna, quod in conſcientia exigi poſſit, ultra verum intereſſe, limitatur, ſi exigi debet à perſonis eccleſiaſticis.*

25 *Pœna exigi non poteſt, quando fuit adjecta in fraudem uſurarum.*

26 *Pœna dicitur adjecta in fraudem uſurarum, ſi fuit adjecta quantitati, ſecus ſi fuit adjecta facto.*

27 *Pœna ſi fuit adjecta quantitati, non cenſetur adjecta in fraudem uſurarum, ſi fuit adhibitum juramentum.*

28 *Juramentum reddit contractus magis ſuſpectos.*

29 *Procedit, quando eſſet omnino inſolitum.*

30 *Contraria opinio vera, quia non erubeſcit fœnerari, qui non erubeſcit jurare.*

Juramentum auget præſumptionem uſurarum.

31 *Pœna promiſſa ab uno ex ſociis an altero contraveniente debeatur.*

32 *Pœna, ſi plures promittant, ſi unus contraveniat, an in totum debeatur.*

33 *Quid, ſi plures pro una perſona reputentur.*

34 *Quid, ſi promiſſio contineat quid individuum.*

35 *Nunciatione ſpreta ſi ſocius ædificet, non nocet alteri ſocio.*
36 *Socius & Procurator non poſſunt facere delinquendo incidere alterum ſocium & dominum in pœnam.*
37 *Socius, qui ſpreta nunciatione ædificavit, poteſt repetere expenſas ab altero ſocio, ſi à principio ædificare utile fuit.*
Nunciatio facta ab uno ex ſociis non prodeſt omnibus, ſed nunciatio facta uni ex ſociis nocet omnibus.
Juramentum habet vim clauſulæ, rato manente pacto, *ideo poterit pœna peti.*
38 L ſi quis major. C. de tranſact. *habet locum in ſocietate jurata.*
39 *Secundum aliquos non procedit de jure canonico.*
40 *Tenendum eſt, quod etiam procedat de jure canonico.*
41 *Leges civiles loquentes de contractibus ſunt approbatæ de jure canonico, ubi non conſtat de expreſſa contradictione.*
42 *Mora de jure civili purgari non poteſt, ſtante juramento.*
43 *Mora, quod in omnibus locis purgari poſſit de jure canonico, tam in foro fori, quam in foro poli, tenent aliqui.*
Mora, quod purgari poſſit in foro poli, ſed non in foro fori, de jure canonico tenendum eſt.
Intellectus c. potuit. de locat.
Celeriter quando ſatisfactio facta dicatur, ſtatur Judicis arbitrio.
44 *Moræ purgationi non eſt locus, quando adeſt pactum reſolutivum.*
45 *Mora non purgatur, ſi ejus purgationi fuiſſet renunciatum.*
Moræ purgationi dicitur renunciatum, quando fuit renunciatum omni juris & legum auxilio.
46 *Juramentum quid operetur in contractibus, &* n. 47.
48 *Fidejuſſores apponuntur pro majori ſecuritate.*
Fidejuſſores cuilibet obligationi accedere poſſunt.
49 *Fidejuſſor non obligatur, ſi non adeſt principalis obligatio.*
Fidejuſſor non obligatur, ſi principalis contrahens non poſſit contrahere vigore ſtatuti.
50 *Etiam ſi ſe obligat principaliter, & in ſolidum.*
51 *Fidejuſſor ſi ſe obligat principaliter & in ſolidum, ſi principalis non poteſt contrahere, dicitur color quæſitus, & fidejuſſoris obligatio non valet.*
52 *Contraria eſt opinio, quod fidejuſſor ſit obligatus, &* n. 51. 53.
54 *Et ſi juraſſet fidejuſſor, licet non valeret contractus, teneretur ad obſervantiam juramenti.*
Et teneretur uti expromiſſor, qui ſe obligat pro non obligato.
55 *Fidejuſſor re, loco & tempore & cauſa, in plus obligari non poteſt, poteſt tamen duriorè vinculo obligationis aſtringi.*

56 *Fidejuſſor.*

Digitized by Google

56 *Fidejuſſor ſi promittat ſolvere eam quantitatem, in qua debitor principalis expunctis rationibus debitor apparebit, & ſi decedat debitor rationib. non expunctis, fidejuſſor non erit obligatus.*

57 *Sed quod dicitur de morte, non procedit, ſi principalis aufugiat, niſi fuga ſit cum conſenſu fidejuſſoris.*

58 *Fidejuſſori & correo ſolventi cedi debent actiones, & habent exceptionem cedendarum.*

59 *Exceptio cedendarum competit, etiam ſi contra cedentem reſultaret.*

60 *Ceſſio eſt neceſſaria, alias alia actio non competeret.*

61 *Cedens tenetur etiam dare ſcripturas.*

62 *Ceſſio an ſtatim, facta ſolutione, fieri debeat, ad hoc ut valeat.* & n. 63. & 64.

65 *Ceſſione non facta erit agendum actione negotiorum geſtorum.*

66 *Officialis ſolus dicitur principalis in ſocietate officii, fidejuſſores licet ſint obligati in ſolidum, non per hoc ſunt plures rei, cum aliter ſenſiſſe contrahentes appareat.*

67 *Correi dici non poſſunt, qui obligantur ex ſtipulatione, & non ex ſocietatis contractu, & correi ſunt illi, qui obligantur ex eadem cauſa, & ex eodem contractu.*

68 *Principalis in ſocietate officii dicitur ille, qui vere recipit pecunias, & alii cum eo obligati dicuntur fidejuſſores.*

69 *Fidejuſſor dicitur etiam officialis, quia reſpectu ejus, qui pecunias habuit, & ſocietatem contrahere non poterat, dicitur color quaſitus.*

70 *Officialis, quod aliquando dicatur principalis, aliquando fidejuſſor, qualiter procedat.*

71 *Officiales & omnes alii obligati quod dicantur fidejuſſores, & qui recipit pecuniam principalis.*

72 *Societas officii ſuſtinetur ſolummodo ob periculum mortis.*
Ceſſionem impetrare utile eſt, licet competat actio negotiorum geſtorum.

73 *Socius non repetit ſoluta actione negotiorum geſtorum, ſed actione pro ſocio.*

74 *Literas ſcribens approbando perſonam alicujus, ſi contineant verba generalia, non dicuntur obligatoria; ſecus ſi ſpecialia.*

75 *Literæ mercatorum ubi eſſent dubia, intelligi debent ſecundum eorum conſvetudinem.*

76 *Literæ cambii qualiter obligent ſcribentem, remiſſive.*

77 *Literas recipiens ſi non contradicat, an dicatur fateri contenta in eis, remiſſive.*

78 *Inſtrumentum & contractus differunt, ſicut continens & contentum.*

79 *Societas perfecta dici non poteſt ante confectam ſcripturam, ſtante partium conventione.*

80 *Si partes ſimpliciter dixerunt, de ſocietate deberi confici inſtrumentum, an ſit perfecta, antequam conficiatur? Una eſt opinio negativa.*

81 *Altera eſt opinio affirmativa, quæ magis placet.*

82 *Inſtrumentum, ſi debet confici de conſuetudine, intelligitur ſolummodo quoad probationem.*

83 *Scriptura ſi eſt neceſſaria ad probationem, ſocietas non poterit probari, niſi per ſcripturam, & partis confeſſionem.*

84 *Scriptura privata quod habeat vim publici inſtrumenti, an fieri poßit partium conventione.*

85 *Opinio affirmativa probatur.*

86 *Scriptura privata ſi vim cameralis obligationis habere debeat, ex partium conventione; ſufficit ad obtinendam executionem.*

87 *Inſtrumentum ubi eſt conficiendum, poteſt etiam quis cogi ad opponendum in eo clauſulam quarantigia, & obligationem cameralem.*

Contraria opinio magis placet.

88 *Inſtrumentum debet confici de qualibet obligatione.*

89 *Dummodo non adſit alia probatio, puta ſcriptura privata.*

90 *Inſtrumentum continens debitum, debet cancellari facta ſolutione, & non ſufficit facere inſtrumentum quietationis.*

91 *Inſtrumenta debent confici ſecundum conſuetudinem, & in eo apponi debet obligatio cameralis, ſi ita eſt conſuetum.*

LOquendo de accidentalibus Bald. *in l. I. ſub num. 2. Cod. commodati.* dicit,
1 quod tripliciter accidentalia † in contractibus conſiderari poſſunt,
nempe ratione culpæ, ratione moræ, & ratione pacti appoſiti ſupra naturam contractus. Et iterum de eis loquendo *in l. in vendentis 23. ſub num. 7. C. de contrab. empt.* dicit, quod accidens in contractu eſt quædam forma ſuperaddita ſupra naturam contractus ex aliquali modo, vel pacto, quæ poteſt adeſſe & abeſſe abſque ſubjecti corruptione, ut etiam retuli ſupra *c. 23 num 17.* Et quia de accidentalibus à pactis provenientib. non ſolum locutus fui *in dict. c.* ſed in diſcurſu totius tractatus, & deculpa & de mora locutus fui ſupra *cap. 22.* modo, quia hic congruus eſt locus, juxta præpoſiti ordinis ſeriem, agam de quibuſdam aliis accidentalibus, quæ in ipſo contractu apponi à contrahentibus ſolent. Et primo quæro de pœna, quæ à
2 ſociis † aliquando ſtipulari & promitti ſolet? Quod enim hoc fieri poſſit,
eſt tex. *in l. ſi quis à ſocio 41. & in l. ſeq. & in l. duo ſocietatem 71. ff. pro ſoc.* quibus in juribus probatur, ut ibi per gl. Bart. & Bald. ex ſtipulatione pœnali, appoſita in ccutractu ſocietatis, primam obligationem non novari, niſi id expreſſe actum fuerit, & quod ex actione facta per unam tollitur altera, quatenus concurrunt, & idem tradit Bart. *in l. ita ſtipulatus 115. ff. de verb obl. & in l. ſingularia 15. ff. ſi cert. pet. & in l. prædia 28. ff. de act. empt.* Corn. *conſ.*
3 *2. ſub num. 14. lib. 3.* Et loquendo de ſocio, qui † promiſit non obligare res

ſocietatis

ſocietatis ſub pœna, quod valeat promiſſio & pœna exigi poſſit, tradit Alex. *conſ. 10. lib. 7.* Et loquendo de duobus fratribus, qui bona communicaverunt, & inſimul quiete & pacifice vivere promiſerunt ſub pœna dupli bonorum communicatorum, quorum unus alium interfecit, quod fiſcus, qui vult ſuccedere in bonis homicidæ, teneatur hæredi occiſi ſolvere pœnam dupli de bonis communicatis ſolummodo tempore initi contractus, conſuluit Corn. *conſ. 266. lib. 3.* Et de promiſſione pœnæ appoſita in contractu ſocietatis, ſi pacta non ſervarentur, quod valeat, & quod debeatur, ſecuta inobſervantia, tradit Rim. jun. *conſ. 89. lib. 1.* Et cum poſſit promitti & exigi, quæro, pro qua quantitate promitti & exigi poſſit? In hoc enim † verſatur difficultas, 4 nam variæ fuerunt Dd. opiniones, quas, ut videri poteſt, longa ſerie recenſet Rebuf. *in l. uni ca. n. 543. C. de ſent. quæ pro eo quod inter. prof.* ibi enim enumerat duodecim opiniones, ſed eas omnes referre non intendo, ne ſim merus hortulanus, ſeu tranſplantator, ſolum ea referam, quæ convenientia erunt ad inveniendum, quid in tanta varietate ſequi debeamus. Et quidem ipſe Rebuf. approbat pœnam conventionalem ultra quadruplum exigi poſſe, & hanc dicit eſſe communem opin. ſed ejus teſtimonio non videtur fidendum, quia quod iſta non ſit communis opinio, tradit Menoch. *in tract. de arbitr. Jud. caſu 260. n. 13.* Aliam opinionem diſtinguendo ponit Gomeſ. ad *leg. tauri commen. 68. num. 4. fol. mihi 752.* & dicit, quod vera † & communis reſolutio eſt, 5 quod licet pœna legalis non poſſit excedere quadruplum, tamen quod pœna conventionalis quadruplum excedere poſſit, ſive apponatur per verba multiplicativa, puta duplum, ſimplum, quadruplum, ſive per verba numeralia, ut centum, & mille, & declarat, quod eſt differentia inter pœnam adjectam certæ rei, vel quantitati, principaliter deductæ in contractu, & pœnam adjectam facto rei vel quantitati incertæ, & vult, quod in primo caſu pœna debeatur, ſive fuerit appoſita per verba multiplicativa, ſive per verba numeralia. In ſecundo vero caſu vult, quod ſi fuerit appoſita per verba multiplicativa, non poſſit excedere duplum, ſi vero fuerit appoſita per verba numeralia, poſſit excedere & valere in qualibet ſumma & quantitate. Et eſt ratio differentiæ ſecundum eum, quia in primo caſu poſſet pœna excedere verum intereſſe, plus quam partes cogitaſſent, ſi eſſet facta per verba multiplicativa. In ſecundo vero caſu, ubi verba ſunt numeralia, quid præter partium intentionem evenire non poteſt, & ſecundum eum iſta eſt perfecta, brevis, & compendioſa reſolutio hujus articuli & materiæ. Neque tuta videtur opinio iſta, quia licet de ea † non faciat mentionem Burſat. *in conſ. 53. lib. 1.* tamen 6 aliter diſtinguit, & dicit, quod pœna conventionalis poteſt exigi, ſive ſit promiſſa per nomina multiplicativa, dummodo non excedat quadruplum, ſive ſit promiſſa per verba numeralia, etiam ſi excedat quadruplum, & dicit hanc eſſe communem opinionem, & eam eſſe magis communem

dicit Alex. *conſil. 157. num 7. lib. 6.* Huic etiam opinioni tute inhæreri non poſſe videtur, quia de ea dubitat idem Burſat. *in conſ. 21. num 14. & ſeq. lib. 1.* dum ibi
7 vult, quod in contractibus † bonæ fidei pœna ultra intereſſe exigi non poſſit, maxime attenta opinione Canoniſtarum, & quod ita obſervatur in regno Neapolitano, ut per Afflict. *dec. 135.* & hanc eſſe communem opinionem, quod pœna ultra intereſſe non exigatur, dicit Marant. *in diſput. 7. n. 26.* & eam habere locum in terris eccleſiæ, & inter mercatores, inter quos proceditur bona fide, & de æquitate, ſecundum Bart. *in l. ſi fidejuſſor. 29. §. quidam 4. ff. mandati.* dicit Cagnol. *in l ſi quis major. num. 156. C. de tranſact.* poſt Parpal. ibi *in 3. q.* Gabr. *in ſuis concluſ. tit. de maleſ. concl. 34. n. 10.*

8 Aliter & docte quidem more ſuo diſtinguit & declarat hanc materiam † Menoch *in d. tract. de arbitrar. Jud. caſu 260. n. 16.* ex Roman. *in conſ. 510. ſub n. 9.* & nulla habita conſideratione, an pœna fuerit promiſſa per verba multiplicativa, ſive numeralia, diſtinguit inter pœnam adjectam ratione contemptus, & inter pœnam adjectam ratione intereſſe.

9 Primo caſu vult, quod pœna ratione † contemptus adjecta in ea quantitate ſit præſtanda, quæ à Judice ejus arbitrio taxabitur, per text. *in l. uni. ca. verſ. cum ſcimus, C. de ſenten. quæ pro eo quod inter. pro juncta l. 1. in fin. ff. de jure deliber. & c. de cauſis, de offic. de leg.* ſubjungit tamen, quod ſi non excedat duplum, poterit exigi ex *l. ſciendum 52. ff. de evict.*

10 Secundo caſu, quando adjicitur † loco intereſſe, ſubdiſtinguit, an adjiciatur contractui habenti certitudinem quantitatis, an vero adjiciatur contractui continenti quid incertum. Si adjiciatur contractui habenti certitudinem quantitatis, ad quam ipſa pœna referri poteſt, vult, quod duplum non poſſit excedere, quoniam ſi quod intereſt duplum non poteſt excedere, ut habetur *in d. l. uni. ca. verſ. ſancimus,* ita pari ratione neque pœna loco intereſſe appoſita duplum excedere poterit, ex regula *l. cum qui. §. injuriarum,*
11 *ff. ſi quis caut.* Si vero adjiciatur † contractui continenti quid incertum, vult quod non poſſit excedere verum intereſſe, quia ſi cum petitur intereſſe ex contractu continente incertum, Judex ex ſua ſubtilitate verum intereſſe conſiderare debet, & in eodem & non ultra debet reum condemnare, *l. 1. §. ult.* juxta intellectum gloſſ. ibi *ff. qui ſatiſd. cog.* ita dicendum eſt, ipſam pœnam eſſe determinandam ſecundum intereſſe, ut tanta ſit, quantum eſt in-
12 tereſſe. Nec obſtat dicere, quod ita faciendo pœna promiſſa † non à partium conventione, ſed à Judicis arbitrio penderet, ut dicit Rebuff. *in in d. l. uni numero 556.* quia reſpondet ipſe Menoch. conventionis ſubſtantiam pendere à partibus, ſed hanc qualitatem moderandi pendere à Judice, & non eſſe inconveniens, quia ita fieri videmus in intereſſe, de cujus quantitate ſtatur juramenti injuriati, ſeu damnum paſſi, in cujus taxatione adhibetur Judicis moderatio. Iſta ſic tradita à Menochio pluribus modis declarantur,

clarantur, & primo declarantur non procedere, cum † ex certa ſcientia 13
quis pœnam ultra verum intereſſe promiſiſſet, nam tunc vult, quod illa exigi poſſit, ex Roman.*dict.conſ.510. ſub numero 10.* ea ratione, quia ita ſcienter promittenti adſcribitur, ſi tam large atque profuſe promiſit, & monet contrahentes, ut ſint cauti, & advertant, quid ab eis promittatur, intelligit tamen, quod iſta promiſſio quadruplum excedere non poſſit, ut dicit ſub *num.35.* Sed quod non poſſit excedere quadruplum, loquitur contra magis communem opinionem, de qua teſtatur Alexand.*in dict.conſil.157.num.7.lib.6.* ſolum poterit ſuſtineri ejus dictum, ſi ſit † facta promiſſio per ver- 14
ba multiplicativa, ut diſtinguit Burſat. *in dict. conſil.53.* & Alex. *in dict. conſil.* loquitur de promiſſione facta per verba numeralia, & non per verba multiplicativa.

Secundo declarantur non procedere, quando † promiſſioni fuiſſet ad- 15
jectum juramentum, Anchar.*conſil.148* Roman. *dict.conſ.510. num. 11.* Jaſ. *in l. ſi quis major. numero 29. Cod. de tranſact.* & ibidem Parpal. *num. 70.* & Curt. ſen. *num.53.* Baver. *in tract. de virtute jur. numero 139.* Rebuff. *in d. l. uni. numero 572.* ita etiam tenet Seraf. *in tract. de privil. jur. priv.54. ſub num.3.* Et quatenus Menoch. reſtringit hanc declarationem *num. 33. & ſeq.* quod non poſſit † excedere 16
quadruplum, ea ratione, quia, ut dicit Anchar. *dict.conſil.148.colum.2.verſ.contrarium ſentio,* exceſſiva hæc promiſſio juramento non confirmatur, cum juſtitiæ, honeſtati & bonis moribus repugnet. *c. ſuam, de pœnis*, & juramentum debeat habere tres comites, juſtitiam, veritatem & honeſtatem *c. animadvertendum 22. qu 2.* quæ hic non adſunt, videtur dicendum, ejus reſtrictionem non † eſſe ſequendam, quia ipſe admittit pœnam ultra quadruplum non 17
deberi, & ideo juramentum non habere dictos tres comites, & quia veriſſimum & ſecundum magis communem opinionem, quod debetur etiam ultra quadruplum, ideo veriſſimum etiam eſſe debet, quod juramento ſtante ultra quadruplum pœna promitti poſſit, imo dicendum videtur, quod juramentum nihil operetur, & quod etiam abſque eo talis promiſſio ſit obſervanda. Et quamvis aliqui teneant, prædicta procedere ſolum de rigore † juris civilis ſed non procedere æquitate inſpecta, & inſpecta diſpo- 18
ſitione juris canonici, ut per Gabr.*in d. tit. de maleſic. concluſ.34.num.10.* Cagnol. *in d. l. ſi quis major. num.156.* poſt Parpal. *ibi in 3. qu. Cod. de tranſact.* & Marant. *in d. diſput.7.num 26.* tamen tenendum eſt, quod procedant † etiam de jure Pon- 19
tificio, & inſpecta æquitate, Burſat. *in dict.conſil.53. ſub numero 20.* poſt Alfen. Alvaren. *in ſuo* Specul. Rom. Pont. *cap. 66. de Judice num. 13.* Et etiam quod procedant † in conſcientia, Corn. *in conſil.28. in fin. & in conſil 69. in fin. lib.2. &* 20
in conſil.2. ſub num.15. lib.3. Seraf. *dict tract. de privil jura privil.54. ſub numero 3.* Intellige tamen, quod poteſt exigi & retineri in conſcientia, ſed quod debitor, ſi non ſit requiſitus, ſi eam non ſolvat, non peccat, & à confeſſore

non

non poteſt ei injungi, ut ſolvat, ut per Corn. *in locis proxime citatis*, & per Me-
noch. *in d. caſu 260. num. 40.* ubi alios citat Navar. *in manuali. c. 23. num. 67. & ſeq.*
21 Sed quod poſſit debitor † retinere ſine peccato non requiſitus, erit intelli-
gendum in terminis, in quibus loquuntur Dd. nempe quatenus excedit
verum intereſſe: pro quantitate enim veri intereſſe retineri non poterit, &
de hoc nemo dubitat. Navarr. *in Manual. c. 23. num. 68. in fin.* Item non poterit
22 † retineri ſine peccato, ſi eam cum juramento ſolvere promiſit, propter per-
23 jurii reatum. Similiter eam retinere non poterit, ſi fuit † ut eam ſolvat
condemnatus, ut per Tiraq. *in l. ſi unquam 8. Cod. de revoc. donat. in ver. ſub num.
291.* qui citat D. Thom. Bald. & alios. Verum prædicta opinio, quod pœna
24 † exigi poſſit ultra verum intereſſe, etiam in conſcientia, limitatur non
procedere, quando exigi debet à perſonis eccleſiaſticis. Angel. *in conſil. 43. in
fin.* Rebuf. *in dict. l. uni. num. 568.* Menoch. *dict. caſu 260. num. 41.* Limitatur etiam
25 † non procedere, quando fuit adjecta in fraudem uſurarum, *l. cum allegas 15.
C. de uſur. Dd. in l. rogaſti. §. ſi tibi ff. ſi cert. pet.* Rebuff. *in d. l. uni. num. 573.* Quando
26 autem dicatur adjecta † in fraudem uſurarum, recenſet Purpurat. *in d. l. ro-
gaſti 11. §. ſi tibi 1. num. 79.* & Rebuff latiſſime *in dict. l. uni. num. 270. & num. 408.* &
in ſumma concludunt, quod ſi ſit adjecta facto, non præſumatur adjecta
in fraudem uſurarum, ſi vero ſit adjecta dationi quantitatis, dicatur appo-
ſita in fraudem uſurarum, ut per Menoch. *d. caſu 260 num. 42.* Verum quod
27 licet ſit adjecta dationi quantitatis, tamen quod non præſupponatur † ap-
poſita in fraudem uſurarum, ſi fuit adhibitum juramentum, tradit Seraf.
in tract. de privileg jur. privil. 53. citat Alexand. *in conſil. 158 lib. 2.* Baver. *in tract de
virtute juram. numero 73.* Gram. *deciſ. 58. num. 6.* Guidon. Pap. *ſing. 795.* & dicit
non eſſe præſumendum, juramentum fuiſſe interpoſitum in fraudem legis
& in detrimentum ſalutis æternæ. *l. fin. Cod. ad leg. Jul. repet.* Et objectioni,
28 quod juramentum † facit, ut contractus reddatur magis ſuſpectus, *c. ſuper
hoc, de renunciat.* ut tenet in ſimili Speculat. *in tit. de confeſſ. §. nunc videndum
reſtat, verſ. ſed nunquid.* Corn. *in conſil. 23. colum. 2. lib. 3.* ubi inter alias præ-
29 ſumptiones † ad probandum contractum uſurarium conſiderat, quod du-
plex juramentum in eo fuerat appoſitum, reſpondet procedere poſſe,
quando juramentum eſſet omnino inſolitum, quia inſolita arguunt
fraudis ſuſpicionem, Gloſ. *in l. ſi quis, ſub conditione, ff. de condit. indeb.*
Alb. *in c. quod ſuper his, de fide inſtrum.* Jaſ. *in l. 1. §. is videtur, colum. 1. in
fin. ff. ſi quis jus dicent. non obtemp.* Dec. *in l. qua dubitationis, numero 3. ff. de regul.
jur.*
30 **Sed iſta opinio, quod juramentum † tollat præſumptionem uſurariæ pra-
uitatis, non eſt ſequenda, quia eſt in ore omnium: *Il giuramento eſſere la coperta
delli bugiardi*, & qui non erubeſcit exercere fœnus, non erubeſcit etiam per-
jurii, ut dicit Menoch. *in tract. de præſumpt. lib. 3. præſ. 122. numero 62.* Et quod**

juramentum

juramentum non ſolum non tollat, ſed augeat uſuræ præſumptionem, poſt alios, quos citat, tradit Menoch. ibidem ſub *d. num. 62. & in conſ. 109. num. 17. lib. 2.*

Sed quæro, ſi ab uno † ex ſociis fuerit promiſſa pœna, & ab altero fuerit 31
promiſſioni contraventum, an pœna debeatur? Ponit hanc quæſtionem Bald. *in addit. ad tract. Bart. de duob. fratr. n. 16.* & dicit ille, qui contravenit, non incidit in pœnam, quia non eſt obligatus. *l. jure ſocietatis 82. ff pro ſoc.* & quod ille, qui eſt obligatus, non incidit in eam, quia non contravenit, ut not. *in l. 3. §. optim. ff. de alienat. Iudic.* & citat Specul. *in tit. de Iudic. §. ſequitur. verſ. quod ſi duo fratres*, & idem Bald. idem tenet *in l. ſi patruus 8. num. 22. C. comm. utr. Iud.* & eum ſequitur Petr. de Ubald. ejus frater *in tract. de duobus fratr. par. 8. n. 3.* & Alex. *conſ. 239. n. 3. lib. 5.*

Verum Petrus de Ubaldis dicto loco refert, Baldum in alia quadam additione dicere, quod alter, qui eſt obligatus, incidit in pœnam, quia eſt in culpa, per text. *in l. & quicquid 21. in fin. cum 6. ſeq. ff. pro ſoc.* quod non placet.

Et ſi plures promittant pœnam † & unus contraveniat, an pœna in to- 32
tum debeatur, regula ponitur, quod uno contraveniente, in ſolidum pœna non committatur contra obſervantem, Caſtr. *in l. 5. § fin. num. 3. ff. de verb. obligatio.* Alex. ex communi *in l 4. § cat. n. 46. ff. eod.* Sed declaratur, quod ſi plures
† ſint perſonæ ab una parte in ſimul, quæ pro una reputentur, & promit- 33
tant pœnam, ſub conditione, puta ſi non ſolverint, quod tunc ex unius contraventione pœna in ſolidum quoad omnes committatur. Gloſſ. Bartol. & cæteri *in l. 5. §. fin. ff. de verborum obligationib.* Socin. poſt alios *in l. 4. §. Cato. num. 182. & ſeq. ff. eod.* Burſat. *conſil. 176. num. 50. lib. 2.*

Item declaratur, ſi promiſſio † contineat quid individuum, quia tunc 34
unius factum alteri nocet. Bart. *in d. §. Cato. in 6. oppoſ.* & alij poſt eum Burſat. *d. conſ 176. num. 52.* ſed vide, quæ in eadem facti ſpecie pro alia parte tradit Menoch. *d conſ. 123. lib. 2.*

Etiam in propoſitio † notandum eſt, quod aliquando unus ex ſociis 35
facit contra nunciationem, & quæritur de pœna in ipſa nunciatione contenta, & dicendum eſt, ſocium alteri ſocio non nocere, ſi ſpreta nunciatione ædificet, *l. de pupillo 5. §. ſi plurium 5. & ibi Dd. ff. de nov. op. nunciat.* quia, ut dicitur ibi in textu, factum unius non debet nocere ei, qui nihil fecit, & quia, ut Iaſ. dicit ibidem, ſub *num. 3.* contemnere edictum prætoris eſt delictum, & facit quem incidere in pœnam, & non ſolum ſocius,
ſed nec etiam Procurator poteſt † facere incidere dominum in pœnam 36
l. ſi Procur. 6. ff. de cond. ind. etiam ſi haberet mandatum univerſale cum libera, &c. *l. ſi pater 12. ff. de his qui in fraud. cred.* & quia ſocius etiam univerſorum bonorum faciendo actum illicitum, non obligat alios ſocios *l. ſi fratres 52. § per*

37 *contrarium. & l. adeo 59. §. fin. ff. pro ſoc.* Bene poterit ſocius † ab altero ſocio repetere expenſas, quas fecit in ædificando ſpreta nunciatione, ſi ædificate à principio utile fuit ſocietati, licet poſtmodum fuerit damnoſum. *l. ſi quis putans 6. §. fin. ff. comm. divid.* Iaſ. poſt Bart. *in d. §. ſi plurium. ſub num. 5.* Et quamvis nunciatio facta ab uno ex ſociis non proſit omnibus ſed ab omnibus fieri debeat: tamen ſi ſit facta uni ex ſociis, afficit omnes, & eſt ratio differentiæ, quia nunciatio ex parte ejus, cui nunciatur, eſt in rem, & ex parte ejus, qui nunciat, eſt in perſonam, ut declarat Bart. & cæteri omnes *in l. de pupillo 5. §. ſi plurium. 5. ff. de nov. oper. nunciat.* Et ſi in promiſſione pœnæ fuerit juratum in contractu, quia tale juramentum habet vim clauſulæ, *rato manente pacto*, poterit pœna peti cum ipſa re principali. Seraf. *in tract. de privileg. juram privileg. 85.*

38 Secundo, quia etiam juramentum † eſt de accidentalibus, quæ in ſocietatis contractu intervenire ſolent, quæro, an eo appoſito in ſocietate ſit locus diſpoſitioni? *l. ſi quis major. C. de tranſact.* Et quidem eam habere locum, non ſolum in tranſactione, ſed in quolibet contractu, interveniente tamen dolo, & non alias, latiſſime more ſuo comprobat Gabr. *in tit. de tranſact. concl. uni. num. 5. & 3.* Et quod procedat in contractu ſocietatis, tenet Corn. *in conſ. 121. num. 3. lib. 1. & in conſ. 266. num. 3. lib. 3.* Grat. *conſ. 15. in princ. lib. 1.* & noviſſime Caſtra. *in tract. de ſociet. offic. c. 69. num. 3.* Rim. jun. *conſ. 124. num. 52. lib. 2* Et

39 iſta opinio, juris civilis diſpoſitione † inſpecta, procedit ſine difficultate, ſed dubium eſt, an procedat juris canonici diſpoſitione inſpecta? Solent Dd. de hac quæſtione agere, dum tractant de quæſtione, an mora purgari poſſit, de æquitate canonica ſtante juramento, ſed ego, ut clarius percipiatur, quid tenendum ſit, quæro primo, an diſpoſitio legis præfatæ procedat de jure canonico, poſtea videbimus, an ſtante, quod habeat locum, poſſit mora purgari? Opinionem negativam, quod legis præfata diſpoſitio non procedat de jure canonico, tenet Boignin. *deciſ. 43. num. 26. & in reput. in ver. pœna. part. 1.* ſecundum primam impreſſionem. Sed contrariam opinionem,

40 quod procedat etiam † de jure canonico in foro fori in omnibus locis, tenet Rimin jun. *in conſ. 89. ſub num. 23. lib. 1. & in conſ. 124. lib. 2. & in conſ. 907. num. 40. & ſeq lib. 7.* Et iſta vera eſt, & ſequenda, quia omnes leges civiles loquentes

41 de contractibus dicuntur approbatæ de jure † canonico, ubi canones non contradicunt, Abb. *in c. eccleſiæ ſanctæ Mariæ. colum. 4. de conſtit.* ubi Felin. & Dec. *num. 32. verſ. tertia concluſio*, & per eundem Dec. *conſil. 452. num. 13. lib. 2.* Et iſta eſt communis opinio, contra quam male loquuntur tenentes contrarium, ut dicit Rimin. jun. *d. conſil. 124. ſub num. 46. l. 2.* Quatenus vero quæritur, an mora

42 † purgari poſſit, ſtante juramento, de jure civile expeditum eſt, purgari non poſſe, ſed de æquitate canonica una eſt opinio, quod poſſit purgari in omnibus locis, & tam in foro poli, quam etiam in foro fori, Seraf. *in tract. de privil*

jura-

jura. privil. 48. num. 8. qui de communi teſtatur poſt Gabr. *tit. de tranſact. concl.*
uni. num.10. Honded. *conſil.34. num.87. lib.2.* Farinac. *in ſuis quæſtionib. criminal.*
tit. de carcer. & carcerat. quæſt. 34. num.140. Rota Rom. *deciſ.277. num.5. part. 2. in*
noviſſimis. Altera eſt opinio, quod poſſit pugari † in foro poli, quia nun- 43
quam eccleſia claudit gremium redeuntibus, Alex. *in l. ſi Inſulam 84. col.*
antepen. ff. de verb. obligat. Gabriel, qui alios citat *d. concl. uni. num. 13.* Seraf. *d.*
privil.48. num.7. ſed quod non poſſit purgari in foro fori, Rimin. jun. *d.conſ.89.*
ſub num. 23. lib. 1. & d. conſil. 124. num. 69. & d. conſil. 907. num. 40. & ſeq. & iſta
opinio veriſſima eſt, & ſequenda, nam probatur per textum *in c. querelam.*
de jurejura. & in c. poterit locati. nam. *in d. c. querelam.* ſi licuiſſet purgare mo-
ram, ille clericus non fuiſſet privatus eccleſia, & *in d. c. poterit.* ideo admitti-
tur purgatio moræ, quia fit celeri ſatisfactione, ergo in contrarium ſequitur,
quod ſi ſatisfactio non eſſet celeris purgatio, neque etiam de æquitate ca-
nonica admitteretur. Et ita quod opinio, quæ ſe habet, quod de æquitate
canonica purgari poſſit mora, ſtante juramento, procedat ſolummodo,
quando promiſſio celeri ſatisfactione adimpletur, tradit Seraf. *d. privil. 48.*
num.11. per text. *in d. c. poterit locati,* & dicit, quod quando ſatisfactio celeriter
facta dici debeat, Iudicis arbitrio terminandum relinquitur. & ita tradit
Menoch *in tract. de arbitrar. Iud. caſu 7. num.13.* Ubi etiam adeſſet pactum † re- 44
ſolutivum in contractu, de moræ purgatione non eſſet agendum. Grat.
conſ.49. num.23. & conſ.93. n.61. & 77. lib.1. Seraf. *d. privil.48. n.29.* Etiam ubi moræ
purgationi † fuiſſet renunciatum, ejus purgatio non admittitur, & ei fuiſſe 45
renunciatum, probatur, quando fuit renunciatum omni juris & legum
auxilio. Rimin. jun. *d. conſ.907. num.43. lib.3.* & alios caſus, in quibus moræ
purgatio non admittitur, ponit Gabr. *d. concl. uni.* Seraf. *d. privileg 48.* Honded.
d. conſil.34. num.9. Riminald. *d. conſil.124. lib.2.*

Juramentum an faciat tranſire ſocietatem ad heredes, & an ſocius ju- 46
rans † amittat privilegium, ne teneatur ultra quam facere poſſit, videbi-
mus infra ſuo loco, quod habeat vim ſpecialis hypothecæ, ponit Seraf. *in*
d. tract. de privil. jura. privileg. 158. & quod faciat quem teneri ad ſolutionem
uſurarum promiſſarum, tradit idem Seraf. *d. tract. privileg.116.* & omiſſis mul-
tis, quæ de juramento dici poſſent, quia diligentiſſime pertractantur ab
auctore præfato *in d. ſuo tract.* ſolum dico, quod ſemper † addit robur actui, in 47
quo apponitur, & ſi dici ſoleat juramentum eſſe intelligendum ſecundum
naturam actus, ſuper quo apponitur *l. fin. ubi Bart. Salic. & alij. C. de non nu-*
merat. pec. tamen id procedit ſecundum naturalia, ut non addat majus
robur, quo vero ad accidentalia, quod majus robur addat, tenendum eſt,
ut declarat Seraf. *in d. tract. privileg. 153. in fin.* Et quod etiam addat ultra
naturalia, tradit Surd. *conſil. 20. num. 21. lib.1.* Fidejuſſores etiam accidenta-
liter pro majori ſecuritate contrahentes † in ſocietate apponere ſolent, 48

Digitized by Google

§. 1. *Inſt. de fidejuſ.* & alia cauſa, ut teneatur, non requiritur, ſed ſufficit, quod ejus obligatio ſit acceſſoria alterius obligationis, Gomeſ. *lib. 2. reſolut. juris c. 13. num. 1.* Decian. *conſil. 72. num. 8. lib. 2.* & cuilibet obligationi accedere poteſt, etiam ſi ſit ſolum naturalis, vel ſolum civilis. §. *in omnibus. Inſtit. de*
49 *fidejuſſ. l. 1. & ibi Gloſ. & Bart. ff. eod.* Et ubi nulla † adeſt obligatio in principali, etiam fidejuſſor non erit obligatus *l. ſi ſub impoſſibili. 29. & l. cum lex 46. ff. eod.* Gomeſ. *d. cap. 13 ſub num. 1.* & ideo ſtante legis ſeu ſtatuti diſpoſitione, quod quis contrahere non poſſit, ſi contrahat, cum neque etiam oriatur naturalis obligatio fidejuſſor contractui accedens non obligabitur, Bartol. qui dicit menti tenendum, *in d. l. cum lex. 46. num. 4. ff. de fidejuſſ.* Et etiam ſi
50 fidejuſſor † ſe obligaſſet principaliter, & in ſolidum, nihilominus ad ſolvendum cogi non poſſet, ut per Alex. *in conſil. 66. lib. 4.* Nam licet fidejuſſor ita principaliter & in ſolidum promittens reus principalis efficiatur, & ſic ipſe & principalis ſint duo rei, & quilibet in ſolidum conveniri poſſit, Bart. *in l. eandem 9. num. 5. & 6. ff. de duobus reis.* tamen hoc non procedit, ſtante quod
51 principalis † contrahere non poſſit. Tunc enim duo rei efficiuntur, quando quilibet poteſt ſe obligare, ſed quando principalis non poteſt ſe obligare, dicitur color quæſitus, & præſumitur contractus celebratus in fraudem legis, & licet quis ſe obliget principaliter & in ſolidum, tamen fidejuſſor dicitur, ita tradit Bartol. *in l. reos 11. in princip. ff. de duobus reis verſ. aut quæris, utrum dicantur.* Et cum ſit fidejuſſor, ad ſolvendum aſtringi non debet, quia hoc redundaret contra principalem, quem lex obligari prohibet, cum contra eum facta ſolutione ageret pro ejus indemnitate ita conſiderat Alex. *in d. conſil. 66.* & hanc opinionem tenet etiam Corn. *in conſil. 124. colum. 2. libro*
52 *primo.* Verum an iſta opinio † procedat ſine ſcrupulo, neſcire dicit Ronchegall. *in l. reos 11. in princip. ſub num. 27. ff. de duobus reis.* quoniam adverſus eam eſt text. *in l. & ſi is 9. Cod. de prædi. minor.* ubi diſponitur valere pignoris obligationem, licet non valeat obligatio principalis. ſed huic textui reſpondet Alex. *in d. conſil. 66. in fin.* & dicit, quod ideo ibi valet pignoris obligatio, quia in præjudicium principalis prohibiti contrahere reſultare non poterat. Verum iſta reſponſio non eſt ſufficiens, quia, ut dicit Gargiar. *Patroci. 7.* re-
53 cedendo ab opinione Alexan. ſi obligatio fidejuſſoris † non poteſt redundare in damnum principalis prohibiti contrahere à lege, non per hoc ſequitur, quod ipſe fidejuſſor conveniri non poſſit, imo ex eo, quia principalis non eſt obligatus. & fidejuſſor contra eum regreſſum habere non poteſt; ſequitur, quod poſſit conveniri, & aſtringi ad ſolvendum, ut per Aret. & Caſtr. *in l. ſi mulier contra 16. §. ſi ab ea 1. ff. ad Velleian.* cum quibus omnes alios tranſire dicit Gargiar *d. part 7 verſ præterea.* & hanc opinionem tenet etiam Corn. *conſil. 214. num. 7 & n. 12. lib. 2. & conſil. 249. ſub num 5. lib. 3* Pariſ. *conſil. 16. num. 110. lib. 2.* Craver. in ejus conſilio poſito poſt tractatum *de antiq. tempo. num. 47.*

Et ſi

Et ſi fidejuſſor juraſſet † teneretur ad obſervantiam juramenti, licet con- 54
tractus juramento non firmaretur, *cap. 1. & c. debitores. de jurejur. & c. ſignifi-
cante. de pignor* etiam ſi non teneretur uti fidejuſſor, teneretur uti expromiſ-
ſor, qui ſe obligat pro non obligato. *l. & eleganter 7. §. ſervus pactionis 8. ff. de
dolo.* quia juramentum eam habet virtutem, ut faciat actum valere eo mo-
do, quo valere poteſt. *l. cum pater 77. § filius matrem 23. ff. de leg. 2.* ita declarat
Corn. *in dict. conſil. 214. numero ſeptimo. & ſub numero undecimo. libro ſecundo.*

Et licet fidejuſſor † re loco, tempore & cauſa, in plus obligari non poſſit. 55
§. fidejuſſores. Inſtit. de fidejuſſ. l. Græce 8. §. illud 7 ubi Bart. ff. eod. tamen poteſt du-
riori vinculo obligationis aſtringi, & ſi principalis ſit obligatus ſolum civi-
liter, vel naturaliter, poterit ipſe obligari civiliter, & naturaliter, & ſi prin-
cipalis ſit obligatus ſimpliciter, & ſine juramento, poterit ipſe obligari cum
clauſula quarentigiæ, cum obligatione camerali & cum juramento. Gomeſ.
lib. 2. reſol. jur. cap. 13. ſub num. 2. Et poteſt fidejuſſor † accedere etiam obliga- 56
tioni conditionali, ut ſi fidejubeat ſolvere eam quantitatem, in qua prin-
cipalis expunctis rationibus debitor apparebit. *l. ſi ita ſtipulatus à Seio 55. ff. de
fidejuſ.* Decian. *conſil. 72. num. 11. lib. 2.* & ſi debitor principalis decederet non-
dum expunctis rationibus, & ſic conditione deficiente, quæ ab ejus herede
adimpleri amplius non poteſt, fidejuſſor conveniri non poſſet. Caſtr. *in l. qui
Romæ 122 §. Agerius 4. ff. de verb. oblig* & ibi Ang. ante eum, & Iaſ *num. 6.* & Alciat.
num. 5. Gomeſ. *in § actiones autem num. 11. Inſtit. de act.* Petraſanct. *ſing. 27. in fin.*
Menoch. *conſ. 119. num. 10. lib. 2. & conſil. 719. num. 45. lib 8.* Et eſt menti tenendum
in ſocietate, quia decedunt ſocij perſæpe non expunctis rationibus.

Sed quod dicitur de morte, non procedit † quando principalis fugam 57
arriperet, ſecundum Menoch. *in d. conſ. 719. ſub num. 45.* ea ratione motus, quia
dicatur fugæ conſcius, ut per colluſionem dicatur in dolo verſari. Verum
credo, quod idem ſit dicendum de fuga, & non eſt capienda præſumptio
doli, & colluſionis, ſi de ea vere non conſtet, *l. merito 51. ff pro ſoc.* de qua for-
ſan conſtare debebat in caſu Menoch Fidejuſſori † vero ſolventi adverſus 58
confidejuſſores, & conreo adverſus conreum, actiones tam perſonales, quam
hypothecariæ cedi debent à creditore. Bartol Bald. & Salic. *in l. 2. C. de fidejuſſ.*
Et competit exceptio cedendarum non ſolum adverſus principalem credi-
torem, ſed etiam adverſus ejus ceſſionarium, etiam quod fidejuſſor ſit obli-
gatus obligatione in forma Cameræ. Neguſant *in tract. de pignor. part. 5.
memb. 3.* Galeſ *in tract. de obligatio. in form. Cam part. 4 quæſt 1. num 10.* Et com-
petit etiam, ſi ceſſio † contra ipſum cedentem reſultaret Alexan *in l. de die 8.* 59
§. ſi fidejuſſor. 3. ff. qui ſatiſd. cog. Dec. *conſil. 104. colum. 2. lib 1.* Socin. *conſil. 206.
lib 2.* ſed à fiſco vidi multoties obſervatum, quod in ceſſione apponatur
clauſula, ceſſionarium uti non debere juribus ceſſis contra ipſum ceden-
dem. Et adeo ceſſio eſt † neceſſaria, quod ſi omitteretur actio fidejuſſori 60

Digitized by Google

vel correo ſolventibus non competeret contra alios fidejuſſores, vel correos. *l. ut fidejuſſoribus 39. ff. de fidejuſ. l. 1. & l. cum alter 11. ubi Gloſ. Bart.* C. *eod.* & ad hoc, ut ceſſio legitime facta dicatur, à cedente ceſſionario debent dari ſcripturæ qui-
61 bus † uti poſſit ad conveniendum debitorem ceſſum, Bald. *in l. ſi nomen 4. ff. de hæred. vol. act vend.* Alex. *in l. ſciendum 30. num. 10. ff. de verbor. obligationib.* Roman. *conſil. 163. num. 5.* Rota Genuenſ. *dec. 189. num. 3.* Et circa ceſſionem advertendum eſt, an ſtatim facta ſolutione fieri debeat, an vero etiam ex intervallo fieri
62 poſſit? Nam ſi ſolutio † facta fuerit ab uno ex fidejuſſoribus, poterit etiam ceſſio fieri poſt ſolutionem ex intervallo. Bartol. *in l. Modeſtinus 76. colum. 2.* & Caſtr. *colum. fin ff. de ſolut.* Gabriel. *conſil. 63. num. 3. lib. 2.* Caſtra. *de ſociet. offic. cap. 68.*
63 *num. 4.* Menoch. *in tract. de præſ. lib. 3. præſ. 143.* Si vero facta fuerit † ab uno ex principalibus obligatis, ſervanda eſt diſtinctio poſita *in d. l. Modeſtinus*, quod aut tempore ſolutionis, vel ante, vel in continenti poſt factum eſt pactum cedendi, & ceſſio etiam ex intervallo facta valet, ea ratione; quia pactum efficit, ut ceſſio facta cenſeatur eo tempore, quo pactum factum fuit, vel quia mediante pacto dicitur creditor retinuiſſe actione contra debitorem,
64 atque ita non remiſiſſe actionem. Aut nullum pactum † adjectum fuit, & tunc ceſſio ex intervallo facta non ſuſtinetur, ea ratione, quia ſolvens præſumitur ſolvere pro tota obligatione. Bartol. *in d. l. Modeſtinus. num. 4. verſ. primo caſu. & ibi Alber. num. 2. verſ. ſi autem dubitatur.* & Cuman. *num. 6.* &
65 Menoch. *d. præſ. 143. num. 4.* & opus erit agere † non ex jure ceſſo, ſed actione negotiorum geſtorum contra correos, quia utile eis fuit liberari à tali obligatione. *l. 1. ubi gloſ. & Dd. C. de duobus reis.* Bart. *in l. ut fidejuſſor. ff. de fidejuſſ.* Caſtr. *in d. l. Modeſtinus. num. 4.* Gabriel. *d. concluſ. 63. num. 4. lib. 2.*

66 Et his attentis, ſi principalis † creditor, qui poſuit pecunias in ſocietate, recipiat eas cum fructibus ab uno ex fidejuſſoribus, principaliter & in ſolidum obligatis, poterit ei cedere actiones etiam ex intervallo poſt ſolutionem, contra alios obligatos, ita determinat Gabriel. *d. conſil. 63. lib. 2.* quia in tali ſocietatis contractu ſolus officialis dicitur principalis, quia ſine eo fieri nequit, & ejus morte finitur, & ſi non eſſet principalis, ejus morte non finiretur, & dantur fidejuſſores, non ut ſint ſocij, ſed ea intentione, ut teneantur ad ſortem, & fructus, ſocietate finita, & verba, quod ſint obligati principaliter & in ſolidum, non faciunt, ut ſint plures rei, cum aliter ſenſiſſe contrahentes appareat, Bart. *in l. eandem 9. in princ. num. 6. ff. de duob. reis.* Caſtr. *in l. Modeſtinus 76. colum. penul. in fin. ff. de ſolut.*
67 Et correi dici † non poſſunt, quia obligantur ex ſtipulatione ad favorem principalis, & non ex contractu ſocietatis, & ad hoc, ut duo correi dicantur, requiritur quod non ſint diſpariter obligati, ſed ex eadem cauſa, & ex eodem contractu. Bart. *in l. fin. C. de duobus reis. col. 2.* Caſtr. *in conſ. 181.*
68 *lib. 1. col. 1.* Gabriel. *d. conſ. 63. num. 7.* Similiter ſi creditori † principali ſolutio fuerit

fuerit facta ab officiali, qui intendat agere pro ejus indemnitate contra 68
fidejuſſores, vel contra eum, qui recognovit, bonam fidem, & pecunias in ſocietate poſitas habuit, cum effectu, ceſſio etiam ex intervallo fieri poterit, quia ubi officialis tantum nudum nomen officij accommodat in ſocietate ille, qui pecunias conſequitur, & cujus commodum contractus initur, principalis dicitur, & alij omnes, licet ſint principaliter & in ſolidum obligati, dicuntur fidejuſſores, Dd. *in lib. 3. §. ubi duo 1. ff. de duob. reis.* & quod hæc ſententia ſit communis, dicit Caſtra. *d. cap. 68. num. 7.* Et quod iſte ſit fidejuſſor, principalis † vero ſit ille, 69
qui recognoſcit bonam fidem, probatur etiam ex eo, quia hic detegitur color quæſitus in fraudem legis. Nam quia ille, qui pecuniis indiget, non habet officium, & non poteſt contrahere ſocietatem, ideo in fraudem legis procurat, quod ſuper ejus officio officialis ſocietatem contrahat, & ubi color quæſitus detegitur, ille, ad cujus commodum contrahitur, dicitur principalis, alter vero in legis fraudem adjectus dicitur fidejuſſor, ut dixi ſupra & tradit Alex. *conſ. 66. lib. 4.* & Rota. Rom. *deciſ. 153. part. 2* & in hoc omnes ſcribentes convenire dicit Caſtr. *d. cap. 68. num. 9. & 10.* & Caſtr. *in d. c. 68.* dum agit, an officialis † dici debeat fide- 70
juſſor, ſeu principalis, dicit, quod reſpectu ejus, qui recognoſcit bonam fidem, cujus intuitu ſocietas contracta fuit, ex quadam æquitate fidejuſſor dici debet, ut per Dd. *in d. l. 3. §. ubi duo 1.* ſed reſpectu aliorum obligatorum qui ſuæ obligationi acceſſerunt, dici debet principalis, quia ad ipſos nullum commodum pervenit. Mihi videtur dicendum, quod ſi officialis vere non eſt obligatus, quod cæteri omnes obligati favore dantis pecuniam, una cum eo, qui recognoſcit bonam fidem, cujus intuitu contractus celebratur, cum color † ſit quæſitus, pro fidejuſſoribus reputari debeant, & quod ipſe 71
recognoſcens bonam fidem ſolummodo pro principali haberi debeat. Et non obſtat conſideratio, quæ fit, quod officialis ſit principalis, quia alias ſocietas eſſet ſimulata & uſuraria. Nam quod non ſit obligatus ad ſuſtinendam ſocietatem, apertiſſime conſtat, quia fit expreſſa declaratio, quod tantum præſtitit nudum nomen officij, & eſt inſulſum dicere, quod ex nudo nomine officij ſocietas ſuſtineri poſſit, quia contractus non fiunt ſuper nudis nominibus, ſed ſuper rebus, quæ ſunt, aut eſſe ſperantur, & videtur dicendum, quod potius iſte contractus ſuſtineatur propter periculum vitæ, quam ex eo, quia contrahatur ſocietas ſuper officio, ut per Rot. Rom. *dec. 300. part. 1. in noviſſimis.* Et quamvis dixerim ſupra *num. 65.* quod non facta ceſſione ſolutum † poteſt repeti actione negotiorum geſtorum, tamen caveant 72
ſolventes ut procurent ceſſiones, quia in multis erit magis utile, & præcipue magis utile erit ad evitandum tradita à Bart. *in l. reos 11. in princ. col. 2. ff. de duob. reis. & in repet. l. 1. artic. 2. C. de duobus reis,* ut dicit Theſſaur. *deciſ. 191. in fin.*

Etiam

73 Etiam quod dixi de repetitione † facienda, actione negotiorum geſtorum, juxta Bart. diſtinctionem *in d. l. reos 11. & in d. l. 1.* quæ communiter recipitur, ut poſt Ronchegal. *in d. l. reos. num. 47. & 48.* tradit Theſſaur. *d. deciſ. 191. ſub num. 3.* non procedit inter ſocios, quia ſive fuit omnium bonorum, ſive unius negotiationis, ſoluta ab uno, ab alio repeti poſſunt actione pro ſocio, ſecundum partem, quam quiſque in ſocietate habet, ut Bartol. in dicta ſua diſtinctione declarat, & hoc veriſſimum ſibi videri inſpecta natura ſocietatis dicit Ronchegal. *in d. l. reos in princ. num. 43. ff. de duob. reis. & num. 44.* ſubjungit, quod ſi vera eſſet opinio, inter correos ſemper ſocietatem cenſeri contractam, deſtrueretur regula in totum, quam ipſe ponit. *ibidem, num. 41.* Et quando inter correos dicatur contracta ſocietas, declarat ipſe *in l. eadem 9. §. 1. num. 21. & 22. ff. eod.* ut dixi ego ſupra *cap. 11. num. 23. cum pluribus ſeqq.*

74 Aliquando etiam incidenter † evenire ſolet, quod ſocietas contrahatur cum aliquo, receptis literis à quodam tertio approbantibus ejus ſinceritatem, legalitatem, & bonitatem, & quæritur, an ſcribens actione mandati teneatur? Et hac diſtinctione uti debemus. Aut dictæ literæ continent verba valde generalia, ut quia in eis dicatur, talem eſſe divitem, idoneum, & locupletem, & ſcribens in aliquo non tenebitur, quia verba non ſunt obligatoria, ſed tantum commendantia perſonæ eas præſentantes. *l. fin. C. quod cum eo.* & ibi Gloſſ. Bartol. & cæteri omnes, neque etiam tenetur de dolo, niſi probetur dolo & calliditate ſcripſiſſe. *l. & elegantur 7. §. fin. ff. de dolo.* & ibi gloſ. & Dd Bartol. *in l. Lucius 24. ff. de fidejuſſ.* Gomeſ. *lib. 3. reſolut. jur. c. 13. num. 5.* Anchar. Imol. & cæteri *in c. fraternitati. de cler. non reſident.* Aut vero continent verba, quod recipiens contrahat cum ipſo latore literarum, & tunc quia ſunt obligatoria, tenebitur actione mandati, *l. ſi vero non remunerandi 12. §. ſi quis mandaverit 13. & ibi gloſ. & Dd. ff. mandati.* Gomeſ. *in d. cap. 13. num. 5.* Rip. *in rub. num. 5. ff. de pignor.* Strac. *in tract. de mercat. in penult. part tit.*

75 *de probat. num. 15.* Et ubi eſſet dubium, qualiter † mercatorum literæ eſſent intelligendæ, ſecundum ſtylum mercatorum interpretari deberent, Puteus *deciſ. 19. & 20. lib. 1.* ſecundum ordinem meum manuſcriptum. Et de literis

76 cambij qualiter † obligent ſcribentem & recipientem, late ponit Burſat.

77 *conſ. 39. lib. 1.* Et literas recipiens, ſi non † contradicat, an in eis contenta fateri dicatur, & intra quantum tempus contradicere debeat, ponit late Gabr. *in ſuis concluſ. tit. de præſumpt. concl. 2.* Menoch. *de arbitr. Iud. caſu 21.* Rota Genuenſ. *deciſ. 24. num. 6. deciſ. 18. num. 6. deciſ. 133. numero ſecundo. & deciſ. 162. num. 2.* Incidenter etiam aliquando de ipſo contractu ſocietatis con-

78 ficitur † inſtrumentum, aliud eſt enim inſtrumentum, aliud contractus, ſicut aliud eſt continens, aliud contentum. Eſt enim inſtrumentum ſcriptura Notarij de conventione partium; & contractus eſt ipſa partium conventio, Bartol. *in l. ſi quis legatum 6. colum. 2. ff. ad leg. Cornel. de fal.* Alexan.

in conſil.

in conſil.122.colum.2.in princip.libro ſecundo. Bertach. *in tract. de Gabel.in 6.parte.n.6.* Rolan. *conſil. 43. numero 13.lib.13.* Et ſocietas eſt de contractibus, qui conſenſu perficiuntur, in quibus pro eorum eſſentia non requiritur ſcriptura, & quatenus de eis conficitur ſcriptura, fit ſolum ad probationem, & non ad ejus eſſentiam, ut per Decian. *conſil.64.lib.3.* Sed quia partium conventione aliquando fit, ut de ſocietate ſcriptura confici † debeat, videndum eſt, 79
an ante confectam ſcripturam ſocietas perfecta dici poſſit? Utique ſi partes hoc dixerunt, quod non ſit perfecta ante, quam ſit confecta ſcriptura, earum conventioni erit ſtandum, *l. contractus 17. & ibi Gloſ. in ver. in ſcriptis, C. de fide inſtrum.* quam cæteri ſcribentes ibi ſequuntur, ut dicit Decian *dict. conſil.64.ſub num.19.* Honded. *conſ.52.num.19 lib.1.* Si vero partes non dixerint, quod non † valeat, niſi conficiatur inſtrumentum, ſed tantum dixerint 80
eſſe conficiendum inſtrumentum, eſt maxime controverſum inter Doctores, an contractus ante inſtrumenti confectionem dicatur perfectus? Una eſt opinio Caſtr. quod ante confectam ſcripturam contractus non dicatur perfectus, ita tenet *in l.cum res 12.col.2.Cod.de probat & in l. qui his idem.ff. de verb. oblig.& in l.contractus 17.C de fid.inſtrum.& in conſ.451. viſa dicta facti narratione lib. 2.* & hanc opinionem ſequitur & pendere & numero Dd. prævalere dicit Rim.jun. *conſ.51.lib. 1.* & hanc tenere Dd. magis communiter dicit Honded. *conſ.52 lib.1.n.20.*

Altera eſt opinio præcedenti † contraria, quod conventio partis de in- 81
ſtrumento conficiendo ſit intelligenda, quoad probationem,& non quoad ſubſtantiam contractus, & ſic, quod dicatur perfectus, ante confectum inſtrumentum, & probari poſſit per teſtes, per text. *in l. contrahitur 4. ff. de pignor.* Hanc tenent relati à Gabr. *tit.de pactis,concl.3.ſub n.1.verſ.contrarium,* qui teſtatur de communi ex Dec. *in conſ.340.col.2.lib.2.* & eam eſſe magis communem teſtatur Brunus Arimin. *conſ.131.ſub n.13.* & Anchar. *q.21. part.1.* & eam uti communiorem & veriorem ſequitur Burſat. *conſ.100.lib.1.* ubi etiam dicit *ſub n.26. verſ. partes,* quod eam ſecuta fuit Rota Rom. teſte Peregrino in una Placentina *deciſ.38.* ſecundum ordinem manuſcriptum, & hanc etiam uti magis communem comprobat Decian. *conſil. 64. lib. 3.* ubi plures refert hanc opinionem tenentes ſub *num. 26. cum pluribus ſeqq.* Et ego etiam ab hac opinione non recederem in conſulendo, & judicando, quia mihi perſuadere non poſſum, quod verba de ſcriptura conficienda à contrahentibus probata, cum poſſint intelligi juxta naturam contractus reſpectu probationis, veniant intelligenda ita, ut novam contractui naturam inducant. Et eo magis nunquam ab hac opinione recederem, quia dicta verba † à contra- 82
hentib. prolata de ſcriptura conficienda de conſuetudine intelliguntur, quod fieri debeat quoad probationem,& non quoad alterandum ipſius contractus naturam, & de hac conſuetudine etiam teſtatur Dec. *in conſil.340.* &

Brun.*d.conſ.131.ſub n.12.*& Burſat.*d.conſ.100.ſub num.20.* & Decian. *d. conſil. 64.ſub num.19.*Bene ut dicit Gabr.*d.tit.de pactis, concl. 3. in fin.* non improbabiliter dici
83 poſſet, quod etiam ſi ſcriptura non requiratur † pro ſubſtantia contractus, tamen ſit neceſſaria ad probationem, ita ut non poſſit probari aliter, quam per ſcripturam. & per partis confeſſionem, ex dictis à Bald. *in authen. ſed novo iure. C.ſi cert.pet.*& per Brun.*in tract de forma. tit. quotuplex eſt forma. col.9. verſ. ad idem facit,* ut per Grat. *conſ.107. num. 4. lib. 1.* late examinat hanc materiam Aſinius *in ſua pract. §.19.c.5.* ubi videas. Et ubi de ſocietate eſſet conficienda
84 ſcriptura, quæro, an † partium conventione fieri poſſit, quod ſcriptura privata habeat vim publici inſtrumenti? Quod hoc à partibus fieri non poſſit, eſt opinio Innoc. *in c.cum p.tabellio. poſt med.de fid.inſtrum.* ea ratione, quia partes quem Notarium creare non poſſunt, ſed à partibus fieri poſſe, & quod iſta opinio ſit verior, & æquior, tenet Cravet. *in tractat.de antiq.temp. & in conſ. 939.n.12. lib.3.* & rationi ab Innocentio conſideratæ reſpondet, quod partes eorum pacto non faciunt Notarium, ſed quod ſcriptura privata fidem faciat, & dicit, quod in effectu iſta fuit reſponſio. Alex. *in l.1. §. fin.ff de verb. obligat. & in conſ,113 col.2.lib.4.* Hanc etiam opinionem tenet Decian. *conſ.11.n.138.lib.1.* & hoc per ſtatutum fieri poſſe etiam contra tertios, tradit Menoch. *conſ.787. lib.8.* Et iſta opinio probatur, quia, ut dicit Cravet. *dict. loc.* ſtatuto fieri po-
85 teſt, quod privatæ ſcripturæ † fides adhibeatur, Felin. *in d. c. cum p.tabellio. de fid.inſtrum.* Dec. *in c.2.col.2.verſ.circa primum, de probat.* Alex. *conſil.53. col.1. lib.1.* Et poteſt etiam id fieri à conſuetudine, Rocch. de Curte *de conſuet.n.158.*Rota Genuenſ. *deciſ.142.num.1.* Decian. *d.conſ.11.num. 142. & ſeq. lib.1.* ubi dicit etiam, quod Statutum loquens de publica ſcriptura procedit in ſcriptura privata, quæ fidem facit, & habetur per Cravet. *d.tract.par.1.num.245.* Et quod ſi par-
86 tes dicant, privatam ſcripturam † habere debere virtutem obligationis cameralis, quod ſufficiat ad obtinendam ejus executionem, vigore obligationis præfatæ, tradit Galeſ. *in tract.Camer.oblig.tit.de inſtr.q.2.n.1.& 9.* Moron. *in tract.de treuga.& pac.q.11.n.6.* Strac.*in tract.de aſſecurat.gl.37.*ubi dicit, ita quotidie obſervari.

87 Eſt etiam multorum opinio, quod, ubi de contractu ſit † conficiendum inſtrumentum, cogi etiam quis poſſit ad ponendum in eo clauſulam quarentigiæ, & obligationem Cameralem, Bened. de Bar. *in tract. de quarentigia. qu.5.*Galeſ.*in d.tract.tit.de præambul.proceſ.qu.3.* Cabal. *in Milleloquio 196.* Sed contraria opinio mihi magis placet, quia ex tali obligatione debitoris conditio longe deterior efficeretur, Angel.*in l.ſi finita 15. §.eleganter 28. & ibi* Alexand. *in fin. ff. de damn. infect.* idem Angel. *in l.ſi pupillus 9. in princip. ff. de novat & in l. in omnibus 41.in fin.ff.de judic.* Aret. *in l.ex parte 121. in fin.* ubi dicit ſingulare, & ibi Jaſ. *in fin. ff. de verbor. obligat.* idem Aret. *in l. 2. in princip. colum. penult.* & ibi Jaſ. *colum. ult.* Parpal. *colum. ante penult.* Ripa *num. 49. ff. ſolut. matrimon.*

Felin.

Felin. *in cap ſignificavit, num.8. verſ. adde.* Angel. *de teſtibus.* Abba. *conſil. 33. lib.1.* Et
dicas, quod de qualibet obligatione † quis cogi poteſt ad conficiendum in- 88
ſtrumentum, *l. ſi cum exceptione 14. §. ſed & ſi quis 9. in fin. ff. de eo, quod met. cauſ. l.
ſicut datum 26. C. de liber. cauſ.* Tiraquell. citans more ſuo multos *in tractat. de
retract. ligna. §. 29. gloſ. ult.* Venafr. *conſil 71. num.18.* Franciſ. Mart. *deciſ. 370. num.5. lib.
1.* Natt. *conſil. 382. num.2. lib.2.* & de communi opinione teſtatur Galeſ. *d. tractat.
de obligat. camer. tit. de præambul. proc. quæſt.3. num. 4.* & poſt eum Granut. *theorem.
9. ſub num.2.* Sed hoc non eſt verum, ſi de tali obligatione † adſit alia proba- 89
tio, puta ſi fuerit confecta privata ſcriptura, quia cum de tali probatione
contentus fuit, majorem probationem ulterius quærere non poteſt. Alba.
d. conſil. 33. lib.1. Granut. *d. Theorem. 9. ſub num.10.* Et nota unum in propoſito,
quod in practica † perſæpe evenire poteſt utique debitori ſolventi inſtru- 90
mentum de recepto fieri debet, ſive in totum, ſive in partem ſecundum ſo-
lutionem ab eo factam, ut declarat latè Granut. *d. Theorem. 9.* ſed ſi contra
debitorem adſit inſtrumentum, non ſolum ei fieri debet inſtrumentum de
recepto, ſed etiam debet caſſari primum inſtrumentum, in libro originali,
ne ibi accenſum, ut ajunt, reperiatur, ita tenet Bart. *in auth. caſſa. in fin. C.
de ſacroſanct. Eccleſ.* Notandum eſt etiam, quod ſi conſuetum ſit † appone- 91
re in inſtrumentis clauſulam quarentigiæ, & obligationem cameralem, in
ejus confectione talis conſuetudo erit obſervanda, Tiraq. *d. tract gloſſ. 5. §. 29.
num.3.* Gabr. *in ſuis comm. concluſ tit. de conſuet. concluſ. 3. n. 10. 15. & 29.* Granut. *d. theo-
rem. 9. in fin.* Navarr. *in tractat. de uſur. in fin. num. 139.* Et hæc de accidentalibus,
modo deveniendum eſt ad obligationem & actionem.

N.2. Eleganter hìc tractat auctor de pœna contractui adjecta. De qua, ut etiam de intereſſe, latè & enucleatè ſcribentem videat curioſus lector *Anthon. Matha. diſput 37. de eo quod intereſt, & 38. de pœna. Et Alciat. de eo quod intereſt.*

N.15. Et multis ſeq. ad 46. de contractibus cum juramento celebratis diximus anteà ad *finem cap. 5. & cap. 39. n. 72. & cap. 32. n. 5.*

N.38 Hæc lex ſi quis major 41. *Cod. de Tranſact. 2. 4.* ut & tota de ea diſputatio in hiſce terris nullum habet uſum. Nam ex quo hic omnes pœnæ legales quoad contractus in deſuetudinem abjere, & hæc ſimul abolita eſt. Cum nec hodie per ſalutem Principis pacta confirmari, mos eſt. *Vid. Groenevv. ad. d l.*

N.15. & 72. *Vide Buſium ad. l. 28 [illegible]ndati ff. 17. 1. & ibi Coſtal deciſio. Cur. Holland. 12. Sande cap 7 de actionum ceſſione. l. 36. ff de fideiuſſ 46. 1. l. Modeſtinus ff. de ſolutionib. 46 3. in fine. l. 5. de cenſibus ff 50. 15. Faber. lib, 11. conjectur cap 9. in fine. Carpzovius. Zangerus part. 2. cap. 16 n. 31.* Si creditor non velit aut non poſſit cedere, datur utilis negotiorum geſtorum actio. ut hìc. *Et Chriſtineus lib 3 deciſio. D VViſſenbach. lib 46. ff. diſput. 27. Cod Fabria. 8. 27. Argentraus, ad conſuetud. Britan. art. 213. gloſ. 2. num 4. D. Cyprianus inſtit. de fideiuſſ & in diſput. ibid Groenevv ad. d. l. Modeſtinus, lib. 2. Cod. de duob. reis 8. 40.* Et hæc opinio rectæ rationi conveniens, æquior, & Chriſtiano

homine digniſſima eſt; cùm contraria, nullo pondere ſubnixa, præter meram juris ſubtilitatem habeat nihil.

N. 81. Probatur etiam hæc opinio *per l.17. Cod. de pactis l.2. tit.3. l.17. Cod. de fide. inſtrument.* 4. 21. *l.12. Cod. de probationib.* 4. 19. Et eam amplexus eſt Supremus Holland. Senat. *Neoſt. de pact. ante nupt. dec.* 18. *Et Theſaurus deciſ.* 197. *Fachinai, lib.* 2. *cap.* 97.

N. 83. Hæc Gabrielis ſententia eſt planè rejicienda: nam cùm inſtrumentum ſit ad rei tantum geſtæ memoriam & probationem; ſi præter inſtrumentum nihil aliud produci oporteret, excluderentur aliæ probationes; quod deſtruit totam hanc diſputationem, & eſt directè contrà *d. l.12. Cod. de prob.* 4 19. ubi ita in terminis. Cùm res non inſtrumentis gerantur, ſed in hæc rei geſtæ teſtimonium conferatur, factam emptionem quibus potes jure proditis probationibus docere debes.

CAPUT XXX.

De obligationibus & actionibus.

SUMMARIA.

1. *Obligationes contracta extra ſocietatem in tempore ad ſocietatem pertinere non poſſunt.*
2. *Obligatur ſolus ſocius contrahens, ſi ſolus ſuo nomine contrahat.*
3. *Etiam ſi contrahat ad commodum ſocietatis.*
4. *Socius, qui non contraxit, creditori eſt obligatus per obliquum.*
5. *Declaratur, qualiter intelligatur.*
6. *Socius, ſi recipiat indebitam ſolutionem, non obligantur cæteri ſocii.*
7. *Obligantur etiam cæteri ſocii, ſi unus contrahat ſuo & eorum nomine, & contractus pertineat ad ſocietatem, ejus forma inſpecta,* & n.8.
9. *Contrahens cum ſocio cautus eſſe debet, ut inſpiciat ſocietatis formam, an in ea appareat, quod ſocius habeat auctoritatem contrahendi, & alios obligandi.*
10. *Contrahens cum ſocio ſibi imputet, ſi formam ſocietatis non inſpexerit.*
11. *Obligatos ut habeat ſocius conſocios, tenetur dicere, contractum à ſe geſtum verſum fuiſſe in ſocietatis utilitatem.*
12. *Hoc non eſt verum quo ad extraneum, qui contrahit cum ſocio.*
13. *Extraneus enim contrahens cum ſocio habente auctoritatem deceptus remanere non debet.*

    Actio de in rem verſo datur contra ſocios, ſi ſocius contraxerit ſine auctoritate.
14. *Socius proprio nomine in dubio contraxiſſe præſumitur.*

    Præſumptionibus probatur ſocium contraxiſſe nomine communi.
15. *Inſtitor tacite & expreſſe ſocietati unus ex ſociis deputari poteſt.*

Obligantur

Obligantur omnes ſocii ex contractu ſocii inſtitoris.

Dummodo tamen non excedat fines ſocietatis.

16 *Socii, ſi inſimul præſint ejuſdem ſtationi, ita ut modo cum uno, modo cum alio contrahatur, inſtitores ad invicem præpoſiti cenſentur.*

17 *Inſtitores etiam præpoſiti cenſentur, ſi exercent diverſa negocia in eadem civitate, ſive exerceant in diverſis civitatibus, puta unus Peruſii, alter Florentiæ.*

18 *Contrarium tenent aliqui, ſed male.*

19 *Inſtitor etiam cenſetur ille, qui negociatur de voluntate alterius ſocii, ut eſt ille, qui ponit operas altero ponente pecuniam.*

20 *Inſtitores poſſunt pro indigentiis ſocietatis mutuo accipere pecunias, & obligare cæteros ſocios.*

Cambio etiam eas accipere poſſunt.

Fidejuſſores etiam inducere, & eis mercedem ſolvere.

21 *Inſtitores ut poſſint pecunias mutuo accipere, procedit, quando adeſt cauſa neceſſaria, & ſubſequentia neceſſaria hoc requirit.*

22 *Alia etiam requiſita neceſſaria ſunt, & n.23.*

24 *Quæ requiſita non ſunt neceſſaria, ſi habet inſtitor expreſſè poteſtatem accipiendi pecunias mutuo.*

25 *Inſtitor ſi pecunias mutuatas convertat in proprios uſus, nihilominus ſocii tenentur de ejus dolo.*

26 *Socius ſi adminiſtrat ſocietatem, puta Titius, & dicat in contrahendo, Titius & ſocii, omnes pariformiter obligantur.*

27 *Inſtitor convenitur ex contractu ſociorum, durante inſtitoria.*

28 *Inſtitor convenitur ex ejus contractu, finita inſtitoria, quando principales ſunt abſentes.*

29 *Inſtitor quod teneatur pro mutuo à ſe ſuſcepto, finita inſtitoria. Contrarium probatur.*

30 *Socii dicuntur rei debendi in ſolidum in ſocietate publicarum functionum.*

31 *Socii ſunt rei obligati in ſolidum ex contractu inſtitoris.*

32 *Quod ſint ſolum obligati pro parte, quam habent in ſocietate, tenentur alii.*

33 *Prima opinio probatur uti communis.*

Inſtitor, qui habet facultatem obligandi perſonam ſociorum, dicitur etiam habere facultatem obligandi eorum bona.

34 *Socii omnes, ſi ſimul contrahant, non obligantur in ſolidum, ſed pro parte, quam quiſque habet in ſocietate.*

Fallit, ſi fuit dictum, quod teneantur in ſolidum.

Fallit in ſocietate publicarum functionum.

Fallit in obligatione ſecundaria provenienti ex eorum dolo.

35 *Fallit, ubi inſimul vendunt animalia.*

36 *Fallit, ſtante conſuetudine, ut eſt Genuæ.*

Fallit, ſtante ſtatuto.

37 *Fallit, conſiderato quod ad invicem reſpectu extranei fidejuſſores dicuntur, & non requiritur excuſſio*, n.38.

39 *Socii publicarum functionum ex eorum contractu efficiuntur rei credendi in ſolidum.*

40 *Socii in aliis ſocietatibus ex eorum contractu acquirunt actionem pro ea parte, quam quiſque in ſocietate habet, niſi fuerit conventum, quod acquirant in ſolidum.*

41 *Socius ſi ſolus contrahat, etiam ſi ſit inſtitor, ſibi ſoli actionem acquirit, & cæteri agere non poſſunt, niſi actione ceſſa, & in ſubſidium.*

42 *Socius alteri ſocio ſtipulari non poteſt.*

43 *Niſi adſit Notarius; & juramentum, & niſi ſint ſocii omnium bonorum.*

44 *Inſtitor contrahendo nomine proprio, & nomine ſociorum exprimendo eorum propria nomina, cuique acquirit pro virili, ſed contrahendo nomine proprio, & nomine ſociorum appellativo acquirit cuique pro ea portione, quam quiſque habet in ſocietate.*

Unoquoque caſu acquirit pro ea parte, quam quiſque habet in ſocietate.

45 *Rei plures obligati pro virili, eodem tempore conveniri poſſunt.*

Rei plures obligati in ſolidum, cum poteſtatione, quod actor erit una ſolutione contentus, conveniri poſſunt in eodem libello.

46 *In diverſis libellis conveniri poſſunt eodem tempore, ipſis non contradicentibus.*

47 *Diverſis temporibus ſecundum aliquos non poſſunt conveniri.*

48 *Opinio, quod poſſint conveniri, probatur.*

49 *Quia ſententia lata contra unum ex pluribus reis non nocet alteri.*

50 *Socii plures rei credendi poſſunt in eodem libello, & in diverſis libellis eodem tempore convenire debitorem.*

51 *Sed non poſſunt eum convenire in diverſis libellis, & in diverſis temporibus.*

52 *Contrarium tenent aliqui, ſed prima opinio probatur.*

53 *Socius pro ſocio ſine mandato agere non poteſt.*

Lite conteſtata poteſt judicium proſequi.

54 *Occupantis melior conditio non eſt, ſi debitor efficiatur non ſolvendo.*

55 *Solutio facta uni ex ſociis liberat omnes.*

Procedit durante ſocietate.

Et probabiliter ignorata diſſolutione.

AGendum non eſſe in præſenti capitulo de obligationibus contractis ante initam † ſocietatem, quia extra ſocietatem in tempore contractæ ad ſocietatem pertinere non poſſunt, Pariſ. *conſil. 94. num. 15. lib. 1.* & qualiter iſta aliquando vigore ſocietatis ſubſecutæ communia efficiantur, jam ſupra declaratum fuit *cap. 9. num. 43.* Neque etiam modo agendum eſt de obliga-

obligationibus contractis poſt finitam ſocietatem, quia de eis tractabitur infra, ubi de ſocietatis diſſolutione agetur. Eſt agendum in præſenti de obligationibus, quæ à ſociis ſocietate durante cum extraneis contrahuntur, & de obligatione proveniente ab ipſo ſocietatis contractu, & hoc ordine procedam, primo agam de obligationibus, quæ à ſociis cum extraneis contrahuntur, ſecundo agam de obligatione & actione provenientibus ab ipſo ſocietatis contractu. Et agendo de primo, quia ſocii contrahendo cum extraneis aliquando obligantur, aliquando obligationem acquirunt; ideo ponam prius, qualiter ſocii obligentur, deinde ponam, qualiter obligationem acquirant. Et ut cognoſcamus, qualiter ſocii obligentur, hac diſtinctione uti debemus. Aut unus ex ſociis contrahit nomine proprio; aut contrahit communi nomine; aut contrahunt omnes inſimul proprio nomine. Primo caſu, quando unus ex ſociis ſolus contrahit proprio nomine, ipſe
2 † ſolus obligatur, & cæteri ſocii non obligantur, *l. ſi ſocii ſimus 28. & l. jure ſocietatis 82. & ibi* Bald. *ff. pro ſoc.* Petr. de Ubald. *in tractat. de duob fratrib. part. 9. n. 1.* Alexand. *conſil. 139. num. 1. lib. 5.* Dec. *conſil. 98. num. 2. lib. 1. & in l. ſi ſocius, num. 3. ff. ſi cert. pet.* Pariſ. *conſil. 94. num. 22. lib. 1.* Rimin, junior *conſil. 331. num. 5 lib. 3.* Rota Genuenſ. *deciſ. 7. num. 3.* Cephal. *conſil. 635. num. 3. lib 5.* Theſaur. *deciſ. 136.* Carocc. *deciſ. 118. num. 11.* Modern. Papienſ. *in tractat. de juris & facti ignor. centur. 1. diſtinct. 52,* Et hoc eſt verum, non ſolum ſi contrahat † ſuper rebus & negotiis non perti- 3
nentibus ad ſocietatem, ut habetur *in l. ſed nec æs alienum 12. & in l. omne æs alienum 27. & in l. verum 63. §. id quod 3. ff. pro ſoc.* ſed etiam ſi contrahat ad commodum ſocietatis. Quia licet ſocius non contrahens & ſocius contrahens obligentur inter ſe propter naturam ſocietatis, tamen creditori, qui cum ſocio contraxit, ſocius, qui non contraxit, non tenetur, quemadmodum ſocius, qui non contraxit, vigore dictæ obligationis contra creditorem non poteſt agere, ita etiam non poteſt conveniri. Petr. de Ubald. *dict. part. 9 ſub num. 5.* Et quatenus ibi *verſ. certe alia ratio facit pro &c.* videtur innuere, quod ſocius,
qui non † contraxit, ſit obligatus creditori, per obliquum, ut per Gloſſ. 4
in d. l. jure ſocietatis 82. ff. pro ſoc. ejus verba, quæ ſunt Baldi in quodam conſilio, ut ipſe dicit, & eſt *conſil. 125. quidam Joannes, lib. 5.* non ſunt intelligenda, quod ex tali obligatione ſocius, qui non contraxit, à creditore poſſit conveniri, ſed ſunt intelligenda, quod teneatur † per obliquum, quia ſo- 5
cius, qui non contraxit, eſt obligatus ſocio contrahenti obligatione provenienti ex ſocietate, & per conſequens, per obliquum eſt obligatus creditori, qui ſocium, qui ſecum contraxit, obligatum habet, ut vidimus de ſocio ſocii mei, qui meus ſocius non dicetur. *l. qui admittitur 29. cum 2. ll. ſeqq. ff pro ſoc.* tamen per obliquum dici poſſet ſocius meus, cum ſit ſocius mei ſocii. Verum eſt igitur, quod ſocius † non obli- 6
gat conſocium, ſi contrahat proprio nomine, & quod etiam ſi unus ex

ſociis

ſociis recipiat indebitam ſolutionem, non obligentur cæteri ſocii, tradit
Dec.*conſ.98.ſub n.1.lib.1.*

Secundo caſu, quando unus ſocius contrahit nomine proprio, ac etiam
ſociorum, eſt advertendum ad ipſius ſocietatis formam. Nam ſi ea inſpecta
apparet contractum initum ad ſocietatem non pertinere, & eſſe quid extra
7 ſocietatem, & tunc ſolus † contrahens erit obligatus creditori. Si vero ſo-
cietatis forma inſpecta apparet contractum initum ad ſocietatem pertine-
re, & demandatum cenſeri, tunc omnes erunt obligati. Anchar.*conſ.332. Pro
clariori.* Petr. de Ubald.*d.part.9 ſub n.5.* ubi ponit præciſa verba Bald. *in conſ.125.
lib.5.* Pariſ.*conſ.94.n.23.& ſeq.lib.1.* Decian.*conſ.60.n.4.lib.2.* Cephal. *conſ.778. lib.5.*
8 Quatenus n. in ſocietatis † forma continetur, ſocius ab altero ſocio man-
datum, ſeu potius auctoritatem expediendi ad ſocietatis formam perti-
nentia habere cenſetur, ut dixi ſupr. *c 14.n.44.& ſeq.* Ideo qui contrahit cum
9 ſocio, cautus eſſe debet, ut inſpiciat ſocietatis formam, an in ea † appareat,
quod auctoritatem habeat contrahendi nomine aliorum, & eos obligan-
di, quia ea non inſpecta ſibi imputare debet, ſi ſocius contrahens alios ſo-
cios obligare non potuit, ut per Bald.*in d.conſ.128.quidam Joannes lib. 5.* rela-
tum à Petr. de Ubald.*d.part.9.ſub n.5.* Nam dicit, quod quando ſocietas reſpi-
cit certam cauſam ad hoc, ut extraneus poſſit agere contra alios ſocios,
10 quorum nomine etiam † contractus fuit initus, non ſufficit quod probat
ſocietatem, ſed etiam debet probare formam ipſius ſocietatis, cujus cauſa
contractus initus fuit. Et eſſe inſpiciendum, quomodo contrahendi aucto-
ritatem habeat ſocius, & quod ſibi imputare debeat, ſi eam non inſpiciat ex-
traneus ſecum contrahens, tradit Caſt.*in l.1.§.non authent.ff. de exercit.& in l.1.§.
conditio.ff.de inſtit.& in conſ.335.Viſis & ponderatis omnib. in antiq. in novis eſt conſ.104.
lib.1.* Dec.*in l.ſi ſocius 16.n.4.ff.ſi cert.pet. & in l. qui cum alio 19.* ubi etiam Cagnol.
ff.de reg.jur. Pariſ.*conſ.94.n.25.lib.1.* Strac.*in tract.de mercat.tit.de contract.mercat.ſub
n.13.* Rota Genuenſ.*dec.14.n.87.& dec.172.n.7.*

Et quamvis ſocius contrahens ad hoc, ut cæteros conſocios obligatos
11 habeat, obligatione † provenienti ex ſocietate teneatur docere, contra-
ctum initum cum extraneo verè verſum fuiſſe in ſocietatis utilitatem. *l.
jure ſocietatis 82.ff.pro ſoc.* Petr. de Ubald.*dict.part 9.ſub num.1. & ſub num.5.* Ful-
goſ. *conſil.209.colum.2.* & Cuman.*conſil.8.in princ.* Pariſ. *conſil.94.num.27.l.1.* Cra-
vet.*conſil.129.num.12.& conſil.158.num 8.l.1.* Menoch. *conſ.275.n.4. lib.4.* Rim.jun.
conſil.331.num.8.lib.3. Natt.*conſil.567.num.6. lib.3.* tamen hoc non eſt verum quo-
12 ad extraneum, quia ſi ſocius † vere habuit auctoritatem contrahendi &
obligandi conſocios, ſi poſt rem acquiſitam convertat in propriam utilita-
tem, nihilominus cæteri ſocii remanent extraneo obligati. Bart.*in l.1.§. fami-
liæ,ff.de publi.* Salyc. & Caſtr.*in l.1.§.non autem, ff.de exercit.* Rota Genuen. *dec.14.
num.14. & num. 17.* Non enim eſt conveniens, quod extraneus, qui † con-

traxit

traxit cum ſocio contrahente nomine proprio, & ſociorum, & habente talem auctoritatem obligandi conſocios deceptus remaneat, ſi rem ex contractu quæſitam ſocius in propriam utilitatem doloſe convertat, ſed bene eſt conveniens, quod ipſe de ſuo dolo reſpectu ſocietatis cæteris ſociis teneatur, & ita Dd. qui dicunt, quod conſtare debet contractum verſum fuiſſe in ſocietatis utilitatem, ſunt intelligendi, nempe quod eorum dicta procedant inter ſocios, & non quoad extraneum, quia ſi intelligerentur quoad extraneum, male loquerentur, & datur actio de in rem verſo, ſi verſa fuit in utilitatem omnium ſine auctoritate, & ſine mandato, ut dicit Natt. *conſ. 567. n. 7.* quando deficit alia actio. Quomodo vero ſocius poſſit probare rem fuiſſe verſam in eorum utilitatem, tradit Menoch. *d. conſ. 375. n. 12. lib. 4.* & videbimus infra ſuo loco, ubi agetur de obligatione inter ſocios.

Et ſi non conſtaret, quo nomine ſocius † cum extraneo contraxiſſet, licet 14
in dubio nomine proprio contraxiſſe ſit præſumendum, *l. & magis 4. ff. de ſolut. l. ſi ita ſtipulatus. 126. §. Chryſogonus 2. ff. de verb. oblig.* Bald. *in l. Titium & Mevium. 74. §. altero. 6. ff. de adminiſtr. tut. & in l. ſi patruus. 4. ſub num. 4. C. com. utr. jud. & in l. pen. C. ſi quis alteri vel ſibi.* Alex. *conſil. 132. num. 8. & conſil. 134. num. 6. lib. 5. & conſil. 217. ſub num. 13. lib. 7.* Menoch. *conſil. 122. num. 12. lib. 2.* Rota Genuenſ. *deciſ. 14. num. 94.* Natt. *conſil. 567. num. 6. lib. 3.* Cephal. *conſil. 635. n. 5. lib. 5.* tamen quod communi nomine contractus initus fuerit, præſumptionibus probari poterit, ut late explicavi ſupra *cap. 3. num. 45. cum plurib. ſeqq. & cap. 11. num. 14. & cap. 14. num. 83.*

Advertendum eſſe etiam, an ſocius contrahens † ſit ſocietati inſtitor 15
præpoſitus expreſſe vel tacite, prout fieri poſſe, utroque modo late explicat Rota Henuenſ. *deciſ. 14. num. 39. & ſub num. 41. cum plurib. ſeqq.* Nam ſive ſit expreſſe, ſive tacite præpoſitus, ex ejus contractu ſocij omnes obligantur. *l. 1. in fin. cum l. ſeq. ff. de exercit. act. & l. habeat 13. in fin. cum l. ſeq. ff. de inſtitu.* Bart. *in l. eandem 9. ſub num. 9. ff. de duobus reis. & in auth. hoc ſub num. 11. C. eod.* Bart. Alexand. Iaſ. Dec. & alij *in l. ſi inſtitorem 29. ff. ſi cert. pet.* Bald. & alij *in l. cum te in Galliam 9. C. ſi cert. pet. & conſil. 262. lib. 5.* Rota Genuenſ. *deciſ. 14. num. 1. & num. 6.* Rimin. jun. *conſil. 331. num. 3. lib. 3.* dummodo tamen non excedat fines ſocietatis, Caſtr. *conſil. 345. lib. 2.* Ideo ſi ſocij inſimul præſunt ejuſdem ſtationi & negociationi, & conſuetudo ſit, quod quandoque cum uno, quandoque cum altero contrahatur, quod inſtitores ad invicem præpoſiti cenſeantur, & quilibet ex geſtis per alterum teneatur, tradit Bald. *in d. l. cum te in fin. C. ſi cert. & in conſil. 262. & in conſil. 263. lib. 5.* Petr. de Ubald. *d. part. 19. ſub num. 1. & ſub num. 5.* Menoch. *conſil. 410. ſub num. 4. lib. 5.* Similiter ſi ſocij ſeparatim negocia † exercent, vel ratione locorum, vel ratione ne- 16
gociationum, ut quia unus exercet Peruſiæ, & alter Florentiæ, vel in

eadem civitatè unus exercet Aromatariam, & alter Lanificiam, quilibet ex contractu alterius obligatur, quia inſtitores præpoſiti cenſentur, facit *l. jure proviſum 5. C. de fabri. lib. 11. & l. ejus qui in provincia. 41. ff. ſi cert. pet.* ubi Bartol. *num.31. &* Alex. *num 9.* Batt. *in auth. hoc ita. ſub num.11. C. de duobus reis. & in l. eandem, 9. ſub num.9.* ubi Ronchegal. *num. 195. ff. eod. tit. & dicit Bald. in l. cum te. 9. C. ſi cert. pet.* Petr. de Ubald. *d. part. 9. ſub num.1.* Ab hac opi-
17 nione † recedit Fulgoſ. & poſt eum Rota Genuenſ. *d. deciſ. 14. ſub num. 70.* ſed male, & opinionem Fulgoſ. pro conſtanti affirmare non audet, Alex. *in conſil. 147. ſub num. 1. lib. 2.* Verum ab opinione Bart. non videtur recedendum, quia communis eſt, à qua etiam ultimo loco non videtur recedere Rota Genuenſ. *d. deciſ.14. ſub num.72.* dum eam procedere declarat, ubi inter ſocios adſit mutua viciſſitudo contrahendi, & non alias. Etiam ſi plures ſint ſocij, quorum unus ex aliorum voluntate exercet, ut evenit,
19 quando † unus ponit pecunias, & alter tenetur operari & negociari, exercens præpoſitus cenſetur, & ex ejus geſtis cæteri omnes obligantur, Alex. *conſil. 210. num. 10. & conſilio 217. num. 12. lib. 7.* Rimin. jun. *conſil. 331. num. 2. verſ. poſthumo. lib. 3.*

Poſſunt etiam ſocietati præpoſiti, ubi opus ſit, pro indigentiis ipſius
20 ſocietatis pecunias † mutuo accipere, & ſocios omnes obligare. *l. penult. §. taberna. ff. de inſtit.* Bart. *in l. 1. §. non autem ff. de exercit.* Ruin. *conſil. 93. num. 2. lib. 5.* Et quia gratis mutuari non ſolet, ſed cambia ſunt in uſu, ad evitandum uſuras, poterunt etiam eas camb. recipere, Rota Genuenſ. *deciſ. 14. ſub num. 123. verſ. ad quintum.* & ut ibidem dicit *ſub num. 15. verſ. ſexto poterunt*, etiam ad favorem mutuantium fidejuſſores inducere, & eis mercedem ſolvere. Sed quod modis prædictis pecunias recipere poſſint,
21 tunc demum procedit † & non alias, quando adeſt cauſa neceſſaria, & quando negotij conſequentia neceſſaria id requirit, Caſtren. *conſil. 242. lib. 1.* Socin. *in l. ſi inſtitorem 29.* quam legit cum *l. creditor. 28. ff. ſi cert. petat.* Cephal. *conſil. 768. lib. 7.* Rota Genuenſ. *d. deciſ. 14. num. 90.* Similiter ad hoc, ut pecuniæ mutuo recipi poſſint ab adminiſtrante negocia ſocietatis, &
22 ad hoc ut cæteri ſocij † obligentur, requiritur quod ille, qui facit mutuum, ſciat, quod pecunia ſit neceſſaria pro illa negociatione, pro qua ſuſcipitur, & quod pro illa negociatione mutuaverit, & quod habuerit animum obligandi cæteros ſocios, & quod ſciret recipientem eſſe præpoſitum dictæ negociationi, & quod in loco, in quo mutuabat, poſſit cum pecunia mutuata neceſſitati negociationis provideri, & quod mutuum non ſit factum ultra quantitatem neceſſariam. *l. fin. & ibi Bartol. & cæteri. ff. de exercit.* Batt. *in l. ſi pupilli 6. §. 1. juxta medium. ff. de negot. geſtis.* Bald. *in l. 1. de exercit. act.* Alexand. *conſil. 44. colum. 3. lib. 2. & conſil. 217. num. 14. lib. 7.* Natt. *conſil. 567. num. 6. lib. 3.* Rota Genuenſ. late *d. deciſ. 14. ſub num. 94. cum pluribus*

plurib. ſeqq. ubi addit, quod adminiſtrator † in caſu, in quo ſocios interpellare poteſt, eis notificando indigentiam ſocietatis, id de æquitate, & de rigore facere debet, antequam pecunias cambio capiat, ſed hoc ejus dictum non videtur verum, cum poſſit adminiſtrator ſocietatis facere neceſſaria pro ſocietate. Et ſi adminiſtrator etiam haberet † expreſſam poteſtatem à cæteris recipiendi mutuo pecunias, prædicta omnia obſervare non eſſet neceſſe. Bart. *in d. l. fin. ff. de exercit.* Bald. *in d. l. 11 ſub num. 2. C. de exercit.* 23 24

Et iſte adminiſtrator, ſi doloſe pecunias † mutuo, ut ſupra dixi, receptas in proprios uſus convertat, nihilominus cæteri ſocij mutuanti remanent obligati, & de adminiſtratoris dolo tenentur, Caſtren. *in l. 1. §. non autem. & ibi Salic. ante eum. ff. de exercit.* Bartol. *in l. 1. §. familia. ff. de publi.* Rota Genuenſ. *d. deciſ. 14. num. 17.* Et ad prædicta notandum eſt, ſi, ut perſæpe fit inter mercatores, unus ſit ex ſociis ſub † cujus nomine cantet principaliter ſocietas, & in contrahendo dictum fuerit, Titius & ſocij, licet quaſi videretur dicendum, quod Titius pro una parte ſit obligatus, juxta text. *in l. ſi communes ſervus ita. 37. ff. de ſtipulat. ſerv.* tamen, ut ibi Bartolus aſſerit *ſub num. 4.* tenendum eſt, quod omnes pariformiter efficiantur obligati, quia Titius non ad hoc nominatur, ut magis obligetur, ſed ut oſtendatur Titium ſocietatis eſſe caput. Dec. *conſil. 122. colum. 2.* Stracc. *in tractat. de mercat. tit. de contract. mercat. num. 17.* ex auctoritate Bald. *in conſil. 190. Semproninus lib. 2.* Cuman. *in conſil. 172. Titius.* Rimin. junior *conſil. 331. num. 2. lib. 3.* Menoch. *conſil. 410. num. 39. lib. 5.* Et quemadmodum ſocij conveniuntur † ex contractu adminiſtratoris & inſtitoris, ita etiam ex contractu ſociorum inſtitor conveniri poteſt. Petr. de Ubald. *d. part. 9. ſub num. 1.* Bartol. *in l. eandem. 9. ſub num. 10. ff. de duobus reis. & in d. auth. hoc ita. num. 12. C. eod.* quod eſt verum, durante inſtitoria, quia ea finita amplius conveniri non potuit, neque ex ſociorum contractu, neque etiam ex ſuo, Pariſ. *conſil. 94. num. 34. lib. 1.* Dec. *in l. ſi inſtitorem. 19. numero quarto. ff. ſi cert. pet.* 25 26 27

Sed quod ex ſuo contractu poſt finitum officium conveniri poſſit inſtitor, quando illi, qui eum † conſtituerunt, habitant in alia civitate, & ſic ſunt abſentes, ea ratione, quia contrahentes cum eo cenſentur inſpicere ad ejus perſonam, tradit Caſtr. *in l. 1. §. exercitorem. ff. de exercit.* & ita reſpondiſſe dicit in quæſtione de facto obventa Piſauri, ut habetur in ejus *conſil. 149. Viſis & ponderatis.* ſecundum antiquam impreſſionem, & ſecundum novam *in conſil. 20. lib. 2.* & eum refert & ſequitur Socin. *conſil. 154. colum. fin. verſ. ſexto lib. 2.* 28

Etiam ſi fateatur inſtitor † mutuo pecuniam recepiſſe, quod finito officio conveniri poſſit, tenet Angel. *in l. 4.* ubi ita dicit fuiſſe Florentiæ judicatum, & *in l. eandem. 9. & ibi Imol. ff. de duobus.* Socin. *dict. conſil. 154. ſub n. 13. l. 2.* Sed has 29

duas declarationes reprehendit Dec. *d. l. ſi inſtitorem 29.* ubi *ſub num. 5. & 6. ff. ſi cert. pet.* admittit, quod tunc teneretur inſtitor, quando dominus ex mutuo non obligaretur, ex trad. per Innoc. *in c. per tuas. de arbit.* & per Dd. *in l. civitas 27. ff. ſi cert. pet.*

30 Ad prædicta modo videndum eſt, an ſocij obligati † dicantur rei debendi in ſolidum? Equidem, ſi ſocietas ſit contracta ſuper aliqua negociatione, quæ à publico decernitur, ut eſt conductio gabellarum, argentaria & ſimilia, omnes ſocij obligati rei debendi in ſolidum dicuntur, Bartol. *in l. eandem. 9. ſub num 9. ff. de duobus reis, & in auth. hoc ita. ſub num. 11. C. eod.* Bald. *in l. cum te. 9. C. ſi cert. pet. & in conſil. 262. & in conſil. 263. lib. 5.* Petr. de Ubald. *d. tractat. de duobus fratrib. part. 9. ſub num. 1.* Ronchegal. *in d. l. eandem. num. 164.* Burſat. *conſil. 190. num. 11. lib. 2.* & iſta eſt communis opinio, Rota Genuenſ. *deciſ. 150. num. 7.*

31 Si vero agatur ſuper cæteris ſocietatibus, ſi quidem obligatio † contracta fuit per inſtitorem, ſive tacite, ſive expreſſe præpoſitum, erunt rei omnes in ſolidum obligati, ita dicit Bart. *in d. l. eandem. ſub num. 9. & in d. authent. hoc ita. ſub num. 11.* per text. *in l. fin. cum duabus ll. ſeqq. ff. de exercit.* ubi dicitur, ſi plures navem exerceant, & unum præpoſuerint, ex ejus contractu omnes tenentur in ſolidum, ne in plures adverſarios diſtinguatur, qui cum uno contraxit nec quicquam facere, quotam quiſque portionem in nave habeat, eumque qui præſtiterit ſocietatis Judicio à cæteris conſecuturum, & per text. *in l. habeat. 13. §. fin. & in l. ſequen. ff. de inſtit.* in quibus juribus idem diſponitur, & hanc opinionem tenet Cyn. Bald. & cæteri *in l. cum te in Galliam 9. C. ſi cert. pet.* Bald. *in rubric. C. de exercit. circa finem & in l. ſi prædium. colum. 3. verſ. ſed pone ego. C. de ædil. act. & in conſil. 262. & 263. lib. 5.* Caſtr. *conſil 345. lib. 2. colum. 2. verſ. ſed lege cavetur.* Petr. de Ubald. *d. tractat. de duobus fratrib. part. 9. ſub num. 1.* Alexand. *conſil. 44. lib. 2. & conſil. 139. lib. 5. & in conſil. 217. numero duodecimo, lib. 7.* Ronchegal. *in d. l. eandem. num. 164. & ſeq. ff. de duobus reis.* Natt. *conſil. 167. num. 1. lib. 3.* Oſaſch. *concluſ. 150. ſub num. 6.* ubi teſtatur de communi opinione, Rota Genuenſ. *deciſ. 15. numero duodecimo, & deciſ. 29. numero tertio, & deciſ. 140. num. 3. & deciſ. 166. num. 1.* Menoch. *conſil. 410. lib. 5. num. 37.* Surdus *deciſio. 213. num. 1.* Cephal. *conſil. 778. lib. 1.* Modern. Papien. *in tract. de Juris & facti ignor. cent. 1. diſt. 52.*

32 Verum quod ſocij ex contractu inſtitoris ſint † ſolum obligati pro ea parte, quam habent in ſocietate, tenent Anchar. *conſil. 333. Pro clariori deciſione. colum. fin.* Alexand. *conſil. 139. lib. 5* Pariſ. *conſil. 93. num. 32. & conſil. 94. numer. 28. libr. 1.* Deci. *in l. ſi ſocius 16. ſub numero quarto, ff. ſi cert pet.* Stracc. *in tractat. de mercat. tit de contract. mercat. numero decimo quinto.* Rota Genuenſ. *deciſ. decima quarta, numero centeſimo undecimo,* ubi dicit, hanc deciſionem eſſe communem, à qua non eſt recedendum in conſulendo & judicando,

& ſub

& ſub *num.126. in fin. & ſequen.* dicit, ſocios teneri in ſolidum ex contractu inſtitoris, & non referre, quam quiſque partem in ſocietate habeat, quando inſtitor fuit expreſſe præpoſitus, quia tunc cenſetur obligari ex ejus conſenſu eum præponendo, ſed non teneri in ſolidum, quando expreſſe præpoſitus non fuit, & ſubjungit non obſtare jura pro ſuperiori contraria opinione allegata, quia *d. l. nec quicquam 3. ff. de exercit.* locum habet, quando navim plures exercebant, ſed iſte intellectus non eſt ſequendus, quia Dd. omnes admittunt, quod in conſtituendo inſtitorem par ſit virtus taciti & expreſſi, & non conſiderant, quod ſocietas ab omnibus exerceretur, ſed quod eſſent ſocij, & inſtitorem præpoſuerint, & de ſervo alieno merci communi præpoſito, & quod detur actio in ſolidum contra ſocios præponentes, loquitur text. *in l. idem erit 14. ff. de inſtit.* Non eſt recedendum † à prima opinione, quæ, ut videre licet, conſiderato numero, & 33
conſiderata auctoritate Dd. eam tenentium, communis eſt, ut teſtatur Oſaſch. *d. deciſ. 150. ſub n.6.* & eſt mirandum de aliquibus citantibus Oſaſch. *in d. deciſ.* affirmantem aliam opinionem eſſe communem, cum hoc non dicat & decipitur Rota Genuenſ. dum *in d. deciſ. 14. num. 111.* dicit hanc eſſe communem, maxime, quia in aliis deciſionibus ſupra citatis tenet primam opinionem, & ubi ſocij habent facultatem obligandi perſonas ſociorum, dicuntur etiam habere facultatem obligandi eorum bona, Bald. *conſil. 263. lib.5.* Surdus *deciſ. 214. num.8.*

Tertio caſu principali ſi inſimul omnes ſocij contrahunt, non obligantur in ſolidum, ſed quilibet obligatur † pro ea parte, quam habet in ſocietate, 34
l. ſi tamen plures 4. in princ. ff. de exercit. Bart. *in d. l. eandem. ſub num 9. & in d. auth. hoc ita. ſub num. 11. C. de duobus reis.* Petr. *d. tract. part. 9. ſub num. 1.* Alex. *conſil. 147. in princ. lib. 2.* Foller. ad Marant. *part. 4. diſt. 9. numero 94.* Menoch. *conſil. 410. num.35. lib.5.* Sed hoc fallit, quando fuit dictum, quod teneantur in ſolidum, ut per Bart. *in l. 2. num.2 ff. de duobus reis.* Menoch. *conſil. 410. ſub num.43. lib.5.* Item fallit, ſi ſocij ſint alicujus negociationis, quæ à publico decernitur, ut dixi ſupra *num. 27.* Item ſi teneantur ex ſecundaria obligatione proveniente ex dolo & culpa, Menoch. *d. conſil. 410. num. 43. lib. 5.* Etiam fallit, ubi ſocij † inſimul venderent animalia, puta pecudes vel ca- 35
pras. Quamvis enim actio exempta contra ſingulos ſocios venditores ſit proponenda pro portione, quam quis habet in animalibus, tamen ædilitia actio proponi poteſt contra quemlibet ex ſociis in ſolidum, dummodo proponatur contra eum, qui in animalibus habebat majorem ſeu partem, non autem minorem *l. juſtiſſime 44. §. proponitur 1. ff. de ædil. edict.* Bald. *in l. prædium 4. num. 20. & 21. C. de ædilit. act.* Item fallit ſtante conſuetudine, quod omnes † 36
teneantur in ſolidum, prout eſt Genuæ, ut per Rotam Genuenſ. *deciſ. 46. num.4. & deciſ.97. num. 1.* & dicit, quod iſta conſuetudo eſt adeo notoria, ut

ſufficiat eam allegare abſque alia probatione. Item fallit, ſtante ſtatuto, Alex. *conſil. 159. lib. 5.* Theſaur. *deciſ. 136.* Magon. Rot. Lucen. *deciſ. 1.* Inſuper fallit, conſiderato, quod ad invicem reſpectu extranei fidejuſſores dicun-
37 tur. Nam licet reſpectu † ipſius obligationis contractæ non dicantur in ſolidum obligati, tamen conſiderati, uti fidejuſſores, in ſolidum tenentur, Bald. *in rubr. C. de inſtit. act.* quem ſecutus eſt Ronchegal. *in l. eandem 9. in princ. n. 187. ff. de duob. reis. & in l. reis. 11. in princ. n. 36. & 37. ff. eod.* Menoch. *conſ. 410. n. 44. 45. & 46. lib. 5.* ubi dicit non obſtare text. *in l. ſi ut certo 5. §. ult. ff. commo.* quia ibi illi, qui acceperunt vehiculum, ideo poſſunt ſolum conve-
38 niri pro parte, quoniam non erant ſocij, & etiam vult, quod ubi unus † ex ſociis convenitur, non ſit neceſſaria excuſſio, ubi ſocietas eſſet contracta ſuper mercatura, Dec. *in l. ultim. in princ. num. 23. ff. ſi cert. pet.* Strac. *in tract. de mercat. tit. de except. num. 5.*

Modo juxta propoſitum ordinem videndum eſt, qualiter ſocij obliga-
39 tionem † acquirant, inquam, ſi ſocij ſunt alicujus ſocietatis, quæ à publico decernitur, quemadmodum ex eorum contractibus duo rei debendi in ſolidum efficiuntur, ita etiam efficiuntur duo rei credendi in ſolidum. *l. ſi unus 27. in princip. & l. idem in duobus 25. ff. de pact. l. ſi duos 34. ff. de arbitr. l. 1. ff. de loco publico fruendo.* Bartol. *in l. eandem 9. num. 9. ff. de duobus reis, & in autheut. hoc ita. num. 11. C. eod.* Petr. de Ubald. *d. tractat. de duobus fratrib. part. 9. ſub num. 1.* In aliis ſocietatibus non ſic dicendum eſt. Si enim omnes ſocij inſimul
40 contrahant, quilibet † actionem acquirit pro ea parte, quam quiſque habet in ſocietate, niſi expreſſe ſit conventum, quod ſint plures rei credendi in ſolidum. *l. cum te in Gallia. 9. & ibi Bart. Bald. & cæter. C. ſi cert. pet.* Alex. & Jaſ. *in l. ſi unus 27. in princip. ff. de pact.* ubi Angel. reprehendunt aliter tenentem.

Et ſi unus ſolus contrahat, etiam ſi ſit inſtitor, ipſe ſolus agere poterit, &
41 cæteri † agere non poterunt, niſi ceſſa actione, & in ſubſidium. *l. 1. in fin. & l. ſequent. ff. de inſtit. & l. ſi eum 5. §. 1. ff. de exercit.* Bartol. *in dict. l. eandem 9. ſub num. 9. ff. de duob. reis. & in d. auth. hoc ita. ſub num. 11. C. eod.* Petr. de Ubald. *d. part. 9. ſub num. 1. & ſub num. 5.* fallit in mutuo, ut per Caſtr. *conſil. 345. col. fi. verſ. nam eſt ſpeciale. lib. 2.*

Neque poteſt ſocius alteri ſocio ſtipulari. *l. proprium. 5. ff. comm. præd.* &
42 ibi Gloſſ. ubi habetur, quod ſi quis † ſtipuletur ſervitutem per fundum alterius pro ſe, & pro vicino, perſona vicini habetur pro non appoſita, & ratione juris non decreſcendi ſtipulatio valet in totum pro ſe, ſed ſi unus ſtipuletur ſervitutem pro ſe, & ſocio, ad fundi communis utilitatem, ſtipulatio non valet pro ſe, nec pro ſocio, & ita per illum textum, quod ſocius ſocio ſtipulari non poſſit, tenet Alexand. *in l. 2. §. ex his. num. 16. in fin. ff. de verbor. obligat.* licet Bald. contrarium tenere videatur *in l. ſi abſentis 4. num. 14. & ſequen.*

& ſequen. C. ſi cert. pet. cujus dicta poſſunt reduci ad declarationes poſitas ad regulam, quod alteri quis † ſtipulari non poſſit, per Gabriel. *in ſuis commu. concluſ. tit. de verbor. obligat. concluſ. unic.* & de ſocio, quod alteri ſocio ſtipulari non poſſit, niſi adſit perſona Notarij, & ſit appoſitum juramentum, tradit Pariſ. *conſil. 82. in princip. lib. 1.* & de hoc dixi ſupra *cap. decimo quarto, numero trigeſimo tertio.* & niſi ſit ſocius omnium bonorum. Addition. ad Bald. *in dict. l. ſi abſentis. 4. Cod. ſi cert. petat.* 43

Et eſt differentia, an ille, qui ſocietatem † adminiſtrat, contrahat nomine proprio, & nomine ſociorum appellativo, an vero contrahat nomine proprio, & exprimendo propria nomina ſociorum, quia primo caſu acquirit pro ea portione, quam quiſque habet in ſocietate, & ſecundo caſu cuique acquirit, pro virili. Pariſ. *conſilio nonageſimo quarto, numero vigeſimo nono, lib. 1.* Menoch. *conſilio ducenteſimo vigeſimo ſecundo, ſub numero decimo octavo, lib. 3.* per ea, quæ traduntur à Bartol. *in l. ſi communis ſervus 17. ſub num. 3. verſ. & iſta ſunt utilia. ff. de ſtipulat ſervor.* Sed iſta differentia, quando contrahitur ſuper rebus pertinentibus ad ſocietatem, non eſt vera, quia ſive ſint expreſſa propria, ſive appellativa nomina ſociorum, tenendum eſt, quod cæteri ad commodum vocati cenſeantur pro ea parte, pro qua onus ſubire ſunt obligati, ita expreſſe declarat Bartolus *in dict. l. ſi communis ſervus, 17. ſub numero ſecundo, verſic. deſtructio hujus legis,* & quod dicit de inſtitore, ſub *numero tertio*, dicit eſſe intelligendum ſecundum præcedentem diſtinctionem ab eo poſitam, & ſic tenendum per prædicta ſub *numero 2.* 44

Ad prædicta quæro, ſi plures † ſocij ſunt in ſolidum obligati, an inſimul conveniri poſſint, & talis diſtinctio datur. Aut quis vult convenire plures reos pro partibus virilibus: aut in ſolidum. Primo caſu plures pro virili conveniri poſſunt, & in eodem libello, & in diverſis libellis. Secundo caſu, aut vult quis convenire omnes in ſolidum, & in eodem libello cum proteſtatione, quod erit unica ſolutione contentus, & poteſt, aut ſine tali proteſtatione, & non poteſt. Bartol. *in l. 3. §. ubi duo. ff. de duobus reis.* Pract. Papienſ. *in forma libelli contra plures reos, in gloſſ. in verſ. contra numero primo.* Aut quis vult convenire † plures reos debendi in ſolidum ſeparatim, & in diverſis libellis, & quidem ſi hoc facit eodem tempore, hoc ei facere permiſſum eſt, parte non contradicente, ſed contradicente parte ei denegatur, ea ratione, ne in diverſis inſtantiis moleſtentur & aggraventur. Bartol *in dict. l. 3. §. ubi duo. ff. de duobus reis.* Pract. Papienſ. *in dict. forma libelli contra plures reos, in gloſſ. in verſ. contra. numero ſecundo.* 45 46

Si vero hoc facere † velit non eodem tempore, ſed diverſis temporibus, ſibi permiſſum non erit, quia pendente judicio jam cœpto contra unum, 47

duos

duos convenire non debet, ſecundum opinionem Gloſſ. *in authent. de duobus reis. circa finem.* & Azon. *in ſumm. tit. de duobus reis*, ſed ſecundum opinionem Dini *in l.2. ff. de duobus reis.* quam refert Bartol. *in dict. l.3. §. ubi duo rei. ſub numero quinto*, poterit hoc fieri, pendente cauſa appellationis, ſed non pendente

48 prima inſtantia. Sed verius dicendum eſt, hoc † fieri poſſe tam pendente primo judicio, quam pendente cauſa appellationis, ut tenet Iacob. de Aren. & poſt eum Bartol. *in dict. l.3. §. ubi duo. ſub numero quinto, per l. ſi creditor. 60. in princip. ff. mandati.* & ad *l. quoties. 47. §. ſi creditor. ff. de peculio*, reſpondit, quod loquitur de obligatione, in qua uno convento, ſtatim alius liberatur, & conveniri non poteſt, niſi de æquitate, convento reperto non ſolvendo. Et hanc opinionem tenet etiam Capic. *deciſ.119. num.7.* Corſet. *in ſuis ſingular. in verb. appellatio, limit.4.* Vital. *in tractat. de clauſul. in clauſ. nil innovari appellatione pendente, in princip.* Covarru. *practicar. quæſtion. cap.24. numero quarto.* Surd. *conſilio vigeſimo, numero vigeſimo quinto, lib.1.* Lancellot. *in tractat. de attentatis. part.1. cap.3. numero centeſimo quadrageſimo octavo*, & rationem eſſe poſſe

49 dicit, quia ſententia † lata contra unum ex pluribus reis non nocet alteri. Bartol. *in l. ex duobus 7. numero decimo ſeptimo, ff. de duobus reis.* Bero. *conſilio nonageſimo ſexto, num. 6. libro tertio.* Ruinus *conſilio nonageſimo ſecundo, ſub numero ſexto, libro primo.*

50 Etiam quæro, an plures ſocij † rei credendi poſſint inſimul agere contra debitorem? Et hoc eos facere poſſe in eodem libello, & in diverſis libellis eodem tempore dicendum eſt, ut proxime dictum fuit de reis credendi conveniendis, ut per Bartol. *in dict. l.3. §. ubi duo. ſub numero quarto.* Pract. Papienſ. *in dict. forma libelli contra plures reos debendi. in verb. contra. num.1. in fin.*

51 Si vero velint convenire † debitorem diverſis libellis, & diverſo tempore, hoc eos facere non poſſe, dicendum eſt, quia lite conteſtata per unum, præcluditur via alteri agendi. *l. ſi ex duobus 12. ff. de duobus reis.* Bartol. & Pract. Papienſ. *in locis proxime citatis.* Contrarium, quod hoc fieri poſſit, debitore non opponente, tenet Lancellot. *in dict. tractat. de attentatis. part.1. cap.3. numero centeſimo quinquageſimo tertio*, ubi ponit caſum, quod ſi Titius & Mævius ſint in ſolidum creditores Sempronij in centum, & Titius conveniat eum Romæ, quod poterit eundem Mævius convenire Peruſiæ, non obſtante litis pendentia in urbe, & non obſtante regula, quod judicium, ubi ceptum eſt, ibi terminari debeat. *l. ubi captum 30. ff. de judic.* & non obſtante, quod quis vexari non debeat coram diverſis Judicibus. *cap. diſpendia, de reſcript. in 6.* & quod continentia cauſæ dividi non debeat. *l. nulli 10. C. de judic.*

52 Sed intelligo, dicta † Lancellotti procedere ſolũmodo quo ad proceſſũ, ne dicatur attentatus, quo vero ad actionem teneas corã diverſis Iudicibus Reũ à correis credendi conveniri non poſſe, ut per Bart. *in dict. l. ex duob. 7. ff. de duob. reis,*

reis. Et ſocius nomine proprio, & nomine ſociorum contra communem † 53
debitorem agere non poteſt abſque mandato, niſi poſt cœptum judicium, & litem conteſtatam, quia tunc ſolus unus poterit judicium proſequi præſtita cautione de rato, *l.2.C.de conſor.ejuſdem litis,* Ruin. *in conſil.92. ſub n.6.lib.1.* Alexand.*conſil.186.n.4.lib.2.*

Et inter ſocios non eſt melior † conditio occupantis, ſi debitor non ſol- 54
vendo efficiatur, *l.verum 63.§.ſi cum tres 5.ff.pro ſoc.* Petr.de Ubald. *in d. tract. de duobus fratrib.part.12 ſub num.1.verſ.item ſi ſocii,* & eſſe ſpeciale inter ſocios tradit Gloſſ.*in l.ſi Titius 62.in verſ.conſecuturum, ff. pro ſoc.* Etiam circa prædicta tenendum eſt, quod licet † ſolutio facta uni ex ſociis liberet omnes, Bart. *in l. ex* 55
duobus 7.n.1.ff.de duobus reis Ronchegal.*in l.eandem 9.in princip.n.50.ff.eod.*Marant. *in pract.part.4.diſtinct. num.94.* tamen procedit durante ſocietate.Magon. Rot. Floren.*dec.106.n.61. & ſeq.* Et ſi probabiliter ignorata diſſolutione ſocietatis ſit facta ſolutio, non deſinit ſolvens liberari.Modern,Papien.*in tractat.de juris & facti ignor.centur.1.diſtinct.52.n.18.*

N 31. adde doct.Wiſſenbach *ad tit.ff.pro ſocio, diſput.32. n.26.*

N.32.Quamvis ſuperior ſententia juri & ll.ſit congruentior: tamen hæc ſecunda moribus noſtris magis obtinet: quam & probare videtur doctiſſimus juriſconſultus *Cyprianus Regneri ad §.ult.l.1.ff.de exercit.actione.14.1. Et Groenevv. ad §. 2. Inſtit.4.7.* hoc pacto declarat & probat.*Malè, inquit D. Grotius Romanis legibus introductum, ut ex facto Magiſtri exercitores in ſolidum ſinguli tenerentur. Nam hoc nec naturali aquitati convenit, qua ſatis habet ſi pro ſingulis partibus conveniantur. Nec publicè utile eſt; abſterrentur enim homines ab exercendis navibus, ſi metuant ne ex facto magiſtri quaſi infinitum teneantur. Atque adeò apud Hollandos, ubi mercatura pridem maximè viguit & nunc & olim, lex illa Romana obſervata non eſt. Imò contrà conſtitutum ne exercitoria etiam univerſi ampliùs teneantur, quàm ad aſtimationem navis & eorum qua in navi ſunt. Grot.de iure belli lib.2. cap.11.n.13.& introduct.lib.3 part.1.n.39.Ita ut tum demùm in ſolidum ſinguli teneantur exercitores & inſtitores, ſi tantam ſummam poſuerint in ſocietate, & liberantur à ſolidi condemnatione, praſtando id totum, quod in ſocietate habere comperiuntur.* Atque ita in *ſupremo Holland. Senatu iudicatum refert Coren.obſ.40.in verſu de Gedaeghdens. Adde Chriſtinaum vol.1 deciſio 165. num 11.& deciſione 108.Gail lib.2.obſerv.24.n.29.Conſult.Batav par.2. conſul.275.* Nam auctor noſter, quem allegat Groenevvegen, contrariæ eſt ſententiæ. Vide tamen *Neoſtadium deciſ.Curia Hollandia* 49.ubi non multum abludens ab hac materia, docet *authent.Hoc ita Cod.de duob.reis* 8 40. Antvverpiæ inter mercatores non obtinere: ſed creditorem, ex duobus reis alterum, in ſolidum convenire & ad ſolutionem totius conſtringere; juxtà generalem conſuetudinem Antvverpiæ Obſervatam.

N.42. Quod Socius ſocio recte ſtipuletur dixi cap.14. n. 3.

CAPUT XXXI.

De obligatione & actione inter ſocios.

SUMMARIA.

1 *Obligatio oritur ex ſocietate civilis & naturalis.*
2 *Actio pro ſocio & actio communi dividundo dantur inter ſocios.*
3 *Et una alteram tollit, quatenus ad invicem concurrentia ſunt.*
4 *Conveniunt in aliquibus.*
5 *Et in aliquibus habent ſe uti excedentia & exceſſa.*
6 *Actio pro ſocio datur ad diverſos effectus.*
7 *Negociorum geſtorum actio aliquando datur inter ſocios.*
8 *Actio etiam in factum.*
9 *Præſcriptis verbis etiam agitur aliquando.*
10 *Interdicto uti poſſidetis.*
11 *Lege Favia.*
12 *Lege Aquilia.*
13 *Actione furti.*
14 *Actiones pro ſocio, & communi dividundo, ſunt bonæ fidei, & directæ ab utraque parte.*
15 *Actiones iſtæ dantur hæredi, & contra hæredem, licet ſocietas morte diſſolvatur.*
16 *Actio utilis pro ſocio aliquando datur.*
17 *Libellus qualiter in his actionibus ſit formandus.*
18 *Societates ſi ſint plures inter eaſdem perſonas, plures dantur obligationes & actiones.*
19 *Judicium inter ſocios coram eodem Judice agi debet, etiam ſi adſit unus, qui ſit clericus.*
20 *Socii plures agentes contra unum, unum Procuratorem conſtituere debent.*
21 *Socius ab altero ſocio conventus non condemnatur in ſolidum, ſed in quantum facere poteſt.*
22 *Et pro parte, quam habet in ſocietate.*
23 *Sed iſta opinio reprobatur.*
24 *Socius an præferatur extraneo contra ſocium, &* n. 25.
26 *Socius, qui adminiſtravit, prius conveniri debet.*
27 *Socius agens contra ſocium probare debet, à ſe geſta verſa fuiſſe in ſocietatis utilitatem.*
In ſocietate particulari, non autem in ſocietate omnium bonorum,

28 *Socii*

28 *Socio contra ſocium datur actio pro utiliter geſtis, etiam ſi geſta fuerunt proprio nomine.*

29 *Geſta verſa fuiſſe in utilitatem ſocietatis probatur conjecturis.*

30 *Lana emptæ præſumuntur verſa in utilitatem ſocietatis, ſi conſtat pannos confectos fuiſſe, & non conſtat de alia emptione lanarum.*
Idem dicitur de animalibus emptis in macello occiſis.

31 *Probitate ſocii probata, præſumuntur geſta ab eo fuiſſe verſa in ſocietatis utilitatem.*

32 *Socius, ſi negat oſtendere librum rationum, in quo apparere poteſt res emptas ab altero ſocio fuiſſe verſas in utilitatem ſocietatis, præſumitur in ſocietatis utilitatem verſas fuiſſe.*

33 *Socius tenetur edere librum rationum, etiam ſi ſit Reus.*

34 *Res empta, ſi conducta fuerint in domo communi ſociorum, præſumuntur verſa in ſocietatis utilitatem.*

35 *Colonus etiam non poteſt condemnari, niſi in quantum facere poteſt, ſed hoc male obſervatur.*

36 *Socius perdit hoc privilegium, ne conveniatur, ultra quam facere poſſit, ſi dolo fecit, quo minus teneatur.*

37 *Sed non perditur ob culpam.*

38 *Neque etiam perditur ob dolum commiſſum in omittendo, ſed tantum ob dolum commiſſum in committendo ſecundum aliquos, &* n.41.

39 *Contrarium probatur, quod perdatur etiam ob dolum in omittendo.*
Dolus eſt in ſocio omittere non lucrari.
Dolus eſt in ſocio, ſi non ſervat parta.
Qui ex contractu tenetur acquirere, ſi non acquiſivit, tenetur & conveniri poteſt, ac ſi acquiſiviſſet.

40 *Intellectus ad* l. nemo ex ſociis, §. illud quæritur ff. pro ſoc.

42 *Socius ſi negat ſe eſſe ſocium, perdit hoc privilegium.*

43 *Et carceratus non debet liberari, etiam ſi vellet cedere bonis.*

44 *Poteſt à negativa recedere ante litem conteſtatam.*

45 *Et ut perdatur, requiritur ſpecialis negatio, & non ſufficit generalis, negando narrata, prout narrantur.*

46 *Socius amittit hoc privilegium, ſi ei renunciaverit.*

47 *Et ei renunciaſſe dicitur, ſi omnia reſtituere promiſit.*
Vel ſi generaliter renunciavit omni beneficio, ſive expreſſerit majora, ſive non expreſſerit.
Quia in contractibus veniunt etiam majora.

48 *Et hoc eo magis procedit, ſi fuit adhibitum juramentum.*

49 *Socius gaudet hoc privilegio ſolum durante ſocietate ſecundum aliquos.*

50 *Etiam diſſoluta ſocietate, & in omnibus actionibus provenientibus à ſocietate.*

Digitized by Google

51 *Privilegium hoc ſolum habet locum in ſocietate conventionali, & non in aliis communionibus.*

52 *Socius licet habeat hoc privilegium, tamen poteſt jurari ſuſpectus de fuga, capi, & carcerari ut ſiſtat in judicio.*

53 *Socius quantum facere poſſit, inſpicitur tempus rei judicandæ, deducto ne egeat.*
Et non deducitur æs alienum, niſi debeatur ex ipſa ſocietate.
Et ſolummodo conſideratur perſona ipſius, non uxoris & filiorum.

54 *Privilegium hoc eſt perſonale, & non tranſit ad heredes, & ad quemlibet alium ſucceſſorem.*
Et non datur patri, neque Domino, neque fidejuſſori.

55 *Fidejuſſori datur, ſi denunciet litem principali, qui veniat, & opponat hoc beneficium.*
Defenſori datur.

56 *Socius admiſſus ad hujuſmodi beneficium tenetur cavere de ſatiſfaciendo, ſi pervenerint ad pinguiorem fortunam.*
Et ſufficit nuda promiſſio.

57 *Societatem probare debet, qui vigore ſocietatis agit.*

58 *Societatis non contractæ maxima eſt præſumptio, ſi quis eam non contraxiſſe ſuo juramento affirmet.*

59 *Inſtrumento producto, qui aſſerit eſſe de ſociis comprehenſis, in eo debet hoc probare, ad hoc ut inſtrumentum habeat executionem.*

60 *Liquidatio ſi eſt facienda ante, quam inſtrumentum exequatur, in ea facienda non procedit executive.*

61 *Executioni petitæ vigore inſtrumenti poteſt opponi, non conſtare de diſſolutione ſocietatis.*

62 *Et poteſt opponi, quod ſit renovata.*

63 *Et quod agens non adimpleverit pro parte ſua.*

64 *Et poteſt opponi, quod adhuc ratio non ſit reviſa, &* n.69.

65 *Et hoc maxime procedit, ſi ambo ſocii ponentes pecunias adminiſtraverunt.*

66 *Lucrum & capitale in ſocietate adeſſe præſumuntur.*

67 *Si quantitas certa fuit promiſſa in inſtrumento appoſito pacto, quod, ſi facto calculo de minori quantitate appareat, minor tantum debeatur, pro quantitate expreſſa ante calculum erit danda executio. Declaratur* n.71.

68 *Et præſtabitur cautio de reſtituendo, ſi quod ultra ſummam debitam facto calculo ſolutum apparebit.*

69 *Tutor non poteſt conveniri, quod reddat contenta in inventario, ante redditam rationem adminiſtrationis.*

70 *Exceptio proveniens ex corpore inſtrumenti retardat ejus executionem.*
Actio pro ſocio eſt generalis, ideo ſi ſocius ſe offerat ea facere, ad quæ generaliter tenetur,

tenetur, ſpeciali actione conveniri non poteſt.

72 *Executio inſtrumenti in ſocietate officii datur, quia in eo promittitur certa quantitas, abſque alia reſciſſione rationum, & apponitur juramentum.*
Juramentum de Jure communi habet executionem paratam.
Etiam ſi excipiatur de uſuraria pravitate.

73 *Socius, qui intra certum tempus rationem reddere promiſit, ſi eam non reddiderit, poterit exequi inſtrumentum contra eum, pro ſumma in eo contenta.*

74 *Executio erit danda inſtrumento pro ſumma calculata, etiam ſtante clauſula,* ſalvo Jure verioris calculi.
Actio pro ſocio eſt perpetua.

75 *Præſcriptio contra eum incipit currere, ſocietate finita.*

IN præſenti capitulo videbimus de obligatione & actione reſpectu perſonarum † ſociorum, cum in præcedenti juxta diſtinctionem ſub *numero 1.* poſitam, viſum fuerit de obligatione & actione reſpectu perſonarum ſociorum, & extraneorum. Sicut ex contractibus cæteris, ita ex contractu ſocietatis naturalis & civilis obligatio oritur, *l. 2. ff. de action. & obligat. §. 1. Inſtit. de obligat.* ex conſenſu, & obligatione oritur actio, juxta text. *in l. licet 42. §. ea obligatio. 2. ff. de procurat.* & duæ † naſcuntur actiones; una, quæ appellatur pro ſocio, ab ipſo contractu ſocietatis, altera communi dividundo, reſpectu rerum communionis, quæ eſt inter ſocios, *l. ut ſit, 31. l. pro ſocio arbit. 38. in fin. l. ſed & ſocius 17. l. ſi actum 43. ff. pro ſoc. l. 1. & quaſi per totum, tit. ff. commun. dividund.* Petrus de Ubald. *d. tract. tractat. de duobus fratrib. part. 14. in princ.* 1 2

Et quatenus de iſtis duabus † actionibus, quod una alteram tollat, habetur *in dict. l. pro ſocio arbiter 38. in fin.* intelligendum eſt, quod non tollantur in totum, ſed ſolummodo, quatenus ad invitem concurrentia ſunt, eſt textus *in dict. l. ſi actum 43. & ibi Gloſſ. & Dd. ff. pro ſoc.* 3

Et dicuntur convenire, quia quælibet † datur ad perſonales præſtationes, & pro diſſolvenda ſocietate, & in qualibet veniunt fructus partis expenſæ, & acceſſiones omnes rerum communium ſocietatis, ac etiam damna, & deteriorationes. *dict. l. ſi actum 43. & ibi Gloſſ. & l. ſed & ſocius 17. & l. pro ſocio 38. in fin. ff. pro ſoc. & l. in communi 3. & l. per hoc 4. & l. ſi quis putans 6. & l. ſi non omnes 8. §. venit, 2. & l. in ſumma 11. & l. arbor. 18. §. aquarum 4. ff. commun. dividund.* Et habent ſe † ut excedentia & exceſſa, quia in actione pro ſocio non fit adjudicatio, & ſi durante ſocietate ſocius aliquam rem communicare debet, & tenetur reddere rationem, erit agendum actione pro ſocio, & non communi 4 5

dividundo, *l. actione 65. §. nonnunquam, 15. & ibi Gloſſ. ff. pro ſoc.* Bald. *in rubric.* C. *pro ſoc. n. 10.* Petr. de Ubald. *part. 13. ſub n. 2.* & text. *in dict. l. actione. §. nonnunquam,* procedit in qualibet ſocietate, licet exempli gratia loquitur ſolummodo in ſocietate vectigalium, Petr. de Ubald. *d. part. 14. ſub n. 1.*

Nec eſt impoſſibile, quod actio pro ſocio detur ad diverſos effectus, quia
6 id evenit circa † diverſas res, & diverſis temporibus, ut ſit etiam in actione ex empto, quæ datur ad formandum contractum emptionis, quando venditor petit pretium, & datur etiam ad diſtrahendum emptionem, quando ita fuit conventum. *l. ex empto. 11. §. is qui vina 6. ff. de act. empt.* Petr. de Ubald. *dict. parte decima quarta, ſub num. 1.* ubi ponit verſus:

Sic diſcite ſanari per quem didiciſtis amare,
Una manus vobis vulnus opemque feret.

Ex diverſis cauſis etiam aliquando inter ſocios dantur aliæ actiones.
7 Nam ſi ſocii habent rem † communem, quæ commode pro parte locari poteſt, ſi in totum locata fuit, datur actio negociorum geſtorum, *l. qui aliena 23. §. fin. & l. ſi communes 40. ff. de negot. geſt. & l. ſi quis putans 6. §. ſive autem 2. ff. commun. dividund.* Similiter agit actione negociorum ſocius in repetenda pecunia impenſa pro via communi reficienda *l. arbor. 19. §. ſi per eundem 2. ff. commun. dividund.* & ſi unus ſocius caveat vicino, de damno infecto pro tota domo communi pro eo, quod expendit, pro altero ſocio agit ſimiliter actione negociorum geſtorum, quia poterat cavere ſolummodo pro parte, *l. ſi quis putans 6. §. ſi damni ff. comm. divid. & l. ſi communes 40. ff. de negot. geſt.* & agitur actione negociorum geſtorum ſi finita ſocietate, & pertinentibus ad eam, aliquid agitur circa res communes. Petrus de Ubald. *dict. part. 14. ſub num. 32.*

8 Actione etiam in factum aliquando poteſt agere ſocius, ut ſi unus † ex ſociis inferat mortuum in communem locum purum, *l. ſi quis putans 6. §. ſi quis in communem 6. ff. commun. dividund. & l. 2. & l. ſi plures 41. ff. de religioſ. & ſumpt. funer.* & ſi unus ex ſociis partem ſuam rei communis alienet, ne alter ſocius ſecum communi dividundo agere poſſit, *l. communis ſervus 24. §. cum agere 2. ff. commun. dividund.* Præſcriptis verbis etiam actione quandoque ſocii agere
9 poſſunt, ut ſi inter ipſos † convenietur de fructibus percipiendis alternis annis, & unus præcipue prohibeat, vel pecus immittat, & fructus corrumpat, poterit enim alter ſocius agere actione præſcriptis verbis, *l. ſi convenit 23. & ibi gloſſ. ff. commun. dividund.*

Agit etiam ſocius aliquando contra alterum ſocium interdicto uti poſſi-
10 detis, ſi prohibeatur † reficere communem parietem, vel eo uti ad uſum deſtinatum, *l. ſi ædes 12. ff. comm. divid.*

Et

Et agit etiam lege Favia † contra ſocium plagium committentem, *l. merito 51. in fin. ff. pro ſoc.* 11

Lege Aquilia etiam agit, ſi damnum † in re communi ſocius dedit, *l. ſed & ſi ex cauſa 47. ff. pro ſocio. & l. ſed & ſi communem, & l. ſcilicet. ff. ad legem Aquilian.* 12

Et agit ſocius contra ſocium † actione furti, ſi dolo malo rem communem amovit, vel celandi animo contrectavit. *l. rei communis 45. & l. merito 51. ff. pro ſocio.* Petr. de Ubald. *dict. tractat. de duobus fratrib. part. 14. ſub n. 1.* 13

Actiones iſtæ pro ſocio † & communi dividundo ſunt bonæ fidei. *l. per hoc 4 & l. in hoc 14. ff. commun. dividund. l. 3. in fin. & l. rei communis, ff. pro ſocio. §. actionum autem. Inſtitut. de actio.* Et ſunt ab utraque parte directæ, & non datur directa, & contraria, ut dicitur de actione depoſiti & ſimilium, quia non magis eſt unus ſocius, quam alter, & quilibet ſocius idem habet officium. Sed in depoſito aliud eſt officium deponentis, & aliud depoſitarii, & quilibet ex ſociis damnatus ignominia notatur, *§. ex quibuſdam. Inſtitut. de pœna temer. litig.* declarat pulchrè Coraſ *lib 4. Miſcellan. cap. 19.* 14

Quamvis etiam ſocietas morte diſſolvatur, tamen iſtæ actiones dantur † hæredi, & contra hæredes, *l. verum 63. §. in hæredes 8. ff. pro ſoc. l. per hoc 4. ff. commun. dividund.* Petr. de Ubald, *in tractat. de duobus fratrib. part. 14. ſub n. 1.* Antonius Gioffus *conſ. 50. n. 3. lib. 2.* 15

Datur etiam aliquando actio pro ſocio utilis, non quidem inter † vere ſocios, ſed inter inſimul cohabitantes, *l. 1. §. fin. & l. 2. & l. 3. & l. 4. ff. de his, quæ deject. vel effud.* & ideo datur inter ſcholares inſimul habitantes, ſi non vult unus ex eis ea conferre, quæ conferre tenetur, vel ſi ſit moleſtus alteri ſocio dum ſtudet. Petr. de Ubald. *dict. tractat. part. 14. ſub numero 1. in fin.* 16

Et qualiter ſit formandus † libellus in hoc ſocietatis judicio ponit Bald. *in rubric. C. pro ſoc. n. 9.* Socin. *in conſ. 160. col. penult. & final. lib. 2.* Practicus Papienſ. *in forma libelli. in actione communi dividundo.* Aret. *in §. ſequens numero 14. Inſtit. de action.* 17

Et ſi plures ſocietates inter quoſdam contractæ fuerunt, non una † actio, ſed plures dantur actiones ex quolibet contractu provenient. Petr. de Ubal. *d. part. 14. ſub n. 3.* 18

Et non licet ſocio ejuſdem ſocietatis vigore coram uno Judice agere contra † unum ſocium, & contra alium ſocium agere coram alio Judice, ſed judicium iſtud inter omnes ſocios coram eodem Judice agi & terminari debet. *l. 1. ff. de quibus rebus ad eund. jud. ea.* Petr. *d. part. 14. n. 2.* & hoc fit tribus rationibus Primo, quia conſortes & conjuncti ſunt. Secundo, quia quilibet eſt Actor & Reus, & quilibet agit. & reconvenitur. Tertio & ultimo, ne ſequatur abſurdum, quia poſſet eſſe, quod unus Judex diverſo modo ab alio judicaret; 19

dicaret;

modo diſponeret de perſonalibus præſtationibus, vel aliter fines deſignaret, ut declarat Gloſſ. *in dict. l. 1. ff. de quib. reb. ad eund. jud. eat.* Aret. *conſilio vigeſimo nono, ſub numero vigeſimo quarto*, & hoc eſt verum, etiam ſi inter ſocios adſit unus, qui ſit clericus. Bald. *in l. fin. in 6. quæſt. in fin. Cod. de edict. divi Adrian. tollend.*

20 Et etiam ſi plures † ſocii contra unum agere vellent, unum Procuratorem conſtituere tenerentur. Bald. *in l. ſi prædium 4. ſub num. decimo octavo, C. de ædilit. edict.*

Socius non condemnatur in ſolidum conventus ab altero ſocio, ſed

21 ſolummodo † in quantum facere poteſt, *l. ſunt qui 16. ff. de re jud. ibi. l. verum 63. & ibi Gloſſ. & Dd. ff. pro ſoc. §. ſunt præterea, & ibi Dd. Inſtitut. de action.* Petrus de Ubald. *dict. tract. de duobus fratrib. part. ultim. num. 1.* Alexand. *conſilio centeſimo trigeſimo tertio, in princ. lib. 5.* Pariſ. *conſil. 99. colum. fin. lib. 3.* Marcus Antonius Amat. *deciſ. 16. num. 21.* & enumerat in dicta deciſione omnes habentes hoc beneficium.

Quinimo non ſolum non condemnatur in ſolidum, ſed etiam alteri ſo-

22 cio † non tenetur, niſi pro parte, quam habebat in ſocietate. Nam licet extraneis ſocii in ſolidum etiam ultra partem, quam in ſocietate habent, teneantur, ſecundum opinionem, quam communem & ſequendam eſſe dixi ſupra *c. 30. num. 28. & num. 30.* tamen inter ipſos ſolum obligati cenſentur pro ea parte, quam in ſocietate habent ita tradit Menoch. *in conſil. 410. num. 42. lib. 5.* Rot. Gen. *deciſ. 97. num. 8.* Et ita quando ſocius convenit ſocium, duplex conſideratio haberi debet, una, quod non teneatur, niſi pro ea parte, quam habet in ſocietate: ſecunda, quod ſi bona non habeat pro quantitate poſita in ſocietate, non poſſit condemnari, niſi in quantum

23 facere poſſit. Sed iſta opinio mihi non placet, quod ſocius † ſocio teneatur non in ſolidum, ſed pro portione ſolummodo, quam habet in ſocietate: hoc enim lege cautum non reperio. Et *in dict. l. verum 63. & in dict. l. ſunt qui 16.* indiſtincte dicitur, quod ſocius tenetur, in quantum facere poteſt, & nihil dicitur de portione quam quis habet in ſocietate, imo quod id procedat etiam inter ſocios unius rei, dicit Gloſſ. *in dict. l. verum. in ver. unius rei.* Nam ſi procedit in ſocio unius rei: ergo patet, quod in ſolidum poterat conveniri. Ex eo enim, quod in ſolidum poteſt conveniri, datur ei beneficium, ne condemnetur in ſolidum, ut conſiderat in caſu, de quo agit, Bero. *conſ. 10 n. 4. lib. 3.* & ita teneo, quod ad totum debitum alteri ſocio in ſolidum teneatur, & non pro parte, quam habet in ſocietate.

24 Quod ſi extraneus agat contra ſocium † ſibi obligatum, & alter ſocius etiam prætendit eundem ſocium obligatum habere, quis præferatur? Caſtr. ponit hanc quæſtionem *in conſ. 345. lib. 2. Viſo puncto ſupradicto.* Duo enim Hebræi contraxerunt ſocietatem ad mutuandum, & unus ex eis ſocietati præpoſitus mutuo

mutuo accepit quandam pecuniarum quantitatem à diverſis creditoribus,
excedendo fines ſocietatis, petebant creditores ſuas pecunias à ſocio, cui
mutuaverunt, & alrer ſocius ſimiliter petebat ſuum capitale, & dicebat de-
bere præferri in pignoribus, & rebus cæteris exiſtentibus in banco, quia
prior erat in tempore Et Caſtrenſis determinat, quod ſocius ante omnia de-
ducere debeat de pignoribus, & nominib. debitorum repertis in banco pro
quantitate ſui capitalis, & quod reſiduum diſtribui debeat inter creditores.

Et movetur ea ratione, quia quæſita à ſocio † ſocietati præpoſito mu- 25
tuando fuerunt quæſita, tam quo ad perſonalem actionem, quam quo
ad pignora, pro parte ſibi, & pro parte conſocio, cum in mutuo hoc ſit
ſpeciale, quod actio perſonalis, & hypotheca quæratur à mutuante ei,
cujus nomine mutuatur. *l. certi condictio 9. §. ſi nummus. 8. & ibi Bartolus, ff. ſi
cert pet.* & pro parte quæſita ſocio, ipſe in ea cæteris creditoribus uti habens
jus in re præferri debet.

Inſuper quæro, quid ſi tres ſunt ſocij, & unus † ſolus adminiſtravit, an 26
ille, qui adminiſtravir, prius ſit conveniendus? Dato quod etiam alter, qui
non adminiſtravit, conveniri poſſit, quod ille, qui adminiſtravit, prius con-
veniri debeat, tradit Rota Genuenſ. *deciſ. 64. num. 2.* per text. *in l. actione. 65.
§. ſi communis. 14. & ibi Fulgoſ. ff. pro ſoc.* & ita conſuluiſſe dicit Socin. *conſ. 24.
ſub n. 42. verſ. quarto. lib. 1.* Cravet. *conſ. 433. n. 6. lib. 3.* Quamvis etiam dixerim
ſupra *cap. 30. num. 11.* quod extraneus agens † contra ſocios obligatos ex con- 27
tractu unius ex ſociis, non teneatur docere contractum fuiſſe verſum in
utilitatem ſociorum: tamen quoties unus ex ſociis agit contra ſocium, ut
quia dicat aliquid egiſſe ad ſocietatis utilitatem, tenetur probare ab eo geſta
verſa fuiſſe vere in ipſius ſocij utiliratem, contra quem agit. *l. jure ſocietatis. 82.
ff. pro ſoc.* Petr. de Ubald. *in d. tract. de duob. fratr. parte 9. ſub num. 1. & 5.* Fulgoſ.
conſ. 209. col. 2. Cuman. *conſ. 8. in princ.* Pariſ. *conſ 94. num. 27. lib. 1.* Cravet. *conſ 129.
n. 12. & conſ. 159. n. 8. lib. 1.* Natt. *conſ. 567. num 6. lib. 3.* Rimin. jun. *conſ. 331. num. 8.
lib. 3.* Sed eſt intelligenda iſta opinio, ut procedat in ſocietate particulari,
non autem in ſocietate omnium bonorum, ur per Menoch. *in conſ. 375. lib. 4.*
Et dummodo geſta ab uno † ex ſociis verſa ſint in utilitatem ſociorum, 28
datur actio pro ſocio, etiam ſi non fuerint geſta nomine ſociorum, ſed
proprio nomine. Nam quoad extraneos ſolummodo conſiderantur geſta,
an fuerint geſta proprio, vel communi nomine, ſed non quoad ipſos ſocios.
l. ſi ſocius 16. ubi omnes. ff. ſi cert. pet. & tradit Cynus, & reliqui *in l. cum te in
Gallia. 9. C. ſi cert. pet.* Caſtren. *in l. 1. §. ult. n. 2. ff. de exercit.* Dec. *in l. ejus qui in
provincia. 41. §. ult. in fin. ff. ſi cert. pet.* Pariſ. *conſ 93. Col. 1. & conſ. 94. num 5. lib. 3.*
Menoch. *d. conſ. 375. num. 21. lib. 4.* Et ubi eſſet probandum geſta † fuiſſe 29
verſa in utilitatem aliorum ſociorum, quia hoc probare difficile eſt, ſuffi-
cerent conjecturæ. Bartol. *in auth. hoc jus porrectum. numer. 17. Cod. de ſa-*

croſ.eccleſ. Bald. *in l.unica in fin.C.ſi adver. cred.* Rimin. *in l. civitas. 27. col.ult. & ibi Alciat. num.6. & Dec. num.10. ff. ſi cert. pet.* late Maſcar. *id tract. de probat. concl.1161.* ubi enumerat plures conjectures ſufficientes ad hoc probandum, loquendo tamen de eccleſia,& loquendo de ſociis, nonnullas conjecturas enumerat Menoch *in conſ.357 num.12. cum plur. ſeq. lib.4.* Prima quarum eſt, quando
30 unus ex ſociis † emit lanas, & poſt earum emptionem ab altero ſocio fuerunt confecti plures panni, nec conſtat, quod eo tempore emerit alias lanas, nam præſumitur, quod ex lanis emptis confecti fuerint, & ſic quod verſæ fuerint in ſocietatis utilitatem, ex traditis à Baldo *in conſ. 125. Quidam Joannes lib.5.* cum dicit, quod ſi ſocius macelli emit animalia, & conſtat eo tempore in macello fuiſſe occiſa animalia, præſumitur, quod illa empta occiſa fuerint, & ſic fuerint verſa in ſocietatis utilitatem. Secunda conje-
31 ctura eſt, ſi ſocius † à cæteris ſociis uti vir probus & prudens approbatus fuit. Stante enim tali approbatione præſumitur, quod ab eo geſta in ſocietatis utilitatem geſta fuerint, ut dicitur de prælato eccleſiæ, & de civitatis adminiſtratore, qui eorum probitate ſtante pecunias mutuo ſuſceptas cauſa eccleſiæ, & civitatis in earum utilitatem convertiſſe præſumuntur Archid. & Gemin. *in c. hoc jus porrectum. 10. q. 2.* Odofr. Cyn. & Alber. *in d. auth. hoc jus porrectum. C. de ſacroſ. eccl.* Menoch. *in tract. de arbitr. Jud. caſu 432. num.36.* Maſcard. *d.*
32 *concluſ.1161. num.28.* Tertia eſt conjectura, ſi ſocius librum † rationum negotiationis & adminiſtrationis edere recuſat, in quo conſtare aſſeritur, res emptas, puta lanas, fuiſſe converſas in utilitatem ſocietatis. Ex hac enim recuſatione præſumptio ſumitur contra eum, qui id non facit, quod facere tenetur. *l. ſi Procuratorem. 8. §. dolo. 9. ff. mandati. l. dolo. ff. ad leg. Falcid.* Socin. *conſ. 213.*
33 *n.5. lib.1.* Cravet. *conſ.115. n.2. lib.1.* Et ſocius tenetur † librum rationum conficere, & etiam ſi ſit reus illum actori edere tenetur, Alciat. *in l. 1. n. 22. C. de edendo.* Bero. *conſ. 191. num. 35. lib. 1.* Etiam cum aliter probari non poſſit, res verſas fuiſſe in ſocietatis utilitatem, conveniens eſt, quod ſocius librum alteri ſocio actori edere cogatur. Alciat. *in d. l. 1. n.25.* qui adjungit. Judicem pro ſuo arbitrio, cum æquitatem ſubeſſe videt, compellere poſſe reum edere rationes, & inſtrumenta actori. Et magna æquitas quod ſubſit inter ſocios, dicendum eſt, ut reus cogatur edere librum, quia credendum eſt, quod ſi in eo non appareret rem fuiſſe verſam in ſocietatis utilitatem, libentiſſime illum oſtenderet, ſed quod oſtendere recuſet, quia qui male agit, odit lucem.
34 Quarta & ultima eſt conjectura, ſi per teſtes probetur, res, puta lanas † emptas ab uno ex ſociis conductas fuiſſe in domo communi ſociorum. Ex hoc enim præſumuntur converſæ in communem utilitatem, & ſi teſtes paterentur etiam aliquos defectus, ſuſtinerentur eorum dicta ex eo, quia deponunt valde veriſimilia, ut per Menoch *d. conſil.375. ſub num.28. & 29. lib 4.*
35 Quod dixi ſupra ſocium condemnari ſolummodo in eo, quod facere †

poteſt,

poteſt, ſive ſit ſocius omnium bonorum, ſive unius rei ſolummodo. *d. l. verum. 63. & ibi Gloſ. ff. pro ſoc.* procedit etiam in colono partiario. Fulgoſ. *in l. ſi merces. 25. §. vis major. 6. ff locati.* Cremon. *ſing. 155. tu ſcis, quod ſocius.* Bertach. *in reper. in ver. colonus. num. 104. & num. 172.* Petr. de Ubald. *dict. tract. de duobus fratr. part. 11. ſub num. 10. verſ. ex quibus etiam tertia differentia.* Burſat. *conſil. 330. num. 52. lib. 3.* Marcus Anton. Amatus. *deciſ. 16. num. 22.* Sed pluries contrarium obſervatum vidi, & miſellos ruſticos ob nimiam dominorum ſævitiam carceribus mancipatos ad extremam miſeriam fuiſſe redactos, & ob talem dominorum ſæviriam hodie fit, ut terrarum cultura deſeratur.

Primo perditur hujuſmodi privilegium, ſi † ſocius dolo faciat, quo minus in ſolidum condemnari poſſit. *l. verum. 63. in princ. & in §. tempus autem. & ibi Gloſ. & Dd. ff. pro ſoc. & l. ſed hoc ita. 22. in fin. ff. de re jud.* Petr. de Ubald. *d. tract. part. ult. in princ.* Corne. *conſil. 128. num. 5. lib. 3.* Matth. Brunus *in tract. de ceſſ. bono. part. 4. quaeſt. 24. ſub num. 2.* Sed non perditur, ſi † ob culpam faciat, quo minus condemnari poſſit. *d. l. verum. §. tempus autem. & ibi Bald. ff. pro ſoc.* Et dolo facere dicitur ſocius, & hujuſmodi privilegium amittit, ſi erogat bona in † fraudem futuræ actionis, non ſic eſt, ſi occaſione acquirendi non utitur. *l. nemo ex ſociis. 68. §. illud quaeritat. 1. ff. pro ſoc.* Petr. de Ubald. *d. part. ultima. num. 2.* 36 37 38

Contrarium dicendum videbatur, quod etiam deberet ſocius † amittere hoc privilegium ob dolum commiſſum in non acquirendo, per textum *in l. ſed & ſi lege. 25. § perinde. 8. ff de petit. hered.* ubi parificantur, dolo deſinere poſſidere, & dolo poſſeſſionem non acquirere. Et cum in ſocietatis obligatione contineatur, quod quis lucrari ſtudeat, & lucrum ſit forma, & finis ſocietatis, ideo dicatur, quod ſocius, qui omittit lucrari, dicatur eſſe in dolo. Corni *conſil. 128. ſub num. 5. lib. 3.* Cravet. *conſil. 100. num. 9. & conſil. 193. num 9. lib. 1.* Surdi *conſil. 12. num. 69. lib. 1.* Menoch. *in tract. de Praeſ. lib. 5. praeſ. 3. num. 63.* 39

Et dicatur etiam, quod ſi non ſervet contenta in ſocietate, ſocius amittat hoc privilegium, ut per Corn. *d. conſil. 128. ſub num. 5. lib. 3.* certe etiam dicendum videbatur, quod tale privilegium amittit ob dolum commiſſum in non acquirendo. Et pro hac opinione facit diſtinctio Dyni *in l. 1 ff. de tabul. exhiben.* quam ibi refert & ſequitur Bart. & eſt talis. Aut eſt mihi obligatus quis ex contractu, vel quaſi, ex quo tenetur acquirere, & tunc habent locum leges, quæ dicunt, quod ille, qui non apprehendit, tenetur tanquam poſſeſſor. Aut non eſt obligatus ad hoc ex contractu, vel quaſi, & habent locum leges, quæ dicunt eum non condemnari, quippe cum ſocius ſit obligatus ex contractu, ex quo tenetur acquirere, certe dicendum eſt, quod non acquirendo ſit in dolo, & quod tali beneficio gaudere non poſſit. Et tenendo hanc opinionem, quod ſocius etiam ob dolum in omittendo hoc privilegio † uti non debeat, erit intelligendus 40

textus *in d. l. nemo ex ſociis. 68. §. illud. queritur. 1. ff. pro ſoc.* quod loquatur in lucris, quæ ſocio obveniebant extra ſocietatem, quæ ab ipſa ſocietatis obligatione acceptare non cogebatur, & erit dicendum, quod *d. l.* non procedat in ſocietate omnium bonorum, quia in ea ſocius omnia lucra communi-
41 care tenetur. Vel poteſt dici, quod ſocius ſemper † de ejus dolo, & culpa alteri ſocio teneatur ut dixi ſupra *cap. 20.* ſed quod non teneatur ſemper in ſolidum, ſed ſolummodo in ſolidum teneatur, quando dolus conſiſtit in committendo, ſed non, quando conſiſtit in omittendo, cum major ſit dolus in committendo, quam in omittendo, *l. ſervum. ff. de verb. oblig.* Roman. *conſ. 330. num. 23.* & quod non ſolum dolus in committendo privet ſocium hoc privilegio, ſed quod etiam ob dolum in omittendo perdatur hoc privilegium, mihi verius videtur. Natt. *conſ. 362. lib. 2.* Secundo, hoc privile-
42 gium † perdit ſocius, ſi negat ſe eſſe ſocium. *l. ſi unus. 67. in fin ff. pro ſoc. l. ſed hoc ita. 22. §. fin. ff. de re. judic.* facit text. *in l. ſi dubitatur. 10 ff. de fidejuſſ.* Matth.
43 Brun. *in tract. de ceſſ. bonor. part. 4. quaſt. 24. num. 3. & n. 4.* dicit, quod poterit † carcerari, & non liberabitur à carceribus, etiam ſi velit cedere bonis. Gloſ. *in l fin. in fin. ff. de his, quæ in fraud. cred. & in l. penult. ff. de jure dot.* Hoc eſt verum,
44 quod hoc privilegium † perdat, ſi perſiſtat in negativa, ſed non eſt verum, ſi ejus negativam revocet ante litem conteſtatam Aret. *in §. item ſi ſocius verſ. in gl. Inſt. de act.* per text. *in l. dictio. §. ſed neque haredi. & ibi Flor. ff. de noxal.* Item, ut
45 beneficium † hoc perdatur, requiritur ſpecialis negatio, & non amittitur ſi generaliter ſocius neget navata, ut navantur. Bart. *in l. ſi dubitetur. 10. §. ita demum. ff de fidejuſſ.* Aret. *in d. §. item ſi ſocius. Inſt de actio.* Matth. Brun. *d. tract. de ceſſio. bon. part 4. quaſt. 24 ſub num. 4.* Tertio non gaudet hoc privilegio ſocius, ſi ei
46 renunciavit, quia competit † jure ſocietatis, & non propter reverentiam perſonæ, tradit Gloſ. *in l. alia §. eleganter. ff. ſolut. inſtr.* Petr. de Ubald. *d. tract. de duobus fratr. part. ultim ſub num. 1.* ubi dicit, quod ad hoc, ut ſocius teneatur in ſolidum, cautela eſt, ut facias eum huic beneficio renunciare, & ſubjungit, quod nota tu, qui ponis pecuniam in ſocietate, vel das animalia ad ſocidam ruſticis, qui communiter non habent, unde vivant, ſed libentius audirem, ſi daret conſilium, quod pauperes ruſtici adjuvarentur, quorum laboribus agricultura exercetur, quæ quantum ſit utilis, & neceſſaria, nemo eſt, qui
47 ignoret. Et huic beneficio renunciaſſe dicitur ſi omnia † reſtituere promiſit, vel ſi generaliter renunciavit omni beneficio; ſive majora beneficia expreſſerit, ſive non expreſſerit, cum in contractibus veniant etiam majora expreſſis. Corn. *d. conſil. 128. lib. 3.* Alex. *conſ. 133. lib. 5.* Tiraq. *in l. ſi unquam. 8. in verſ. totum. num. 2. C. de revocat. donat.* faciunt tradita per Rolan. *conſ. 13. lib. 1. & conſ. 17. lib. 4. & in tract. de lucro dotis. quaſt. 42.* Et hoc eo magis verum eſt, ſi
48 fuit adhibitum † juramentum, late Seraf. *in tract. de privileg. juram. privileg. 56.* Surd. *in tract. de aliment. tit. 1. quaſt. 78. num. 27.* Quarto ſocius gaudet hoc privilegio

legio ſolum durante ſocietate, ſed non ea † diſſoluta, ſecundum Bero. *in conſ 10. n.1. lib.3*, ſed iſta opinio non eſt vera, quia diſſoluta ſocietate † actiones ex ſocietate provenientes exercentur contra ſocium, & quando convenitur ſocius, habet hoc beneficium. Et quod ex quacunque actione, conveniatur ſocius, dummodo habeat originem ex contractu inito ſocietate durante, & quod habeat etiam locum in actione reali, tradit Ang. *in d. §. item ſi ſocius. in princ. Inſt. de act.* & quod habeat locum ſocietate ſoluta, Pariſ. *conſ 99. num.64. lib.3.* & Bero. videns hoc ejus dictum verum non eſſe, in eo non figit pedem. Quinto, hoc beneficium habet locum ſolum in ſocietate conventionali, ſed non datur † in ſocietate incidenter contracta, & ideo non datur inter fratres habentes bona communia. Gloſ *in d. l. verum. 63. in princ. ff. pro ſoc.* Petr. de Ubald. *dict. tract. part. ultim. ſub numero primo.* & etiam inter plures canonicos ejuſdem eccleſiæ, & inter plures ſcholares inſimul viventes, ſi non ſint ſocij, non erit dandum, licet in his duobus caſibus dubitet, an ſit dandum, Angel. *in d. §. item ſi ſocius. Inſt. de act.* nam Gl. & Petr de Ubald. clare loquuntur, & de eis Angelus nullam facit mentionem. Sexto licet ſocius habeat hoc privilegium, ne condemnetur, niſi in † quantum facere poteſt, tamen poteſt jurari ſuſpectus de fuga, & carcerari. Bero. *in d. conſ. 10. lib.3.* ea ratione, quia licet ſocius non poſſit condemnari in ſolidum, tamen poteſt citari, & conveniri, ut ſolvat ſolidum, & ad finem ſiſtendi in judicio citatio perſonalis de reo ſuſpecto fieri poteſt, quia differunt, an quis capiatur ad effectum, ut ſolvat, an vero ad finem ſiſtendi in judicio. Nam primus non eſt relaxandus, ſecundus vero relaxatur præſtita ſatiſdatione de judicio ſiſt, ut per Alex. *in l. neque. 22. §. qui in jus. ff. de in jus vocan.* & ideo Bero. dicit debere intelligi dicta Baldi *in rub. C. pro ſoc. in fin. verſ. cum ſimilib.* aſſerentis, ſocium ad inſtantiam ſocij non poſſe capi, & carcerari. Sed Baldi opinionem tenet Alex. *in l. etiam. 18. ff. ſolut matr.* & poſt eos Pariſ. *conſil. 99. num. 65. lib.3.* tamen mihi magis placet opinio Bero. à qua tamen recedi poſſe videtur, ſi contra abſentem etiam ad diffinitivam ſententiam deveniri poſſet, ut in regno fieri poſſe tradit Marant. *in pract. in verſ. contumacia. n. 10.* Quantum facere poſſit ſocius, inſpicitur † tempus rei judicandæ. *d. l. verum. §. tempus. ff. pro ſoc.* & non deducitur æs alienum, niſi ex ipſa ſocietate debeatur, & condemnatur, in quantum facere poſſet, deducto ne egeat *d. l. verum, 63. § id quod.* Et ſolummodo conſideratur perſona ipſius ſocij, & non habetur ratio, an habeat uxorem & filios. Angel. & Faber *in § item ſi de dote. Inſt. de action.* Corn. *d. conſ. 128. in fin. lib. 3.* Et eſt perſonale hoc beneficium, & non datur fidejuſſori, nec patri † vel domino, ſi juſſu eorum ſocietas contracta ſit, nec ad hæredes tranſit, neque ad quemlibet alium ſucceſſorem, ſive univerſalem, ſive particularem *d. l. verum. in princip. & ibi Gloſ. ff. pro ſoc.* Petrus de Ubald. *d. tract. part. ultim. ſub numer. 1.* Corn. *d. conſ. 128. in*

49 50 51 52 53 54

55 *princ. lib. 3.* Datur hoc beneficium defenſori ipſius † ſocij, licet non detur ejus fidejuſſori. *d. l. verum in princ. ff. pro ſoc.* Et eſt ratio diffetentiæ inter fidejuſſorem & defenſorem, quia fidejuſſor ſuo nomine convenitur, & defenſor nomine ſocij ut declarat Gloſ. *in l. alia cauſa. 14 ff. ſolut. matr.* Bartol. & Bald. *in d. l. verum. in princ. ff. pro ſoc* Et ad hoc, ut hoc beneficio gaudeat etiam fidejuſſor, cautela datur, quod ipſe denunciet litem principali, & quod principalis veniat, & ſuſcipiat in ſe judicium, & opponat iſtam exceptionem in perſona ſua. Petr. de Ubald *d. tract. part. ult. ſub num. 1.* Bart. *in d. l. verum. in princ. ff. pro ſoc.*

56 Socius admiſſus ad hujuſmodi beneficium tenetur † cavere de ſatisfaciendo integre, ſi ad pinguiorem fortunam devenerit, & nuda promiſſio

57 ſufficit. *l. verum. §. id quod in fin. & ibi Gloſ. ff. pro ſoc.* Socius agens † vigore ſocietatis, ſocietatem præceſſiſſe, & contractam fuiſſe, probare tenetur, & per Alex. *conſ. 134. num. 4. lib. 5.* Ruin. *conſ. 92. ſub num 5. lib. 1.* Qualiter autem hæc probatio fieri poſſit, poſui ſupra *c. 11. num. 10. cum plurib. ſeqq.* ubi videri

58 poteſt, & ibi dictis unum addo, quod juramentum † illius, qui aſſerit nunquam ſuæ intentionis fuiſſe contrahete ſocietatem, multum ad elidendam ſocietatis probationem operatur. Corn. *conſ. 1. ſub n. 3. verſ. qui cum juramento.*

59 *lib. 1.* Cephal. *conſ. 635. n. 10. lib. 5.* Et ſi unus ſocius inſtrumentum † produceret, in quo appareret, Titium contraxiſſe pro ſe & ſociis, & vellet agere via executiva vigore ſtatuti, vel obligationis in eo appoſitæ, antequam ad executionem deveniatur, debet probare & liquidate, ſe eſſe unum ex illis ſociis in inſtrumento comprehenſis. Galeſ. *in tract. de clauſula in for. cam. 9. 21 num. 2. fol. mihi 37.* Vant. *in tract. de nullit. tit. de nullit. ex diff. proceſſ. ſub num. 50.*

60 Menoch. *conſil. 301. num. 17. lib. 4.* & negotium liquidationis † non erit executivum, ut per Galeſ. *in d. tractat. tit. de liquidatione.* Menoch. *in tractat. de adipiſcen. poſ. remed. 3. num. 190. & remed. 5. num. 70.* Executioni etiam poſitæ

61 vigore † inſtrumenti poteſt opponi, non conſtate de diſſolutione ſocietatis, ut tradit Alex. *conſil. 136. num. 4. lib. 5.* Cephal. *conſil. 768. ſub num. 5. lib. 5.*

62 Et ſi ſocietas ſit finita, poteſt opponi ad retardandam † executionem exceptio, quod ſit renovata, quia iſta exceptio continer in ſe exceptionem ſolutionis & ſatisfactionis, ut per Alex. *d. conſ. 136 num. 4. lib. 5.* Opponi etiam

63 poteſt † exceptio, *tu non adimplevisti pro parte tua*, Menoch. *conſ. 1. n. 369. lib. 1. & conſ. 121. n. 69. lib. 2.* Anchar. *q. 68. lib. 2. & q. 58. lib. 3.* Etiam poterit exceptio

64 opponi agenti ad capitale & lucrum, quod adhuc ratio † non ſit reviſa, & quod ante reviſionem rationum inſtrumentum non debeat exequi pro ſumma in eo contenra, cum poſſibile ſit, quod ſocietas damnoſa fuerit, & ſic quod ſumma prætenſa non ſit liquida. Bald. *in conſ. 61. lib. 2 & in conſ. 214. lib. 4.* & poſt eum Petrus ejus frater *in d. tract. de duob. fratr. part. 8 ſub n. 42. & part. 14. in fin.* Foller. an Marant. *in pract. part. 5. actu 8.* & producuntur ſcripturæ & inſtrumenta *num. 3.* Cephal. *conſ. 768. n. 14. & conſ. 769. n. 1. lib. 5.* Gabr. *conſ. 61.*

conſ.61. n.16. lib.2. Decia. *conſ.60.n.43. lib.2.* Et multo magis inſtrumentum † 65
exequi non poterit,ſi ambo ſocij pecunias in ſocietate poſuerunt, & ambo
adminiſtraverunt : Hoc enim caſu, quia pecuniæ ad manus cujus libet
deveniſſe præſumuntur, unus contra alium agere non poterit, vigore in-
ſtrumenti pro ſumma in eo contenta,niſi prius expunctis rationibus.Socin.
in conſ 24. ſub num.36. in fin. lib.1. Rimin. ſen. *conſ.300. num.53. lib.2.* Sed contra
hanc opinionem plurimum † urget, quia in ſocietate præſumitur adeſſe 66
capitale, & adeſſe lucrum. Socin. *d. conſ.24. ſub num. 41. lib. 1.* Rota Genuenſ.
deciſ 46. ſub num. 1. Petr. de Ubald. *d. part. 14. in fin.* Bero. *conſ. 191. num. 48. lib. 1.*
Et quoties in aliquo † inſtrumento fuerit promiſſa certa quantitas, cum 67
hoc, quod ſi facto calculo de minori quantitate appareat, illa tantum de-
beatur, nihilominus ante factum calculum pro quantitate expreſſa inſtru-
mentum habebit executionem paratam. Galeſ. *in d. tract. de clauſ. in forma
came. quæſt. 5. in 2. conſideratione. num.3. fol. mihi 109.* poſt Socin. & Dec. *in l. pecu-
niam quam.36. ff. ſi cert. pet.* & *in l. quibus diebus.40. §. quidam Titio 2. ff. de condit. &
demonſtr.* per Gl. *in l.2. ff. de in diem addict.* Gramma. *deciſ.58. num.10 & 11.* Socin.
in d. conſil. 24. ſub num. 36 ubi dicit, quod eſt textus in terminis *in l. ſtatu lib.
rationem. 5. ff. de ſtatu liber.* Gabriel. *conſil. 146. lib. 2.* Thob. *conſil. 63* Bertaz. *in
tract. de clauſul.38. clau. Gloſ. 2.* Et præſtabitur cautio de reſtituendo, ſi † quid 68
expunctis rationibus ſolutum ultra debitam ſummam apparebit, ut habe-
tur *in auth. quæ ſupplicatio. Cod. de precibus Imper. offer.* Bartol. *in l. Julianus. 66. in
ultimis verbis. ff. de condict. indebiti.* Ceph. *conſil. 769. n 9. lib.5.* Bero. *quæſtio.105. n.6.*

Cæterum prima opinio mihi magis placet, quod ante reviſam rationem
† inſtrumentum non ſit liquidum, & non habeat executionem paratam, 69
neque pro lucro, neque pro capitali. Et ut ea mihi magis placeat, moveor
primo, quia videmus, quod ſi mater geſſit tutelam filiorum, non poſſet gra-
vari ad aliquam reſtitutionem, etiam eorum, quæ ſibi fuerunt conſignata,
& de quibus ex inſtrumento inventarij clare conſtat, niſi prius contra eam
agatur, ut tutelæ rationem reddat, cum poſſit contingere, quod ipſa tutrix
plus expendiſſe oſtendat, quam habuerit. Alex. *conſil. 192. lib. 7.* Neguſant.
in tract. de pign. 1. membr. part. 5. num.37. Rolan. *conſ. 17. ſub num.2. lib. 4.* Cephal.
conſ.768. & conſ 769. lib. 5.

Secundo moveor, quia quod ſocius † teneatur reſtituere capitale, & 70
lucrum expunctis rationibus provenit ab ipſius ſocietatis natura, & ſic ab
ipſarum partium conventione ut per Socin. *d. conſ. 24. num. 36. in fin. & n. ſeq.
lib. 1.* & ſi provenit ab ipſius ſocietatis natura, merito exceptio opponi
poteſt, quod ante inſtrumenti petitam executionem rationes expungan-
tur, ut videatur, quid quantumve ſit in ſocietate de capitali, & de lucro,
quia eſt iſta exceptio proveniens ab ipſo contractu, & eſt contenta in ipſo
inſtrumento, quæ ejus executionem retardat, ut conſiderat Bald. *in
conſil.*

Digitized by Google

conſil.493. Multiloquium. lib.4. verſ. exceptio autem, & dictum conſilium ad verbum ponit Petr. de Ubald. *d. tract. de duobus fratr. part. 8. ſub num. 4.* Et quod exceptiones omnes reſultantes ex corpore inſtrumenti impediant ejus exceptionem, quia vere non dicuntur eſſe contra inſtrumentum, ſed ſecundum inſtrumentum, tradit Rota Rom. *deciſ 626. n. 10. part. 1.* Milanetius *dec. 14. part. 2.* & faciunt tradita per Rimin. ſen. *conſ. 300. num. 55. lib. 2.* Non obſtant
71 tradita à Socin. & à Decio *in locis ſupra allegatis*, quia loquuntur ipſi de † obligatione de ſolvendo pure facta, reſolvenda tamen ſub conditione, ſi facto calculo appareret de minori ſumma, & non eſt mirum, quod pro obligatione pura detur executio, licet poſſit reſolui, quia de inſtrumento habente executionem dici ſolet, ſolve, & repete, ut per Bart. *in l. c. §. & parvi. n. 8. ff. unde vi.* Non ſic eſt in præſenti, quia non agitur de quantitate pure promiſſa reſolvenda ſub conditione, ſed de quantitate ſolvenda incerta verificanda, tamen prius expunctis rationibus. Conſiderari etiam poteſt, quod actio pro ſocio eſt generalis, & in ea veniunt omnia, quæ debentur ex ipſius ſocietatis natura, & cum ſit generalis, ſi ſocius ſe offerat ea omnia facere, ad quæ generaliter tenetur, excluditur actio particularis, ſi ſolummodo proponatur pro capitali, & lucro Addit. ad Alex. *in d. conſil. 192. lib. 7.* Gabriel. *conſ. 61. num. 16. lib. 2.* Neque obſtat dicere, quod præſumatur adeſſe lucrum, & capitale, quia etiam contra talem præſumptionem ad retardandam executionem exceptio admittitur, cum admittatur contra plenam probationem reſultantem ex inſtrumento, in quo legitur ſocium capitale habuiſſe, & ſi reviſis rationibus non docebit de ejus exceptione, contra inſtrumentum, & præſumptiones, ſuccumbet.

72 In ſocietatibus officij, quæ mihi nunquam placuerunt, datur executio † inſtrumentis, quia in eis apparet promiſſum de capitale reſtituendo, & de certa lucri quantitate danda, & apponitur juramentum, cujus virtute inſtrumenta etiam de jure communi dicuntur habere executionem paratam, ſecundum Bero. *in conſ. 85. num. 1. & 7. lib. 3.* Quo adhibito inſtrumenti executio impediri non poteſt, etiam ſi excipiatur de uſuraria pravitate, ut per Bero. *in d. conſ. 85. lib. 3.* contrarium videtur tenere Bald. *in conſ. 275. Præmiſſo ſtatuto communis Veronæ lib. 5.* & poſt eum Menoch. *conſ. 301. num. 35. lib. 4.* ſed erunt intelligendi, ut loquantur, quando non adeſt juramentum, juxta
73 text. *in c. debitores. de jurejur.* Erit etiam danda inſtrumenti † executio pro ſumma certa in eo contenta, ante reviſam rationem, ſi aliquo tempore, puta quolibet menſe, ſocius adminiſtrans eam addere promiſit, & eam non reddidit, & non docuit adeſſe damnum. Bald. *d. conſ. 493. multiloquium. lib. 4.* Petr. de Ubald. *d. part. 8. ſub num. 42.* Socin. *d. conſ. 24. colum. 12. libr. 5.* Foller. ad Marant. *part. 6. actu 8.* & producantur ſcripturæ & in-
74 ſtrumenta ſub *numer. 3.* Et inſtrumento erit danda executio † reviſa

ratione pro ſumma calculata, Bero. *queſt. 105.* etiam ſi fuiſſet appoſita clauſula, *ſalvo jure verioris calculi.* Bertaz. *in tract. de clauſulis. Gloſ. 2. clauſ. 38.* niſi de errore doctum fuiſſet, ut per Hond. *conſ. 50. n. 17. lib. 1.* Thob. *conſ. 63. num. 28. & ſeqq.* Ubi etiam in hoc judicio ſocietatis præſcriptionis † exceptio oppo- 75
neretur, ſciendum eſt, quod actio pro ſocio eſt perpetua. Bald. *conſ. 472. in fin. lib. 4.* & quod præſcriptionis tempus non inchoetur, niſi demum ſocietate finita, Gloſ. & Bald. *in l. 1. §. ad hæc. Cod. de annuali except.* Petr. de Ubald. *d. tract. part. 13. num. 3.* Corn. *conſ. 24. in fin. lib. 1.* Bero. *conſ. 191. num. 40. lib. 1.*

N. 21. Hoc moribus abrogatum cenſet Groenevveg. *lib. 4. Inſtit. tit. 6. §. 38.* vide in ſimilibus eundem ad *l. 16. & ſeq. ff. de re judicata. 42. 1. & ad l. 63. ff. pro ſocio. 17.*

CAPUT XXXII.

Qualiter ſocietas finiatur.

SUMMARIA

1 *Societas neceſſitatem continuationis non habet.*
2 *Morte naturali unius ex ſociis ſocietas ſolvitur quoad omnes, & ad hæredes non tranſit,* & n. 11.
3 *Induſtria perſonæ dicitur electa in ſocietate.*
4 *Societas non tranſit ad hæredes, quia reſtringeretur libera facultas teſtandi.*
5 *Paciſci non poteſt, quod ſocietas non diſſolvatur morte, ſed tranſeat ad hæredes.*
6 *Hæredum facta mentione in dubio, ſocietas contracta non præſumitur.*
7 *Societas inter dominum & colonum tranſit ad hæredes de conſuetudine.*
8 *Societas, ſi fuit dictum, quod duret in perpetuum, intelligitur, donec ſocij vivunt.*
9 *Idem ſi dictum fuit uſque ad centum annos, vel donec ſocij voluerint.*
10 *Societas contracta ad certum tempus, etiam durante tempore morte ſolvitur.*
11 *Societas ſolvitur morte unius, quoad omnes, etiam ſi ſocius mortem ſciens eam alteri ſocio non notificaverit,* & n. 12.
13 *Lucra facta poſt mortem non communicantur.*
14 *Societas morte unius ſolvitur quoad omnes, etiam ſi inter eos fuiſſet contracta in ſolidum.*
15 *Societas ſi fuit contracta nomine collectivo, puta inter Titium, & hæredes Sempronij, uno ex hæredibus moriente ſocietas durat cum cæteris.*
17 *Et hoc tacite actum videtur, ſi contracta fuerit ſocietas duratura, donec Bartholo-*

meus, Muccimus, & Hieronymus voluerint, quia pluralitas reſolvitur in ſingularitates.

18 *Sed iſta opinio non approbatur.*

19 *Societas vectigalium morte non ſolvitur, & tranſit ad heredes.*

20 *Sed tria ſunt neceſſaria, quod ſit vectigalium, quod ſit conventum de heredibus & heres ſit idoneus.*

21 *Additur quartum, quod de heredibus fuerit conventum cum locatore.*

22 *Locatio etiam extinguitur, extincta ſocietate.*

23 *Quia locatio ſortitur naturam ſocietatis.*

24 *Sed quod locatio non extinguatur, probatur.*

25 *Scriptura non requiritur in ſocietate.*
Intellectus l. adeo. ff. pro ſoc.

26 *Societas vectigalium non tranſit ad heredes, ſi in ea etiam comprehendantur res privatæ.*
Quia diſpoſitio facta in ſimplici non habet locum in caſu miſto in odioſis.

27 *Societas vectigalium tranſit ſolummodo ad primum heredem. Tranſit etiam ad alios, ſi expedit Reipublicæ.*

28 *Heredum facta mentione cum locatore, non cenſetur facta inter ipſos ſocios.*

29 *Conductio facta pro ſe, & ſociis, intelligitur ſolum de ſociis præſentibus, & non de futuris.*

30 *Conductio facta pro ſociis futuris non valet.*
Tutoris datio verificandi per alium non valet.
Procuratoris verificandi datio valet.
Ratio diverſitatis inter eos eſt, quia Procurator conſtituitur pro ſe ipſo, & tutor pro minore.

31 *Coductio facta pro ſe, & ſociis, cenſetur pro ſe facta pro dimidia, & pro ſociis pro altera dimidia.*

32 *Societas tanſit ad heredes ſtante juſſu teſtatoris, contra* n.37. & 38.

33 *Societate jam contracta, poteſt pactum apponi, quod tranſeat ad heredes, contra* n. 39.

34 *Teſtator poteſt heredibus mandare, ne bona communia dividant.*
Teſtatoris præceptum, de ſtando perpetuo in communione, heredibus factum non valet.
Valet factum ad tempus, n.36.

35 *Pactum etiam juramentum de ſtando perpetuo in communione non valet, &* n.40.

41 *Juramentum facit ſocietatem ad heredes tranſire.*

42 *Contraria eſt opinio, juramentum non habere talem virtutem.*

43 *Diſtinctione concordantur opiniones.*

44 *Fidejuſſor datus perſonaliter, & in ſolidum erit obligatus, licet ſocietas non tranſeat in perſona heredum, ſi juravit, contrarium probatur,* n.50, & 51.
Jurans cenſetur ſe velle obligare omni meliori modo.

Fidejuſſor

Digitized by Google

Fidejuſſor eſſe deſinit, qui in plus obligatur, quam principalis.

45 *Fidejuſſores utuntur exceptionibus competentibus reis.*

Non procedit, quando quis ſe conſtituit principalem debitorem.

Fidejuſſor & correus differunt, quia fidejuſſor tenetur acceſſorie, & correus principaliter, & in ſolidum.

46 *Diſpoſitio loquens in fidejuſſore non procedit in correo.*

47 *Statutum, quod fidejuſſor non obligetur pro forenſe, valet, ſed non procedit in correo.*

48 *Procurator conſtitutus ad fidejubendum non obligat principalem, ſi faciat obligationem principaliter, & in ſolidum.*

49 *Fidejuſſores dicuntur alij obligati, ſi negotium principaliter ſpectat ad unum.*

Procedit inter ipſos obligatos, non autem quoad creditorem.

52 *Actiones, ſocietate morte diſſoluta, active & paſſive tranſeunt ad heredes, cum diſtractione tamen.*

53 *Quoad dolum & culpam etiam tranſeunt actiones in heredes, provenientes ex negotiis geſtis ante diſſolutam ſocietatem.*

54 *Heredes poſt finitam ſocietatem cœpta negotia perficere debent, ſed nova inchoare non tenentur.*

Si ſit maſculus, & legitimæ ætatis.

55 *Et omnia quæſita erunt communia.*

56 *Si nova negotia fuerunt facta ſocietate diſſoluta, quæſita non erunt communia.*

57 *Exempla de his, quæ communicari debent.*

58 *Exempla de his, quæ communicari non debent.*

59 *Socius, ſi ſocij mortem ignorans negotia nondum cœpta aggrediatur, lucra cum herede mortui communicare debet.*

Ut dicitur de Procuratore ignorante mortem ſui principalis.

60 *Contraria opinio probatur, quod lucra cum herede ſocij mortui non ſunt communicanda.*

Intellectus l. actione, §. quod ſi integris, ff. pro ſoc.

QUia ſocietas neceſſitatem † continuationis non habet, ut dicit Bald. *in l. tamdiu. numer. 1. C. pro ſoc.* ideo etiam de ſocietatis diſſolutione agendum eſt. Et quia ſolvitur plurimis modis, nempe ex perſonis, ex rebus, ex voluntate, & ex actione. *l. verum. 63. §. fin. & ibi Gl. & Dd ff. pro ſoc. §. ſolvitur. Inſt. de ſociet* Petr. de Ubald. *in tract. de duobus fratr. part. 11. in pr.* de quolibet modo ſeparatim, ut clare procedamus, agemus. Primo ſolvitur ſocietas † ex perſonis, morte naturali ſive civili in perſona unius ex ſociis eveniente, *d. l. verum. 63. §. fin. ff. pro ſoc. & d. §. ſolvitur. Inſt. de ſociet.* & loquendo prius de morte naturali, concluſio erit, morte naturali unius ex ſociis ſocietatem diſſolvi, & ad heredes non tranſire. 1

ut in dictis juribus habetur, & *in l. furt. 6. §. illud 6. ff. de his qui not. inf.* & tradit
Bart. *in conſ. 48. ex præcedenti. lib. 2.* Petr. de Ubald. *d. part. 11. ſub num. 1.* Dec. *conſ.*
441. num. 1. lib. 2. Honded. *conſ. 85. num. 16. lib. 1.* Grat. *conſil. 15. lib. 1.* Rationem,
3 quare ſocietas † non tranſeat ad hæredes, eſſe dicit Bald. *in §.* [illegible]. *Inſt.*
de ſociet. quia poſſibile eſt ſocium talem habere hęredem, qui ſocietati non
ſit expediens, ſed damnoſus, & quia in ſocietate dicitur electa induſtria
perſonæ. *§. ſolvitur. Inſt. de ſociet.* & ibi Angel. *num. 3.* Iaſ. *in addit. ad Port. in §.*
manet autem. ſub num. 3. Inſt. de ſociet. Alex. *conſ. 60. num 4. lib. 7.* Curt. ſen. *conſ. 53.*
col. 2 Oſach. *deciſ. 76. ſub num. 8.* paucis verbis ſe expediendo rationem eſſe
dicit, quia perſona hęredis eſſet incerta contra naturam ipſius ſocietatis.
Dec. *in conſ. 213. num. 9. lib. 1.* & Bald. *in l. ſi fratres. 52. §. idem reſpondit. ff. pro ſoc.*
4 dicit, quod ideo ſocietas † non tranſeat ad hęredes, quia cum incerta perſona
contrahi non poteſt, & certam perſonam hæredis ſpecificare non poſſumus,
cum non permittatur, ut quis per contractum ſe reſtringat ad certum
hęredem. Et ita communiter tenent Dd. rationem eſſe, quia ſi ſocietas
tranſiret ad hęredes, reſtringeretur libera teſtandi facultas. Bart. *in l. adeo*
59. ff. pro ſoc. Roman. *conſ. 106.* Curt. ſen. *conſ. 53. col. 1.* Dec. *conſ. 441. num. 5. lib. 2.*
& hanc eſſe veriorem & communem poſt alios, quos citat, tradit Oſaſch.
5 *deciſ. 76. ſub num. 8.* Ampliatur concluſio, ſocietatem † morte unius ſocij extingui,
& ad hęredes non tranſire, etiam ſi de hęredibus facta ſit mentio in
contrahendo, quia paciſci, & conveniri non poteſt, quod ſocietas tranſeat
ad hæredes, & morte non finiatur. *l. nemo poteſt. 35. l. adeo. 59. & l. verum 63. §. in*
hæredem. 8. & ubique communiter Gl. & Dd. *ff. pro ſoc.* Alex. *in conſ. 110. num. 5.*
6 *lib 3.* Et in dubio hæredum facta mentione † in contrahendo non ſocietas,
ſed alius contractus initus cenſeretur Abb. *in conſ. 86. lib. 2.* Pariſ. *in conſ. 82*
7 *lib. 2.* Et quia de conſuetudine obſervatur, quod ſocietas † inter dominum
& colonum partiarium tranſeat ad hęredes, ideo quod vere inter eos ſocietas
contracta dici non poſſit, tradit Hond. *conſ. 85. num. 16. lib. 1.* Et ſi fuerit
8 dictum, quod ſocietas † duret in perpetuum, intelligitur, donec ſocij vivant
l. 1. ff pro ſoc. Grat. *conſ. 66. lib. 2.* Anton. Gioff. *conſ. 50. num. 1. lib. 2.* Idem
9 eſt dicendum, ſi dictum fuerit † uſque ad centum annos, vel donec ſocij
voluerint. Corn. *conſ. 310. num. 3. lib. 4.* Alex. *conſ. 136. num. 1. & 2. lib. 5.* Caſtra.
noviſſime viſus *in tract. de ſociet. offic. c 47. num. 5.* Ampliatur ſupradicta con-
10 cluſio, ut procedat, etiam ſi ad certum tempus † ſocietas contracta fuiſſet,
& tempore durante mors obveniat, Corn. *conſ. 310. ſub num. 3 verſ. ſi enim fuiſſet.*
lib 4. Alexand. *conſ. 34. num. 4. lib. 2.* Anch. *conſ. 294.* Dec. *conſ. 212. in privil. lib. 1.*
Caſtra. *d. tract. de ſociet. offic. cap. 48. num. 52.* Ruin. *conſ. 90. ſub num. 11. verſ. 2. requiritur. lib. 1.*

Ampliatur ulterius, adeo morte ſocietatem finiri, ut morte unius ex ſociis
11 finiatur † quoad omnes. *l. actione, 65. §. morte. 9. ff. pro ſoc.* Bald. *conſ. 448. lib. 4.*

Petr. de

Petr.de Ubald *d.tract.de duob. fratr. part.11. ſub n.3.* Ruin. *conſ.91. in princ. & n.6. in*
fin. lib.1. quod à ſocio ſciente † mortem non ſit neceſſe, quod eam notificet 12
alteri ſocio ignoranti, Alex. *conſ.60. ſub num.1. lib. 7.* Et quod ſocius, qui lu-
cratus fuit † poſt mortem ſocij,non teneatur lucra communicare cum hæ- 13
rede mortui & etiam cum ſocio ſupravivente, tradit Dec. *conſ. 212. lib. 1.*
Quamvis etiam fuiſſet contracta † ſocietas inter pluros,& quemlibet ipſo- 14
rum in ſolidum, nihilominus uno mortuo ſolvitur quoad omnes. Alex. *in*
d. conſ.60. lib.7. Sed hoc non procedit, ſi ſocietas † nomine collectivo, puta 15
inter Titium & hęredes Sempronij, contracta fuerit: uno enim ex hęredi-
bus moriente ſocietas durat cum cæteris,quia nomen hęredis collectivum
verificatur in ſuperviventibus *l. proponebatur.76.ff. de judi. l. ſicut. 7.ff. quod quiſ-*
que univer. nomi. c. gratum. de poſt. prælat. & c ſi gratioſe. de reſcript. in 6. ita tenet
Pariſ. *conſ 82. num.32. lib.1.* Item non procedit, ſi inter contrahentes † actum 16
fuit, quod, mortuo uno ex ſociis, ſocietas duret quoad ſuperviventes. *§. ſol-*
vitur. in fin. Inſt de ſociet. l. actione. 65. §. morte. 9. ff. pro ſoc. Bald. *conſil.448. n.1. lib.4.*
Petr. de Ubald. *d. tract. de duob. fratr. part.11. ſub num.33.* Grat. *conſ 15. lib.1.* Alex.
conſ. 136. n. 1. in fin. & n. ſeq lib.5. ubi etiam tradit † tacite fieri per ſe quod ſo- 17
cietas duret, quoad ſuperviventes, & id tacite actum probari dicit per ver-
ba, *duraturum, donec dicti Bartholomæus, Muccinus, & Hieronymus voluerint*, quia
pluralitas reſolvitur in ſingularitates *l. Lucius. §. Caio. ff. ad nobil. l. fi. §. filium.*
ff. de leg. 2. niſi ratio æqualitatis ſervandæ aliud ſuadeat. Gl. *in l. hoc articulo.*
29. ff. de hered. inſtit. Bald. & Salic. *in l. quamvis. ff. de impub. & aliis ſubſt.* Io. de
Imol. *in l. falſa. §.1. ff. de condit. & demonſtr.* Nam cum pluritas in ſingularitates
reſolvatur, proinde eſt, ac ſi fuiſſet contracta ſocietas cum Bartholomæo,
donec ipſe Bartholomæus voluerit, & ſimiliter cum Muccino, donec ipſe
Muccinus voluerit, & cum Hieronymo, donec ipſe Hieronymus voluerit,
& per conſequens, quod unius voluntate ceſſante dicatur cum cæteris du-
rare ſocietas. Sed iſta opinio Alex. non videtur † vera, quia etiam appoſita 18
clauſula, *principaliter, & in ſolidum*, ſocietas ſolvitur morte unius, quoad om-
nes, ut idemmet Alex tradit, ut dixi ſupra *in conſ. 60. lib. 7.* ea ratione, quia
verba inter contrahentes ſunt intelligenda ſecundum ſubjectam materiam,
& ſic ſecundum naturam ſocietatis, & hoc eſt verum, licet ſingulariter à
quolibet ſocio, ſive ab omnibus inſimul, proferantur. *l. ſi ſtipulatus. 4. in princ.*
ff. de uſur in l. à Procuratorem 11. C. mandati.

Concluſio ſuprapoſita, & ampliata, quod ſocietas † non tranſeat ad hęre- 19
des, & morte extinguatur, declaratur non procedere in ſocietate vectigaliũ,
ſeu aliarum publicarũ functionũ. *l. adeo 59. & l. verũ. 63. §. in hæredem. 8. ff pro ſoc.* &
iſta appellatur ſocietas neceſſitatis a Baldo *in l. tamdiu 5. n.2. C. pro ſoc.* Petr de
Ubald. *d tract. de duob fratr par.11. in pr.* Bald *in l. nemo poteſt 35. ff. pro ſoc* Abb *conſ.86.*
lib.2. Corne. *conſ.310. lib.4* Pariſ. *conſ.82, n.34. lib.1.* Dec. *conſ 212. ſub n.1 lib.1.* Sed tria

 ſunt

20 ſunt neceſſaria ad hoc, ut ſocietas † vectigalium & ſimilium tranſeat ad heredes. Primo, quod ſit vectigalium, vel ſimilium publicarum functionum. Secundo, quod ſit expreſſe conventum ſocietatem debere tranſire ad heredes. Tertio, quod heres ſit idoneus. Bald. *in l. nemo poteſt. 35. ff. pro ſoc.* Et iſta tria ponit Gl. *in l. adeo. 59. in verb. aſſcripta. ff. pro ſoc.* & addit quartum, quod ipſi ſocij cum locatore paciſci debeant, quod ſocietas debeat ad
21 heredes tranſire. Sed, videbatur dicendum, iſtum † quartum requiſitum non eſſe neceſſarium, quia inter locantem & conducentes gabellas ſolum intervenit locatio, in qua abſque alia conventione comprehenduntur heredes. *l. viam veritatis. 10. C. locati.* Tamen etiam hoc quartum requiſitum eſſe neceſſarium, tenet Ruin. *conſ. 91. num. 8. lib. 1.* ubi etiam dicit, quod ſi lo-
22 catio pluribus facta fuit, ut ſociis † & inter ſocios, & locatorem non fuerit conventum, quod tranſeat ad heredes, mortuo uno ex ſociis, non ſolum erit extincta ſocietas, ſed etiam locatio, quia cum Gl. velit, quod paciſcatur de heredibus cum locatore, neceſſario ſequitur, quod locatio ſine tali pacto ad heredes non tranſiret, quia ſi ad eos tranſiret, fruſtra diceret Gl. pactum
23 debere apponi. Et hoc comprobat etiam † alia ratione, nempe quod locatio debeat ſortiri naturam ſocietatis, & ſecundum ejus naturam finiri debeat, cum ſit conjuncta cum ea, *argu. l. qui patri. 59. ff. de acqui. hered.* & per ea, quæ tradit de actione perſonali, quod unita cum reali aſſumat ejus naturam, Bart. *in l. 4. §. Cato in 3. oppoſ. ff. de verb. oblig.* In hanc ſententiam cum
24 Ruin. tranſiri poſſe durum mihi videtur, quia reſpectu † contractus locationis, ut dixi, paciſci de herede non eſt neceſſarium, *d. l. viam veritatis 10. C. locati.* Et quod dicitur de unione, non militat in præſenti, quia in locatore unio aliqua non conſideratur, ipſe enim ſolummodo habet actionem ex contractu locationis, & non ex ſocietate, & ideo unionis effectus in eo cadere non poteſt, conſiderata *in d. l. qui patri.* & à Bart. *in d. 3. oppoſ.* Et ita quamvis ſit extincta ſocietas, quod locatio tranſeat ad heredes, tradit Abb. *in conſ. 86. Viſis capitulis. lib. 2.* quem ad hoc citat Dec. *in conſil. 212. ſub num. 6. circa fin. lib. 1.* Etiam dum Dec. *in d. conſil. 212. ſub num. 7.* videtur ad præſcripta quatuor †
25 requiſita addere quintum, nempe, quod heredis perſona ſit ſcripta, per *d. l. adeo. ff. pro ſoc.* ejus opinio non eſt ſequenda, tum quia in ea non figit pedem, & loquitur de herede heredis, tum etiam, quia verbum, *adſcripta. in d. l. adeo.* appoſitum interpretatur à Gloſ. ibi, quam alij ſequuntur, quod requiratur nominatio, & non ſcriptura. Prædicta, quod ſupradictis requiſitis interve-
26 nientibus ſocietas publicarum functionum † tranſeat ad heredes, declarantur non procedere, quando ſocietas contineret res publicas & res privatas, quia diſpoſitio facta in caſu ſimplici non habet locum in caſu mixto in materia ſtricta, ita tradit Dec. *in d. conſ. 212. n. 2 lib. 1* Etiam intellIgendum eſt, quod
27 ſocietas † vectigalium, & ſimilium rerum publicarum tranſeat ſolũmodo ad pri-

ad primum,& non ad ulteriores heredes.Gl.*in l.nulla ſociet.as 70.ff pro ſoc.*Corn. *in conſ.121.ſub n.1.circa fin.lib.1.* ubi dicit, quod cum dicta Gloſſa Dd.tranſeunt, ſed Bald.*in d.l.nulla.*tenet contrarium.Petrus autem de Ubal.*in d.tract.de duob. fratr.part.11.num.14.* dicit,quod opinio Gloſſæ,quæ in dubio ſequenda eſt, ſibi magis placet,ſed eam limitat,quando Reipublicæ expediret.Quia quemadmodum ejus favore fit,quod tranſeat ad heredẽ,ita fieri debet,quod tranſeat ad heredem heredis,qui appellatione heredis continetur.*l.in animal.C.de leg.*

Addendum eſt etiam prædictis, quod ſi inter locatorem & conductores ſit facta mentio † heredum, non per hoc inter conducentes ſocios actum 28 cenſeri, ſocietatem tranſire ad heredes. Corn. *in conſ.121. & in conſ.122. lib.1.* Ruin. *conſ.90 ſub num.11.lib.1.* Dec.*conſ.212. ſub num.6.lib.1.* Conductio, quæ ſi facta † ſit pro ſe, & ſociis, intelligitur ſolum de ſociis præſentibus,& non 29 de futuris,& ſi non extabunt ſocij de præſenti,neque etiam ad futuros trahi poteſt, quia locator ignorat, an conductor habeat ſocios de præſenti, & voluntas non extenditur ad ignorata. *l. ſi per errorem.15.ff. de juriſd om.* Ruin. *d. conſ.90. ſub num.7. lib.1.* ubi ulterius dicit,non valere locationem factam pro ſociis futuris, quia datio tutoris † certificandi per alium non valet, licet 30 poſſit ita Procurator conſtitui. Ratio diverſitatis inter tutorem & Procuratorem eſt, quia per dationem tutoris quis providet alteri, nempe pupillo, & per conſtitutionem Procuratoris providet quiſque ſibi. Ideo ſicut hoc fieri non permittitur in tutore in præjudicium pupilli, ita dicendum eſt, quod locatio fieri conducenti pro ſe & ſociis in præjudicium conſtituentis non debeat, & ita hac ratione in tutore conſiderata, quod talis locatio in præjudicium communitatis fieri non poſſit, pro ſociis nominandis tenet. Talis etiam conductio facta pro ſe, & ſociis intelligitur facta pro dimidia † pro ſe, & pro alia dimidia pro ſociis, vel pro par- 31 tibus virilibus, ut per Ruin. *dict. conſil.90. num. 8. lib.1.* & vide dicta ſupra *capit.30. numero vigeſimo tertio. & num.41.* Conductio etiam ſuprapoſita, quod ſocietas non † tranſeat ad heredes, limitatur non procedere,ſtante teſtato- 32 ris præcepto, quod cum heredibus continuari debeat uſque ad certum tempus, Bald. *in l.4.in princ.in 2. notab.ff.de condit. inſt.* Dec. *in conſ.441.n.3 lib.2.* Decian. *conſ.22. lib.3.* Rimin. jun. *conſ.711. lib.6.* Et quamvis iſtud pactum, quod ſocietas † morte non finiatur, & tranſeat ad heredes, non valeat, ſi ſit 33 appoſitum à contrahentibus à principio : tamen jure cautum non reperitur, quod poſt contractam ſocietatem unus ex ſociis non poſſit obligare heredes ſuos, ut in ſocietate continuent, ita dicit Decian. *in d. conſ.22 n.12. lib.3.* & Rimin. *d. conſ.711. n.7.* Et iſtud teſtatoris præceptum ſuſtineri debere in ſocietate continuanda † dicendum videtur, quia ſuſtinetur, ſi teſtator 34 præcipiat heredibus, ne bona communia dividant. Nam licet tale præceptum † à teſtatore factum heredibus de ſtando omnino in perpetuum 35

in communione non valeat. *l. in hoc judicium 14. §. ſi conveniat. 2. ff. comm. divid.*
& non valeat tale pactum, etiam ſi fuerit juramento confirmatum, Alexan.
conſ. 18. n. 1. lib. 2. Ruin *conſ. 54. col. 3. verſ. ſecundo principaliter. lib. 1.* Gargiar. *patro.*
85. n. 7. Anchar. *q. 66. lib. 2.* & eſt communis opinio. Socin. *conſ. 68. num. 15. lib. 2.*
Caſtra. *d. tract. c. 47. n. 9.* & ſolum, qui facit contra tale pactum, efficiatur per-
jurus, ut Alex. & Ruin. *ibid.* declarant, licet quod confirmetur à juramento,
tradit & comprobat Seraf. *in tract. de privil. juram. ſub num. 18.* ſed male: tamen
36 valet, & ſervari debet, ſi ſit factum † ad tempus, etiam abſque juramento,
ut pulchre aliis citatis diſtinguendo tradit Grat. in *conſ. 66. lib. 2.* Limitatio
37 iſta mihi non placet, quia ſi à lege diſpoſitum requiritur, pacto fieri † non
poſſe, quod ſocietas non extinguatur morte, & non tranſeat ad hęredes,
hoc etiam fieri non poterit à teſtatore, quia etiam ipſe legum diſpoſitionem
ſervare tenetur, & non eſt tantæ auctoritatis, ut ea facere poſſit, quæ à lege
fieri prohibentur. *l. nemo poteſt 55. ff. de leg. 1. & §. 1. in auth. de jurejur. à mort. præſtit.*
Et eſt impoſſibile, quod à ſolo teſtatore fieri poſſit, ut ſocietas poſt mortem
ejus continuetur, quia in ſocietate continuanda requiritur voluntas aliorũ
ſociorum, & à teſtatore ſupèr aliorum voluntate diſponi non poteſt. Et à
præcepto, quod fit hęredibus ſuper promiſſis teſtatori, argumentum ſumi
non poteſt, quia ſi hæredes facta à defuncto approbare tenentur, hoc de ſo-
ciis dici non poterit ſi non ſunt hæredes.

38 Quamvis etiam † præceptum teſtatoris ſit obſervandum, non ſequitur,
quod neceſſario ſocietas dicatur continuare, quia præceptum defuncti poſ-
ſunt hæredes non acceptare, quia ad eorum commodum factum cenſetur,
Dec. *d. conſ. 441. num. 3. & conſ. 442. num. 25. lib. 2.* & ſi eum acceptare non co-
guntur, non quod ſocietas continuetur, ſed quod nova ſocietas inchoetur
& renovetur, dicendum eſt, & ita loqui videntur Decius & Decianus in
dictis conſiliis & Pariſ. *conſ. 84. num. 6. lib. 1.* & Grat. *conſ. 66. num. 22. lib. 2.* &
videnda ſunt ea, quæ dixi ſupra *cap. 3. num. 30. & ſeq.*

39 Et non obſtat dicere, quod † cautum non reperiatur, poſt contractam ſo-
cietatem à teſtatore tale præceptum fieri non poſſe, ſuper ſocietate jam con-
tracta, quia ratio, quæ facit, ut pactum ſit prohibitum à principio, facit etiam,
ut poſt contractum ſit prohibitum præceptum, & ubi militat ratio legis,
militat etiam ejus diſpoſitio *l. cum ratio. 7. ff. de bonis damnat. l. fin. C. ad leg. falcid.*

40 Limitatur ulterius præfata concluſio, ut non procedat, ſi in † ſocietatis
contractu fuerit appoſitum juramentũ, quia ejus virtute morte non finitur,
ſed tranſit ad hęredes. Io. Fab *in §. ſolvitur. in fin. Inſt. de ſociet.* Soc. *conſ. 160. n. 2. lib. 2.*
Crav. *conſ. 875. in fi. lib. 5.* Capit *deciſ. 174.* late Seraf. *in tract. de priv. ver. priv. 57.* Surd.
41 *conſ. 20. n. 19. lib. 1.* Rimin. jun. *conſ. 711. num. 2.* ubi etiam loquitur de ſocietate †
42 jurata inter Hebræos *lib. 6.* Contrariam opinionem, quod ſocietas, etiam †
ſi fuit juratum, non tranſeat ad hæredes, & morte extinguatur, tenet Alex.

ad Bart.

ad Bart. *in l. adeo 59. ff. pro ſoc.* Dum enim Bart. ibi dicit, pactum, quod ſocietas tranſeat ad hæredes, non valet, quia impedit liberam teſtandi factionem. Alex. addit, quod Jo. Faber. ſingulariter *in §. ſolvitur. Inſt. eod.* dicit, quod virtute juramenti poſſet tranſire ſocietas ad hæredes, ſed quod ratio Bart. faciat in contrarium, juncto *c. non eſt obligatorium, de reg. jur. in 6.* Hanc opinionem tenet etiam Curt. *conſ. 53.* & Grat. *conſ. 15. n. 26. lib. 1.* & Seraf. *in d. privil. 57. in fin.* dicit, quod durum eſſet & difficillimum in judiciis obtinere contra hanc opinionem. Ego puto, in hac contrarietate ita diſtingui poſſe. Aut agimus de ſocietate † ſimpliciter inita cum juramento, & hoc caſu, ſive eſſet ſocietas 43
particularis, ſive omnium bonorum, dicerem, virtute juramenti ſocietatem ad hæredes non tranſire, ſed morte extingui. Aut agimus de ſocietate particulari, & hoc caſu, ſi ſimpliciter ſocietas inita fuiſſet, dicerem, juramentum non operari, quod tranſiret ad hæredes, ſed cenſeri appoſitum juxta ejus naturam, & ad hoc, ut ipſi contrahentes eſſent efficacius obligati. Si vero fuiſſet contracta appoſito pacto, quod tranſiret ad hæredes adhibito juramento, dicerem, ipſius juramenti vigore eſſe obſervandum pactum, quia, cum ſit ſuper re particulari, non tollit libertatem teſtandi, ut conſiderant Surd. & Rimin. *in d. conſ. ſupra proximè citatu,* & quia non poteſt dici, quod pactum ſit abſurdum, & quod ſit contra bonos mores, & contra leges, cum ſic ita contrahentes conſentiant in hæredem, & quod ad hæredes ſocietas tranſeat, ut per Seraf. *in d. privil. 57.* Sed hoc non procedere declararem, quando de certa hæredis perſona fuiſſet conventum, quia tunc per indirectum eſſet ſublata teſtandi facultas, cum ſocius cogeretur inſtituere hæredem illum, quem nominaſſet, ut per Seraf. *d. priv. 57. ſub n. 1.* declararem etiam, ſi perſona hæredis non eſſet idonea ad ea agendum, quę in ſocietate agi deberent, ut per Surd. *d. conſ. 20. ſub n. 5. lib. 1.* & ſi hæres nihil agere deberet, ut quia eſſet hæres illius, qui pecuniam poſuerat, & operari non tenebatur, tunc de ejus idoneitate non eſſet curandum, quia ceſſat ratio, quod non poſſit operari. Quid ſi appoſito pacto jurato, quod ſocietas † tranſeat ad hæredes, fuit 44
etiam præſtitus fidejuſſor, qui ſe obligavit principaliter, & in ſolidum? Utique Surd. *in d. conſ. 20. lib. 1.* dicit, quod licet hæres tanquam ſocius non teneatur ad obſervantiam contractus: tamen ad illius obſervantiam tenetur fidejuſſor, qui ſe conſtituit principalem debitorem, cum debitis clauſulis, quia fidejuſſor tenetur in duriorem cauſam, quam teneatur principalis, cum juramentum ab eo appoſitum operetur, quod obligatio ſuſtineatur, non uti acceſſoria, ſed uti principalis, ex quo, qui jurat, cenſetur ſe voluiſſe obligare omni meliori modo, quo potuit. Barr. *in l. ſi quis pro eo 56. n. 15. ff. de fidejuſſ.* Angel. *in l. ſi quis 37. ff. eod.* Alex. *in conſ. 32. in fin. lib. 4.* Et qui in plus obligatur, quam principalis, definit eſſe fidejuſſor. Dec. *conſ. 7. num. 6. lib. 1.* Pariſ. *conſil. 16. num. 113. lib. 2.* Natt. *conſil. 262. num. 14. & conſil. 453. num. 15. lib. 2.* Joſeph. Ludov.

45 *deciſ.Peruſ.57.num.4.* Et quod dicitur, fidejuſſorem uti poſſe † exceptionibus competentibus reo principali. *l.2.ff.quæ res pigno oblig non poſſ. l. omnes 19. ff. de except l.conſtitutionib.20.ubi* Bald. C.*de uſur.*Marſ.latè *in rub.ff.de fidejuſ.num.268.& ſeq.* procedit in puro & ſimplici fidejuſſore,& non procedit, ubi quis ſe conſtituat principalem debitorem. Surd. *d.conſil.20.num.24.& ſeq.* Aliud eſt fidejuſſor, aliud correus, cum fidejuſſor teneatur acceſſoriè, *l. 1. l. generaliter 5. l. Græce 8.§.1.ff de fidejuſſ.Inſt. de fidejuſſ. in princ.* & correus teneatur principaliter, & in ſolidum *l.1.2 & 3.in fin.ff.de duob.reis, Inſt.de duobus reis, in pr.* & diſpoſitio loquens de fidejuſſore, non procedit in correo, ut patet *in ut. Cod. de fidejuſſ.*
46 *dot. den.* Nam dicta † prohibitio procedit in fidejuſſore, ſed non in correo, qui pro dotis reſtitutione ſe obligare poteſt, ut per Bart. Bald. & Salic. & alios *in l fin C.de dote cauta, & non numer.* & per Bald. & Salic. *in l.2. C. d.m.de fidejuſſ.dot.dent.* & eſt communis opinio, Joſeph. Lud. *in ſuis concl. tit.de fidejuſſ.*
47 *dot.dent.concl.13.* Et ſi ex forma ſtatuti fidejuſſor † datus forenſi non obligetur, quod ſtatutum valere dicit Rimin.jun. *conſil.196. num.42. lib. 2.* licet non debere obſervari tradat Theſaur. *deciſ. 166. in fin.* utique dicti ſtatuti diſpoſitio non procedit, ubi fidejuſſor ſe obligavit uti principalis. Nat. *conſil. 52.*
48 *num.5.lib.1.* Et ſi ſit conſtitutus Procurator † ad fidejubendum, principalem non obligat conſtituendo ſe principalem debitorem. Cephal. *conſil. 220. n.*
49 *7.lib.2.* Et quamvis dici ſoleat, quod ubi negotium † ſpectat ad unum, alii omnes dicantur fidejuſſores, licet ſe obligaverint principaliter, & in ſolidum. Bart. *in l.reos 11.in princ.ſub num.1. verſ. aut non ex cauſa. ff. de duobus reis.* Gabriel *tit.de fidejuſſ.concluſ.2.num.1.* tamen reſpondet Surdus *dict.conſil.20. num.27. lib.1.* quod id procedat inter ipſos reos, non vero quoad principalem creditorem, ut per Natt.*in conſil.52.num.6.* Gabriel. *dict. concl.2. num.2. & 3.* Advertendum eſt ad hanc Surdi opinionem, quia ſi ipſe vult, quod teneatur fide-
50 juſſor † uti principalis obligatus, quoad obligationes & actiones,quæ diſſoluta ſocietate remanent, & tranſeunt in hæredem, recte loquitur. Si vero vult, quod ſocietas ſubſiſtere debeat in perſona ipſius fidejuſſoris, ſi non duret in perſona hæredis, male judicio meo loquitur, quia, ut dixi ſupra *cap.29.num.50.*ex Alex. *conſ.66.lib.4.* etiam ſi ſe obliget fidejuſſor perſonaliter, & in ſolidum, nihilominus ejus obligatio non valet, ſi non valet obligatio principalis,quia cum principalis ſe obligate non poſſit, dicitur color quæſitus, & contractus cenſetur initus in fraudem legis. Bart. *in l.reos 11. in prin-*
51 *cip.ff de duobus reis.* Verum dici poteſt, quod teneatur uti † expromiſſor, ſi juravit,& ita poſſet Surdi opinio ſuſtineri,ut dixi *in d.cap 29 num.54.*ex Corn. *conſil.214. num.7. & ſub num. 11.lib. 2.* Limitatur ultimo loco ſupradicta con-
52 cluſio, quod licet ſocietas † morte extinguatur, tamen actiones ex ipſa ſocietate provenientes tranſeunt ad hæredes, activè & paſſivè, *l.3. & ibi* Bald. *Cod.pro ſoc.l.nemo 35.& l.& acti.& l.verum 63.§.in hæredi, & l. actione 65.§ ſi in rem*

certam.

Digitized by Google

certam,& §.morte.ff pro ſoc. Bart.*conſil.48.num.2.lib.2.* Bald.*conſil.87.lib.2.* Petr. de Ubald.*d.tract de duob fratr.part.5 ſub num.32.& part.11.num.3.* Aretin. *in §. ſolvitur, num.2.Inſt.de ſociet.* Alexand.*conſil.34.ſub num.4.lib.2.* Corn.*conſil. 122.lib.1.* Ruin. *conſil.216.lib.1.*Pariſ.*conſil.72.num.39.lib.1.*Antonius Gioſſus *conſil. 50.num.2. lib.2.* Declaratio iſta vera eſt, tamen non ita ſimpliciter, & indiſtincte, ſed conſiderandi ſunt aliqui caſus.

Primus caſus eſt, quando agitur de geſtis † ante mortem ſocii, & hoc caſu actiones etiam quoad dolum & culpam præſtandæ ſunt hæredi, & contra hæredem, *d.l.actione 65.§.morte,ff pro ſoc.*quia quod perfectum eſt, morte ſuperveniente non tollitur, ut dicit Baldus*conſ.87. libro 2.* 53

Secundus caſus erit, quando agitur de geſtis poſt finitam ſocietatem, & † hoc caſu qualiter ratione doli & culpæ teneatur, dixi ſupra *c.21. n.25. cum plurib.ſeqq.* Quo vero ad cætera dicendum eſt, quod hæres negotia incepta à defuncto perficere tenetur, ſed nova negotia inchoare non poteſt, *l.nam & Servius 21 §.ſi vivo 2.ff.de neg geſt.l.hæres ſocii, 40.& ibi* Bald. *ff.pro ſoc.* Gl. fin. *in l. nemo poteſt 35.ff.eod.*Petr.de Ubald.*dict.tract part.11.num 4.* & eſt intelligendum, quod teneatur hæres perficere negotia incepta, ſi ſit maſculus, & legitimæ ætatis. Gl.& Bald.*in d.l.hæres ſocii 40.ff pro ſoc.*Port. *in §.manet.ſub n 3.Inſt.de ſociet.* 54

Et cum hæres negotia † incepta perficere teneatur, non obſtante, quod ſocietas ſit diſſoluta, omnia ex dictis negotiis provenientia communia erunt, quia attenditur, quo tempore fuerint incepta, & non quo tempore fuerint completa, ut habetur *in d.l.nam & Servius, 21.§.ſi vivo, 2.& ibi Gl. ff. de neg. geſt.* & è converſo non erunt communia provenientia ex noviter geſtis, ſocietate diſſoluta, & ita procedit text.*in l.verum 63.§.in hæredem, 8.& in l.actione 65.§. ſi in rem. 2.& §.morte 9.ff pro ſoc.*& non eſt diſtinguendum, an negotia † geſta fuerint in vita, an vero poſt mortem, ſed ſatis eſt, quod incepta fuerint ante mortem. Gl.*in d.l.verum, §.in hæredes, in ver.emolumentum.* Petr.de Ubald.*d. part.11 num.3.* Corn.*conſ.122 lib.1.*Pariſ.*conſ 82,num.38.lib.1.*Ruin.*conſ.90. ſub num.11. lib.1.* & eſt communis opinio, ut per Oſaſch. *deciſ.76.ſub num. 3.* & per Surdum *in conſ.20.num.16.lib.1.*Cephal. *conſil.632.num.7.lib.5.* Et datur exemplum in his, quæ † communicari debent, per Gl. *in d.l.actione 65. §. ſi in rem certam, in ver.ſi in rem.ff.pro ſoc.* dum exponendo ibi textum ponit de equo emendo, ut ad vecturas locaretur, & Petr.de Ubald.*d.tract.part.11.ſub num.3.* latius dicit debere communicari lucrum habitum ex re ſocietatis, ut fructus, & mercedes, & vecturæ equorum communium, & pretium rerum venditarum. Corn.*conſ.122.lib.1.* Et de his, quæ † communicari non debent, idem Petr.de Ubald *d.loco* ponit exemplum in pretio ex rebus ſocietatis redacto, & in aliam negotiationem converſo, quod enim ex ea lucratur, non debet communicari, quia non provenit principaliter & immediate à ſocietate. Gl. *in dict.l.actione.§.ſi in rem certam, in ver. lucri.* dum reſpondet ad text. 55 56 57 58

in l.Titium & Mævium 74.§.altero 6.ff.de admin.tut. & allegant text. *in l.ſocium 63.* *§.item poſt mortem ff.pro ſoc.* facit tex. *in l ſi id quod. §.1.& ſeq.ff.eod.* Tertius & ul-
59 timus caſus erit, quando ſocius † ſuperſtes ſocii mortem ignorans negotia nondum cœpta aggreditur, & hoc caſu Petr.de Ubald. *in d.part.11.n.8.* ponendo exemplum in duobus, qui coiverant ſocietatem ad emendum pannos, dicit, quod ille, qui ivit ad emendum, ſi ignorans ſecutam eſſe mortem alterius ſocii emit, quod lucrum & damnum commune eſſe debet cum hærede defuncti, propter ignorantiam mortis, ſicut evenit in mandato, licet ſocietas ſit morte diſſoluta. *l.actione 65.§. quod ſi integris, ff.pro ſoc.* cujus verba ſunt: *Quod ſi integris omnibus manentibus, alter deceſſerit, deinde tunc ſequatur res, de qua ſocietatem coiverunt, tunc eadem diſtinctione utimur, qua in mandato, ut, ſiquidem ignota fuerit mors alterius, valeat ſocietas, ſi nota, non valeat.* Et ſimilis diſtinctio in mandato habetur *in l.inter cauſas 26.in princ.ff.mandati.* Verum iſta opinio Petri de
60 Ubald. quod lucra & damna ſint † communia cum hærede defuncti, licet videatur probari aperte per jura præfata, tamen ipſe decipitur, quia attenta diſtinctione, quæ fit in mandato, lucra & damna non debent eſſe communia, ut ipſe opinatur, & hoc in dictis juribus diſpoſitum non reperitur. Nam ideo ſuſtinetur mandatum, ne Procurator mortem ignorans damnum patiatur, & ita ideo ſuſtinetur ſocietas mortuo uno ex ſociis, ne alter, ignorans mortem, gerens damnum patiatur, & non ſuſtinetur ad hoc, ut hæres ſocii mortui lucri partem percipere debeat, ut declarat Alex. *in conſ.60.num.2.* *lib.7.*

N.40. Miras attribuunt juramento virtutes, ut quaſi Iovis manus omnia poſſit. *vid.cap.* *39 n 72.cap.5 n.24. in notis.*

N.43. in verbis: *Si verò fuiſſet contracta* (ſocietas) *appoſito pacto quod tranſiret ad hæredes adhibito iuramento, dicerem pactum eſſe ſervandum &c* Atqui paciſci non licet ut hæres ſuccedat ſocietati, *ſuperius n.5.* Et pactum contra leges initum juramento firmari vetant *Theodoſius & Valent. Cod.de legib.l.5.1.14.*

CAPUT XXXIII.

Morte civili qualiter diſſolvatur ſocietas.

SUMMARIA.

1. *Morte civili ſolvitur ſocietas.*
2. *Nempe capitis diminutione, maxima & media.*

3. Non-

3 *Non vero minima, ut arrogatione, & emancipatione.*
4 *Manumiſſione vel alienatione ſervi ſolvitur ſocietas.*
5 *Ratio diverſitatis inter emancipationem & manumiſſionem.*
6 *Secuta emancipatione, an ſit agendum contra patrem, vel contra filium.*
7 *Excommunicatione ſolvitur ſocietas.*
8 *Contrarium probatur.*
9 *Per religionis ingreſſum ſolvitur ſocietas, &* n.10. & 11.
Si ingrediatur ſocius, & ibi perpetuo maneat, ſive ſi ad tempus.

SIcut morte naturali, ita † etiam morte civili ſolvitur ſocietas, *l. verum 63.* 1
§ fin. ff. pro ſoc. Petr. de Ubald. *in tract. de duob. fratr. part. 11. ſub num. 1.* Hond.
conſil. 62. num. 22. lib. 1. Datur exemplum in capitis † diminutione, ſi tamen 2
maxima ſit, vel media, de quibus habetur *in § 1. & 2. Inſt. de capi. diminut.* &
de maxima & media capitis diminutione loquitur text. *in dict. l. verum, in fin.*
Minima enim † capitis diminutione, ut arrogatione, vel emancipatione, 3
ſocietas non ſolvitur, ſed arrogatus vel emancipatus, ſimiliter arrogatione
& emancipatione ſecuta, ſocius remanet, *l. actione 65. § ſocietas 11. ff. pro ſoc.* Petr.
de Ubald. *d. part. 11. ſub num. 1.* Non ſic eſt ſi ſervus, cum † quo erat contracta 4
ſocietas, fuerit à domino manumiſſus, vel alienatus, quia manumiſſione vel
alienatione ſecuta ſolvitur ſocietas, *l. ſi id quod 58. § ſi ſervus 3. ff. pro ſoc.* Petr. de
Ubald. *d. part. 11. num. 1. in fin.* Et ratio diverſitatis eſt † inter filium familias & 5
ſervum, quia filius familias, & dum eſt in poteſtate, & emancipatus, poteſt
obligari; ſervus vero dum eſt in poteſtate non obligatur, ut per Gl. *in d. l. ſi id
quod 58. § ſi filius familias 2. in ver. finitam, ff. pro ſoc.* Menoch *conſ. 121. n. 59. lib. 2.* Qua
autem actione ſit agendum, & an † contra patrem & an contra filium, eſt 6
text *in d. §. ſi filius familias, & in § ſeq.* & ibi Gl. declarat, & habetur per Gl. *in
l. Pomponius in negotiis 15 ff. de neg. geſt.* Excommunicatus etiam † mortuo æqui- 7
paratur, Gloſ. *in § ſi igitur, in auth. de conſang. & uter. fratr.* Gl *in § media. Inſt. de ca-
pitis diminut.* ideo videtur, quod vera ſit opinio Petr. de Ubald. *in dict. tract.
part. 11. ſub num. 1.* aſſerentis, per excommunicationem ſocietatem diſſolvi.
Sed quia communicato † contrahere non eſt prohibitum, *c. felicis, § verum, de* 8
pœnis in 6. verior opinio videtur, quod excommunicatione ſecuta ſocietas
non diſſolvatur, ut per Gl. *in cap. 1. diſt 41. & per Gl penult in c. ſi vere. de ſent. ex-
commun.* & ita videtur tenere Graffius *in ſuis deciſ part 1. libro quarto capitulo de-
cimo tertio, num quarto.* & Caſt. ac. *in tract. de ſocict. offic. cap. 34.* licet non dicat, an
per excommunicationem ſolvatur ſocietas, verum teneat, quod hac morte
ſpirituali ſecuta pecuniæ non pe. dantur Ille etiam, qui religionem † in- 9
greditur, pro mortuo habetur, *l. Deo nobis 56. C. de epiſc. & cler.* & tranſit in po-
teſtatem ſuperioris. Bart. *in l. patre furioſo 8. ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. jur.* &
idem judicatur de religione ſuperveniente, quod de ſervitute ſupervenien-

te, Bald. *in l. 2. circa fin. C. de ſenten.* Dec. *in c. decernimus, num. 85. de Jud. & in c. bonæ*
10 *memoriæ, num. 7. de appel.* Ideo quod per ingreſſum religionis † ſocietas diſſol-
vatur, dicendum eſt, & ſocietatem à religioſo contrahi non poſſe dicit Bald.
in l. ſi fratres 52. in lect. antiq. n. 5. ff. pro ſoc. Petr. de Ubald. *d. tract. part. 6. ſub num. 16.* Et
11 ita, ſi ſocius † ingrediatur religionem bonorum incapacem, tam in parti-
culari, quam in communi, quod pecuniæ poſitæ in ſocietate devenire de-
beant ad ejus hæredes, ponit Caſtrac. *dict. tract. de ſociet. offic. cap. 35. n. 19.* ex tradi-
tis per Bartol. *in tract. Minor. lib. 4. cap. 3* & per Salic. *in auth. ſi qua mulier. in fin. C. de*
ſacroſanct. eccl. & per Alexand. *in l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Trebell.* Hond. *conſ. 62. n.*
12 *20 libro 1.* Verum licet prædicta vera ſint † in ingrediente perpetuo religio-
nem: tamen ſi unus ex ſociis intret monaſterium ad ſerviendum ibidem
per annum, quod non diſſolvatur ſocietas, eſt conſilium Chart. ſive cujuſ-
dam alterius Doctoris Senenſis, inter conſilia Bart. *conſ. 51. & prima facie. lib. 1.*
Sed quia tractatur ibi de ſocietate omnium bonorum, ut patet in illis ver-
bis: *In caſu vero noſtro apparet de ſocietate omnium bonorum, ubi ageretur de ſocietate*
particulari, in qua ſocius operari teneretur, contrarium dicerem, quia eſt iſte a-
ctus diſſociativus, ex quo tacite ſocietati renunciatum cenſetur, *l. itaque 64.*
ff. pro ſoc. ut videbimus *in cap. 35.* Et quod dictum conſilium ſit Bart. credi
poteſt, quia de eo videtur facere mentionem *in l. ſed & ſocius 17. §. fin. ff.*
pro ſoc.

CAPUT XXXIV.

Societas qualiter reſolvatur.

SUMMARIA.

1 *Rei conditione mutata, ita ut ab hominum commercio eximatur, ſolvitur ſocietas.*
2 *Re extincta extinguitur ſocietas, &* n. 3.
4 *Societate contracta ad tempus, capitali extincto, amplius eum ponere ſocius non tenetur.*
5 *Conventio, quod ſocietas duret, re præſumpta, fieri non poteſt.*
6 *Officio ſuppreſſo, extinguitur ſocietas officii.*
7 *Capitale an ſit reſtituendum, dubitatur, &* n. 8. & 9.
10 *Officii alienatione extinguitur ſocietas ſuper eo contracta, &* n. 11. & 12.
Procedit in officiis vacantib. in totum, ſed non procedit in non vacantib. in totum, n. 15.
13 *Alienatione rei cæteræ ſocietates non extinguuntur.*
14 *Servi alienatione extinguitur ſocietas, quia mutatur perſona, cum qua erat contra-*
cta.

16 *Reſigna-*

Digitized by Google

16 *Reſignationes officiorum in fraudem creditorum non admittuntur.*
17 *Alienationem officii ignorans fructus recipere non poteſt, niſi titulo donationis, &* n. 18. & 19.
20 *Et ratione intereſſe, concurrentibus tamen delictis requiſitis.*
21 *Negotio finito, ſolvitur ſocietas.*
22 *Datur exemplum in tabernariis.*
23 *Declaratur.*
24 *Egeſtate ſolvitur ſocietas.*
25 *Nempe venditis bonis omnibus ſocii à creditoribus, &* n.26.
27 *Publicatione bonorum facta.*
28 *Officium ſi tranſit in fiſcum, utrum pecunias poſitas ſuper eo ad ſocietatem ponenti reſtituere teneatur,* n.29.30.31.&32.
33 *Publicatione ſolvitur ſocietas, etiamſi interveniat reſpectu ejus perſonæ, quæ ſolummodo operas ponere tenetur.*
34 *Ceſſione bonorum facta.*
35 *Decoctione,* n.36.& ſeqq. uſque in fin.

SEcundo principaliter reſolvitur ſocietas *l. verum 63. §. fin. ff. pro ſoc.* & ſolvitur † re, ſcilicet rei conditione mutata, ita ut ab hominum com- 1
mercio eximatur, ut declarat Gl. *in dict. §. fin. in ver. conditione*, per text. *in l. actione 65. §. fin ff. eod.* & rei extinctione ſecuta, ſuper qua ſocietas contracta reperitur, quia ejus rei, quæ nulla eſt, vel à commercio † ſociorum remo- 2
ta requiritur, quiſque ſocius eſſe non poteſt, ut habetur *in d. l. verum 63. § fin. & ibi Gl.* & habetur per Gl. *in l. ſi non fuerint 29. in ver. ſolut. ff. pro ſoc.* Petr. de Ubald. *in tract. de duobus fratr. part 11. ſub n. 1.* Bald. *in l. 1 qu. 6. C. pro ſocio.* Socin. jun. *conſ. 58. num. 9. lib 4.* ubi idem dicit de † legato, fideicommiſſo & uſufructu, quod 3
re extincta in totum, vel in partem totam, vel in parte extinguatur, *l. Titia, §. fin ff. de leg. 1. l. 2. & l. quoties 34. §. fin. ff. de uſufruct.* Gabriel. *conſil. 63. n. 19. lib. 2.* intellige extingui ſocietatem, ſi in totum res ſit extincta, & non alias Nam mortua vacca, ſocietas durat in vitula, Petr. de Ubald. *in tract. de duob. fratr. part. 8. n. 22.* Et ſi ſit contracta † ad decennium, quod, ſi interim capitale per- 4
datur, ſocietas extinguatur, tradit Caſtrac. *in tract. de ſociet. offic. cap. 39. num. 2.* & quod amplius capitale non ſit ponendum Angel. de Pingel. *in tract. de ſociet. quæſtio 14.* Conventio etiam, quod ſocietas † duret re perempta, fieri non 5
poteſt, ita loquendo de ſocietate officii, tradit Caſtrac. *d. c. 39. num. 4.* ubi dicit, quod ſi ſuppreſſo officio, à ſummo Pontifice, partes convenirent, quod ſocietas duraret, conventio non valeret, per ea, quæ de cenſu tradit Sarnen. *deciſ. 93.* quod eſſet illicitus, quod ſi res periret, ſuper quo cenſus eſſet impoſitus, cenſeretur impoſitus, ſuper aliis bonis, & per ea, quæ tradit Bald. *in conſil. 447. lib. 2. & in l. ſi quis ſub conditione 18.* ubi etiam Caſtren. *ff. de condit. &*

demonſtr.

demonſtr.& tradit Bocaccius *in tract.de ſociet.offic.num.10.* loquendo tamen quod debeantur fructus ratione intereſſe ſtante mora, & quod ſocietas ſit finita, & quod intereſſe debeat temperari Judicis arbitrio, & non ſolvi in quantitate duodecim pro centenario. Hond.*conſ.38.n.28.lib.1.* Et ſuppreſſo officio à
6 Papa, quod officialis † pecunias reſtituere ponenti non teneatur, ſi Papa eas officiali non reſtituit, primo arguit Caſtrac. *in d.cap.39.n.6.& ſeq.* quia ſi ponens pecuniam ejus periculum non ſuſtineret, ſocietas eſſet leonina, & non valeret, & hoc caſu non dicitur ſupprimi officium culpa officialis, ſed facto ſuperioris, quod inter caſus fortuitos enumeratur, Cravet. *conſil.95.lib.1.* & de caſu fortuito ſocius non tenetur, *l.cum duobus 52. §.damna, & l. ſi id quod 64. ff. pro ſoc.l contractus 23.ff.de reg jur.* Poſtea idem Caſtrac. *ſub n.9.* ſubjungit, quod
7 ille, qui † pecuniam dat, ſubiit periculum amiſſionis, ſi moriatur, ideo non eſt inconveniens, quod officialis alia pericula ſuſtineat, & propterea quod pecunias habitas officio ſuppreſſo reſtituere teneatur, & ex adverſo allegata dicit procedere in aliis ſocietatibus, ſed non in ſocietate officii, in qua dans pecunias ſuſtinuit periculum amiſſionis, ſi moriatur, quod non eſt in aliis ſocietatibus, & multa ratione incertitudines & dubii eventus tollerantur, qui alias non tollerarentur, Tiraquel. *in l.ſi unquam 8. in ver. donatione largitus, n.131.C.de revoc.donat.*

8 Duobus modis fieri poteſt, quod officialis † ſuſcipiat pecunias ſuper ejus officio, uno modo, quando prout paſſim fieri ſolet, accommodat ſolummodo officium, & re vera pecuniæ in ipſo officio non ſubintrant, ſed in alios uſus convertuntur, & hoc caſu ſi contractus ſuſtinetur ratione dubii eventus, & ratione periculi vitæ, certe pecunia officio ſuppreſſo erit reſtituenda, quia nihil cum officio commune habet, cum extra officium poſita reperiatur, & quod caſu fortuito fit, amiſſa dici non poteſt, imo ſi ſuſtinetur ratione periculi, & incertitudinis, dicendum eſſet etiam, quod officio ſuppreſſo ſocietas non eſſet extincta, quia jure res, quæ periculo ſubjacet, extrin-
9 cta, extincto officio, dici non poteſt. Alio modo fit, quod officialis † ſuſcipiat pecunias ſuper ejus officio, quando cum emit, & pro ſolvendo pretio ſocium ſibi aſſumit ponentem pretii partem, & eum promittit facere participem de lucris provenientibus ab officio, & in hoc caſu, quia ſuppreſſo officio pecunia perditur, quod eam ponenti non eſſet reſtituenda, dicendum videtur, quia ponens, qui vult ex pecunia & ex officio lucrum ſuſcipere, convenienter etiam & officii, & pecuniarum periculum ſubire tenetur, ſed ut alias dixi, me ſubiicio determinationi ſacroſanctæ Eccleſiæ. Venditione etiam officii
10 ſocietas † ſuper eo contracta ſolvitur, & hoc eſſe in Rom. Curia, & alma Urbe indubitatum, & frequenti uſu receptum, tradit Gabriel. *conſil.63 num.15.lib.2.* per text. *in l verum 63.§.fin.ff.pro ſoc.* Caſtrac. *d tractat.cap.40.* Bocaccius *d.tractat.*
11 *n.9.* Sed iſta ſocietatis diſſolutio, non † ſimpliciter in ſocietatibus officiorum evenit

evenit propter venditionem, ſed quia officialis etiam mutat perſonam, non enim vendit officium ſimpliciter, ſed eum renunciat in manibus Pontificis ad favorem certæ perſonæ, cui confertur officium ſic renunciatum à Pontifice, & obtento officio ab eo ſolvitur pecunia illi, à quo renunciatio ad ejus favorem facta fuit, ut Bocaccius & Caſtrac *in d.tract.* ille *n 9.* & hic *cap.40. num 2. cum plurib. ſeqq.* declarant. Neque committitur † ſymonia recipiendo 12
pecuniam, ut committeretur in beneficialibus, ut declarat Caſtr. *d.cap.40. ſub num.8.* Et quia in cæteris ſocietatibus, ſi res alienetur, ſuper † qua ſocietas 13
inita ſeparetur, non intervenit talis mutatio perſonæ, dicendum videtur, quod rei alienatione facta ab uno ex ſociis, ſocietas diſſoluta non dicatur, quia per venditionem res non dicitur mutare conditionem, ſi non eximatur omnino ab hominum commercio. Gloſſ. *in d.l.verum.63.§.fin.in ver. conditionem ff. pro ſoc.* & per ſolam venditionem res non eximitur omnino ab hominum commercio, & per venditionem factam res extincta dici non poteſt, quia tunc dicitur extincta, & dicitur ſoluta ſocietas, quando eſt deperdita, ut per Gloſſ. *in l. ſi non fuerint. 29. in verb. ſolus. ff. pro ſoc.*

Et ſi extinguitur ſocietas ſervi † alienatione, cum quo erat contracta, 14
non id fit ex eo, quia venditur res, ſuper qua eſſet contracta ſocietas, ſed quia mutatur perſona ſocij, ut habetur *in l. ſi id quod. 58. §. ſi ſocius. ff. pro ſoc.* & ſic ſolvitur non rei alienatione, ſed mutatione perſonæ.

Etiam officij facta alienatione, quod extinguatur † ſocietas, procedit in 15
officiis in totum vacantibus; ſecus autem in officiis non vacantibus in totum, prout ſunt notariatus Rotæ, & Auditoris Cameræ, per quorum venditionem totum officium non alienatur, quia remanet dominium ſcripturarum penes venditorem, ut per Saluſtium *in pract. Auditoris Cameræ, lib.1.c.17.n.2.* ubi verum eſſe declarat, ſi ſcripturæ remanentes in dominio venditoris ſint reditus ſufficientes ad ſocietatem ſuſtinendam initam ſuper toto officio, iſte auctor multa dicit in practica obſervata, ſed loquitur ſine jurium allegatione. Solet etiam aliquando ſummus Pontifex non admittere † dictas 16
officiorum reſignationes, quia datario memorialia præſentantur, ne recipiat talem reſignationem, quę fit à tali maxima æris alieni quantitate gravatus, in fraudem creditorum, & Pontifex ſolet hujuſmodi querelas audire, & dictas reſignationes non admittere, ut per Bocaccium *in d.tract. de ſoc. offic. ſub n 9.* Quod etiam pecunia redacta † ex alienatione officij cadat ſub hypotheca 17
ad favorem ejus, qui cum officiali ſocietatem contraxit, multa cumulat Caſtr. *in d.tract. de ſociet.offic.c.41.n.22.cum plurib.ſeqq.* Sed cavendum eſt ab ejus dictis *in c.42.* dum vult. quod ignorans alienationem officij licite fructus percipere poſſit, & non teneatur eos in ſortem computare. Nam tenendum eſt, quod licet alienationem ignoret, amplius fructus percipere non poſſit, quia, ut ipſe Caſtr. admittit *ibid, n.2.* facta alienatione ceſſat periculum pecuniæ, &

periculo ceſſante lucrum amplius percipere non licet, cum licite percipia-
tur ſolummodo durante periculo. *§. illud. Inſtitut. pro ſoc. l. ſecundum naturam.*
10. ff. de regul. jur. Gabriel. *conſil. 78. lib. 1. & conſil. 63. num. 16. lib. 2.* Nec tollitur hoc
18 fundamentum replicando, ignorantiam & dolum officialis alienantis †
ignoranti nocere non debere, quia admittendum eſt ei non debere nocere,
ſed non eſt admittendum, quod lucrum percipere debeat ceſſante periculo,
quod ſolummodo periculo ſtante, & non alias percipere licet, cum admit-
tatur ſolummodo, contractum iſtum licitum eſſe, quia pecunia periculo
19 vitæ ponentis ſupponitur. Neque dicatur, quod lucrum † licite retineri
poteſt, quia cenſetur donatum, cum ab eo fuerit ſolutum, qui ſe non teneri
ſolvere ſciebat, ut per Bocacc. *d. tract. de ſociet. ſub num. 191.* Poteſt reſponderi,
an dicatur donatum pendere à voluntate ſolventis, & ideo erit ſtandum
ejus aſſertioni, & credo, quod magis affirmabit ſolviſſe ut debitum, vel ne
cogeretur reſtituere ſortem, quam ut donaret, & ſi donaſſe dicet, erit lucrum
donatum, & non lucrum debitum vigore ſocietatis. Etiam ſi dicatur uti
20 intereſſe lucrum deberi, quia eſt in mora reſtituendi † capituli ſoluta ſo-
cietate, & ideo non debere in ſortem computari. *l. ſocium qui 60. ff. pro ſoc.*
Bocacc. *d. tract. de ſociet. ſub num. 191.* Reſpondetur, ut proxime dictum, quod
non erit lucrum ex ſocietate proveniens, & uti intereſſe ad hoc, ut ſolva-
tur, neceſſaria ſunt, ut ea concurrant, quæ poſui ſupra *cap. 24.* Hond. *conſil.*
38. in fin. lib. 1.

Alienationi & mutationi conditionis rei ſimile eſt, ſi negotio, ſuper quo
21 contracta † ſit ſocietas, finis impoſitus ſit, quia fine ei impoſito ſocietas
finita dicitur. *l. actione. §. item ſi alicujus. Inſtit. pro ſoc. & §. item ſi alicujus. Inſt. eod.*
Petr. de Ubald. *d. tractat. part. 11. ſub num. 1. verſ. ſexto.* Rota Genuenſ. *deciſ. 27.*
ſub num. 6. Petrus Hieg. *quaſt. 11. num. 54. part. 1.* Datur exemplum, ſi duo taber-
22 narij † fecerunt ſocietatem ad vendendum vinum per gloſſ. *in d. §. item ſi*
alicujus. Inſtit. de ſociet. ſed intelligendum eſt hoc exemplum, ſi actum fuerit
de certo vino in ſpecie, puta de vino exiſtente in cella vinaria Titij, tunc
enim tantum durat ſocietas, quantum dicti vini negotium durat, & ſi
actum fuit in genere de emendo & vendendo vino, & pro hujuſmodi ne-
gociatione conducta fuerit taberna, durat ſocietas, donec durat conductio.
Io. Fabr. & Ant. *in d. §. item ſi alicujus. Inſtit. de ſociet.* Rota Genuenſ. *d. deciſ. 27.*
23 *ſub num. 6.* Verum licet iſti † non dicant, crederem egò, quod duraret ſocie-
tas etiam ultra tabernæ conductionem, quando non apparet ſocietatem
fuiſſe reſtrictam ad tempus conductionis tabernæ, ſed quod fuiſſet con-
tracta principaliter ſuper vino vendendo, quia attenditur ſemper id, quod
principaliter agitur, *l. cum principalis 178. ff. de reg. jur.* Similiter re ſocietas ſolvi
24 dicitur, egeſtate † superveniente. *l. ſocietatem. 4. ff. pro ſoc.* cujus verba ſunt:
Diſſociamur renunciatione, morte, capitis diminutione, & egeſtate, & verbum, *egeſtate;*

quatuor

quatuor modis interpretatur. Primo, interpretatur egeſtate, hoc eſt, vendi-
tis bonis omnibus ſocij egentis, ut videtur exponere IC. *in l. actione 65. in princ. ff. pro ſoc.* in illis verbis: *bonis à creditoribus venditis*. Secundo, exponitur egeſtate,
id eſt, facta publicatione bonorum, ut habetur *in d. l. actione. 65. §. publicatione
12.* ut exponunt Gloſſ. & Bald. *in d. l. ſocietatem 4* Tertio, exponitur egeſtate,
id eſt, facta ceſſione bonorum, ut habetur *in d. §. item ſi quis ex ſociis. Inſt. de ſociet.*
& per glo. & Bald. *in d. l ſocietatem.* Quarto, exponitur egeſtate, id eſt, deco-
ctione, ſeu fallimento, Aret. *in d. §. ſi quis ex ſociis. Inſtit. de ſociet.*

Tres primæ expoſitiones recipiuntur, ſine difficultate quia adſunt tex-
tus aperti, quod n. bonis † omnibus ſocij à creditoribus diſtractis ſolva- 25
tur ſocietas, probari *in d l. actione. 65. in princ. ff. pro ſoc.* tradit Petrus de
Ubald. *d. part. 11. ſub num. 1. verſ tertio finitur.* Ruin. *conſil. 91. ſub num. 7 lib. 1.* ubi
etiam dicit, quod ſolvitur ſocietas egeſtate unius, quoad omnes, quem-
admodum morte unius † quoad omnes ſolvitur, ea ratione, quia lex di- 26
cit, quod ſolvitur ſocietas, & verba legis ſunt intelligenda ſimpliciter, &
non ſecundum quid. *l. hoc legatum. 45. ff. de leg. 3* & ſi diceretur diſſoluta ſo-
cietas ſolum quoad ſocium, qui egeſtatem paſſus fuit, non diceretur ſoluta
ſocietas ſimpliciter, ſed ſecundum quid. Publicatione etiam bonorum facta,
quod diſſolvatur ſocietas, expreſſe † probatur *in d. l. actione 62. §. publicatione* 27
12. ff. pro ſoc. & §. publicatione. Inſtit. eod. ita tenet Petrus de Ubald. *d. part. 11. ſub
num. 1. verſ. Tertio finitur*, ubi dicit eſſe menti tenendum, pro bannitis, quorum
bona omnia publicantur, & in hoc pro mortuis habentur, ut per Gloſſ. *in
d. l. actione. §. publicatione.* Et hanc opinionem tenet etiam in ſocietate officij
Caſtrac. *in d. tract. de ſociet. offic. cap. 14. num. 4.* ubi dubitat, an fiſcus, ſi officium † 28
ad eum facta bonorum publicatione deveniat, teneatur reſtituere pecunias
in ſocietate poſitas ſuper officio, & quod eas reſtituere non teneatur facere
dicit, quia ille, qui dedit pecunias ſuper officio delinquentis, ſuper eo nul-
lum jus, & nullam habet hypothecam, adeo quod ſi officium per ceſſio-
nem vel alienationem in alium tranſeat, ille, qui pecunias dedit contra
talem ſucceſſorem, actione aliqua agere non poſſit, & ſi hoc facere non
poteſt contra talem ſucceſſorem, ſimiliter nec id facere poterit contra
fiſcum. Inſuper dicit, quod quemadmodum officialis morte ſecuta officium
libere rediit ad Cameram, & ipſa non tenetur reſtituere pecunias, ita dicen-
dum ſit, quod fiſcus † pecunias reſtituere non teneatur: Tamen his non 29
obſtantibus determinat fiſcum pecunias reſtituere teneri actione perſonali,
quia in eum tranſeunt actiones omnes perſonales active & paſſive Gloſſ.
& Dd. *in l. non intelligitur. 3. §. cum ex cauſa. 4. ff. de jure fiſci. & in l. 2. C. ad leg.
Jul. de vi.* Et non obſtat, quod ad Papam redeat libere, & ipſe pecunias
reſtituere non teneatur, quia id evenit ex conventione, quæ conventio
ceſſat quoad fiſcum, quando ad eum officium propter publicationem

30 devenire debet. Et quod hodie fiſcus teneatur † reſtituere pecunias, mi-
nus dubitationis habet, quia, ut audio, prudentiſſime & ſanctiſſime diſpo-
ſitum fuit, officialem, ſuper cujus officio ſocietas contrahitur, teneri obli-
gare officium, & certe durum videbatur, quod ſocietates iſtæ poſſent con-
31 trahi † abſque officij obligatione, cum conventio ſit illicita & uſuraria,
ſi tradantur alicui pecuniæ cum pacto, quod perdantur eveniente morte,
& interim ſolvantur duodecim annua pro centenario, ut tradit Bocaccius
in tract. de ſociet. offic. num. 187. licet firmare non audeat. Bonum igitur valde
32 fuit diſponere, quod etiam † officia obligentur, ſed faxit Deus, quod ita
diſpoſitio ſufficiat ad evitandum uſuras, quando vere pecuniæ non deſer-
viunt pro officiali, ſed pro tertio, qui eis indiget, & officiali etiam merce-
dem ſolvit, ad hoc, ut pro eo præſtet officium, & apponitur nova clauſula,
quod fidejuſſores pro indemni conſervando officiali præſtentur idonei, &
quod ſi apparebit eos non eſſe idoneos, officialis ipſe modo aliquo non
intelligatur obligatus.

33 Et ſi ſocius, cujus bona † publicata fuerunt, tenebatur ſolummodo operas
in ſocietate præſtare, nihilominus ſocietas ſolvitur, quando etiam liberta-
tem, vel vitam, vel civitatem amittat, ita tradit Gloſſ. *in d. §. publicatione. Inſtit.
de ſociet.* ſed hoc ideo fit, non quia bona publicantur, ſed quia patitur maxi-
mam vel mediam capitis diminutionem, ut dixi ſupra *num. 2.* Et ſi non
pateretur maximam vel mediam capitis diminutionem ſecundum hanc
gloſ. opinionem dici poſſet, quod publicatione bonorum non ſolveretur
ſocietas illa, in qua ſocius ſolūmodo operari teneretur expenſis ſocietatis.

34 Ceſſione bonorum etiam citra difficultatem † ſocietatem diſſolvi pro-
batur *in d. §. item ſi quis ex ſociis. Inſtit. de ſociet.* Gloſſ. *in d. l. ſi ſocietatem. 73. ff.
pro ſoc.* Petr. de Ubald. *d. part. 11. ſub num. 1 verſ. Tertio finitur. in fin.* Dubium eſt,
35 an ob ſolam † decoctionem, fallimentum, ſeu rupturam abſque ceſſione,
ſolvatur ſocietas? Riminald. jun. *conſil. 377 num. 13. lib. 4.* nihil firmat in
hac quæſtione, tantum refert, quod Aret. *in d. §. item ſi quis.* dicit, quod
quando ſocius rumpit & frangit, tollitur ſocietas, ſed non dicit hoc Aret. *d.
loco,* in libro meo, & ita quod hoc non dicat, advertit etiam Pariſ. *conſil. 82.
n. 42. lib. 1.* & refert etiam hanc opinionem, quod per ſolam rupturam ſolva-
tur ſocietas, tenere Ruin. *conſil. 90. n. 12 lib. 3.* qui vere hanc opinionem tenet
36 per text. *in d. l. ſocietatem.* ubi dicitur ſimpliciter, quod † egeſtate ſolvitur ſo-
cietas, & quamvis Gloſſ. ibi dicat, *ut quia ceſſit bonis,* declarat Gl. non require-
re, quod neceſſaria ſit ceſſio bonorum, ſed quod dicta verba dicat, ut oſten-
dat egeſtatem, quæ probari debet, ut ſolvatur ſocietas, probari ex eo, quia
ſocius ceſſit bonis, quia ceſſio bonorum tantum iis conceditur, qui non ſunt
ſolvendo. *l. 1. & l. fin. C. qui bonis cedere poſſ.* & quod non excludat Gloſſ. quod
alio modo egeſtas probari non poſſit. Et ad oſtendendum ceſſione opus
non

non eſſe, ſtante ruptura ſubjungit, quod fallitis ſtante † eorum dolo ceſſio- 37
nis beneficium non concedirur, quia eſt remedium miſerorum, & non refugium doloſorum, & plura ultra Ruin. ad hoc propoſitum cumulat Mattheus Brun. *in tract. de ceſſione bonorum. part. 4. princip. quæſt. 5.* & ſocio ob ejus dolum non competere ceſſionem bonorum, comprobat Natt. *conſil. 362. lib. 2.* Refert etiam Riminald. jun. *d. loc.* Pariſ. *in conſil. 82. num. 41. lib. 1.* tenere
† neceſſariam eſſe ceſſionem, & non ſufficere rupturam ad hoc, ut ſocietas 38
ſolvatur. Et ita tenet ibidem Pariſ. & eum ſequitur, alios etiam adducendo, Straccа. *in tractat. de mercatura. in tit. de decoct. part 3. num. 48.* & poſt eum Rota
Genuenſ. *deciſ. 13. ſub num. 20.* Verum quicquid iſti dicant, ſi ſocius † rum- 39
pat, & cedat foro (nam fallitos foro cedentes appellat Bartol. *in l. ſingularia. colum. 6. verſic. ego dico*, & ibi Purpurat. *num. 93. ff. ſi cert. petat.* & Matth. Brun. *dict. tractat. de ceſſione bonorum. part. 4. 9. 5. in princip.*) & de hoc conſtet, ego teneo ſocietatem ſolvi, quia res peremptæ dici debent, & rerum peremptione, ut ſupra dixi, ſocietas ſolvitur, & iſte foro cedens vere ad egeſtatem perveniſſe dicitur. Nec eſt verum, quod per paupertatem obventam non tollatur ſocietas, ut conſiderat Pariſ. *d. loco*, quia vere tollitur, ſi, ut dixi, rerum extinctione facta ſolvitur ſocietas, quia abſque rebus eſſe non poteſt. Et iſti falliti, cum amplius perdere non poſſint, non eſt conveniens, quod
lucrum † ſentire debeant. Et dum Pariſ. *dict. loco* dicit, quod Gloſſ. inter- 40
pretationem *in dict. l. ſocietatem. 73.* ſequantur omnes Doctores, dicendum eſt, Gloſſ. interpretationem ſequi Dd. dum vult ceſſione ſecuta probari egeſtatem, ſed non per hoc excludi, egeſtatem alio modo probari non poſſe, ut dicit Ruin. *d. conſil. 90. num. 12. lib. 1.*

Et hanc opinionem tenent noviſſime Modern. Papienſ. *in tractat. de ignorantia Juris & facti. cent. 1. diſt. 52. in fin.* ubi dicunt, quod contrarium tenentibus reſpondet Franc. *deciſ. 249. part. 2.*

N. 5. Hæc ſocietas officiorum in hiſce regionibus planè incognita eſt, præſertim in Hollandia, ubi qualecunque officium extrà commercium habetur. Quis autem & qualis hic ſit contractus ſocietatis, declarat auctor n. 8. & 9. Et Romæ tantum in Romana curia uſitatam eſſe ait *Zoeſius ad hunc titulum Pro Socio n. 18. in fine.* Satis frequens eſſe videtur hic contractus, cùm totos de eo tractatus conſcripſerunt Caſtracus & Bocacius *hic n. 4. & 5. & ferè alij.*

Digitized by Google

CAPUT XXXV.

Voluntate qualiter ſolvatur ſocietas.

SUMMARIA.

1 *Voluntate ſolvitur ſocietas tacite & expreſſe.*
2 *Tacite diſſolvitur ex actibus diſſociativis.*
3 *Si omnes conſentiant, alias non.*
4 *Renunciatione expreſſa ſolvitur ſocietas.*
5 *Renunciatio etiam per procuratorem generalem fieri poteſt, dummodo ei non ſit ſpecialiter prohibitum.*
6 *Procurator generalis non poteſt ea mutare, quæ ſpecialiter ſunt à domino conſtituta.*
7 *Procurator generalis non poteſt renunciare ſocietati ſine cauſa.*
8 *Renunciatio poteſt fieri procuratori, dummodo dominus eam ratam habeat.*
9 *Curatori etiam fieri poteſt.*
10 *Renunciatione ſolvitur ſocietas, quando omnes conſentiunt; ſi non omnes conſentiunt, præjudicat ſolum renuncianti.*
11 *Renunciatio præjudicat renuncianti ſolummodo, quando fit dolo malo, ut ſolum ſibi acquirat,* & num 12.
13 *Renunciatio intempeſtiva ſolum renuncianti nocet, ut ſi ſit facta eo tempore, quo res vendere non expedit.*
14 *Vel ſi ſit facta durante tempore ſocietatis.*
15 *Tempus, intra quod à ſocietate recedere non licet, non dicitur ſuperflue appoſitum.*
Intellectus l. ſi convenitur 14. & l. ſed & ſocius 17. in fin. ff. pro ſoc.
16 *Contra ſocium intempeſtive renunciantem agitur ad intereſſe, cum diſtinctione tamen.*
17 *Renunciatio facta ſocio abſenti, & ignoranti, præjudicat ſolum renuncianti.*
18 *Pactum de non recedendo eſt ſupervacaneum & iniquum.*
Pactum de recedendo non eſt ſupervacaneum & iniquum.
Renunciatio non eſt intempeſtiva, ſtante pacto, quod recedere liceat.
19 *Renunciatio, ſeu diſdicta in ſocietate officij, quando facienda.*
20 *Perſona in ſocietate officij mutari poteſt, receptis fructibus.*
21 *Perſona mutari poteſt à procuratore habente generale mandatum cum libera.*
22 *Perſona mutatio an fieri poſſit ab exiſtente in infirmitate.*
Et ſemel facta an amplius fieri poſſit.

23 *Dies*

Digitized by Google

23 *Dies an eſſe debeat artificialis, ſeu naturalis, ubi agitur de renunciatione, ſeu mutatione perſonæ, in ſocietate officij.*

Dies termini an computetur in termino.

24 *Renunciatio ſeu diſdicta debet reproduci.*

25 *Renunciatio eſt facienda principali, non fidejuſſori, niſi aliter ſit conventum.*

26 *Renunciatio facta à procuratore, ut valeat, procurator tenetur docere de mandato.*

27 *Renunciatione facta ſocietas officij durat per dies quindecim.*

28 *Renunciatio intempeſtive fieri poteſt, ſi promiſſa ab altero ſocio non obſerventur.*

Societas eſt contractus nominatus, tamen ſpeciale eſt in ea, quod recedere liceat, ſi promiſſa non obſerventur.

29 *Et poteſt recedi, etiam ſi non recedere juratum fuit, obtenta tamen abſolutione à juramento.*

30 *Quando ſocius dicatur in mora obſervandi promiſſa, ita ut recedere liceat, remiſſive.*

31 *Renunciatio fieri poteſt, ſi re frui non liceat, ſuper qua ſocietas fuit contracta.*

Coloni, non obſtante pacto, & diſpoſitione ſtatuti, poſſunt culturam deſerere, ſi res ſit effecta ſterilis.

32 *Renunciatio fieri poteſt, ſi ſocius ſit rixoſus; ſi teneat concubinam.*

33 *Fallit, ſi tempore ſocietatis ſocius ſcivit eſſe ſocium rixoſum.*

34 *Renunciatio fieri poteſt, ſi ſocius diu, & invitus, cauſa Reipublicæ ſit abſuturus.*

35 *Fallit, ſi poteſt per alium adminiſtrare, vel conſocio relinquere adminiſtrationem.*

35 *Renunciatio fieri poteſt, ſi tempus in ſocietate contrahenda appoſitum ſit finitum.*

Etiam ſi negotia ſint cœpta, & non completa, & non cenſetur prorogatum tempus, ut compleri poſſint.

36 *Renunciatio proprie non dicitur hoc caſu, quia dies appoſita pro fine ſocietatis interpellat pro homine.*

Diſpoſitioque facta pro certo tempore ultra illud non extenditur, non quidem virtute argumenti à contrario ſenſu, ſed ex propria natura limitati temporis.

37 *Societas tempore tranſacto finita dicitur, ideo revocatione non eſt opus.*

VOluntate dupliciter † ſolvitur ſocietas, & tacite, & expreſſe, Glo. 1
fi. 1. *in l. verum.63. §. fin. ff. pro ſoc.* Bartol. ſive quidam Doctor Senenſis *in conſil. 35. & prima facie. verſ. quia ergo, lib. 1.* & quod ſit Bartol. credi poteſt, quia videtur de eo facere mentionem *in l. ſed & ſocius. 17. § ſi abſenti. ff. pro ſoc.* De tacita voluntate † eſt text. *in l. itaque.64. ff. pro ſoc.* cujus verba ſunt: *Itaque cum ſeparatim ſocij agere cœperint;* & *unuſquiſque eorum ſibi negotietur, ſine dubio jus ſocietatis diſſolvitur:* quemadmodum ex actibus aſſociativis inducitur ſocietas, ita ex actibus diſſociativis diſſolvitur ſocietas, ut contrariorum ſit eadem diſciplina, Bald. *in conſil. 452. ſub numero 3. lib. 3.* Socin. *in conſil. 87. ſub num. 2.*

num.4. lib.1. Cephal. conſil.396. num.7. lib.3. Menoch. in tractat. de præſumpt.lib.3. præſump.60. num.10. Maſcard. concluſ.1310. Ioſeph. Lud. concluſ.53. fol.134. Et hoc
3 eſt intelligendum † procedere, ut loquitur d. l. itaque. 64. quando omnes ſocij actus præfatos diſſociativos faciunt. Si enim unus ſocius ſolummodo eos faceret, altero ſocio ignorante,& ſic non conſentiente, jus ſocietatis non diſſolveretur, facit text. in l. ſed & ſocius.14.§.fin. ff. pro ſoc. Bald. in l. ſi patruus. 8. ſub num.1. C. commun. utr. jud. & in d. conſil.452. lib.3. Petr. de Ubald. in tract. de duobus fratr. part.11. ſub num.2. Natt. conſil.100. num.5 lib.1. Menoch. de præſump. d. præſ.60. ſub num.10.
4 Expreſſe vero ſocietas † diſſolvitur renunciatione d. l. verum. 63. §. fin. & ibi Gloſſ. ff. pro ſoc. §. manet. Inſtit. de ſociet. Petr. de Ubald. in tract. de duobus fratr. part. 11. ſub num. 1. verſ. quarto diſſolvitur. Et renunciatio poteſt etiam fieri per
5 † procuratorem, ſive ſit ad hoc ſpecialiter conſtitutus, ſive ſit procurator generalis, dummodo, ſi eſt generalis, non ſit ei ſpecialiter prohibitum, quod renunciare poſſit. l. actione.65. §. renunciare. ff. pro ſoc. Et quia procurator
6 generalis † non poteſt mutare ea, quæ à domino ſunt ſpecialiter conſtituta, niſi ex juſta cauſa, quam dominus ignorabat l. ſi hominem. ff. de procurat. ideo Bald. in d. l. dicit, procuratorem generalem ſine cauſa ſocietati renunciare non poſſe, & idem dicit Bart. in d. l. actione 65. §. renunciare 7. ff. pro ſoc. Hond. conſil.38. num.15. lib.1. Verum gloſſ. in d. l. ſi hominem, in ver. procurator. tenet, re-
7 nunciari † ſocietati poſſe à procuratore generali abſque cauſa, niſi forſan ſit intelligenda gloſſ. quod renunciatio cum cauſa ſit facienda, licet ipſa hoc non dicat, & videtur etiam dici poſſe, quod ſit facienda cum cauſa, quia etiam à domino intempeſtive ſine cauſa, ut infra videbimus, renunciatio fieri non poteſt d. l. actione. §. diximus. ff. pro ſoc. Et ſi renunciatio nulliter facta ratificaretur à domino, diceretur facta in die ratificationis,& non traheretur ad diem renunciationis. Tiraq. de retract. ſign. §. gloſſ. 10. numer. 66. Hond. d. conſil.38. num.21. lib.1.
8 Procuratori etiam poteſt fieri † renunciatio, ſed eſt in poteſtate domini, an velit ratam habere renunciationem,& interim qui renunciavit remanet aſtrictus,& ille, cujus procuratori fuit renunciatum, dicitur liberatus, & de lucro & damno obveniente ante ratificationem erit dicendum, ut dicitur de ſocio intempeſtive renunciante. d. l. actione. 65. §. item ſcriptum. 8. ff. pro ſoc.
9 Et quod ex juſta cauſa poſſit procurator † renunciationem acceptare, quemadmodum ex juſta cauſa poteſt renunciare, tradit Bart. in d. l. actione. §. item ſcriptum. ff. pro ſoc. Curatori etiam, & à curatore poteſt renunciatio
10 fieri. l. ſancimus. 7. C. pro ſoc. Renunciatione ſolvitur † ſocietas, quando ſocij omnes conſentiunt; cæterum ſi non omnes conſentiant, renuncians quidem à ſe ſocios liberat, ſe vero ab illis non liberat, d. l. actione. §. diximus. ff. pro ſoc.

Sed

Sed hoc utique obſervandum eſt, ſi dolo malo renunciatio facta fuit, ſecus autem ſi abſque † dolo & fraude. Exemplum, unus ex ſociis omnium 11
bonorum videns ſibi hæreditatem obvenire, ut ſolus acquireret, ſocietati renunciavit, utique ſi hæreditas ſibi poſt renunciationem devenit, & fuit damnoſa, hoc ad eum pertinebit, ſed ſi commodum attulit, cum cæteris communicare tenebitur. Si vero poſt renunciationem aliquid acquiſivit, quod acquirere non ſperabat, ſibi ſoli acquirit, quia in hoc dolum & fraudem non committit, ita habetur *in d.l.actione 65. §. diximus 8. ff. pro ſoc. & in §. manet. Inſtit. de ſociet.* Datur aliud exemplum in ſocietate particulari, ut puta, ſi ineamus † ſocietatem ad aliquam rem emendam, deinde tu renuncies 12
ſocietati, ſi quidem renuncies ad hoc, ut ſolus tu eam emas, teneris quanti mea intereſt, ſed ſi renuncias, quia emptio tibi diſplicet, non teneberis, quia hic nulla fraus adeſt, *d.l.actione, §. item ſi ſocietatem, ff. pro ſoc.* Etiam in renunciatione intempeſtive † facta datur exemplum, ſi inita ſocietate emimus 13
mancipia, & tu eo tempore renuncias ſocietati, quo vendere mancipia non expedit, utique quia meam cauſam deteriorem facis, teneris mihi ad intereſſe, ita tradit text. *in l.actione. §. Labeo. ff. pro ſoc.* Et jam datur exemplum, ſi inter ſocios conventum † fuit, ne liceat intra certum tempus à ſocietate rece- 14
dere: nam ſi ſocius intra tempus conventum renunciet, lucri partem obventi poſt renunciationem non habebit, ſed ſi eveniat damnum ejus partem fert. *d.l.actione §. item qui ſocietatem, ff. pro ſoc.* Et hujus textus diſpoſitione attenta † non videtur ſuperfluum, ſi apponatur tempus, intra quod à ſocie- 15
tate recedere non liceat, ut habetur *in l. ſi convenietur 14. & in l. ſed & ſocius 17. in fin. ff. pro ſoc.* Et dicendum videtur, quod hujuſmodi pactum ſit ſupervacaneum ad hoc, quia nunquam liceat à ſocietate recedere cum damno ſocii, ſed quod non ſit ſupervacaneum ad hoc, ut renuncians durante tempore poſſit ſentire damnum, & non lucrum, & iſta interpretatio ad dicta jura ſuadetur, quia *in d.l.actione, §. qui ſocietatem,* non dicitur, quod ſocius, ſi recedat à ſocietate, teneatur ad intereſſe, ſed dicitur, quod non debeat ſentire lucrum, & teneatur partem damni ſubire, & *in d.l.actione. §. item ſi ſocietatem,* diſponitur, facta renunciatione intempeſtive dicto pacto non appoſito ſocium teneri ad intereſſe.

Quando autem contra ſocium intempeſtive † renunciantem ad intereſſe 16
agi poſſit, talis diſtinctio datur. Aut mihi & ſocietati intereſt, quod non recedatur, & hoc caſu agere potero; aut nec mihi nec ſocietati intereſt, & agere non potero; aut mea intereſt non dirimi, ſed ſocietati intereſt dirimi, & agere non potero, quia communis utilitas ſocietatis præfertur privatæ; aut mea non intereſt, ſed ſocietati intereſt, ne abeatur, & ego agere non potero nomine meo, ſed alii agent; aut mea intereſt, ne abeatur, ſed ſocietati non intereſt, ſive abeatur vel non abeatur, & hoc caſu ſimiliter agere non poſſum,

ita magiſtraliter diſtinguit gl. *in d.l.actione.§.Proculus, ff.pro ſoc.* Similiter ſicut
17 ſocietas † unius renunciatione non ſolvitur, ſi non omnes conſentiunt, ut ſupra dixi, ita, ſi unus renunciat abſenti, quia abſens ignorat,& quod conſentiat, dici non poteſt, dicendum eſt, quod renunciatio valeat ſolum in præjudicium renunciantis, ut ipſe damnum ſentire debeat,& lucrum percipere non poſſit, *l.ſed & ſocius,17.§.fin.ff.pro ſoc.*& ibi Bart.& Bald.Petr.de Ubald.
18 *d.tract.part.11.ſub n.2* Prædicta, quod à ſocietate intempeſtive † recedere non liceat, pluribus modis declarantur. Et primo licitum eſſe recedere dicitur,ſi ita inter partes conventum fuit,quod cuique à ſocietate recedere liceret, gloſſ. *in d.l.actione 65.§.hac ita.in ver.de hoc.ff.pro ſoc.* ubi dicit, quod licet pactum negativum de non recedendo ſit ſupervacaneum aut iniquum, *l.ſi convenitur 14. in l.ſed & ſocius,§.fin.ff.pro ſoc.*tamen affirmativum de recedendo non eſt ſupervacaneum aut iniquum.Et quia conventio dat legem contractui.*l.pen.C.pro ſoc.*hujuſmodi pactum, quemlibet ſocium poſſe recedere à ſocietate, quod poſſit apponi in ſocietate officii, late probat Caſtrac.*in d.tract.de ſociet.offi.c.56*
Verum quia in dicto contractu ſocietatis officii pactum apponitur,quod renunciatio, quod diſdictam vocant,ſit facienda per 15.dies ante finem ſocietatis,poſt inceptum tempus 15.dierum fieri non poteſt, licet antea fieri poſ-
19 ſit, ut per Caſtrac. *in d.tract.c.57.*& hoc intelligitur de primo † ſemeſtre, in ſecundo vero ſemeſtre ſemper diſdicta fieri poteſt, ſi fructus non ſint ſoluti, ut ibidem Caſtrac.declarat, ideo aliqui, dum benigne agere videntur, non recipiendo fructus poſt primum ſemeſtre,cavendum eſt,ne id faciant in perniciem animarum ſuarum,ut facultatem habeant diſdicendi & recedendi à
20 ſocietate, & interim currant fructus. Licet etiam diſdicta fieri † non poſſit receptis fructibus, tamen perſona mutari poteſt, ſuper cujus vitæ periculo fuit ſocietas contracta: pacto enim conveniunt ſocii, ut liceat mutare perſonam, ſub cujus vitæ periculo eſt contracta ſocietas,dummodo,mutatione facta & intimata, ille, qui mutavit, ſupervivat per dies decem, in diſdicta requiruntur quindecim dies, & in iſta mutatione ſufficiunt decem,illa non poteſt fieri receptis fructibus, & iſta fieri poteſt etiam fructibus receptis, ideo ſi diſdicta fieri non poteſt à timente periculum amiſſionis, fit iſta mutatio. Cum enim in hoc contractu agatur de maximo lucro pecuniarum,homines divitiarum avidi ſubtili ingenio multas cautelas invenerunt, ut multum lucrari poſſint,& ſine periculo, de hac perſonæ mutatione tradit Bocaccius *in d.tractat.de ſociet.offic.n.39.& 40.* Et aliquando interrogatus Genitor meus,
21 reſpondit, hanc perſonæ mutationem † poſſe fieri non ſolum à procuratore ſpecialiter ad hoc conſtituto, ſed etiam à procuratore habente generale mandatum cum libera, per ea, quæ de diſdicta facienda habentur *in l. actione 65.§.renunciare.ff.pro ſoc.* & per ea,quæ tradit Bart. *in l.procurator cui libera.58. ff.de procurat.*Abb. *in c.intelleximus, colum.fin. verſ.ſed circa idem, de judic.* Alexand.
conſil.

conſil.44 colum.1.lib.2.& conſil.133.colum.1.lib.6. Dec.*conſ.493.in princ.lib.2.* Grat.*conſ.*
96.n.16.lib.1.& conſil.159 n.6.lib.2. Afflict *dec.30.ſub num.3.& 4.* Brunus à Ranninen-
ſis *conſil.16.num.18. & conſil.70.num.38.* Cravet.*conſil.748.n.5. lib.5.* Burſa *in conſil 74.*
num.78.& 79 lib.1 Rimin.jun.*conſ.203.n.61.lib.2.* Sed valde timuit, an eſſet ſuſti-
nenda † dicta perſonæ mutatio, quia ille, ſub cujus vitæ periculo erat con- 22
tracta ſocietas, infirmus in lecto jacebat. Et licet facta mutatione & intima-
ta deceſſerit tranſactis quindecim diebus, tamen in fraudem facta videba-
tur, ne pecuniæ ejus morte ſecuta perderentur, ut tradit Bocaccius *in dict.*
tract.de ſocietate officii, nu.182.& num.184. & Joan. Baptiſta de Bartolinis præce-
ptor Genitoris mei eruditiſſimus in gloſſis ab ipſo compoſitis, dum à gra-
vioribus ſtudiis vacabar ſuper Bulla Pii Papæ IV. *de ſociet.offic.gloſſ.21.* & Ca-
ſtrac.*d.tractat.cap.8.n.3.& ſeq.* & certe ego, ſi Judex eſſem, non admitterem iſtas
mutationes factas ab exiſtente in infirmitate, quia, ut videre licet, nimis cal-
lide conantur homines lucrari, & effugere, ne pecuniæ perdantur, & tota
vis hujus contractus ad evitandam mordaciſſimam naturam conſiſtit in eo,
quod pecunia ſit ſuppoſita periculo amiſſionis, eveniente morte, & obſer-
vatur, quod pro una vice tantum iſta mutatio fieri poteſt, per text. *in l.bimeſt.*
§.hoc ſermone.ff de verb. ſign. De termino quindecim dierum dicendum eſt,
quod dies eſſe debeat non † artificialis 12. horarum, ſed naturalis 24. hora- 23
rum, incipiendo à media nocte, ut habetur *in l.more Romano 8.ff.de feriis & di-*
lationibus. Et non currit iſte terminus de momento ad momentum, ſed dies,
in quo fit diſdicta, in termino non computatur. Caſtr. *in d. tract.cap. 62.* late
Eugenius *in conſ.48.* Et eſt advertendum, quod diſdicta † reproduci debet 24
coram Notario intra terminum 15. dierum, & ante mortem, alias pecunia
perderetur, ut per Bocaccium *d.tract.de ſociet offic n.14 & num 163.* Caſtrac. *dict.*
tract.cap.60.num.7. Et niſi ſpecialiter inter partes fuiſſet conventum, etiam † 25
fidejuſſori fieri poſſe, utique ſemper principali eſſet facienda. *l. ſi ſervus 18. ff.*
pro ſoc. ubi habetur, quod ſi ſocietas ſit cum ſervo contracta, ab eo, & non ab
ejus domino, & ei, & non ejus domino renunciatio fieri debet, Caſtrac. *dict.*
tract.cap.59.num 8.

Quando etiam diſdicta fit à procuratore † ut procurator, & à procura- 26
tore fieri poſſe dixi ſupra, per text. *in l.actione 65.§.renunciare 7.& §.item ſcriptum*
8.ff pro ſoc. & etiam Curator. *l.ſancimus, C. pro ſoc.* Bocaccius *dict. tract num. 17.*
erit dicendum de mandato, quia dies revocat. facta non valeret, Caſtrac.
d.tract.cap.60.num.6. Facta etiam diſdicta, per quindecim † dies durat ſocie- 27
tas, & currunt fructus, & morte eveniente illius, ſuper cujus vitæ periculo
eſſet contracta, pecunia perderetur, Surdus *deciſ.68.lib.3.* Caſtrac. *d.tract.cap 61.*
Honde.*conſil.38. num.11. lib.1.* Et quod contra obſervantiam communem lo-
quatur Bocacc. *dict. tractat. num.15.& num.163. in fin.* dicendum videtur, dum
vult, quod finito ſemeſtre ſocietas duret etiam per quindecim dies,

 Secundo,

28 Secundo, quod à ſocietate intempeſtive † recedere non liceat, declaratur, ſi
à ſocio promiſſa non obſervantur, *l.ſi convenerit 14.& ibi Glo.Bart.& Bald.ff.pro
ſoc.*Azo. *in ſum. Cod. pro ſoc. numero 12.* Petrus de Ubald. *dict. tract. de duobus fratr.
part. 11. ſub numero 1. verſ. Quarto diſſolvitur.* Capic. *deciſ. 135. numero 3. & deciſ. 174.
num.16* Corn.*conſil.310.num 4 lib.4.*Menoch.*conſil.121.n.99.lib.2.* Caſtrac.*d.tract.de
ſociet.offic.cap.47.num.26.* Et hoc eſſe ſpeciale in ſocietate, licet ſit contractus
nominatus, quod licitum ſit ab ea recedere ante tempus, ſi promiſſa non
adimpleantur, tradit Anchar.Region.*quaeſt 54.lib.1.& quaeſt.68. lib.2. & quaeſt.58.
lib.3* Rimin.jun.*conſ.175.lib.1.* Et poteſt recedi, etiam ſi nolle recedere dictum
29 † & juratum fuerit, dummodo à juramento abſolutio obtenta fuerit. Anchar. *d. quaeſt.68.ſub num. 8.*
30 Quando autem ſocius dicatur in mora obſervandi † promiſſa, ita ut à
ſocietate alteri ſocio recedere liceat, declarat idem Anchar. *d. quaeſt 54. lib.1.
& d.quaeſt.68.lib.2.& d.quaeſt.58.lib.3.* & Rota. Genuenſ. *deciſ.27.num. 13.* Tertio,
31 quod à ſocietate recedere liceat, declarat, ſi re † frui non liceat, cujus gratia
contracta fuit ſocietas, *l.vel quod.ff.pro ſoc.* Petr.de Ubald. *d tract.de duobus fratrib.part.11.ſub num 1.verſ.idem erit dicendum.*Et tradit Bart. *in l.2. in fin.C.de agrico.
& cen.lib.10.* quod coloni noſtri temporis, ſi ex forma ſtatuti non poſſunt intra quinquennium culturam agrorum deſerere, hoc ſtatuto non obſtante
poterunt culturam deſerere ſi terra ſit effecta ſterilis, ſequitur Roman. *in l.
ſi vero 64.§.de viro 9. limit. 11. prima partis*, ubi declarat, quod ſit dicendum, ſi
non omnes agri ſunt ſteriles, *ff.ſolut.matrim.*Anchar.Region. *d.quaeſt.68.num.7.
lib.2.* Hoc enim, quod dicitur de diſpoſitione ſtatuti, militat etiam ſi ita
pactum fuiſſet, ut per eundem Bart.*in l.cum ſatis.num.6.d.tit.C.de agricol.& cenſit.lib.10.*
32 Quarto declaratur, ſi ſocius † ſit rixoſus, *d.l.ſi convenerit 14 & ibi Dd. ff. pro
ſoc.*Bart.*in d.l.cum ſatis.ſub n.6.C.de agricol.& cenſ lib.10.*& datur etiam exemplum,
ſi ſocius vult retinere concubinam per Bald. *in d. l. ſi convenerit*, & infert ad
ſcholares ſocios, idem tradit Petr.de Ubald. *d.part.11.ſub n.1. verſ. vel quia unus
33 ex fratribus.* Hoc tamen verum non eſſe declaratur, quando tempore † extinctae ſocietatis ſocius ſciebat conſocium eſſe rixoſum, Jacob. de Arena *in
l.plenum 12. §.equitii 4.ff.de uſu & habit.* Alexand. *in addit.ad Bart.in l. ſi convenerit
14. pro ſoc.*. Et qualiter culpa in ſocio probari debeat, ut ab eo recedere liceat, late tradit Cravet. *conſil. 151. numero 16.& fere per totum lib. 1.* Quinto de-
34 claratur, ſi ſocius † diu & invitus cauſa Reipublicae ſit abfuturus, *l. idemque erit dicendum, ff pro ſoc* Petr.de Ubald. *dict part.11. ſub num.1. verſ.idem erit dicendum.* Sed hoc non eſt verum, ſi poteſt per alium ſocietatem adminiſtrare, vel ſocio committere, ſed hoc non alias, niſi valde ſit idoneus ſocius, aut
facilis abfuturo ſit etiam per alium ſocietatis adminiſtratio, ſunt verba
text.*in d.l.idemque erit dicendum 16 ff.pro ſoc.* Et poteſt conſiderari, quod ſocius

non ſolum adminiſtratione, ſed etiam utilis ſit ſocietati ejus credito & auctoritate. Corn. *conſil 121.ſub num.2.lib.2.* Sexto declaratur, ſi ſocietas ad certum tempus † coita ſit, & tempus ſit finitum, *l.actione 65. §. quod ſi tempus ff.* 35
pro ſoc.& hoc eſt verum, etiamſi negocia ſint cœpta, & non completa. Petr. de Ubald.*d tract.part.3.ſub n.39. verſ.ſexto non obſtat text.* & ſi negocia non ſunt completa tranſacto tempore convento, non cenſetur prorogatum tempus, ut compleri negocia poſſint, ut late probat Rota Genuenſ. *dec.27.ſub num.8. & ſeq.*

Et propriè hoc caſu renunciationem † eſſe faciendam dici non poteſt, 36
quia dies appoſitus pro fine ſocietatis interpellat pro ſocio.*l.magnam 12.C.de contra & commit ſtipul.*Menoch.*conſ.121.num.63.lib.2.* Maſcard.*concl.1065.num.20.*& diſpoſitio facta pro certo tempore ultra illud non extenditur, Dec.*conſ.61.n.4.lib.1.*Tiraq.*in tract.de retract.tit.2.§.1.Glo.2.n.42.cum plurib.ſeqq.* ubi *num.49.* inquit procedere, non quidem virtute argumenti à contrario ſenſu, ſed ex propria natura limitati temporis, ex ſententia Bald.*in l.obſervare 4.§.proficiſci, ſub n.5.verſ.reſpondeo ad contrarium ff.de offic.pro conſ.* quem pro notabili commendat Alex.*conſ.3.n.6.lib.7.* & Rota Gen.*d.dec.27.ſub n.8.*

Et licet Jaſ.*in conſ 33.in fin.lib.3.* quem ſequitur Cephal. *conſ.475.n.20.* dicat finito certo † tempore ſocietati præſtituto, poſſe ſocios ſocietati renunciare, 37
cum ipſo Jure ſocietas non ſit finita, tamen ejus opinioni non eſt adhærendum, quia quod finita dicatur abſque alia interpellatione, tenet Petr. de Ubald. *d.tract part 3 ſub n.39.verſ.in contrarium,* facit Caſtr.*in l.1.§. non autem.ff.de exercit.act.& in conſ.73.in cauſa, qua vertitur inter Gabrielem, col.1. & conſ.104.Viſis & ponderatis omnibus, col.2.lib.1.* Decius *in l.ſi ſocius 16.n.4.ff.ſi cert pet.& in l. qui cum alio 19.num.2.ff.de reg.jur.* Pariſ.*conſil.88.num.10.lib.1.* Strac *in tract de mercat. tit de contractibus, num.13.* Baptiſta Martianus *conſ 2.num.86.* Menoch.*conſil.121 num.67. lib.2.*Decian.*conſ.60.n.30.& ſeq.lib.2.*Burſat.*conſil.370.num.7.lib.4.* Caſtrac. *d.tract. de ſociet.offic.c.50.*

CAPUT XXXVI.

Actione qualiter ſolvatur ſocietas.

SUMMARIA.

1 *Actione ſolvitur ſocietas.*
Et hoc fit ſtipulatione aut judicio.
Stipulatione fit, cum interponitur animo novandi.

2 *Judicio ſit agendo contra alium mihi à ſocio delegatum.*
Et agendo contra ſocium actione pro ſocio.
3 *Actione pro ſocio, ſi proponatur, ut ea conferantur, quæ obſervari debent ſocietate durante, ſocietas non ſolvitur,* & num. 4.
5 *Actione pro ſocio generali ſi agitur contra ſocium, ſolvitur ſocietas.*
6 *Quia ſocii adverſarii eſſe non poſſunt.*
7 *Agendo quis eodem momento ſocietas diſtrahitur.*
8 *Conductores vectigalium cogi poſſunt reconducere, ſi maximos proventus receperunt, & non reperiatur, qui velit conducere pro eodem pretio, ſed pro minori.*
Eſt correctum, & non obſervatur.

1 Actioné etiam, ut † dixi, ſolvitur ſocietas, *l. verum 63. §. fin. ff. pro ſoc.* & hoc fit, cum aut ſtipulatione, aut judicio mutata ſit cauſa ſocietatis, *l. actione 65. in princ. ff pro ſoc.* Stipulatione fit, cum interponitur animo novandi, ut ibi dicit gloſſ. *in ver. ſtipulatione*, ſive ſit facta cum ſocio, ſive cum extraneo, & Petrus de Ubald. *in tract. de duob. fratrib. part. 11. ſub num. 1. verſ. octavo.* Ju-
2 dicio fit † duobus modis. Primo, agendo contra alium mihi à ſocio delegatum, & lite cum eo conteſtata. *l. delegare 11. ff. de novat. & delegat.* Gloſſ. *in d. l. actione, in princip. in ver. judicio.* Petrus de Ubald. *dict. part. 11. ſub num. 1. verſ. octavo.* Secundo fit agendo contra ſocium actione pro ſocio, ſed pro clara intelligentia talis diſtinctio abhiberi debet: aut ſumus in ſocietate vectigalium, & ſimilium publicarum functionum; aut ſumus in alia ſocietate. In ſocie-
3 tate vectigalium † licet agatur contra conſocium actione pro ſocio: tamen ſocietas non extinguitur, quia ſocii in ea cogi poſſunt continuare, ne fiſco præjudicetur, hoc probatur ſecundum unum intellectum *in l. actione 65. §. nonnunquam, ff. pro ſoc.* ubi habetur, nonnunquam neceſſariam eſſe, & manente ſocietate agi pro ſocio, veluti cum ſocietas vectigalium cauſa coita eſt, & facit text. *in l. cotem 11. §. fin. ff. de publicanis & vectig.* ubi conductor vectigalium cogitur reconducere, ſi maximos proventus recipit, & non reperiatur, qui volet conducere pro eodem pretio, ſed pro minori, ita de hac ſocietate poſt Bald. *in l. tam diu C. de ſoc.* tradit Petrus de Ubald. *d. part. 11. ſub num. 1. verſ. ſeptimo.*
4 In ſocietatibus cæteris aut agitur pro aliquo † particulari, aut agitur actione pro ſocio generali. Primo caſu, quando agitur pro aliquo particulari, puta, ut aliquid conferatur, vel quod aliqua lucri pars tradatur, vel quod ratio pro aliquo tempore reddatur, ut in pluribus ſocietatibus obſervatur, quæ durant per plures annos, & ab eis recedere non expedit, & quolibet anno redduntur rationes, & lucra dividuntur, utique hoc modo actione intentata ſocietas non ſolvitur, Bald. *in rubr. C. pro ſoc. n. 10. & in d. l. tam diu 5. & in d. l.*

d.l.verum 65.§.fin.ff.eod. Bart.*in d.l.actione, 63.in princ.ff.eod.* Petr. de Ubald.*d. part. 11.ſub n.1.verſ.ſeptimo.* Bero late *conſil. 191. lib.1.* Secundo caſu, quando agitur † 5
actione generali, ut detur pars, & ut veniant perſonales præſtationes, juxta text.*in l.ſi actum ff.pro ſoc.* ſolvitur ſocietas, quia ſtatim cum ago, ut mihi aliquid detur, videor habere animum diſſolvendi ſocietatem. Bart.*in d.l.actione 63.in princ.* Bald.*in d.rubr.C.pro ſocio.& in d. l. tam diu, & in dict. l. verum. §. fin.* Petrus de Ubald.*d.part.11.ſub num.1.verſ.ſeptimo.* Etiam quod ſocietas diſſolvatur † rationem eſſe declarat Bald.*in l. unica num.25.C.ut act. ab hæred. & contra* 6
hæred.incip. quia ſocii adverſarii eſſe non poſſunt, dum ſunt ſocii, & victoria agenti nihil patrocinaretur, cum in ſocietatem reflecteret. Et idem Bald. *in d l.tam diu 8.* declarat, quod ubi ſocietati † expedit renunciatio, ſocio agen- 7
te eodem momento ſocietas diſtrahitur, & inter diſtinctionem & actionem non datur medium temporis ſed ſolum juris intellectu percipitur, prius ſocietatem diſſolvi, deinde actionem naſci, & idem poſt eum tradit Petr. de Ubald.*d part.11.verſ. ſeptimo, in fin.* Et hæc dicta in cæteris ſocietatibus ſunt obſervanda, etiam in ſocietate † vectigalium, quia ubi ab ea recedere non 8
licet ex actione propoſita, pro particularibus præſtationibus non dicitur diſſoluta, & text.*in d.l. actione. §. nonnunquam,* exempli gratia ponit de ſocietate vectigalium, ut ibidem Gloſſ.declarat. Et non obſtat tex.*in d.l.cotem. §. fin.de publ.* quia eſt diverſa materia, an ſocii cogi poſſint ad reconducendum, & quia ille textus videtur correctus per *l.3.§.cum quinquennium, ff. de jure.fiſci.* ubi habetur inhumanum eſſe, quod conductores reconducere cogantur, & quod hoc fiſco expedire non videtur, quia quis retraheretur à conducendo, ob timorem, ne reconducere cogeretur, & certe ego nunquam vidi obſervatum, quod conductores reconducere compellantur.

CAPUT XXXVII.

Quis rationem reddere teneatur?

SUMMARIA.

1 *Rationem reddere tenetur ſocius, qui adminiſtravit.*
2 *Hæredes etiam ſocii ipſo defuncto rationem reddere tenentur.*
3 *Niſi quominus redderetur à defuncto, per eum ſtetit, cui erat reddenda.*
Hæredes cenſentur ignari, & male inſtructi de geſtu à defuncto.
4 *Ideo ſi quis promiſit ſolvere, quod Titius debet, tenetur ſolummodo, ſi calculatio fuit facta cum Titio: ſecus ſi cum ejus hærede.*

Ratio

Ratio pro reddita habetur, ſi per eum ſtetit, cui erat reddenda.

5 *Ille, qui diſtulit petere, quod ſibi ratio redderetur à ſocio, ſi eo mortuo petat, quod ſibi reddatur ab ejus hærede, in dolo eſſe videtur.*

6 *Creditor, ſi pecuniam oblatam accipere recuſet, & poſtea reperto debitore, cum non valentem ſolvere interpellet, dicitur dolo facere.*

7 *Rationis redditio non cenſetur remiſſa, etiam inter conſanguineos, & ei non præſcribitur minori ſpatio triginta annorum.*

8 *Rationem reddere tenetur ſocius, etiam de geſtis ab ejus factore.*

9 *Ab ipſo factore ratio reddenda erit, ſi ab omnibus ſociis communiter deputatus fuit.*

10 *Præoccupatio agendi inter ſocios locum non habet.*

11 *Socii omnes, ſi adminiſtraverunt in diverſis locis, quilibet ſuæ adminiſtrationis rationem reddere tenetur.*

Quilibet ſimiliter ſuæ adminiſtrationis rationem reddere tenetur, ſi adminiſtraverunt in diverſis apothecis, & in diverſis exercitiis.

12 *Si pariformiter adminiſtraverunt in eadem apotheca, & in eodem exercitio, cenſentur ſe ad invicem liberaſſe à redditione rationis, & dicitur inter eos inducta mutua compenſatio.*

13 *Compenſatio doli & culpæ admittitur inter ſocios.*

14 *Si autem unus plus alio adminiſtravit, & plus de rebus ſocietatis habuit, rationis redditio remiſſa, & compenſatio facta non cenſetur.*

15 *Ratio, ubi à quolibet ſocio reddenda eſt, uno petente, quod reddatur, alter opponere poteſt, quod etiam à petente reddatur.*

16 *Exceptione non adimplementi pro parte agentis, oppoſita à Reo, poteſt Judex repellere actorem.*

17 *Ratio à ſocio non eſt reddenda, quando ſibi remiſſa fuit poſt adminiſtrationem.*

Rationis redditio remitti non poteſt ante adminiſtrationem, quia dolus futurus remiſſus diceretur.

Rationis redditio an probetur remiſſa per literas continentes; Non voglio, ch'à niſciuno diate mai conto di quello, che havete havuto, n. 19. 21. 22.

18 *Collatio ceſſat in ſucceſſione collateralium.*

20 *Literæ probant contra ſcribentem.*

23 *Dos conferri debet, ubi collationi eſt locus.*

24 *Filiæ fœminæ ſuccedunt patri cum maſculis de Jure communi.*

25 *Niſi excludantur à ſtatuto.*

26 *Fœmina ſimpliciter excluſa à ſtatuto perpetuo cenſetur excluſa.*

27 *Fœmina excluſa cum dictionibus*; donec & quouſque, *cenſetur excluſa ad tempus.*

28 *Fœmina poſt mortem maſculorum an reintegrentur ad ſucceſſionem*, prout ex nunc, *ſive* prout ex tunc.

29 *Colla-*

29 *Collatio inter filias reintegratas fieri debet, ut etiam patri ſuccedant, & numero 33.*

30 *Collatio ut locum habeat, tria requiruntur, quæ procedunt in filiabus reintegratis.*

31 *Jus ſuitatis tranſit in monaſterium.*

32 *Filia reintegrata dicitur reintegrata ad legitimam ætatem.*

34 *Filia monialis retinet jura ſuitatis.*

35 *Reddere rationem importat, quod quis computa tradat, & reliqua reſtituat.*

36 *Rationem reddere liberatus, nihilominus rationem reddere, & reliqua reſtituere tenetur, & ſolus liberatus intelligitur ab exactiſſima, anxia, & ſtricta rationum redditione.*

37 *Dolus verus futurus neque tacite, neque expreſſe remitti poteſt.*

38 *Dolus præſumptus non cenſetur remiſſus, remiſſa redditione rationis.*

39 *Dolus verus in committendo dicitur, quando reliqua non reſtituuntur.*

40 *Reliqua extare præſumuntur, niſi ea non extare doceat adminiſtrator. Liber adminiſtratoris probat contra eum, etiam ſi ſit ſcriptus manu alterius de ejus commiſſione.*

41 *Remiſſione generali ſtante inter vivos, dolus præteritus remiſſus cenſetur, ſecus in ultima voluntate.*

42 *Dolus verus præteritus remiſſus non cenſetur.*

43 *Acceptilatio utcunque generalis non comprehendit dolum.*

44 *Dolus verus per verba generalia remiſſus non cenſetur.*

45 *Tranſactio facta per verba generalia, reſtringitur tantum ad ſpecificata.*

46 *Liberatio de debitis facta à teſtatore intelligitur ſolum de debitis tempore teſtamenti.*

47 *Liberatio non extenditur ad ignorata.*

48 *Liberatio non comprehendit dolum, facta in actione generali.*

49 *Liberatio non comprehendit dolum præſumptum, quando aliquid adeſt, vel adeſſe præſumitur penes eum, cui remittitur.*

50 *Remittere eſt donare, & donationis ſemper præſumptio excluditur, ubi alia conjectura capi poteſt.*

51 *Donatio non præſumitur inducta, ſi à me petis, quod tibi donem talem rem, & ego reſpondeam, non tantum iſtud, ſed quicquid tibi placet.*

52 *Verba generalia ad complacentiam prolata nihil diſponunt.*

53 *Liberatus à redditione rationum, ſi conficit librum, in quo conſtet eum eſſe debitorem, ſibi præjudicat.*

54 *Liberationem non acceptare à redditione rationum dicitur ille, qui conficit librum rationum, etſi utatur eo, cum proteſtatione, quod non intendit venire contra liberationem.*

55 *Ratio reddita præſumitur ſtante temporis diuturnitate, & amplius reddi non debet,*

ſecundum aliquos requiritur tempus triginta annorum, ſed ſecundum alios ſufficit decennium, & n.56.

56 *Actioni pro ſocio non præſcribitur minori ſpacio triginta annorum.*
57 *Ratio reddita præſumitur, ſi ſocii per decennium bona diviſa poſſiderunt.*
58 *Ratio reddita non præſumitur per decennium, ſi bona non ſint diviſa.*
59 *Rationes redduntur aliquando etiam ſocietate durante, &* n,60.

ORdo propoſitus in procœmio tractatus expoſtulat, ut viſo qualiter ſocietas diſſolvatur, modo videamus, quis ex ſociis, & qualiter
1 reddere rationem teneatur? Regula conſtituenda eſt, quod ſocius, qui † adminiſtravit, rationem reddere tenetur, quilibet enim adminiſtrator rationem reddere debet, juxta dictum Evangelii: *Redde rationem villicationis tuæ.* Luc. *cap. 16.* & habetur *in cap. qualiter & quando. de accuſat.* & iſtam concluſionem, quod dubium aliquod non habeat, tradit Ruin. *conſil. 29. num. 11 & 12. lib. 5.* & poſt eum Rota Genuenſ. *deciſ. 58. ſub num. 2.* & late, & ad ſatietatem hanc concluſionem comprobant Roland. *conſil. 49. lib. 1.* & Menoch. *in tractat. de arbitr judic. caſu 209* Cravet. *conſil. 433. numero 4. lib. 3.* Et de ſocio, qui adminiſtravit, quod rationem reddere teneatur, tradit Petrus de Ubald. *in tractat. de duobus fratr. part. 12. ſub numero 1.* Socin. *conſil. 24. numero 37. & conſil. 46. numero 2. lib. 1.* Jaſon. *conſil. 4. numero 1. & numero 3. lib. 1.* Ruin. *conſil. 54 numero 8. & conſil 101. numero 13. lib. 1.* Bero. *conſil. 129. numero 9. lib. 3. & conſil. 113. numero 32. lib. 2.* Pariſ. *conſil. 82. numero 22. & conſil. 84. numero 28 & conſil. 88. numero 6. lib. 1.* Menoch. *dict. caſu 209. numero 3.* Rota Genuenſ. *deciſ. 39. numero 3. & deciſ. 116. numero 2. & deciſ. 165. numero 6. & deciſ. 173. numero 17. & deciſ. 183. in fin.*

2 Et non ſolum ipſe ſocius, ſed etiam ipſo † defuncto, ejus hæredes rationem reddere tenentur, *l. 3. §. hac actio. ff. de negot. geſt. l. tutelæ 12. & l. omnes 5. C. arbitr. tutel.* Roman. *conſil. 413. quoad primam, in qua quæritur, in princip.* Dec. *conſil. 110. num 7. lib. 1.* Rota Genuenſ. *deciſ. 203. numero 2.* Quod tamen decla-
3 ratur † non procedere, ſi per eum ſtetit, cui erat reddenda, quominus à defuncto redderetur, ita tradit Cephal. *conſil. 8. lib. 1.* Maſchard. *in tractat. de probat. concluſ. 1256. numero 13.* Menoch. *conſil. 988. numero 7. lib. 10.* Et hoc ea ratione, quia hæredes cenſentur ignari, & male inſtructi eorum, quæ à defuncto geſta fuerunt, *l. qui in alterius 42. ff de regul. jur. & l. fin. ff pro ſocio*, quorum Jurium auctoritate Jaſ. *in l. qui Romæ 122. §. Augerius 4 colum. penult. verſic. utramque rationem, ff. de verbor. obligat.* poſt cæteros concludit, multum
4 † æquum eſſe, ratione naturali inſpecta, ſi quis promiſerit ſolvere, quod Titius debet, quod teneatur ſolummodo, ſi debiti calculatio & liquidatio facta fuerit cum Titio, non autem ſi facta fuerit cum ſuis hæredibus,

qui

qui veriſimiliter non ſunt inſtructi de geſtis per Titium; imo vero ignorant geſta per ipſum Titium, qui bene ſciebat, quomodo res ſe habebat, & ſuarum defenſionum poterat eſſe edoctus. Et hoc maxime æquum, & ſecundum naturalem rationem, maxime procedere debet inter ſocios, intra quos Jura fraternitatis ſervantur, *l. verum 63. in princip. ff. pro ſocio.* conſiderat Cephal. *dict. conſil. 8. num. 4.* Et cum per eum ſteterit, cui erat reddenda ratio, quominus redderetur, pro reddita videtur, quod ſit habenda. *l. jure civili 24. ff. de condit. & demonſtrat. l. in jure civili 161. ff. de regul. juris.* Socin. *in l. Julianus 46. la 1. num. 7. ff. de condit. & demonſtrat.* Alexand. *conſil. 121. circa med. lib. 6.*

Et hoc eo magis ſuadetur, quia mora ſua unicuique nociva eſſe debet, *l. ſi ſervus 91. §. ſequitur 3. ff. de verbor. oblig.* Et ille, cui erat ratio reddenda, ſi 5
† diſtulit, ne ei redderetur, petendo modo, quod eo mortuo, à quo erat reddenda, reddatur, videtur quod dolo agat, & quod non debeat audiri, per ea, quæ tradit Caſtr. *in l. ſi Reus paratus 73. colum. 2. verſ. in textu.* ibi, *qui præſenti dominio. ff. de procurat.* ubi dicit, præſumendum eſſe contra illum qui interpellatus non ſolvit, & poſtea ſeparatum ſolvere offert, quando nemo adeſt, qui ſolutionem recipiat. Et è contrario, ſi creditor † pecuniam 6
oblatam accipere recuſet, & poſtea reperiat debitorem, & eum non valentem ſolvere interpellet, creditorem doloſe facere dicit, *l. emptorem 12. in fin.* ibi Gloſſ. notabilis *ff. de action. empt. & in l. illud 17. verſ. omnia integra ff. de peric. & comm. rei vend.* Differendo enim iſte, cui reddenda eſt ratio, ne ſibi reddatur, cum eam petendo ab hæredibus videatur doloſe petere, cum ipſi non ſint bene informati, quod utique ſtante dolo audiri non debeat, dicendum videtur. Et hanc opinionem tenet idem Cephal. *in conſil. 466. lib. 4.* ubi ſub *numero 24.* declarat, à ſe dicta *conſil. 8. lib. 1.* procedere ſolummodo, quando ille, cui erat † reddenda ratio, quominus redderetur, 7
diſtulit, & vult, quod ſi ſtetit per plures annos, quod redditio rationis petita non fuerit inter ſanguine conjunctos, non per hoc cenſetur remiſſum, quod non poſſit peti ab ejus hæredibus, quia redditioni rationis non præſcribitur minori ſpacio triginta annorum, *l. adverſus, ubi Gloſſ. & Dd. ff. de neg. geſt. l. tutores 8. Cod. arbitr. tut.* Et nemo jus ſuum remittere velle cenſetur, quod ſcit duraturum uſque ad annos triginta. *l. cum annum, ff. de ſolut. l. ſicut 8. §. non videtur 12. ff. quibus mod. pignorib. vel hypothec. ſolvit.*

Socius non ſolum ſi adminiſtravit † rationem reddere tenetur, ſed etiam 8
ſi Factorem ad adminiſtrandum deputavit, quia ipſe adminiſtraſſe dicitur, ut habetur *in l. filiæ inteſtato 88 & ibi per Gloſſ. ff. de ſolut.* Franc. Luc. *in tract. de privileg. fin. part. ult. quæſt. 38.* Addent. ad Alexand. *in conſil. 47. in ver. adminiſtrabat. lib. 1.* Et ſi per communem Factorem ſocietas † adminiſtrata fuit, ipſe ſociis 9

rationem reddere erit obligatus, & ſi unus ex ſociis egit contra eum, &
ſuam partem conſecutus fuit, & alter non poſſit ſuam partem conſequi,
quia Factor non ſit ſolvendo, propter æqualitatem, quæ inter ſocios ſer-
10 vanda eſt, ſocius partem † exactam communicate erit obligatus, ita tradit
Petr. de Ubald. *d. part. 12. ſub num. 1. verſ. item ſi ſocii,* per text. *in l. verum 63. §. ſi ju-*
ratus, & in l. actione 65. §. ſi communis pecunia 14. ff. pro ſoc. ubi habetur inter ſocios
conditionem occupantis non eſſe meliorem, ſi debitor non ſit ſolvendo, &
hoc eſſe ſpeciale in ſocietate, tradit Gloſſ. *in l. ſi Titius 62. in ver. conſecuturum, ff.*
11 *pro ſoc.* Si ſocii omnes adminiſtraverunt, quis † rationem reddere teneatur,
diſtinguendum eſt: aut omnes adminiſtraverunt in diverſis locis, aut in
eodem loco. Si in diverſis locis adminiſtraverunt, quilibet ſuæ admini-
ſtrationis rationem reddere tenetur, quia ad invicem præpoſiti cenſentur,
ut dixi ſupra *cap. 30. num. 14.* Si in eodem loco; aut id fecerunt in diverſis
apothecis, ſeu diverſis exercitiis, & eſt dicendum, quod ad invicem ratio-
nem reddere teneantur, quia cenſentur ad invicem præpoſiti, ut dixi *in d.*
cap. 30. n. 14. aut id fecerunt in eadem apotheca, ſeu eodem exercitio, & hoc
caſu, ſi quilibet ex ſociis pariformiter adminiſtravit, & fuerunt in pari culpa,
& in pari negligentia, cenſentur ſe ad invicem liberaſſe à redditione ratio-
nis, & dicitur inter eos inducta mutua compenſatio *l. ſi ambo 10. ff. de compen-*
12 *ſat.* Cujus verba ſunt: *Si ambo ſocii parem negligentiam † ſocietati adhibuimus, di-*
cendum eſt deſinere nos invicem eſſe obligatos, ipſo Jure compenſatione negligentiæ facta.
13 Simili modo probatur, ſi alter ex re communi aliquid perceperit, alter †
tantam negligentiam exhibuerit, quæ eadem quantitate æſtimatur, com-
penſationem factam videri, & ipſo Jure invicem liberationem. Si quis igi-
tur compenſare potens ſolverit, condicere poterit, quaſi indebito ſoluto, &
verba omnia legis apponere volui, quia maxime utilia ſunt, ubi inter ſo-
cios de compenſatione doli & culpæ ageretur. Et quod talis compenſatio
admittatur inter ſocios, qui pariformiter adminiſtraverunt, & fuerunt in
pari negligentia & in pari culpa, tenet Caſtrenſ. *conſ. 126.* non ſequendo ordi-
nem *lib. 2.* Alex. *in conſ. 47. n. 11. & ibi Add. lib. 1.* Rimin. ſen. *conſ. 300. n. 53. lib. 2.* Rimin.
14 jun. *conſ. 280. num. 15. lib. 3.* Si autem non pariformiter adminiſtraverint, ſed †
conſtet, qui plus adminiſtraverit & ad quem pecuniæ & res ſocietatis de-
venerint in majori quantitate, talis compenſatio inducta non cenſetur; &
rationis redditio remiſſa non præſumitur, & quilibet ſuæ villicationis ra-
tionem reddere tenetur, Angel. *in conſ. 285. colum. 6. verſ. & ſi inter dictos.* Caſtren.
d. conſ. 126 lib. 2. late Bero. *in conſ. 191. n. 34. lib. 1.* & noviſſimè Maſcard. *in tractat. de*
probat. concluſ. 1256. n. 6. & ſeq.
15 Et ubi à quolibet ex ſociis † ratio reddi debet ſocio petenti, quod ab alte-
ro ſocio ratio reddatur, opponi poteſt, tu non reddidiſti, & non adimpleviſti
pro parte tua. *l. Julianus 13. §. offerri 8. ff. de act. empti. l. cum proponas 21. C. de pactis. &*
pervenit.

pervenit. §.*2.de jurejur.* Nam cum una ſit ejuſdem negociationis adminiſtratio facta à duobus, conveniens eſt etiam, quod inſimul ab adminiſtratoribus ratio reddatur, ut quid ſit in negociatione, ut fieri debet, cognoſcatur.
Et ſi ab eodem fonte † pendet, nempe ab eadem negociatione & admini- 16
ſtratione, quod ratio reddatur, iſta exceptio, tu non reddidiſti pro parte tua, ab eodem fonte proveniens, certe eſt dicendum, quod opponi poſſit, cum, quando exceptio provenit ab eadem obligatione, poſſit Judex non admittere agentem, *l.cum qui ita 56.ff.de verbor.oblig.* ita declarat Rimin.ſen.*d.conſ.300.num.54.& ſeq.lib.2.*& eum ſequitur Rimin.jun.ibi *in addit.& in d.conſil. 280.num.15.lib.3.*

Rationes à ſocio reddendæ non erunt, quando earum † redditio ſibi 17
remiſſa fuit, ſed duo caſus ſunt conſiderandi. Primus eſt ante adminiſtrationem, & ea durante. Secundus eſt poſt completam adminiſtrationem.In primo caſu, quia dolus futurus remiſſus cenſeretur,ideo quod talis remiſſio non valeat, dicendum eſt ſecundum ea, quæ dixi ſupra *cap. 20.* In ſecundo, quia agitur de remiſſione doli præteriti, dicendum eſt, remiſſionem valere. Gloſſ.& Dd.*in l.ſi unus 27.§.illud 3.ff.de pactis.* An vero probetur liberatio à redditione rationis per literas ejus, cui ſunt reddendæ, ſi in eis contineatur, *non voglio, ch'à niſciuno dia te mai conto di quello, che havete hauuto,* ponit Bero. *qu. 21.* & poſt eum Maſcard.*in tractat.de probationib.concluſ.626.& concluſ.1256.* Et quia latè de hac re ſcriptum fuit à Patre meo, ideo hic ejus conſilium apponere oportunum judicavi.

Deceſſit Dominus Vivianus ab inteſtato, relictis Antonio filio maſculo, & tribus filiabus fœminis, quarum una fuit dotata & maritata à fratre, & aliæ duæ ſimiliter dotatæ à fratre ingreſſæ fuerunt monaſterium monialium S.Nicolai. Antonius Romæ degens ſuorum bonorum adminiſtrationem reliquit dictæ ejus ſorori maritatæ, quæ vidua remanſerat, & deceſſit ab inteſtato, & abſque filiis. Ideo hodie agitur de diviſione hæreditatis fraternæ facienda inter dictas tres ſorores. Moniales dicunt, diviſionem æqualiter eſſe faciendam, & viduam teneri conferre ſuas dotes, & ſimiliter ipſæ offerunt proprias dotes velle conferre, & dicunt viduam teneri de bonis fraternis adminiſtratis reddere rationem, & reliqua. Econtra vidua di-
cit, licet bona fraterna † ſint inter eas dividenda pro æquali portione, 18
tamen dotes non eſſe conferendas, quia in ſucceſſione collateralium ceſſat collatio, quæ ſolummodo locum habet in ſucceſſione aſcendentium. Gloſſ.fin *in l.1.& ibi Caſtren. Cod. de legit. hæred.* Jaſ. *in l. ſi emancipati 9. ſub num. 27.Cod. de collat.* Bero. *conſil.53. numero 20. lib. 1.* Afflict. *deciſ. 161.* Boer. *deciſ. 302. numero 3.* & de communi teſtatur, etiam ſi agatur de bonis profectis à fratre, de cujus hæreditate agitur. Vaſqui. *de ſucceſſ. progr.* §.*19. numero 28.* Et
dicit non teneri ad reddendam † rationem & reliqua de bonis adminiſtratis, 19

quia fuit ab ejus fratre liberata, ut conſtat in ejus literis, in quibus hujuſmodi verba leguntur: *Circa il tenerne di ciò conto, io non me ne curo, perche tra voi, & me non intendo, ch' ancora ſia partito niente, & di quello, che haverò io ſempre inſieme con me vi lo goderete.* Et in aliis literis habentur hujuſmodi verba: *Non mi fate più di queſtiorti, in dimandare quello, ch'è voſtro, ma pigliate tutto quello che vi fa biſogno, ſenza che mai più me ne ſcriviate. & però fate che lo fiate ſenza riſpetto alcuno, che ſi farete altrimenti farete coſa, che mi diſpiacerà grandemente.* Et in aliis literis habentur iſta verba: *In quanto poi alli denari, che mi auviſate, che havete ſpeſo in comprare beſtiame, havete fatto molto bene, & quando haveſte fatto altrimenti, & che non vi foſſe valuta delle coſe di voſtro fratello, perche voſtre ſono, che mi havereſte fatto grandiſſimo diſpiacere.* Nam dicit, quod literæ præfatæ

20 † probant contra fratrem ſcribentem, *cap. 2. de fid. inſtrumen.* ubi Abb. *num. 8* & Dec. *numero 15.* & per Dd. communiter *in l. admonendi 31. ff. de jurejur.* ubi Jaſ. *in repert. numero 135. & Rep. numero 133.* latè Maſcard. *in tractat. de probat. concluſ. 626.*

21 *in princip. & concluſ. 1256 in princip.* Et quod ex dictis verbis probatur † liberatio à redditione rationis, ut tradit in puncto Bero. *quaeſt. 21.* relatus à Maſcard. *in dict. tractat. de probat. concluſ. 380. numero 17. & dict. concluſ. 1256.* & movetur Berous, quia dicit, quod certi & clari Juris eſt, quod ille, cujus negocia geruntur, vel geſta ſunt, poteſt gerenti remittere redditionem rationum doli, & reliquorum, ut eſt textus *in l. cum ita 19. in l. Lucius 12 in l. ſi quis rationes 9. & in l. Aurelius 20. §. Cajus 2. & ibi Bartol ff. de lib. legat.* Et poteſt etiam

22 fieri remiſſio † redditionis rationis pro adminiſtratione futura, ſed quod iſta non comprehendit dolum in adminiſtratione commiſſum, etiam ſi expreſſum fuiſſet, ut per Bartol. *in dict. §. Cajus, verſ. ſed quid ſi relinquitur, & in quaeſt. 45. lib. 1.* Et dicit, quod differentia eſt, an remiſſio & liberatio rationis fiat in ultima voluntate, vel inter vivos, quia in ultima voluntate in dubio dolus præteritus non cenſetur remiſſus, ſed inter vivos remiſſus præſumitur, allegat Gloſ. quam dicit ſingularem *in l. actione 4. Cod. de tranſact.* & Bald. *in l. cum neceſſitas 18. Cod. de fideicommiſſ.* & dicit, quod eſt de mente Bart. *in dict. §. Cajus, colum. 3.* & iſta diſtinctio eſt à Dd. communiter approbata, ut dicit Curt. *in dict. l. actione, in fin.* His tamen non obſtantibus mihi dicendum videtur, tam in primo, quam in ſecundo dubio ad favorem Monialium contra viduam eſſe judicandum. Inquam in primo dubio, quia, ut agentes pro vidua fatentur, quando agitur de ſucceſſione aſcendentium, habet locum collatio, ideo hic dotes conferri debent, quia ubi collatio locum habet, dotes conferuntur. Et hic collatio habet locum, quia agitur non de ſucceſſione fratris, ut ex adverſo præſupponitur, ſed de ſucceſſione patris, qui deceſſit, nullo condito teſtamento.

23 Quod dotes conferantur, ubi locum collatio † habet, eſt text. & ibi Dd. in-

in l.filiæ dotem 4.C.de collat. Vaſq *de ſucceſſ.progr.§.19.n.13.* Surdus *quæſt.219.n.2.lib.2.*
Decian. *in conſil.2.num.87.lib.2.* Cephal. *conſil.734.num.18.lib.5.* Et quod in præſen-
ti agatur de ſucceſſione in hæteditate patiis manifeſtatur, quia de Jure com-
muni cum Antonio filio maſculo † fœminæ omnes pro æquali portione 24
ſucceſſerunt, *l.maximum vitium 4.Cod.de liber.præter.§.1.Inſt.de hæred. quæ ab inteſt.
defer §.1.in authen.de hæred.ab inteſt.ven.* Gomeſ. *lib.1.var.reſolut.cap.1.n.2. & ſequen.*
Craſ. *in §.ſucceſſio ab inteſtato.quæſtion.2.in princip.*

Neque obſtat dicere, quod fœminæ fuerunt excluſæ, & ſolus † maſculus 25
ſucceſſit, quia habemus decretum, cujus diſpoſitione attenta fœn inæ exclu-
duntur, & maſculi admittuntur, & validum eſt, & juri communi deroga-
re potuit, ut per Lap. *alleg.100.num.1.& alleg.101.num 2.* Rolan *conſil 55.num.11.lib.
1.* Paul de Monte Pico. *conſil.41.num. 1.* Quia reſpondetur, quod iſta ſtatuta
† & decreta excludentia fœminas, quæ ſunt in univerſa Italia, ſunt in du-
plici differentia. Nam quidam excludunt eas ſimpliciter, quidam vero ſub 26
conditione, donec, & quouſque maſculi ſuperfuerint. Et ſi verum ſit, quod
fœmina primo modo ſimpliciter ſimul excluſa ſemper remaneat excluſa,
ut per Gabriel. *in tit.de ſtat.concl.4.in princ.* ubi infinitos citat, & de communi
teſtatur, tamen veriſſimum eſt, quod ſecundo modo excluſa non dicitur
perpetuo excluſa. ſed ſolummodo ad tempus, donec, & quouſque maſcu-
li ſuperſunt, ut per Gabriel. *d.concl.4.num.9.* Decretum vero, de quo agitur,
non excludit † fœminas ſimpliciter, ſed, ut in eo legere licet, donec, & 27
quouſque maſculi ſuperfuerint. Nam quicquid dicat Chaſſan. *in quæſt.55.
in 2. dub.* ſtantibus dictis verbis, *donec, & quouſque*, ſolummodo ad tempus,
& viventibus maſculis excluſæ dicuntur, & eis deficientibus, ad patris
ſucceſſionem reintegrantur, juxta juris communis diſpoſitionem. Bartol. *in
l.fin.§.quando ff. ad Trebell.* Bald. *in cap.1.§.1. in fin. Epiſcopus, vel Abbas. & in conſil.
69.lib.1.& in conſil.43 lib.2. & in l.ſi quis poſthumus 9 num.3.ff.de lib. & poſthum. & ibi*
Imol. Caſtren. Aret. Alexand. & Jaſ. Abb. *in quæſt 92. num 4. lib. 2.* Anchar. *in
conſil.220.in 1.dubio.* Alexand. *in conſil.13.num.21.lib.3.* Capra. *in conſil.75. numero 7.*
Ant. *in conſil.143 ſub num.1.* ubi teſtatur de communi Geor. Nat. *in tract de ſtat.
fœm.excl.quæſt 2.in fin.* Tiraq. ad *l. ſi unquam 8. Cod. de revoc. donat. in ver. ſuſceperit.
num.194* Brun. *in tract de ſtat fœm.excl.art.10. quæſt.5 ſub num.67. verſ. in contrarium.*
Socin. *in conſil 92 ſub num.13.* ubi teſtatur de communi, & quod ita in practi-
ca ſervatur Senis, & de magis communi teſtatur *in conſil 64.nu.15.lib.1.* & poſt
eum Gabriel. *dict.tit de ſtat.concl.4 ſub num 9.* Simon. de Præris *conſil. 22. num.1.*
Natt. *conſil 321 num.12.lib.2.* Socin jun. *in conſil.1 in 1.dubio lib.1.* Menoch. *in conſ.105.
num.17 & num.75.lib.1.& in conſil 220.num.52 lib.3* Rim. jun *conſil.31.num.19 lib.1. &
conſil.455 num.12.lib.4* Puteus *deciſ.144 lib.2.* Ceph. *in conſil 404. num.19.lib.3* Gabr.
in conſil.7.num.10.& in conſil.86.num.2.& in conſil.87.num.1.lib.2. Decian. *in conſil.9.
num.19.lib.3.*

Neque

28 Neque ſimiliter obſtat, ſi dicatur, quod fœminæ † deficientibus maſculis admittantur, non prout ex tunc, ſed prout ex nunc, tanquam hæredes anomalæ, contra regulas juris communis, & ideo in eis ceſſet collatio, & quod ita videatur tenere Bald *in conſ.43.lib.2.* tradit Brun. *in d. tract. ſtat. fœm. exclu. art.10.q.5. ſub n.86.* Reſpondetur, quod iſta opinio eſt multum controverſa, an fœminæ admittantur poſt mortem maſculorum ad hæreditatem patris, prout ex tunc, ſive prout ex nunc, & in hac quæſtione tres adſunt opiniones. Una eſt Bart. *in d.l.fin.§.quando ff.ad Tertullian.* quod fœminæ admittantur prout ex tunc, & quod interim eorum portiones ſtent in ſuſpenſo. Altera eſt opinio Bald. *in l.2.C.de lib.præter.* quod maſculus vivens ſit hæres in totum, & fœmina uti hæres anomala mortuo maſculo prout ex nunc admittatur. Tertia eſt opinio, quod fœmina non admittatur mortuo maſculo uti hæres ab inteſtato, ſed ex diſpoſitione ſtatuti, quaſi ſtatutum eo caſu auferat maſculis, & det fœminis, ita tenere aliquos, ait collegiſſe ex Bald. *in d.l.ſi quis poſthumos 9.§.1 ff.de lib.& poſthum.* Gabriel. *d.conſil.7. ſub num.11. lib.2.* Et tam de prima, quam de ſecunda adſunt Dd. qui teſtantur de communi, & de magis communi opinione. Nam quod opinio Bart. ſit communis, tradit Diplouat. *in addit.ad Bart. in q.11. lib.1.* & eam dicit magis communem poſt Ant.& Alex. Jaſ. *in d.l.ſi quis poſthumos,§.1. ſub n.5. & ſub num.9.* & quod eam tanquam magis communem ſequata fuerit Rota Roman. tradit Gabriel. *d.conſ.7.num. 16.lib.2.* Et quod opinio Bald. ſit communis, teſtatur Corn. *in d.l.2.n.2.in fin.C.de lib.præt.* & eam etiam magis communem teſtatur Brun. *in tract.ſin.excluſ.art.10.ſub num.83.* & Gabr. *d.conſ.7.n.19. & n.20.lib.2.* Et in hac Doctorum controverſia, quid ſit tenendum, maxime eſt hæſitandum, & ideo pro certo poni non poteſt, quod collatio locum non habeat, quia fœmina admittatur prout ex nunc, & non prout ex tunc, cum ſuſtineri poſſit, quod habeat locum collatio, quia fœmina ſecundum aliam opinionem admittatur prout ex tunc, & non prout ex nunc.

Sed dimiſſa hac controverſia tenendum eſt, collationem inter dictas
29 ſorores † fieri debere. Quia licet ſint varii Doctores, qualiter & quomodo fœminæ excluſæ poſt maſculos reintegrentur: tamen in hoc conveniunt, quod reintegrentur, & quod ad juris communis diſpoſitionem revertatur, ita expreſſe tradit Bald. *in dict. l.2. ſub num. 8. Cod. de lib.præt.* in illis verbis: *Nam ſtatutum excludit regulas juris communis excludendo filiam ad tempus vitæ fratris, ſed poſtea includendo & reintegrando ipſam ad ſucceſſionem, argum. l. ſtatu liberum 11.§.Stichum 2.ff.de leg.2.* & ſubjungit, quod mortuo filio rediit filia ad cauſam inteſtati, & ſic cauſa, quæ in medio tempore obſtitit mulieri, deficit per mortem maſculi, ita quod fœmina poteſt ſuccedere ſine obſtaculo, & expreſſe idem tradit Bald. *in dict.l.ſi quis poſthum.9.§.1.num.4 ff.de lib. & poſt.* ubi dicit, quod mortuo maſculo fœmina rediit ad jus commune. Igitur ſi

fœmina

fœminæ ad jus commune † revertuntur, collatio locum inter eas habere 30
debet, cum, ut ſupra dixi,collatio dotium inter ſorores ſuccedentes in hæ-
reditate paterna facienda ſit,&hoc verum eſſe clarius deducitur conſide an-
do, quod tria ſunt neceſſaria ad hoc, ut locum collatio habeat, ut per Iaſ.
in d. l. ſi emancipati 9. n. 30. uſque ad 36. C. de collat. Primo, quod ſuccedentes ve-
niant ex capite *unde liberi.* Secundo,quod ſint in primo gradu. Tertio,quod
ſuccedant ex tit. univerſali, & iſta tria inſimul in præſenti ſucceſſione con-
currunt, Nam, ut dixi, mortuo maſculo,& ſi remoto impedimento, iſtæ fi-
liæ redeunt ad jus commune, & ſuccedunt pro æquali portione, & ſic ve-
rificatur primum requiſitum. Et ſuccedunt ita, ut tot partes hęreditatis ſint
faciendæ, quot ſunt perſonæ, computato maſculo, & ita verificatur ſecun-
dum requiſitum, cum maſculus & fœminæ inſimul ſuccedentes ſint in
primo gradu, *l. 1. & l. Iuris conſultus 10. ff. de g ad. cognat.* & ſuccedunt in uni-
verſa hęreditate, per textum *in d. §. 1. in auth. de hær. ab inteſt. ven.* & ſic verifi-
catur tertium requiſitum Et quamvis multum ſit controverſum inter Do- 31
ctores, an jus ſuitatis, quod † habet filia, tranſmittatur ad ejus hęredes, ſi
decedat ante maſculum; hoc tamen difficultatem aliquam non facit in
præſenti, quia filiæ omnes vivunt, & quia, ſi dictæ Moniales non vive-
rent, quicquid ſit in aliis, in eis favore monaſterii tranſmiſſioni locus eſſet,
ut per Bald. *in conſil. 55. l. 5.* quem refert Brun. *d. tract. art. 11. n. 100.* & dicit,
quod hoc dictum non approbat, neque improbat. Et etiam nullam facit
difficultatem dicta controverſia. Quia licet diſcordent circa tranſmiſſio-
nem, tamen in hoc omnes conveniunt, quod per tale ſtatutum jus ſuita-
tis non enervetur; ſed tamen ſuſpendatur, ut per Brun. *d. art. 11. num. 94.*
ubi teſtatur de magis communi. Et licet etiam Dd. diſcordent, an fœmina
† ita excluſa à ſtatuto dicatur excluſa à legitima: tamen concordant,quod, 32
ſi ſit excluſa poſt maſculi mortem, dicatur reintegrata, & reducatur ad ter-
minos juris communis, perinde ac ſi ſtatutum nunquam factum fuiſſet.
Gabriel. *in conſil. 8. num. 71. & 2. lib. 2.* Rimin. jun. *conſil. 455. n. 20. lib. 4.*

Et ita ex prædictis collationem eſſe faciendam omnino tenendum eſt,
nec verum eſt, quod Bald. *in d. conſ. 43. lib. 2.* teneat, prout Brunus opina-
tur, collationem non eſſe faciendam, quinimo in libro meo dicit expreſſe,
quod ſi ſtatutum excludit filiam,non excludit eam ſimpliciter, ſed ad tem-
pus, donec ſuperſtiterit maſculus, & ideo † defuncto maſculo reducitur ad 33
ſtatum, quem habet de jure communi, ut collata dote ſuccedat pro viri-
li, ut patet vi temporalis dictionis, *donec*, & ita indiſtincte à filia reintegra-
ta collationem eſſe faciendam, tenet Brun. *d. art. 10. ſub. n. 86.* & Gabriel. *d.
conſil. 7. num. 23. lib. 2.* Neque in præſenti difficultas aliqua inſurgere poteſt
ex eo,quia dictæ filiæ ſunt moniales.Quia licet filiæ per ingreſſum religio-
nis eximantur † à patria poteſtate: tamen in reliquis retinent omnia jura, 34

& omnia privilegia ſuitatis, ut per Gomeſ. lib.1.vari.reſol.c.9 num.10. Craſ.in tract.de ſucceſ. ex teſtam. & ab inteſt.in §.ſuitas.94. num.8.& teſtantur de communi opinione. In ſecundo dubio ſimiliter dico, moniales juſtitiam fovere, non obſtantibus traditis à Bero.dict.queſt.21. Nam aut dictæ literæ ſunt intelligendæ quoad futuram adminiſtrationem, aut quoad præteritam. Si
35 inquam † ſunt intelligendæ quoad futuram adminiſtrationem, quia reddere rationem importat, quod quis computa tradat, & reliqua reſtituat. l. cum ſervus 82.ff de condit. & demonſtr.l.non ſolum 8.§.is qui rationes 5.ff.de lib.leg.l.bona.§ fin.ff de verb.ſignific.Afflict.dec.157.Cravet.conſ.231.num.2.lib.2.Rota Genuen. deciſ.191.num.4.& dec.209.n.2.& ideo contra non tradentem computa, & non reſtituentem reliqua datur juramentum in litem, ad probandam eorum quantitatem, & valorem ad ejus manus perventorum, ut per Plot. ad l. ſi
36 quando 9.num.194.C.unde vi. Dico, quod liberatus à reddendis † rationibus de futura adminiſtratione nihilominus tenetur rationes reddere, & reliqua reſtituere, & ſolus liberatus intelligitur ab exactiſſima, & anxia, & ſtricta rationum redditione. l.quidam decedens, & ibi Gl. & Dd. ff. de adminiſtr. Dd. & Bart in l.auxilio.§.Cajus.num.8.ff.de liber.lega. Angel. in conſ.185. Socin. in conſ.201. col.2.lib.1. Signor.de Homod.conſ 109.& conſ 110. Bertrand.conſ.148.lib.3.& conſil. 45.ſub num.10.lib.4.& conſ.96.ubi teſtatur de communi lib.6.Barba.conſ.4.num.8. & 9.lib.4.Bero conſ.37.num.10.lib.2. Rimin.ſen.conſ.309.lib.2. Cravet.conſ.193.n.9. lib.1.& conſ.568.n.5.lib.4.& conſ.764 n 9.lib.5.Covar.lib.2.var.reſolut.c.14.num.3.ubi teſtatur de communi, Menoch. de præſumpt.lib.5. præſump.164.n.1. & de magis communi teſtatur Rota conſ.46. num. 21. Et dici non poteſt, quod reliqua
37 reſtituere † non teneatur, quia ex dicta remiſſione redditionis rationum dolus remiſſus cenſeatur. Nam de dolo vero hoc non eſt dicendum, quia nec tacite, nec expreſſe dolus verus futurus remitti poteſt, l ſi unus 27. §. illud 3.ff.de pact.Dec.in l.in actione 4 ſub num.10.C. de tranſact. Covar. d. c. 14. ſub num.3. verſ.imo & hæc opinio, & verſ.quartum. Rimin.ſen.dict.conſ.309.lib.2. Menoch. dict. præſumpt.164.num.5.& n.7.& n.8.in fin.teſtatur de communi Bero. d.queſt. 21.n.3. & num.4.

38 Nec juvat dicere, quod dolus præſumptus † remitti poteſt, Pariſ. in conſil.49.numero 35. lib. 1.Paul. de Monte Pico in conſil. 53. quia iſta opinio à multis reprobatur, ut per Igne. in l. contractus 23. numero 71. in fin. ff.de reg jur. Bero. conſil.144.numero 13. lib.1. Simon. de Præt. conſil.150.numero 57. Et quia licet remitti poſſit, tamen in præſenti remiſſus non cenſetur, quia Dd. omnes ſupra citati dicunt, quod per liberationem à redditionis ratione, ſolummodo intelligitur liberatus ab exactiſſima & ſtricta rationum redditione: & ſic negant, quod fuerit liberatus etiam à dolo præſumpto. Et quod non cenſeatur remiſſus, facit, quia doli remiſſio eſt inveriſimilis, Marchabr. conſil. 51. numero 102. & nunquam ex liberatione dolus remiſſus

cenſetur.

Digitized by Google

cenſetur, ſi aliud poteſt liberatio operari. Ang *in dict. l. ſi unus 27. §. illud 3. ſub*
n. 1. verſ. ſequitur, & verſ. & idem intelligitur, ff. de pact. & dolus in qualibet genera-
li diſpoſitione intelligitur exceptus, *l. Pomponius ſcribit 9 § ſed ſuperius ff. de neg.*
geſt. l. tres fratres 35. ubi Alber. ff. de pact. Pariſ. *conſ. 90. in fin. lib. 1.* Rota *conſ. 46 num. 24.*
Gabriel. *conſ. 13 num. 19. lib. 1.* Etiam quia hic agitur de reſtitutione † reliquo- 39
rum, ceſſat dicta inveſtigatio, an ſit remiſſus dolus præſumptus, quia non
reſtituere reliqua eſt dolus verus in committendo, & non eſt dolus præ-
ſumptus in omittendo. Covar. *dict. capitulo decimo quarto, verſicul. tertium*, per
text. *in l. 1. C. de in lit. jur. & in auth. contra qui propriam C de non num pec. & in l. qui*
reſtituere 68. & in l. ult. ff. de rei vendic. Et quod ſit in dolo vero, & in dolo præ-
ſumpto, qui non offert reſtituere reliqua, tradit Cravet. *conſil. 446. num. 14 &*
num. 15. lib. 3. Et reliqua extare probatur † ex libro ab ipſa vidua producto, 40
qui probat contra eam, licet ſit ſcriptus manu alterius, cum ſit ſcriptus de
ejus commiſſione, & ab ea approbatus, Abb. *in c. 2 ſub num. 10.* & ubi Butr. *n.*
5. verſ. quartus caſus, & Felin. *ſub num. 31. verſ fallit 5. de fide inſtr.* Jaſ. *in l. admonendi*
31. num. 112. & 114. ff. de jurejur. Beretta *conſil. 117. num. 2.* Marchabr. *conſil. 18. num. 133.*
Feder. Scot. *conſil. 3. num. 23. & 24 tom. 2. lib. 1.* Cravet. *conſil 805. num 14. lib. 5.* Et
extare reliqua apud adminiſtratorem præſumuntur, niſi de conſumptione
doceatur. Ruin. *conſ. 69. lib. 2* Cravet. *conſil. 568. num. 6. lib. 4.* Alexand. *conſil. 45. in*
princ. lib. 1. Rota Genuen. *deciſ. 173. num. 11.* Si autem dictæ literæ ſunt intel-
ligendæ quoad † præteritam adminiſtrationem, prout loquitur Bero. *in* 41
dict. quæſt. 21. ſimiliter quod vidua à reſtitutione reliquorum non dicatur li-
berata, dicendum eſt, quia nullibi in dictis literis ſcriptum reperio, quod
ipſa liberetur à reſtitutione rerum, quæ jam devenerant ad ejus manus,
ſed potius literæ præfatæ concernunt tempus futurum, & de futura ad-
miniſtratione, quid ſit dicendum, jam ſupra explicavimus. Et dato, non
tamen conceſſo, quod de præterita adminiſtratione in eis loqueretur, ac
etiam admiſſa pro vera opponendo illa, quod ex generali remiſſione in-
ter vivos dolus præteritus remiſſus cenſeatur, ſecus vero ſit in ultima vo-
luntate, ut per Gl. fin. & ibi Dd. communiter, ut per Curt. ibi *in fin. Cod. de*
tranſact. & per Bald. *in l. cum neceſſitas, C. de fideicom.* in qua opinione ſe fundat
Bero. *dict quæſt. 21.* nihilominus vidua ſuccumbere debet. Primo quia, ut
jam dixi, non agitur modo de dolo in omittendo, & ſic de dolo præſum-
pto, ſed agitur † de dolo in omittendo, quia reliqua reſtituere recuſat. 42
& ex liberatione conceſſa dolus verus præteritus remiſſus non cenſetur.
Gl. *in l. cum neceſſitatem 18. Cod. de fideicom* Caſtr. *in conſil. 86. dubitatio vertitur. in fin,*
lib. 1. & in conſil. 63. ad primum quæſitum, num. 1. lib. 2. Signorol. *d. conſil. 110. numero 13.*
Socin. *conſil. 72. num. 4. lib. 3.* Pariſ. *conſ. 84. n. 32. lib. 1.* Menoch. *in d. tract de præſumpt.*
lib. 5. præſumpt. 164. num. 10. ubi dicit, id expreſſe probari *in d. l. Aurelio. 20. in fin. ff.*
de lib. leg.

43 Et quod acceptilatio utcunque † generalis ad commiſſum dolum non pertineat, etiam ſi dolum remittens non ignoret, tradit. Cravet. *in conſ. 372. num. 5. lib 3* allegat Gl. *in l. Pomponius 10. verſ. ſed ſuperius, & ibi Bart. col. 4. verſ. venio, & c ff. de negot. geſt.* Soc. *in conſ. 105. col. 2. ante med. l. 4.* & ſubjungit doli remiſſionem ſpecialem eſſe debere per text. *in l. actione 4. C. de tranſact.* & ibi Iaſ. *n. 8.* late deducit, quod pro remiſſione doli non ſufficiant verba generalia, cum lex requirat verba ſpecialia & verba ſpecialia de doli remiſſione in dictis literis non habemus & habemus regulam generalem, quod in qualibet diſpoſitione ſemper intelligitur dolos exceptus. Curt. jun. *in conſ. 50. num. 6.* & in generali mandato ſemper intelligitur exceptus dolos. *l. creditor. 60. §. Lucius. 4. ff. mandati.* Marchabr. *conſ. 51. n. 106.* Et ſi dicatur, quod dolus re-
44 miſſus † cenſeatur, quia verba ſunt multum generalia & replicata in diverſis literis. Crot. *in l. nemo poteſt. 55. ſub num. 55. ff. de leg.* 1. Menoch. *d. præſumpt. 164. num. 11.* Reſpondetur, quo licet verba ſint multum generalia, tamen dolus verus remiſſus non cenſetur, ſed tantum dicitur remiſſus dolus præſumptus. Pariſ. *in conſil. 84. num. 32. lib. 1.* ubi dicit, quod dolus verus præteritus communiter non tenetur, quod ſit remiſſus. Secus autem eſt in dolo præſumpto, & ideo declarat, quod ſi probari poteſt, commiſſum fuiſſe dolum in faciendo & admiſtrando, liberatio non prodeſt, & tenebitur adminiſtrator reſtituere res in ejus manibus exiſtentes, & ita ſolummodo dolum præſumptum, & non dolum verum remiſſum cenſeri tenet Covar. *d. c. 14. verſ. ſecundum in fin.*

45 Vel verius reſpondetur, quod talem generalem † remiſſionem, prout Dd. tenentes dictam opinionem præſupponunt, non habemus, ſed tantum habemus verba remittentia rationum redditionem in futurum, & approbantia quædam geſta particularia à vidua in præteritum. Et licet quoad dicta particularia expreſſa liberatio à redditione rationum dicatur inducta: tamen quod iſta ſit generalis remiſſio, dici non poteſt *l. age.* & ibi Iaſ. *n. 1.* & Curt. ſen. *n. 6. C. de tranſact.* Et quod tranſactio quantumvis facta per verba generalia reſtringatur tantum ad ſpecificata, eſt text. *in l. ſi de certa,* & ibi Iaſ. & cæteri Dd. *Cod. de tranſact.* Imol. *in quæſt. 147. num. 16.* & Simon de Præt. *conſ. 71. num. 18. & in conſ. 150. n. 50.* Rim. ſen. *conſ. 12. lib. 1.* Item reſpondetur,
46 quod licet liberatio † comprehenderet expreſſa, & nota tempore, quo literæ præfatæ ſcriptæ fuerunt: tamen geſta poſt literas comprehendere non poteſt, quia remitteretur dolus futurus, quod fieri non poteſt, ut dixi, & quia liberatio ſolum debet referri ad ea, quæ jam geſta erant tempore liberationis, ita videmus, quod liberatio relicta à teſtatore refertur ſolummodo ad debita, quæ erant tempore teſtamenti, Capra *in conſ. 68. n. 11.* & non po-
47 teſt comprehendere † ea, de quib. Antonius ſcribens nullam notitiam habebat. Liberationes enim etſi latiſſimæ ſint, ita ut reſtringi nequeant ſalva ra-

tione

tione veri ſermonis, tamen non præjudicant quoad ea, quæ clam geſta, facta & occultata fuerunt, de quibus liberans ignorantiam habet *l. tres fratres 35. & l. emptor 47. § Lucius 1. & ibi Angel. & Caſtren. ff. de pactis.* Angel. *in conſ. 144. circa fin.* Bald. *in conſ. 347. lib. 4.* Bero. *in conſ. 177. n. 54. lib. 1.* Jaſ. *in conſ. 219. ſub n. 2. & in fin. verſ. non obſtat. lib. 2.* Menoch. *conſ. 731. lib. 8.* & ſic non potuit dicta liberatio comprehendere ea, de quibus Antonius Romæ degens nullam notitiam habebat. Ulterius quicquid ſit in actione † tutelæ particulari, ut conceſſa liberatione ab ea, etiam comprehendatur dolus, tamen ſecus eſt, quando quis liberatur ab aliqua actione generali, puta rerum adminiſtratione, ut eſt in præſenti, quia nunquam cenſetur liberatus à dolo, & reſtitutione reliquorum, ut per Bartol. *in d. l. Aurelio. §. Cajus, n. 7.* Covar. *d. cap. 14 verſ. poſtremo.* Marchabr. *d. conſil. 51. num. 104.* Inſuper reſpondetur in tali liberatione in præſenti nec etiam comprehendi † dolum præſumptum, ex traditis à Jaſ. *in d. conſil. 219. ſub num. 2. verſ. tertio reſpondetur. lib. 2.* Nam dicit, quod quando ex dolo præſumpto aliquid adeſt, vel adeſſe præſumitur remittenti, tunc generalis remiſſio non extenditur ad talem dolum, & rationem eſſe dicit; quia quando nihil adeſt ipſi tutori, tunc dolus præſumptus habet cauſam tranſeuntem, & purgabilem per remiſſionem, & liberationem generalem ſubſequentem, ſed quando tutori aliquid adeſt, tunc dolus habet cauſam permanentem, & cenſetur ſemper durare, & ideo etiam in ipſa liberatione ineſſe dicitur, ideo talis liberatio, quia continet dolum, quantumcunque generalis non opitulatur, & ita tenere citat Bald. *in l. ſub prætextu ſpecierum 29. in fin. C. de tranſact.* Nam ex libro exhibito ab ipſa vidua probatur multa penes eam adeſſe, & ab Antonio adfuiſſe, quæ ſecundum prædicta faciunt, ut viduæ liberatio non proſit. Secundo principaliter vidua non obſtante dicta liberatione ſuccumbere debet, quia remittere † eſt donare, *l. in ædibus 9 ff. de donat.* & donatio, ubi alia conjectura ſumi poteſt, nunquam præſumitur, *l. eleganter 24. §. qui reprobos. 1. ff de pignorat. action. l. ſi cum aurum 50 ff. de ſolut.* Hinc eſt, ſi pater aliquid filio daret, potius crederetur committere, quam donare, Bald. *in l. executorem. C. de execut. rei jud.* Et poteſt intelligi, quod verba in dictis literis contenta ſcripta fuerint ab Antonio, ut oſtenderet bonam voluntatem, ut fieri ſolet, erga ejus ſororem, & quod poſſet pro ejus indigentiis uti rebus ipſius. cum propoſito tamen, quod poſtea eas reſtitueret, ut eſt natura commodati, & natura † mutui, & non eſt credendum, quod dictis verbis animum & intentionem donandi habuerit, & hoc comprobatur ex notabili dicto Baldi *in c. cum veniſſent. in fin. de inſtitut.* relato à Marſ. *ſingul. 57.* quod ſi tu à me petis, quod donem tibi talem rem, & ego reſpondeo, non tantum iſtud, ſed quicquid tibi placet, non dicitur inducta donatio, & Bald. etiam refert & ſequitur Rom *in rub. de recept. arbitr. num. 13.* & eſt ratio, quia iſta verba † ita ad complacentiam generaliter prolata nihil diſponunt,

48 49 50 51 52

ut *in d.c.cum veniſſent.de inſtit.& ibi Imol.& Abb.* & facit text. *in l.obligationum ſubſtantia 3.ff.de act.& oblig.* & comprobatur ex dicto Angel.*in l. ſi cui 9.ff. de ſervit. ut.* generali, ubi tenet, quod ſi alicui dico, de me & rebus meis facias ad libitum tuum, non inducitur aliqua diſpoſitio juris tranſlativa, & hoc dictum refert & ſequitur Jaſ. *in conſ.53.num.2.lib.1.* Sic videmus in literis, quæ ad comprobationem perſonæ alicujus verbis generalibus ſcribuntur, in aliquo non obligant. *l.ſin.& ibi gloſ.& communiter Dd.C.quod cum eo,* Gomeſ. *lib.2. var.reſolut.c.13 ſub n.6.* Etiam dici poteſt, de donatione non eſſe tractandum in præſenti, quia habemus decretum, ex cujus diſpoſitione omnes donationes quoquomodo factæ ſine Principis ſereniſſimi licentia nullius ſunt momenti. Tertio principaliter contra viduam facit, ipſam confeciſſe li-
53 brum † rationum ſuæ adminiſtrationis, & eum præſentaſſe in judicio. Nam licet fuiſſet ſibi remiſſum reddere rationes, & remiſſus dolus, qui alias contra eam præſumeretur ex non redditione, tamen ex dicto ejus libro, cum probetur eam eſſe debitricem, & ſic juramento non ſit opus ad probandum perventa ad ejus manus, ad id reſtituendum, in quo debitrix apparet, ex libro aſtringi debet, ut tradit Gabriel.*in conſ.148 lib.2* & dicit, ſi quis facit id, quod facere non tenetur, ſi inde colligatur mala intentio ipſius, quæ alias, ſi non feciſſet, præſumeretur bona, ita nocet actus ſic voluntarie factus, quemadmodum noceret, ſi neceſſario factus fuiſſet, ex Felin. *in c.cum ordinem, col.2.verſ.ſed adverte. de reſcript.*

54 Quarto & ultimo viduæ dicta aſſerta † liberatio non prodeſt, quia ex eo, quod librum confecit, & eum præſentavit in judicio, dicitur ei renunciaſſe, & eam non acceptaſſe, & hoc eſt verum, etiam ſi uſa fuiſſet proteſtatione, quod non intendebat venire contra dictam liberationem, ut per Rimin. ſen. *in conſil.309. num.31. lib. 2.* Et ita contra viduam in quolibet capite judicandum eſſe teneo. Poteſt etiam ex temporis diuturnitate præſumi, quod
55 ratio reddita fuerit, & quod amplius † reddi non debeat, ut dixi *n. 7.* ſed Dd. diſcordant in tempore. Nam quod ſufficiat tempus viginti annorum, tradit Caſtrenſ. *conſil. 126.lib.2.* Cephal. *conſil. 240.numero 8. lib. 2.* quos refert Maſcard.*d.concl.1256.num.9.* Et quod ſufficiat decennium poſt alios, quos citat, tradit Bald. *in tract.de præſcript. in 3.parte principali.qu.10. num.14.folio mihi*
56 *79.* Verum, quod requiratur ſpacium † triginta annorum, quia inter ſocios redditio rationis petitur actione pro ſocio finita ſocietate, *l. quidam 9.ff. de eden.* tenet Bero. *conſil. 191. num. 40,* cum actioni pro ſocio non præſcribatur, niſi ſpatio 30. annorum, *l. ſicut in rem 3.C.de præſcript.30. anno.* & cum bona fide, *c.vigilanti, & c. ſi de princ.* & dicit Berous hac ratione attenta non poſſe caput ſuum ingredi, quod minori ſpatio triginta annorum iſta actio tollatur. Et hanc opinionem ſequendo non eſſe veram, quod dicit Caſtr. *in dict. conſ.126.lib.2.* tradit Maſcard. *d.concl.1256.num.10. & ſeq.* Quia maxime differre

ſcio,

Digitized by Google

ſcio, an actioni pro ſocio † & ſic redditioni rationum, quæ hac actione peti- 57
tur, præſcribatur minori tempore 30. annorum, an vero præſumptionibus
probari poſſit, rationes fuiſſe redditas; ideo ita diſtinguendum eſſe cenſeo;
aut conſtat, ſocios diviſiſſe res omnes ſocietatis, aut non conſtat de aliqua
diviſione. Primo caſu, quia ſocii ſtetiſſent in diviſione per decennium, ra-
tionem etiam redditam fuiſſe præſumerem, non ex temporis lapſu ſolum-
modo, ſed ea diviſione facta, & ex eo, quia ſic per decennium res ſocietatis
diviſas retinuerunt, quia ſic etiam ſtando præſumitur, quod rationes red-
ditæ fuerint, & ita loquitur Baldus *in d tract. de præſcript. num. 14. fol. mihi 79.* &
ita etiam loquitur Menoch. *in tract. de præſumpt. lib. 3. præſ. 60. num. 5.* conſiderat,
de fratribus loquendo, quod à communiter accidentibus, quando dividunt
bona communia, hinc inde prius reddunt rationem de à ſe adminiſtratis, &
geſtis, juxtà *l. cum ſocius, ff. de condit. & demonſtr.* & quod ideo præſumatur eos
prius reddidiſſe rationes. Et non ſolum quod ratio reddita † præſumatur, 58
ſi vere conſtet de diviſione, ſed etiam præſumptive, tenent poſt alios, quos
citant, Baldus & Menoch. *in locis præfatis*, dicentes, quod quemadmodum,
ſi ſocii retineant bona diviſa per decennium, præſumitur inter eos facta
diviſio, itá quod etiam præſumatur reddita ratio, quæ in ipſa diviſione
intervenire ſolet. Secundo caſu, ſi non conſtaret de diviſione aliqua, ſive
vere, ſive præſumptive, dicerem ceſſare præſumptionem redditam fuiſ-
ſe rationem, & ſucceſſive quod reddatur peti poſſe uſque ad triginta an-
nos, ut dicit Bero. *d. conſ. 191. lib. 1.* & Maſcard. *d. concl. 1256. num. 10. & ſeq.* & de
diviſione quando conſtare dicatur, dicam infra *cap. 39.* Et in propoſito li-
cet dicamus rationes † debere reddi ſocietate finita, & quod, etiam ſi peta- 59
tur, quod rationes reddantur, ſocietas diſſolvatur, ut dixi ſupra *c. 36.* ta-
men ſciendum eſt, quod etiam ſocietate durante petitur al quando; quod
videantur rationes, & dicit Bart. *in l. neminem 4. Cod. de ſuſcept. pre. & arcbar.*
quod illi, qui mercatoribus dant pecuniam ad partem lucri & damni, ſo-
lummodo in fine anni petere poterunt, ut ſibi rationes oſtendantur, & eum
ſequitur Petr. de Ubald. *in d tract. de duobus fratrib. part. 12. in fin.* Sed quod
ratio quandocunque revideri debeat, niſi aliter ſit conventum, tenet Bart.
in l. Mutius 10. ff pro ſoc & quod quandocunque revideri debeat, ſi petatur
amicabiliter. & ſine calumnia tradit Bald. *in rubr. Cod. pro ſoci. numero 10* &
Petr. de Ubald. *dict. tract part 13. numero 2.* Bero. *conſil. 191 num. 5. lib. 1.* Joſeph.
Lud. *conluſ 53. colum. fin. jux. redditio.* Poſſunt iſtæ opiniones concordari,
quod prima procedat, quando ſocius, qui petit † rationem revideri, hoc fa- 60
cit ad hoc, ut lucri partem debitam conſequatur. Nam non debet hoc fa-
cere ante tempus tranſactum, in quo lucrum in illa negotiatione, quæ
exercetur, fieri potuerit, & ita loquitur Bart. de anno in mercatore. Se-
cunda vero procedit, quando petitur amicabiliter, quod rationes videantur

fine

ſine calumnia, non ad hoc, ut lucrum extrahatur, ſed ad hoc, ut videatur, qualiter ſe habeant negotia ſocietatis, & an vere ſocius ab ipſo conferenda contulerit, ut exemplificat Petr, de Ubald. *d. part. 13. n. 2. in fin.* Bero. *conſil. 191. num. 31. lib. 1.* Qualiter à ſocio rationes ſint reddendæ, videbimus *in c. ſeq.* huic finem faciamus, ne nimia longitudine capituli formam excedamus.

N. 22. In genere dicendum eſt, cui ſive inter vivos ſive ultima voluntate redditio rationis remiſſa ſimpliciter eſt; non illi reliquorum ſolutionem remiſſam cenſeri, ſive etiam quid dolo egit: quod tàm in præterita quàm futura adminiſtratione locum habeat. *l. 5. §. 7. ff. de adminiſt. & peric. Tutel.* 27. 7. *l. 9. l. 10. §. 1. l. 12. l. 28. §. 4. ff de liberat. legata.* 34. 3. *& l. 119 ff. de legat. 1. lib. 30. ubi in terminis. Si ſervus vetitus eſt à teſtatore rationis reddere, non hoc conſequitur, ut ne quod apud eum ſit reddat & lucrifaciat: ſed ne ſcrupuloſa inquiſitio fiat; hoc eſt ut negligentia ratio non habeatur, ſed tantum fraudium.* Quomodo autem quis planè & abſolutè liberetur, docet *Vlpianus d. l. 9. ff. de liberat. legata: Si quis rationis exigere vetetur, ut eſt ſapiſſimé reſcripsum, non impeditur reliquas exigere quas quis reliquavit, & ſi quid dolo fecit, qui rationes geſſit. Quod ſi quis & hac velis remittere, ita debes legare: damnas eſto hares meus quidquid ab eo exegerit illa vel illa ratione id ei reſtituere, vel actionem ei remittere Et Modeſtinus l. 19. ff. de liber. legat. Cum ita teſtemur: hares meus damnas eſto liberale illum, quod is negotia mea geſſit, & ſi quid eum mihi dare facere oportet, ab eo non exigere. Damnatur hares nec creditas ab eo quoque pecunias exigere.* Atque etiam conſultum ſit, per tranſactionem ab ipſa actione pro ſocio vel communi dividundo acceptilatione liberari, ut exemplum habemus in *l. 4. Cod. de tranſact.* 2. 4. ubi actio adminiſtratæ tutelæ acceptilatione extinguitur, & nulla niſi de dolo ſupereſt intra biennium, niſi & ille ſpecifice ſit remiſſus. Sed an & ultima voluntate illa ipſa actio pro ſocio ſimpliciter abſque ulla alia extenſione remitti poſſit, ita ut ſocius planè liberetur etiam ſi eum dare facere oportere aparuerit? Speciale id volunt in Patre tutore, cui actio tutelæ ſimpliciter remiſſa ſit, in extraneis non item. *per l. 28. §. 3. ff. de lib. legat. l. 34.* Quod tamen intellige, dum pater ad reliqua non teneatur ratione doli committendi, nam talis dolus non poteſt remitti. *l. 5. de pactis dota lib. 23. 4. Alciatus præſumptione 6. & l. 5. §. 7. ff. de adminiſtr. tut expreſſè ais Iulianus: nemo enim jus publicum remittere poteſt hujuſmodi cautionibus, aut mutare formam antiquitus conſtitutam.* De hac intricita materia videndus *Munnoz d'Eſcobar de ratiocinijs lib. 1. cap. 5. & Couvar. vari. reſolut. lib. 2. cap. 14.*

N. 56. Redditioni rationis aut actioni pro ſocio præſcribitur etiam cum mala fide, ut & omnibus actionibus perſonalibus. Quod de jure civili abſque omni dubio procedit *Cod. lib. 7. tit. 40. lege 1. §. 1. & l. ult. §. ult. Cod Vnde vi* 8. 4. Et hæc eſt opinio Bartoli. in *l. ſequitur §. ſi viam num. 2. ff. de Vſucapi:* ut tradit Munnoz de ratiociniis *l. 1. cap. 5. num. 26.* qui & hic videri poteſt. At jus cánonicum ſecus ſtatuit. *Cap. 2. de reg. jur. 36. & cap. fin. extra de Praſcrips.* An autem jus Civile in parte, an verò Canonicum in conſuetudinaria noſtra 33. annorum præſcriptione locum habeat, indeciſum reliquit Grotius introd. lib. 2. cap. 7. Wat het Hollandts recht in deſen etc. & ibi per totum ut & Groenevvegen ibidem. Attamen hanc quæſtionem ex profeſſo tractat *Goris in Adverſ. tractas 3. par. 1. num. 61.* ubi jus Civile Canonico præferendum multis rationibus & authoritatibus adſtruit, & ita in patria ſua obſervari. Et ſic in præſcriptione 33. annorum & 4. menſium, quæ eſt tertia ſeculi pars, de bonâ malâve fide non tàm anxie inquirendum cenſet: & ita obſervari in Saxonia & Burgundia; quorum moribus, noſtri ſanè in multis

cis quàm ſimillimi ſunt. Deinde bono publico uſucapio introducta eſt: ne ſcilicet quarundam rerum diu & ferè ſemper incerta dominia eſſent: cùm ſufficiat ad inquirendas res ſuas, ſtatuti temporis ſpatium, *l. 11. ff. de uſurpatio*: 41.3. tum ut aliquis litium eſſet finis *l. ult. ff Pro ſuo & ib. Gothefrid lib.* 41. *tit.* 10. Neque hoc tam procedit favore præſcribentis, quàm odio negligentis tàm immenſo temporis ſpatio res ſuas perquirere. Vide Grot. introduct. *lib. 2. cap. 7. in verbis*: Andere volcheren hebben hier in. Et cùm in magno Mariæ Burgundieæ privilegio de bona malâve fide alium ſit ſilentium, & ad dominium transferendum tertiam ſeculi partem præſcribat indifferenter, putem hic mores Gelriæ, cum quibus hoc præſcriptionis tempus commune habemus, omninò eſſe ſequendos; omiſſâ poſt tanti temporis ſpatium anxiâ illa atque intricata de bona malâve fide diſputatione. Et ſic redditioni rationis aut actioni pro ſocio tertia ſeculi parte præſcribatur indifferenter & congruenter *legi* 1. §. 1. *Cod. de Annali except.* 7.40. Vide *Ritterhuyſen de different. iuris Civilis & Canonici lib. 4. cap. 13. in fine.*

CAPUT XXXVIII.

Qualiter à ſocio rationes ſint reddendæ?

SUMMARIA.

1 *Rationes eo in loco ſunt reddendæ, in quo adminiſtratio facta fuit.*

2 *Socius in loco domicilii conveniri poteſt, quod rationes reddat, ſed ibidem libri erunt apportandi expenſis & periculo petentis.*

3 *Dilationes congruæ ſunt dandæ à Judice pro ratione reddenda.*

4 *Socius ſi habet litem cum ejus factore ſuper exhibitione librorum, interim judicium cum eo cœptum, quod rationes reddat, non ſuſpenditur, ſed dantur congruæ dilationes.*

5 *Rationes reddi poſſunt in loco adminiſtrationis poſt motum judicium in loco domicilii, ſed ante litem conteſtatam.*

6 *In ratione reddenda quatuor ſunt neceſſaria,*
Codices edi.
Calculum fieri.
Reliqua reſtituere.
Culpam & moram purgare.

7 *Rationem perfecte reddere difficile eſt.*

8 *Rationes an perfecte redditæ fuerint, ſtatur arbitrio Judicis.*

9 *In reddendis rationibus dure nimis agendum non eſt.*

10 *Et aliquando creditur aſſertioni ſocii cum juramento, etiam in non modicis.*

Digitized by Google

11 Liber in ratione reddenda erit exhibendus, & non ſufficiunt charta & folia, & non excuſatur ſocius, ſi dicat librum non confeciſſe, quia non fuit requiſitus.
12 Rationes in folle non ſunt exhibendæ, & qualiter intelligatur.
13 Rationes ſine libro reddi non poſſunt.
14 Liber ſocii probat pro ſcribente & contra ſcribentem, & n. 15.
16 Socii perſona cenſetur approbata, ſi non mutet mores.
17 Libro inſtitoris fides adhibetur pro ipſo, & contra ipſum, & inter ipſos ſocios.
18 Non procedit, ſi ab uno ex ſociis ſolummodo fuit deputatus.
19 Liber inter ſocios eo magis probat, ſi omnes in eo ſcripſerunt.
20 Libro adminiſtratoris ad hoc, ut fides adhibeatur, novem ſunt neceſſaria, ſed non omnia ſunt neceſſaria in libro ſociorum.
21 Juramentum ad hoc, ut liber ſociorum probet, non eſt neceſſarium.
Juramentum, ubi fides alicujus eſt approbata, non requiritur.
Juramentum teſti per partem remitti poteſt.
22 Liber ad hoc, ut probet, debet eſſe formatus ſecundum conſuetudinem & ſecundum ſtatuta.
23 Liber debet continere diem, menſem & annum.
24 Ne rationes ſint obſcuræ, confuſæ & intricatæ.
25. Dies regulariter non apponitur in ſcriptura privata.
Fallit in libro rationum.
26 Liber ſi non contineat diem, probat contra ſcribentem.
27 Quantum faciat confeſſio abſente parte.
28 Liber debet eſſe ſcriptus manu ſocii, & de mandato aliorum ſociorum.
29 Et de mandato conſtare dicitur, ſi ei commiſſa fuit adminiſtratio.
30 Socio adminiſtratori an cenſeatur demandatum, quod publica inſtrumenta conficiat.
31 Inſtrumenta quod hodie ſint conficienda de conſuetudine in negotiis arduis.
32 Liber debet continere veriſimilia.
33 Veriſimilia quæ ſint Judicis arbitrio terminatur.
34 Liber debet continere data & accepta.
35 Omiſſa etiam à ſocio continere debet.
36 Liber non debet continere licturas, cancellationes & lucrationes.
37 Juramentum datur contra ſocium non bene conficientem librum.
38 Liber debet continere ſolum negotia ſocietatis.
39 Socius non excuſatur, ſi dicat confeciſſe librum eo modo, quo ſcivit.
40 Liber cum effectu proferri debet, & non ſufficit proteſtatio.
41 Liber etiam ſocio actori edi debet.
42 Librum non habere, ſi dicat ſocius, ei non creditur.
Librum edere tenetur ſocius actione pro ſocio, ideo ejus amiſſionem juramento probare non poteſt.

43 Calculus

43 *Calculus faciendus facta librorum præſentatione.*
44 *Calculatores à ſocus ſeu à Judice eligi ſolent.*
45 *Calculatores dant Judici relationes, & Judex ſententias.*
46 *Calculatio aliquando habet vim tranſactionis.*
47 *Calculatio ut valeat, debet conſtare de electione calculatorum.*
48 *Calculatores à Judice eligi debent, præſente parte, vel citata.*
49 *Calculatoribus defertur juramentum veritatis.*
Fallit, ſi ſint electi à partibus.
50 *Calculatores duo à Judice eligi debent, & unus non ſufficit.*
51 *Calculatores à Judice ſeu à partibus eligi debent, & unus ex eis alium eligere non poteſt.*
52 *Calculatores in calculatione debent eſſe conformes.*
53 *Calculatores poſſunt referre calculationem parte non citata.*
Sed calculationi partes intervenire debent.
54 *Calculatio dicitur certa, licet adſit clauſula,* ſalvo jure verioris calculi.
55 *Fallit, ſi criminaliter agatur.*
56 *Reliqua ſunt reſtituenda facto calculo.*
57 *Reliquatores qui dicantur.*
58 *Reliqua ſunt reſtituenda, etiam ſcriptura & inſtrumenta.*
59 *Liber rationum etiam relaxari debet.*
60 *Reliquorum reſtitutio non debet fieri in folle, ſed cum effectu, & etiam ſunt cedenda actiones.*
61 *Reliquorum reſtitutio ſtatim expunctis rationibus fieri debet ad evitandam moram.*
62 *Ratione ſemel reddita amplius, quod reddatur, peti non poteſt.*
63 *Fallit allegato errore.*
64 *Etiam ſi pluries calculatio facta fuiſſet, &* n.65.
66 *Error etiam in ſecunda inſtantia allegari poteſt.*
67 *Poteſt etiam allegari ab eo, qui prius negaſſet calculum fuiſſe factum.*
68 *Poteſt allegari etiam facta reſtitutione reliquorum.*
69 *Et ſi ad petendam reviſionem deficit actio pro ſocio, datur condictio indebiti.*
70 *Error allegari non poteſt tranſacto tempore convento.*
71 *Non poteſt allegari, ſi ſcriptura diu ſtetiſſent penes allegantem.*
72 *Et ſi ſcriptura venditæ fuiſſent.*
73 *Error ab allegante probari debet.*
74 *Error qualiter probetur.*
75 *Error in modico non attenditur.*
76 *Error non poteſt allegari ſtante ſententia, tranſactione & pacto.*
77 *Sententia quando ſub prætextu erroris poſſit retractari.*
78 *Tranſactio quando reſcindatur ſub prætextu erroris.*
79 *Error, an allegari poſſit, ſtante pacto & quietatione.*

80 *Ratio, ſi imperfecte reddita fuit, iterum reddi debet.*
81 *Error, ſtante juramento, an allegari poſſit.*
82 *Ratio doloſe reddita iterum reddi debet.*
83 *Confeſſio rationem fuiſſe redditam non nocet.*
Confeſſio non nocet in his, quæ non dependent à poteſtate confitentis.
84 *Confeſſio rationem fuiſſe redditam, eo magis non nocet, ſi ſit facta ſuper impoſſibili, & ſuper inveriſimili.*
85 *Liberatio generalis, ſtante dolo, non eſt attendenda, etiamſi fuit dictum, reliqua non extare.*
86 *Etiamſi adſit clauſula,* ſponte & ex certa ſcientia, *& juramentum, & decretum Judicis.*

1 PRimo ſciendum eſt, rationes eo in loco eſſe reddendas, in quo adminiſtratio † facta fuit, *l.1.& per totum tit.C. ubi de ratio*, & ibi Gloſ. Bald. & Salic. *l.pretor 4.§.is etiam 4 ff.de eden. & l. hæres abſens 19. §.1. ff. de Judic.* Et eſt ratio, quia in loco adminiſtrationis facilius & plenius tam per teſtes, quam per inſtrumenta veritas inveniri poteſt, ut dicit Socin. *conſil. 31. in fin. lib. 1.*
2 Poteſt etiam ſocius † conveniri ad reddendum rationes in loco domicilii, ſed libri & ſcripturæ neceſſariæ pro ratione reddenda erunt ibi adducendæ expenſis & periculo petentis, Caſtr. *in l. prætor 4. §. ſed hoc 3. ff. de edendo.* Socin *conſ.149. num.14. lib.1.* Secundo à Judice pro ratione reddenda erunt
3 dandæ ejus arbitrio congruæ dilationes, conſiderata † negotiorum gravitate & implicitate, ut per Socin. *conſil.102. num.7. lib.2.* & poſt eum per Bero.
4 *conſil 191.num.46.lib.1.* Et ſi litem ſocius habeat † cum ejus factore ſuper exhibitione librorum, interim non retardatur judicium cum ipſo ſocio, ſed dantur ei congruæ dilationes, ut poſſit factorem cogere ad exhibendum libros.
5 Socin. *d.conſil.192.num.7.lib 2.* Et ſi rationes redditæ fuerunt in † loco adminiſtrationis poſt motum judicium in loco domicilii, ſed ante litem conteſtatam, recte & non doloſe redditæ dicuntur. Rota Genuen. *deciſ.98. ſub num.3.*

6 Tertio, quatuor in ratione reddenda † ſunt conſideranda. Primo codices edi. Secundo calculum fieri. Tertio reliqua reſtituere. Quarto culpam & moram purgare reſtitutione & ſolutione ejus, quod debetur, *l. cum ſervus 82.ff.de condit.& demonſtr.* Corn. *conſil.319.lib.3.* Socin. *conſil 149.numero 3 lib.1. & conſil.159.numero 11.& conſil.190.numero 4.lib.2.* Jaſ. *conſil.4.col.2.lib.3.* Bero. *conſil. 191 num.47.lib.1.& conſil.113.num.34.lib.2.* Pariſ. *conſil.82.lib.1.* Strach. *in tract. de mercat.part.2. num. 66,* Menoch. *in tract. de arbitr. jud. caſu 209* Rimin. jun. *conſil. 338.*
7 *numero 31 lib.3.* Et quia omnia † obſervare difficile eſt, ideo quod rationem perfecte reddere difficile ſit, tradit Socin. *conſil. 119. ſub numero 24.lib. 2.* poſt

Anchar.

Anchar. *conſil.331. colum.1.* Et hac difficultate conſiderata, quo pacto † rationes ſint reddendæ, & an ſufficienter redditæ dici debeant, Judicis arbitrio terminandum relinquit Bald. *in l. voluntatis, numero 2. Cod. de fidejuſ.* Corn. *conſil.196.& conſil.319.lib.3.* Pariſ. *conſil.82.ſub numero 21.& conſil. 89. numero 16.l.1.* Alciat. *conſil.437. in fin.* Menoch. *dict.caſu 209. numero 10. & ſeq & numero 13.* Et in reddendis rationibus dure nimis agendum non eſt, & ſcrupuloſa † rationum redditio eſſe non debet, *l. ſi ſervus 60.ff de leg.1.* Sunt admittendi ſumptus bona fide facti. *l.1.§. ſed nonnullos, ff. de tut. & ratio. diſtract.* Menoch. *dict.caſu 209.numero 34.* Et aliquando creditur † aſſertioni ſocii, etiam in non modicis, Socin. *conſil.46.ſub num.2 lib.1. & conſil.92.num.6. lib.2.* Plot. *ad l.ſi quando 9.numero 496. in fin.Cod.un.vi.* Strach. *in tract. de mercat.part.2. numero 57. in fin.* Maſcard. *in tract. de probat. concluſ. 1256. numero 20.* Cumque ſupradicta quatuor in ratione reddenda ſint conſideranda, liber à ſocio † erit oſtendendus, nec ſatis erit, ſi rationes velit oſtendere in chartis & foliis. Petrus de Ubald. *in tract. de duobus fratribus, part. 12. ſub num.1. verſ. & breviter.* Strach. *in dict.tract.de mercat.part.2.numero 59.* etiam ſi, ut mercatores dicunt, contineant bilanciam, Rota Genuen. *deciſ. 176. numero 4. & numero 17.* Et à libri confectione non poteſt excuſari ſocius, aſſerendo, quod ad illum conficiendum non fuerit requiſitus, Cravet. *conſil. 433. numero 24. & 25. lib.3.* Et non ſunt in folle † rationes exhibendæ, ut habetur *in dict l.cum ſervus 82. ff. de condit. & demonſtr.* quæ vult, ut non reddantur rationes inexploratæ, inexplicatæ, atque confuſæ. Et hoc dictum deſumptum eſſe ab illis, qui pecunias in folle oſtentant, nempe in marſupio, qui, qualis, quantave ſit, ſciri nolunt, tradit Alciat. *lib. 4 de verborum ſignificationib. num. 4.* & poſt eum Menoch. *dict.caſu 209.num.15.* Et hoc proverbium ponit Manut. *in libro Proverbiorum. fol. mihi 1709.* & Riminald. jun. *conſil. 338. numero trigeſimo primo, libro 3.* 8 9 10 11 12

Et quia principaliter † in libro rationum ipſarum rationum redditio fundata eſt, ita ut ſine eo ratio reddi non poſſit, ut dicit Menoch. *conſ.988.n.5. lib.10.* Cravet. *conſ.433. ſub n.13.lib.3.* videndum eſt, an libro ſociorum plena fides tam pro ſcribente, quam contra ſcribentem danda ſit. 13

Quod ei plena † ſit danda fides, citatur Bald. *in rub.C. de fide inſtr.n.35.* ſed quod hoc ſit Judicis arbitrarium, citantur Purpur. *in l.admonendi 31.n. 207.ff. de jurejur.* Socin. *conſ.240.n.6. lib. 2.* qui ita loqui Baldum intelligunt, ut dicit Menoch *in tract.de arbitr jud caſu 92.n.2.* Quia probationes omnes ſunt Judici arbitrariæ, *l 3.§.ideoque divus.ff.de teſtib.* late tradit ipſe Menoch. *in dict. tract. caſu 90.* ideo dici poteſt in Judicis arbitrio poſitum eſſe, an liber iſte plene probet, & ut regulariter dici ſolet duos teſtes ſufficere ad probationem, *l.ubi numerus 12.ff.de teſtibus,* & an probent relinqui Judicis arbitrio, ita regula conſtitui poteſt, librum ſocietatis † inter ſocios tam pro ſcribente, quam contra 14 15

ſcribentem plene probare, ita hanc regulam conſtituit Menoch. *d.caſu 92.n. 2.* Maſcard. *in tract. de probat. concluſ.973. n.83.* Et hanc opinionem tenet Corn. *conſ.319.n.12.& ſequent libro tertio.* Alex. *conſ.186.num 1.lib.2* Socin. *conſil.162. numero decimo quinto, & conſil.291.numero decimo quarto, lib.2.* Dec. *conſilio 68. in 1.dubio.lib.1.* Ripa *in l.admonend.num 129.ff.de jurejurand.*

16 Et ea ratione præſens opinio probari videtur, quia adeo perſona † ſocii approbata dicitur, ut amplius reprobari non poſſit, ut conſiderat Menoch. *d.caſu 92.numero 4.* & ante eum Cravet. *in tract.de antiq tempor. part.1. ſub numero ducenteſimo vigeſimo ſexto, & ſub numero 229.* ubi tamen dicitur, & bene, quod potuit opponi contra perſonam ſocii, quando improbitatis indicia ſupervenissent poſt contractam ſocietatem. Et faciunt ea, quæ dicuntur de Judice ſemel approbato, ut ſuſpectus nihilominus dici poſſit, ſi nova cauſa ſuſpicionis ſuperveniat, Gloſſ. & Abb. *in cap.inſinuante, de offic.jud. deleg.* Procedit regula iſta etiam in reſtiturore à ſociis deputato, & ſic approba-

17 tur. Nam ejus libro non † ſolum adhibetur fides pro & contra ipſum ſcribentem, ſed etiam inter ipſos ſocios, Caſtrenſ. *conſil.314.colum.2.lib.2.* Socin. *conſil.291.colum.8. verſ. præterea etiam. lib. 2.* Cravet *dict. tract. de antiq. temp. part. 1. numero 205. in fin. & numero 226.* Menoch. *dict. caſu 92. in fin.* Sed non procedit,

18 ſi ab uno † ex ſociis ſolummodo inſtiror deputatus fuiſſet, ut per Maſcard. *dict.concl.973.numero 84.* Procedit etiam regula, & multo magis, ſi liber ab

19 omnibus ſociis ſcriptus fuiſſet, ut quia modo unus † modo alter in eo ſcripſerit parcellas, ſecundum facti contingentiam, Cravet *dict. tract. part. 1. num.229.* Menoch *dict.caſu 92.num.4.* ubi dicit neminem ab hac opinione diſſentire.

20 Sed quæro, quæ requirantur ad hoc, ut † libro ſocii plena ſit adhibenda fides, non ſolum contra ſe, ſed etiam ad ejus favorem? Cravet. *in d. tract. part.1.* ponit novem requiſita ad hoc, ut libro adminiſtrationis, qui non ſit à publico deputatus, fides adhibeatur, ut per eam videre licet, ſed agendo de libro ſociorum ſub *num.229.* dicit, an in libro præfato dicta requiſita ſint neceſſaria, Doctores non aperire, ſed putare requiri juramentum, & quædam alia requiſita, niſi ſit ſcriptus liber manu omnium ſociorum, & niſi aliter ſervetur de conſuetudine, & dicit putare hanc eſſe differentiam inter librum ſociorum & aliorum adminiſtratorum, quod in libro ſociorum non fiat diſtinctio, an ſumma ſit parva vel magna, dummodo ſit veriſimilis, & quod non quæratur, an verſetur difficultas probationis, vel non, & an perſona ſocii ſit integræ fidei, niſi improbitatis indicia poſt contractam ſocietatem ſupervenissent.

Quod requiratur juramentum, non credo verum, quia, ut dixi, ideo pro-

21 bat liber à ſocio ſeu † inſtitore ſcriptus, quia eorum perſona approbata cenſetur, & ubi fides alicujus eſt approbata, non requiritur juramentum, Bart. in

*in l.Lucius 24.in fin.ff.de fidejuſſ.*Nat.*conſil.489.n.8 lib.3.* Et ad hoc facit, quia videmus, quod teſti per partem juramentum remitti poteſt, Seraf. *in tract. de privilegiis juramenti, privileg 30. n. 22.* Et an liber ſociorum plane probet, ego infra ſcripta conſideranda eſſe cenſeo.

Primo, an ſit factus & formatus, ut † de conſuetudine, ſeu ex ſtatuti 22
diſpoſitione fieri debet, ut ſi contineat inſcriptionem ſolitam apponi, de qua loquitur Strach. *in tract.de mercat.part.2.num.53.*ubi eam neceſſariam eſſe, ſeu ſaltem utilem ad multa oſtendit, & ſi ſingulæ chartæ ſint numeratæ, ac etiam ſigno publico ſignatæ, ut aliquando obſervatum vidi, ita conſuetudinem maxime eſſe attendendam in hac librorum confectione, tradit Bald. *conſ.152.ad evidentiam, lib.3.*Petr.de Ubald. *d.tract de duob.fratr.part.12. ſub n.1.* Jaſ. *in conſ.4.col.2.verſ juſtitia.lib.3.*Cravet.*d.tract.part.1.ſub num.229.*Strach.*d.tract.part.2.num.59.*

Secundò ait conſiderandum, quod contineat † diem, menſem & annum, 23
Petr. de Ubald. *d.tract.part.12.ſub n.1.*ubi etiam dicit ex eo, quia apponebantur calendæ, quod aliquando liber rationum fuit appellatus calendarum, ut habetur *in l.ejus qui in provincia 41.ff.ſi cert.pet.* Quod etiam ſoleat in principio apponi † nomen Imperatoris & Pontificis, dicit Strach.*in d.tract.de mercat.part.2.n.61.*poſt Bald.*in rub.Cod.de fide inſtr.n.30.* Et ratio, quare dies apponi debeat, eſt, ne † rationes ſint obſcuræ, confuſæ & intricatæ, Bartol. *in l.* 24
comperimus 4.C.de Navicul.& in conſil.150.in fin.lib.1. Corn. *conſ.196. colum. fin. lib.3.* Socin.*conſil.46.colum 2.ver.ſecunda pars, & conſil.73 colum.2.lib.2.& conſ 159.& conſ. 190.colum.1.& conſil.213 colum.3.lib.2.* Jaſ. *conſil.4.col.2.lib.3.* Cravet. *d.tract. de antiq. tempo.part.1.num.129.*Strach.*d.tract. de mercat.part.2. num. 61.* Et licet regulariter in ſcriptura † privata dies non requiratur, *l.cum taberna.34. §. idem quær. ff. de* 25
*pignor.*tradit Cravet.declarando tamen, niſi dies ſit de ſubſtantia. *in dict.tract. part.1.ſub num.101.* hoc tamen fallit in libro rationum, ut per Alexand. *conſil. 70.colum.3 lib.1.& conſil 77.colum.2.lib.6.* Roland. *conſil.92.num.14.lib.3.* Et ſi non continent diem † probaret contra ſcribentem, non tamen ad ejus favo- 26
rem, Alexand. *conſil. 182. colum. fin. lib. 2.* Marſil. *ſingul. 429.* Jaſ. *in l. admonendi. 31.ſub numero 96.ff. de jurejur.* Strach. *in dict. tract. part. 2. ſub num. 61.* Menoch. *dict. tract.de arbitr. Jud. caſu 92. ſub numero 6.* Sed quod probaret contra † ſcriben- 27
tem ſolummodo quantum faceret confeſſio facta abſente parte tradit, ſed male, Purpurat. *in d.l.admonendi. num.199.* & Cravet. *d.tract.part.1.ſub num.219. in fine.*

Tertio ait conſiderandum, quod liber ſit ſcriptus manu ſocii, & non manu alterius, & quod ſit ſcriptus de mandato † aliorum ſociorum, Bald. 28
conſ.278. Punctus quæſtionum,lib.3. Alex.*conſ.186.n.2.lib.2.*Menoch.*d.tract.de arbitr.jud. caſu 92.ſub num.7.*Decian.*conſ.60.n.10.lib. 2.* & de mandato, quod liber conficiatur, dicitur conſtare, ſi ſocio † ſit permiſſa adminiſtratio, quia permiſſa ei 29
admini-

adminiſtratione,cenſetur ei mandatum,quod librum conficiat, cum de adminiſtratis tenetur reddere rationem, & ratio ſine libri confectione reddi non poſſit, ut per Cravet.*d.tract.part.1.n.226.in fin.& n.227.*Menoch. *in tract. de præſumpt.lib.3.præſumpt.62.*ubi ponit quatuor caſus, in quibus liber præſumitur ſcriptus de voluntate ſociorum. Corn.*conſil.319.num.12.lib.3.* ubi notabili-
30 ter dicit, & eſt menti tenendum, ſocio adminiſtratori † licet cenſeatur demandatum, quod conficiat librum rationum, non tamen cenſeri ei demandatum, quod publica conficiat inſtrumenta. Sed quia hodie mercato-
31 rum fides † eſt valde debilitata, & eſt in obſervantia, quod publica inſtrumenta conficiantur, maxime in negotiis arduis, ſeu quod conficiantur apochæ manu contrahentium ſubſcriptæ, & trino teſte munitæ, mandatum cenſeri debet adminiſtratori, quod etiam inſtrumenta publica ſeu dictas apochas conficiat. Et ita inſtrumenta eſſe conficienda, ſi ita ſolitum ſit, tradit Decian. *conſil.60.numero 9.in fin.lib.2.* & faciunt ea, quæ ſupra de conſuetudine dicta fuerunt. *numero 22.* & ea quæ tradit Cravet.*dict.tract. part.1.numero 207.* & perſona, cum qua contrahitur, præcipue erit conſideranda, quia eſſe poſſet, quod ſi ſolummodo de contractu cum ea geſto conficeretur parcella in libro, difficilis & impoſſibilis eſſet exactio, quia libri non eam ubique faciunt probationem, quam faciunt inſtrumenta publica.

32 Quarto conſiderandum erit, quod veriſimilia † contineat. Si enim inveriſimilia contineret, non probaret, Bald.*in rub.C.de fide inſtr. num.35.* Caſtr. *conſil.114. in cauſa, quæ vertitur coram domino Vicario. in 5. dubio. lib. 2.* Jaſ. *in conſil. 4.lib.3.* Strach. *dict.tract.part.2.num.62* Cravet. *dict. tract.part.1. num. 213. & ſub n. 219.* Menoch.*d.caſu 92.num.5.* Maſcard. *concl.973.num.85.* Et quæ ſint veriſimi-
33 lia, & † quæ inveriſimilia. cum certa regula dari non poſſit, Judicis arbitrio erunt terminanda, conſiderata cauſa, qualitate perſonarum & ſociorum, & conſiderata quantitate bonorum. Tiraq. *ad l. ſi unquam 8. in præfat. n. 51.C.de revoc.donat.* Ripa *in l.admonendi 31.num.* 129.*ff. de jurejur.* late Cravet.*dict. tract.part.1.ſub num.206.& ſeq.& ſub num.*213.Menoch.*d.caſu* 91.*n.*21. *& d. caſu* 92. *num.5.*

34 Quinto conſiderandum erit, quod contineat data † & accepta, cum inſertione cauſæ,& ponit formam ſcribendi Bart.*in l.comperimus 4.C.de navicula. lib.11.* & dicit, quod ſcribi debent ea, quæ recipiuntur, & nominatim à quo recipiuntur, & ex qua cauſa,& ſimiliter cui dantur,nominatim apponendo diem, quia alias, ſi non ita ſcriberentur, non poſſet cognoſci, ſi quid fraudis & machinationis fuiſſet admiſſum, & non diceretur reddita ratio. Et probantur iſta etiam ex traditis per Bald.*in l.rationes 6.n.11.C.de probat.*Corn.*conſ. 196.col.fin.lib.3* Jaſ.*in l.admonendi 31.n.111.in repet.ff.de jurejur.*Cravet. *d.tract.part. 1.n,219.& num.220* Strach,*d.tract part.2.num.57.& ſub n.60.* Rolan, *conſil.92.lib.3.*

Cephal.

Cephal.*conſ.578.n.47.lib.5.* Rimin. jun. *conſ.338.n. 44. lib.3.* Et non ſolum data † & accepta, ſed etiam omiſſa à ſocio, in ejus libro ſunt ſcribenda, ut per 35
Menoch. *d.tract.de arbitr jud.caſu 309.num.32.*

Sexto & ultimo conſiderandum erit, quod in libro † non adſint lituræ, 36
cancellationes, lacerationes & remiſſiones, & alia hujuſmodi, ex quibus falſitas argui poſſit, quia falſitatis ſuſpicione ſtante liber contra ſcribentem probaret, ſed non ad ejus favorem, facit *l.1. ff. de his, quæ in teſtam. del. l. ſi unus 12.C. de teſtam. l. fin. C. de edicto divi. Adrian. tol. l. 1. §. qui rationibus, ff. de falſis. c. inter dilectos, de fide inſtrum.* Bald. *conſil.382. in quæſt. Milon. lib.5. & conſil.348. facta fuerunt. lib.1.* Caſtr. *conſil.314. omiſſo primo. lib.2* Strach. *d. tract. part.2. num.63.* faciunt tradita per Cravet. *conſil.28. lib.1.* & per Gabr. *conſil.169. lib.1.* & per Menoch. *d. tract. de arbitr. jud. caſu 187. num. 36.* Et caveat ſocius ne librum rationum eo modo, quo fieri debet, conficere prætermittat, quia contra eum † daretur juramen- 37
tum in litem, Petr. de Ubald. *d. tract. de duobus fratr. part.12. ſub num.1.* Corn. *conſ. 196. col. fin. lib.3.* Bero. *conſil.191. ſub num 44. lib.1* Pariſ. *conſ.25. num.46. & conſ.75. lib.1. & conſ.109. lib.3.* Socin. *conſil.46. & conſil.73. lib.1. & conſil.213. lib.3.* Rol. *conſil.49 num. 12. lib.1.* Thob. *conſ.63. num.3.* Simon de Præt. *conſil.25, num.16.* Nat. *conſ.361. num.9. lib 2.* Joſeph Lud. *in ſuis com. concluſ. concl.53. verſ. ſocius, num.33.* Cephal. *conſil.363. num.7. lib.3. & conſ.678. num.24. lib.5.* Burſat. *conſ.105. num.5. lib.1.* Caveat etiam, ne in eodem libro † cum negotiis ſocietatis propria negotia ſcribat, quia talis 38
culpa in eo deprehenderetur, quod poſſet in litem contra eum jurari. Innoc. Butr. & Imol. *in c cum officiis de teſtam.* Bald. *in auth. licentia. C. de epiſc. & cler.* & poſt eos Socin. *conſil.159. colum.2. verſ. ſecundo probatur, lib. 2.* Cravet. *dict. tract. par.1. n.224.* Rolan. *conſil.49. num.31. lib.1.* Neque dicat ſocius, eo modo librum feciſſe, prout facere ſcivit, quia non erit excuſatus † à congrua libri 39
confectione, & à congrua redditione rationum, & ſibi imputet, ſi ſe immiſcuit in negotiis peragendis, de quibus ignarus erat. Cephal. *conſil.678. num.51. & n.52. lib.5.* & citat Corn. *conſ.196 ſub n.4. lib.3.* ubi, ut ſupra dixi, probat adminiſtratori neceſſe eſſe reddere rationem, & ei ſucceſſive neceſſe eſſe conficere librum, quia rationes ſine libro reddi non poſſunt. Et liber rationum † cum effectu proferri debet, & non ſatisfacit ejus debito ſocius, ſi 40
proteſtetur ſe eſſe paratum librum proferre, & reddere rationem, quia facto opus eſt, & verba non ſufficiunt. Petr. de Ubald. *dict. tract de duob. fratr. part.12. ſub num.1.* per ea, quæ tradit Bart. *in l. prætor 20. §. ſi quis paratus 5. ff. de nov. oper. nunciat.*

Cogitque poteſt ſocius ab altero † ſocio ad edendum librum, Socin. *conſil.* 41
190. col.4. lib.2. Pariſ. *conſ.89. n.17. & n.25. lib.1.* etiam ſocio actori, quod ſocius adminiſtrator librum edere teneatur, ut videri poſſit, quid fuerit poſitum & quid fuerit actum in ſocietate, tradit Menoch *conſ.375. n.17. lib.4.* qui pro hac opinione citat eruditiſſ. Alciat. *in l.1. n.22. C. de edendo,* & Bero. *conſ.191. n.35. lib.1.*

Et mercatorem teneri edere librum rationum magis frequenter Doctorum opinione firmari, tradit Strach. *in tract. de mercat. par. 2. num. 70.* & dixi ſupra
42 *c. 31. n. 33.* Et ſi librum rationum ſocius non habere † diceret, ei non crederetur, Anchar. *conſil. 317. in cauſa, quæ vertitur, colum. 3.* Socin. *conſil. 190. colum. 4. verſ. ſed factor conatur. lib. 2.* & tenetur edere jure actionis, nempe actione pro ſocio. Bero. *conſil. 128. num. 9. lib. 3.* & ideo, ſi vellet ejus amiſſionem ſuo juramento præſtare ei non crederetur, Seraf. late *in tract. de privileg. jura. privilegio 37.* Facta libri editione in ea forma, quæ fieri debet ſecundum ſupradicta,
43 calculus † poſtmodum de datis & acceptis erit faciendus, ut quæ reſtitutioni ſubjecta remanebunt cognoſcatur, Angel. *conſil. 277. tutor alimentavit,* Socin. jun. *conſil. 74. num. 1. lib. 3.* Menoch. *in d. tract. de arbitr. jud. caſu 209. num. 20.* Maſcard. *concluſ. 253. num. 7.* Et ſi ſocii eſſent inſimul concordes in calcula-
44 tione † inter ipſos facienda, eſſent valde laudandi, & uti ulteriori labore opus non eſſet, quia tamen quaſi ſemper diſcordantes aliorum conſilio & opera uti neceſſe habent, ideo calculatores eligunt, ſeu à Judice eliguntur, *l. ſi cui libertas 50. & ibi Bart ff. de condit. & demonſtr.* Corn. *conſil. 196. colum. fin. libi 3.* Strach *de tract. de Mercat. part. 2. ſub num. 66.* Et dicit Caſtrenſ. *in d. l. ſi cui liber-*
45 *tas*, quod licet calculatores † habeant rationem, & ex ſimplici datione videndi computa & calculandi cenſeatur eis data poteſtas ſententiandi & condemnandi alterum alteri, & hoc ſit notandum, & memoria dignum, & quod ſi hæc omnia faciant vigore dictæ legis ſuſtineri poſſint, tamen obſervari, calculatores relationes in ſcriptis Judici dare, & Judicem poſtmodum pronunciare, & ſubjungit cautius eſſe ſervare communem ſtylum, & ita Caſtrenſ. verbis relatis dicit etiam Strach. *in dict. tract. de Mercat. part. 2. num. 67.* & etiam Menoch. *in dict. caſu 209. num 36.* approbat ſtylum eſſe obſervandum, & ita etiam fieri debere dicunt Neviz. *in conſil. 92. in fin. & in conſil. 64. num 17. & num. 18.* & Burſat. *in conſil. 102. in fin. lib. 1.* & ita in hoc florentiſſ. ſtatu obſervari, pluries mihi dictum fuit à patre meo, qui in eo per annos quindecim, & ultra, diverſa exercuit officia, ex gratia ſereniſſ. Domini noſtri Franciſci Mariæ XI. Urbani Ducis VI juſtiſſimi, prudentiſſimi & religioſiſſimi, cujus vota Deus omnipotens ſemper ſecundare, & ei feliciſſimam prolem ex ſereniſſ. Duce concedere dignetur. Solet etiam ali-
46 quando ipſa calculatio † habere vim tranſactionis, ut ſi lite pendente à calculatoribus electis facta fuerit, Alexand. *conſil 21. in fin. lib. 7.* & calculatores aliquando dicuntur arbitri, quia eis tribuitur abſolvendi & condemnandi facultas. Aliquando dicuntur arbitratores & diſcuſſores tantum, quia eis juriſdictio hujuſmodi non tribuitur, ut declarat Gabriel, *conſil. 43. numero 1. lib. 7* ubi etiam examinat, quando calculatoribus tutorem
47 eligere liceat. Et ad hoc, ut calculatorum electio † & calculatio valeat, plura requiruntur. Et primo requiritur, quod de eorum electione

legitime

legitime facta conſtet, Bartol. *in l. 2. C. de jure fiſci lib 10.* Ruin. *conſil 71 n. 3 lib. 4.* Corn. *conſ. 43 facit quia lib. 1.* Pariſ. *conſ. 89. num. 4. & 5. libro 1.* noviſſimè Maſcard. *in tract. de probat. concluſ. 253. n. 6.*

Secundo requiritur, quod calculatorum † electio facta à Judice facta ſit 48
parte præſente, vel legitime citata, Gabriel. *in ſuis com. concluſ. tit de citat. concl. 1. n. 187.* Brun. Ariminen. *conſ. 122. n. 21.* Burſat. *conſ. 102. num. 19. & conſ. 105. ſub num. 20. lib. 1.*

Tertio requiritur, quod à Judice † eis juramentum veritatis & non 49
credulitatis deferatur, quia calculatores rectas regulas habent, & errare non poſſunt, niſi ſint negligentes, & credulitatis juramentum defertur peritis, qui rectas non habent regulas, & ſolum de eorum judicio deponere tenentur, Bald. *in l. hac edictali 6. num. 6. Cod de ſecund. nupt.* Bartol. *in l. 1 ff. de ventre inſpi. & in l. Theopomp. 14. ff. de dote præleg.* Abb. & Dec. *in c. propoſuiſti. in 4. quæſt.* ubi de communi teſtatur, *de probat.* Mand. ad Roman. *conſil. 20. num. 5.* Hieron. de Monte *in tract. de finibus reg. cap. 32 num. 4.* Burſat. *conſ. 105. ſub num. 9. lib. 1.* Et verum eſſe, ſi ſint electi à Judice, ſecus vero ſi ſint electi à partibus, tradit Nat. *conſ. 40. lib. 1.*

Quarto requiritur, quod † duo calculatores à Judice eligantur, & non 50
ſufficit unus, *§. quid autem, in auth. de non alienat.* ubi Angel. de communi opinione teſtatur, Burſat. *conſ. 102. n. 21. lib. 1.* poſt Rim. *in repet. l. juris ignorantia. n. 41. & 53. C qui admitt.*

Quinto requiritur, quod ambo calculatores † ſint à partibus ſeu à Judice electi, & non ſufficit, quod unus ſit legitime electus, & iſte ſibi alterum in ſocium aſſumat, & ſi hoc faciat ratione aſſumpti, calculatio in totum redditur nulla, licet ſint in calculatione conformes, Burſat. *d. conſ. 105. num. 21. lib. 1.* ex doctrina Alb. & poſtmodum Felin. *in c cum nuper, de offic. deleg. num. 7. & 8.* & trad. per Vant. *in tract. de nullit. ex def. ordinan num. 184.* Et quod propria auctoritate calculatores tutorem eligere non poſſint, tradit Gabr. *d. conſ. 43. col. 1. lib. 1.* 51

Sexto & ultimo requiritur, quod in calculatione † ſint conformes, & 52
in caſu diſcordiæ eligitur tertius, *l. item ſi unus 17 §. principaliter, 6. & §. fin. ff. de arbitr. & l. diem proferre 27. §. ſi plures, 3. ff. eod. cap. 1. de arbitr. in 6.* Bald. *conſ. 287. lib. 2. & conſil 97. lib. 5.* Riminald. ſen. *conſil. 317. lib. 2.* Pariſ. *conſil. 96. numero 27. lib. 1.* Bero. *conſil. 89. lib. 1.* Socin. *conſil. 54. lib. 1.* Burſat. *d. conſil. 105. num. 10. & ſeq. lib. 1.* Et licet dixerim partium † conſenſu, vel præ- 53
miſſa citatione calculatores eſſe eligendos, tamen poterunt eorum calculationem referre etiam partibus non citatis, ſecundum communem opinionem, de qua teſtatur Alciat. *conſil. 31. n. 7.* Burſat. *conſil. 102. ſub n. 18. & conſil. 105. num. 20. lib. 1.*

Bene calculationi partes præſentes adhibentur, ut ea proponere poſſint,

quæ in eorum ſententiam poſſent trahere calculatores, ut per Surd. *conſil. 452.n.35.lib.3.* Et ſi calculatores arbitrorum poteſtatem haberent etiam ſine citatione eam ſententiam proferre non poſſent, Gabriel. *d.conſil.43.col.1.lib.1.*
54 Quid ſi in calculatione eſſet appoſita † clauſula, *ſalvo jure verioris calculi*, utrum calculatio certa facta dici poſſet? Et videtur dicendum, quod eſſet potius quædam computorum reviſio, quam calculatio, quia propter reſervationem videtur continere incertitudinem, per ea quæ conſiderat Rota Rom. *dec.672.num 4. part.3. lib 3. in noviſſimis*, & quia reſervationes ſolent fieri de jure dubio & incerto, ut dicit Cephal. *conſil.372. num. 62. lib. 3.* Et quod ſtante dicta clauſula calculatores ſolummodo oſtendantur habuiſſe auctoritatem uti arbitratores, & non uti arbitri, conſiderat Gabriel. *d. conſil. 43 colum.1.lib.1.* Quod calculatio dicatur certa, & quod dicta reſervatio non tollat certitudinem ſummæ calculatæ, tenendum eſt, ut per Socin. *in l. pecuniam 36.num.10 ff ſi cert. pet. & in l. quibus diebus 40. §. quadam 2. numero 10. ff. de condit. & demonſt* Urſil. ad Afflict *dec.205.* Gabriel. *conſ.146.lib.2.* Bertaz. *in tract.*
55 *de clauſulis, clauſ.38.Gloſſ.2.* Bene, ſi criminaliter ageretur, ſtante dicta † clauſula, dicendum eſſet, calculationem non eſſe adeo certam, ut in ea fiſcus ſuam intentionem fundare poſſet, quia cum iterum ſit revidenda, probatio ex ea inſurgens certa dici non debet, & ita vidi conſultum à patre meo ad defenſam cujuſdam adminiſtratoris annonæ, ex traditis à Bald. *in conſ.*
56 *238.lib.2.* His peractis, nempe libro præſentato dictis † calculatoribus, & facto calculo, ad reliqua reſtituenda erit deveniendum, juxta tradita ſupra *num.6.* Et ita faciendum eſſe probatur *in l.ſi cui libertas 50.ff.de condit.& demonſtr. l.creditor 102.ff.de ſolut l.Lucius 46.in princip.ff de admin.tut.l reſcripto.6.§.tutoris. ff.de muner. & honor.* tradit Menoch. *in d.tract.de arbitr.jud.caſu 209.numero 22.* Rimin. jun. *conſil.338 numero 33.lib.3.* citat text. *in l.cum ſervus 82. ff.de condit.& demonſtr. &*
57 *in l. Lucius 53.ff. de manu. teſtam.* Et exponit illa verba, reliquam † rationem, juxta mentem Gl. reliquatum, ſive reliquationem, ex Petro Crinit. *lib.15. de honeſt. diſcipl. cap. 4.* dicitur, quod reliquatores dicuntur illi, qui vere non totum, quod debent, ſolvunt, ſed partem, eſt tex. *in l. conſtitutionibus 24. ff. ad municipali*

58 Et tenetur ſocius adminiſtrator † non ſolum reliqua reſtituere, ſed etiam ſcripturas & inſtrumenta pertinentia ad eum, cui reliqua reſtituuntur, Socin. *conſil.92.numero 7.lib.4* Menoch. *dict.caſu 209.numero 29.* Et tenetur etiam
59 eidem librum rationum, ſi communi † uſui eſſe non debeat, relaxare, Rim. jun. *conſil.338 num 45. lib. 3.* ubi dicit hoc verum eſſe, ſi liber ſit confectus de pecuniis ejus, cui eſt relaxandus, & non alias, ex ſententia Imol. *in d.l. cum ſervus 82 ff.de condit. & demonſtr.* Et infra etiam dum agam de ſocietatis diviſione ponam, penes quem ſocietatis liber conſervari debeat. Etiam no-
60 tandum eſt, in reliquorum reſtitutione † non ſufficere oblationem in folle

facere,

facere, ſed ubi ea facienda eſt, certa eſſe debet, ut per Bart. *in dict. l. cum ſervus 82. ff. de cond. & demon.* ubi dicit, non ſufficere offerre marſupium in judicio, ſed quod debeat pecunia numerari coram teſtibus, deinde poni in marſupio, & videri poſſunt ea late de oblatione facienda quæ tradit Neguſant. *in tract. de pignor. part. 3. num. 3. partis 5. principalis.* & Roland. *conſil. 53. lib. 1.* Etiam in reliquorum reſtitutione tenetur cedere actiones in ejus perſona exiſtentes, ita tamen quod debitores ſint idonei, & ſufficit quod tales ſint, quod eis quilibet delegans adminiſtrator crediдиſſet. *l. qui ſub conditione, 111. §. fin. ff. de condit. & demonſtr.* Dec. *conſil. 533. numero 2. & 3. lib. 2.* Ulterius pro complemento redditionis rationum, ut adimpleantur tradita ſupra *num 6.* ne in mora † ſocius adminiſtrator conſtituatur, ſtatim ex- 61
punctis rationibus reſtitutionem reliquorum facere debet, Jaſ. *conſil. 4. lib. 3. & conſ. 100. num. 4 lib. 4.* Strach. *in dict. tract. de mercat. part. 2. num. 66.* Menoch. *dict. caſu 209. num. 28.* In propoſito etiam ad prædicta videndum eſt, an ratione ſemel reddita iterum quod reddatur † peti poſſit? Et quidem regulariter 62
dici ſolet, ratione ſemel reddita amplius quod reddatur peti non poſſet, *l. ſemel 2. Cod. de Apochis publ. lib. 10.* Jacob. Menoch. Archid. Joan. Andr. & cæteri *in c. uni. de cler. agro. 6.* Pract. Pap. *in forma libelli, quo agitur, ut conventa & pacta ſerventur, in ver. diſcuſſis. in fine.* Socin. *conſil. 92. num. 1. lib. 4.* Dec. *conſil. 94. num. 4. lib. 1.* Bero. *conſ. 163. in fin lib. 2.* Pariſ. *conſil. 89. num. 2. lib. 1.* Menoch. *in tract. de arbitr. jud. caſu 209. num. 37.* Henrichman. *conſil. 5. num. 2. lib. 1.* Rota Genuenſ. *deciſ. 24. numero 1. & deciſ. 165. numero 2.* Sed quia omnis regula patitur † exceptio- 63
nem, *l. omnis diffinitio. 202. ff de reg. jur.* ideo iſta etiam ſuas recipit declarationes. Nam ſi dicatur fuiſſe erratum in calculatione, iterum calculatio erit facienda, *l. uni. ca. Cod. de erro. calculi.* & ibi Bartol. Bald. Salic. Alexand. Jaſ. Dec. & Rimin ſen. Nat. *conſil. 489. lib. 3.* ubi dicit, hanc opinionem non mediocri inniti æquitate, quia computatio juſta eſt erroris cauſa. Bart. *in l. cum fideicommiſſis 7 ff. de confeſ.* & ita dicit etiam Rimin. jun. *conſil. 338 numero quadrageſimo ſeptimo, libro tertio.* Et procedit iſta opinio etiamſi pluries calculatio facta † fuiſſet, quia nihil ſub prætextu erroris, quod iterum fiat, peti 64
poteſt. Peruſ. *in dicto capitulo uni. de cler. agrot.* & non obſtat ſi diceretur, quod ſi pluries calculatio eſſet facienda, non daretur finis reviſionis, & eſſet abſurdum, ut dicit Pract. Pap. *in d. forma libelli, quo agitur, ut conventa & pacta ſerventur, in ver. diſcuſſis, in fin.* quia hoc dicere eſſet contra opinionem omnium Doctorum, *in dict. l. uni.* expreſſe aſſerentium pluries calculationem fieri debere, allegato errore, & abſurdum poteſt removeri, quia poteſt adiri Judex, qui dabit calculatores, & ejus calculationi erit ſtandum donec contrarium probetur, ut dicunt Caſtrenſ. & Jaſ. *in dict. l. uni.* & poſt eos Rimin. jun. *dict. conſil. 338 numero 47. & numero 66. lib. 3.* & poterunt etiam remedia illa adhiberi, ex quibus, ut infra videbimus, reviſio impeditur,

 & poteſt

& poteſt dici non eſſe abſurdum, cum à jure permittatur, pluries peti poſſe calculationem etiam uſque ad triginta annos, Bart. *in lege ſecunda*, *C. de jure fiſci. libro decimo.* Iaſ. *in dict. l. uni. num. 1.* Riminald. jun. *d. conſil. 338. numero 48. libro tertio.*

65 Et hac opinione vera ſtante, quod pluries calculi † reviſio fieri poſſit, dum factis binis calculationibus reviſionem iterum fieri non debere tradit Maſcard. *in tract. de probat. concluſ. 1256. numero 14.* poſt Burſat. *conſil. 72. num. 5. lib. 1.* ex traditis *in l.* Procula. *26 ff. de probat.* erit intelligendum eorum dicta procedere, non quod ex bina calculatione cenſeatur remiſſa reviſio, ſed quod intervenientibus requiſitis ſecundum diſpoſitionem, *dict. l. Procula*, & tradita ibi per Dd. cenſeatur inducta remiſſio & donatio, & ita loquuntur citati à Maſcard. & Burſat. nempe Alciat. *in tract. de præſumpt. regul 1. præſ. 32.* & Berous *conſilio 191. numero 41. libro primo*, *& conſil. 163. in fin. lib. 2.*

66 Et error calculi poteſt † proponi & allegari non ſolum principaliter petendo reviſionem, ſed etiam contra petentem ſummam calculatam, & poteſt id fieri etiam in cauſa appellationis, ſi non fuit factum in prima inſtantia; Iaſ *in d. l. uni. ſub n. 2. Cod. de errore calculi*, citat Caſtr. *in conſ. 34. & eſt conſil. 36. in antiq. & in novis eſt conſil. 10. lib. 2.*

67 Et poteſt proponi & allegari etiam ab eo, qui prius † allegaſſet calculum fuiſſe factum, dummodo talis error ab allegante in continenti probetur, & per Caſtr. *in dict. conſil. 10. libro 2.* Sed de hoc dicto an per mendacium perdatur hoc beneficium videtur dubitare Iaſ. *in dict. l. uni. n. 3.* per ea, quæ ipſe dicit *in leg. prima. Cod. de tranſactio.* Et mihi magis placet, quod non perdatur, quia hoc de jure cautum non reperitur, & quod probari poſſit intra debita tempora Iudicis arbitrio conſideranda.

68 Etiam calculi reviſio † peti poteſt allegato errore, ſi reſtitutio reliquorum poſt calculationem facta fuiſſet. Quia licet facta calculatione & facta reſtitutione reliquorum dicatur obligatio ſublata, à qua ſocii vigore contractus ſocietatis ad reddendum rationem & reliqua reſtituendum aſtringebantur, *§. 1. Inſtitut. quibus mod tol oblig.* ubi dicit Gloſ. quod ſi obligatio tollatur, nunquam de cætero reviviſcit, *l. qui res 98. §. aream 8. ff. de ſolut. l. ſi alienis*
69 *37. ff. de noxal. & l. cum ex cauſa. C. de ſolut. pignor.* tamen ceſſante obligatione † & actione provenienti ex ſocietate datur condictio indebiti. *d. l. unic. & ibi Dd. C. de error. calculi.* Ruin. *conſ. 71. n. 4. lib. 4.* Rimin. jun. *conſ. 484. n. 52. lib. 5.* Cephal. *conſ 562. n. 15. lib. 4.*

70 Opinio iſta, quod calculi reviſio † peti poſſit uſque ad triginta annos, ſimiliter non eſt perpetua, quia ſi facta calculatione fuit inter partes conventum, ut ſolum intra menſem poſſit revideri, amplius menſe tranſacto, quod revideatur, peti non poterit, ut late probat reſpondendo ad

contraria

contraria Theſaur. *deciſ.260.* Similiter ſi ſcripturæ, cum quibus ratio † reddita fuit, & ſuper quibus fuit poſitus calculus, ab eo ſubtractæ fuiſſent, qui iterum reviſionem petit, quia præſumeretur quod ad ſui utilitatem ſcripturas accommodaſſet, non eſſet iterum reviſio petita facienda, ut per Menoch. *conſil 988. n.7. lib.10.* 71

Et de quodam ſocio, qui vendiderat & tradiderat † alteri ſocio libros ſocietas, cum nominibus debitorum in eis exiſtentibus, quod ſocium emptorem cogere non poſſit ad edendum libros, & iterum reddendam rationem, tradit Rim. ſen. *conſil. 300. num. 68. lib. 2.* juxta ea, quæ habentur *in l. prætor ait. 4. §. 1. in gloſſ. in ver. meum. ff. de edend.* Et quia reviſio calculi ſub erroris † prætextu petitur, ideo error ab allegante erit probandus, & donec non erit probatus, non nocebit, Bald. *in conſil. 48. lib. 4.* Dec. *conſil. 94. in fin. lib. 1.* Gabriel. *conſil. 61. num. 12. lib. 2.* Et error ſatis probatus dicitur, ſi apparebit in † calculo deſcripta omnia deſcribenda, & fuiſſe admiſſa non admittenda, & quando ex novo calculo conſtabit rem aliter ſe habere, Pariſ. *conſil. 131. num. 28. lib. 1* Hond. *conſ. 34. numer. 6. lib. 2.* Maſcard. *in tract. de probat. concluſ. 253.* Sed notandum eſt non ſufficere docere † de modico errore, quia calculus ex modico errore non vitiatur. *l. quamvis 32. ff de condit. & demonſtr.* Bald. *in l. 1. ad fin. C. ſi adver. ſolut. & in l. pro hæreditarium. colum. 3. C. de hæred. act. & in c. ſi proponente, de reſcript.* quem refert & ſequitur Jaſ. *in d. l. unic. num. 2. C. de errore calculi.* & Addent. ad Bart. *in l. 2. C. de jure fiſci.* Ulterius in tribus caſibus reviſio calculi ſub prætextu erroris peti non poteſt. Primo, ſi ſuper † eo fuit judicatum. Secundo, ſi ſuper eo fuit tranſactum. Tertio, ſi fuit appoſitum pactum de ulterius non petendo & facta quietantia, ita tradit Bart. *in l. 2. C. de jure fiſci. lib. 10.* Berous *quæſt. 105.* Socin *conſil. 92 num. 4. lib. 4.* Ruin. *conſ. 16. in fin. lib. 5.* Theſaur. *deciſ. 260.* Menoch. *in tract. de arbit. jud. caſu 209. num. 37.* Rimin jun. *conſil. 338. num. 15. lib. 3 & conſil. 484. num. 51 lib. 5.* Burſat. *conſil. 104. num. 16. lib. 1.* Thob. *conſil 63.* Cephal. *conſil. 562. num. 2. lib 4* Borgn. *in tract de tut. & curat. num. 205.* Hond. *conſil. 34. num. 75. lib. 2.* Modern. Papien. *in tract. de Juris & facti ignor. cent. 1. diſt 94.* 72 73 74 75 76

In primo caſu, quando ſuper calculo † fuit ſententiatum, talis diſtinctio eſt adhibenda: Aut error eſt expreſſus in ſententia; aut in ea non eſt expreſſus. Primo caſu ſententia eſt ipſo jure nulla, *l. 1. §. 1. ff. qui ſentent. ſine appellat reſcind* Corn. *conſil. 62. n. 3 lib. 4.* Secundo caſu, ſi ſententia erit relata ad acta, in quibus error continetur, & ipſe error in ſententia eſſe dicetur, erit invalida, & iſta eſt magis communis opinio Alexand. *conſil. 127. num. 7. lib. 1.* Quod tamen verum eſſe declaratur, dummodo relatio ſit facta per modum cauſæ, & non per verba enunciativa. Dec. *in d. l. unic. ca. ſub num. 11. C. de errore calculi.* Si vero ſententia erit lata ſimpliciter, ſiquidem de errore 77

apparebit

apparebit in illis actis, ad quæ neceſſario ſententia refertur, & ut eſt prima ſententia in cauſa appellationis, & ſimiliter talis error expreſſus in ſententia dicetur, & erit nulla; ſi vero de errore apparebit in aliis actis, ad quæ neceſſario ſententia non refertur, & errore error in ſententia non dicetur expreſſus, & valida erit, ita tradit Bart. *in d.l.unic.C.de errore calculi.* & ibidem Dec. poſt eum. *verſ. Tertia concluſio. & verſ. Quarto & ult.* Et licet ipſi non dicant, videtur dicendum, quod ſi Judex ſententiat ſuper calculatione ſibi relata à calculatoribus, quod neceſſario dicatur ſe referre ad eam, & ſic quod in ſententia ſit error, ſi ſit in calculatione, & in relatione ſibi facta.

78 In ſecundo caſu etiam, quando ſuper calculo fuit † tranſactum, non eſt abſolute verum, quod calculatio non ſit revidenda, ſed ſecundum Dec. *in d.l.unic.num.12.* poſt Bart. quatuor ſunt conſiderandi caſus. Primus caſus eſt, quando erat contratio ſuper errore calculi, & ſuper ea fuit tranſactum, & hoc caſu ulterius error tranſactione ſequuta allegari non poteſt, Alexand. *in d.l.unic.* qui ita intelligit illum textum, & ibi Dec. *num. 12.* dicit, quod iſte intellectus indubitanter procedit, Ruin. *conſil. 71. num. 5. in fin. lib. 4.* Secundus eſt caſus, quando partes erraverunt in calculo, & cum tali errore tranſegerunt, non tamen erraverunt in forma & verbis tranſactionis. Exempl. in calculando fuit dictum, quod triginta & quadraginta fuerunt centum, & centum fuerunt petita, & ſuper tali petitione fuit tranſactum, & hoc caſu ſimiliter error allegari non poteſt, & iſte eſt intellectus communis *d.l.uni.* ut dicit ibi Jaſ. *n. 10. in fin.* & Dec. *n. 12. verſ. ſecundus eſt caſus.* Et ad Alex. qui hunc intellectum impugnat ex eo, quia *in d.l.* dicitur, quod promiſſio facta per errorem calculi poſſit revocari, reſpondet poſt Anton. de Alex. & Jaſ. quod dicta in promiſſione & ſtipulatione non procedunt in tranſactione, quia ſtipulatio ex cauſa erroris retractari poteſt, *l. 2. C. de condi. indeb.* ſed non ſic eſt in tranſactione, quæ fit, ut ſit litium finis, *l. quamvis 39. C. de tranſact.* & juſtificetur eo ipſo, quod receditur à lite, *l. in ſumma 65. in princ. ff. de condit. indebit.* Tertius eſt caſus, quando error calculi fuit expreſſus in tranſactione, ut ſi dictum fuit in ipſa tranſactione, quod de centum, quæ petebantur, tertia pars eſſent quinquaginta, & pro quinquaginta fuit facta tranſactio, & hoc caſu tranſactio non vitiabitur, ſed reſcinditur, quatenus fuit erratum, ſecundum Bartoli opin. *in d l.uni.* rejecta opinione Jacobi de Ravenna. Quartus & ultimus eſt caſus, quando tacite error in tranſactione continetur, ut quia petebantur centum, & fuit facta tranſactio pro tertia parte, & non fuit facta computatio, in qua quantitate conſiſteret tertia pars. Et hoc caſu ſimiliter licet tranſactio non dicatur nulla, reſcinditur tamen pro ea parte, in qua fuit erratum, Dec. poſt Bart. *in d.l. unic. n. 12. verſ. quartus eſt caſus.* Ruin. *conſil. 134. n. 12. lib. 1. & conſil. 71. ſub n. 4. lib. 4.*

79 In tertio caſu, quando poſt calculum fuit facta † quietatio, & appoſitũ pa-

ctum

ctum de ulterius non petendo, opinio Bart. non tranſit ſine difficultate, licet eam teneat Bero. *in d. qu. 105.* dicendo, non eſſe differentiam inter pactum & tranſactionem, & deducendo Jura à Bart. citata probare ejus intrationem. Nam Anton. de Alex. & Jaſ. poſt eum *in d. l. unic. ca. C. de errore calculi.* dicunt, Jura à Bartolo citata non probare ejus intrationem, & Bartoli opinionem ſolum procedere poſſe dicunt, ſi pactum fuerit factum non ſtatim, ſed ex intervallo. Imo Jaſon videtur affirmare, quod opinio Bart. non procedat, etiam ſi ex intervallo pactum appoſitum fuerit, ea ratione, quia confeſſio geminata etiam ex intervallo revocari poteſt, docto de errore, ſecundum opinionem Baldi & communem, *in d. l. unic. ut per Dec. ibi ſub num. 7.* Et cum calculatio pluries facta, ut jam dixi, veniat retractanda, etiam facta ſolutione de reliquis, ut habetur *in dict. l. uni.* ſecundum communem intellectum, certe creditur dici non poſſe, quod contra legis præfatæ diſpoſitionem error pacto appoſito ex intervallo etiam allegari non poſſit. Et dici poteſt, quatenus Bartolus de pacto loquitur, debere intelligi de pacto appoſito non ſimpliciter ſuper calculo, ſed ſuper errore calculi, nempe quod, dum diſceptabatur ſuper prætenſo errore calculi, fuerit deventum ad pactum & ad quietantiam, ut dicit Ruin. *in dict. conſil. 71. num. 5. lib. 4.* Etenim differentia eſt inter pactum appoſitum ſuper calculo, & pactum appoſitum ſuper errore calculi. Nam pactum ſuper calculo fit non cognito errore, & ea intentione, quod ſumma calculata ſit debita, & ideo demum errore cognito retractatur. Pactum vero ſuper errore fit eo animo, ut de eo amplius tractari non debeat, & ideo quia ſemel placuit, & ut tollantur lites & contrationes, amplius non retractatur, ita conſiderat Ruin. *in d.* loco proxime citato.

Et quia paciſcentes errorem non cognoſcunt, & ea facillitate pactum apponere præſumuntur, qua approbaverunt calculationem, *l. doli mali. §. diuntur, ff. de novat.* pacto non obſtante & etiam ſtipulatione allegato errore calculationem eſſe revidendam, tenet Ruin. *conſ. 134. ſub n. 12. lib. 1. & conſil. 71. n. 4. lib. 4.* Socin. *conſil. 159. n. 24. lib. 2.* etiam ſi adſit clauſula, *ex certa ſcientia.* Pariſ. *conſil. 89. num. 39. lib. 1.* Cephal. *conſil. 562. num. 15. lib. 4.* Roland. *conſil. 49. num. 64. lib. 1.* Rimin. jun. *conſil. 338. num. 65. lib. 3. & conſil. 484. num. 52. lib. 5.* Et dum ibi contrarium determinat, non obſtat huic opinioni, quia in caſu ſuo fuerat reddita ratio, & facta calculatio, & poſtmodum inter partes facta hinc inde remiſſione & tranſactione, fuerat renunciatum expreſſe exceptioni erroris & condictioni indebiti, appoſito etiam juramento. Ex quibus omnibus colligitur, quod non ſimpliciter fecerint pactum & quietationem ſuper calculo, ſed fecerant tranſactionem etiam ſuper errore, facta inde remiſſione, & ei renunciaverunt adhibito juramento. Dum etiam errorem allegari non poſſe † ſtante juramento dicit Menoch. *in tract. de arbitr. jud. caſu 207. &*

num 36. Maſcard. *concluſ.253.num.22.* Theſaur. *deciſ.260.in fin.* & Seraf. *in tractat. de Privilegiis juram. privileg. 90.* animadvertendum eſt; hanc opinionem non
videri tutam, dum quis ſimpliciter jurat ſuper pacto, nulla de errore men-
tione facta, quia juramentum debet habere tres comites, nempe juſtitiam,
judicium & veritatem, *cap quanto. de jurejur. c. animadvertendum, 1. q. 2.* & juſti-
tia, ubi eſt error, & deficit conſenſus, eſſe non poteſt, Afflict. *deciſ 80. num.7.*
Et ſi promittentis promiſſio errore ſtante non valet, juramentum uti in-
validum ex propria ejus auctoritate operari non poteſt, etiam de Jure Ca-
nonico, ſecundum magis communem opinionem, ut per Ruin. *conſil. 190.
colum fin. lib.1.* Et hanc opinionem, quod pacto & liberatione non obſtanti-
bus, & non obſtante juramento, error allegari poſſit, tenet Ruin. *dict. conſil.
134. num. 10. lib.1. & dict. conſil. 71. num. 6. lib. 4.* Pariſ. *conſil. 89. num. 39. lib. 1.* Rimin. jun.
dict. conſil. 338. num. 79. lib. 3. Et dato etiam, ſed non conceſſo, errorem ab eo
qui juravit, allegari non poſſe, poterit tamen Judex ex ejus officio, con-
ſtito ſibi de errore, cogere partem adverſam ad relaxandum juramentum,
ita dicit Seraf. *in d. privileg. 90.* Et quod etiam boni Judices faciant talia jura-
menta relaxare, etiam per capturam perſonæ, tradit Rimin. jun. *d. conſ. 338.
num. 78. lib. 3.*

Secundo principaliter ſupradicta regula, quod ratio ſemel reddita ite-
81 rum reddi † non debeat, declaratur non procedere, quando reddita fuit
imperfecte, non eo modo, ut reddi debebat, quia paria ſunt, non reddere
rationem, & reddere, ſed non plene nec ſufficienter, *argum. l. quoties. 6. ff. qui
ſatiſd. cog. & l. qui pro ſalute ff. de jurejur.* Socin. *conſil. 159. num. 11. & conſil. 190. num. 3.
lib. 2. & conſil. 92. num 8. lib. 4.* Bero. *conſil. 113. num. 33. lib. 2.* Roland. *conſil. 49 ſub num.
49. lib. 1.* Riminald. jun. *conſil. 338. numero 40. lib. 3.* Henrichman. *conſil. 5. num. 12.
lib. 1.* Et iterato de omnibus capitibus in adminiſtratione contentis, & non
de omiſſis ſolummodo ratio erit reddenda, *l. ſed & ſi aliquis 16. ff. de negot. geſtis.*
Gabriel. *conſil. 61. num. 16. & num. 17. lib. 2.* Tertio & ultimo, ſi ratio fraudulen-
82 ter † & doloſe reddita fuit, iterum reddenda erit, docto de dolo & fraude,
Anchar. *conſil 330. Viſa facti narratione.* Jaſ. *conſil. 219. numero 2. lib. 2 & conſil. 14.
col. 3. lib. 3.* Socin. *conſil. 159. & conſ. 190. lib. 2. & conſil. 92. lib. 4.* Pariſ. *conſil. 89. & conſ.
131. numero 27. lib. 1.* Bero. *conſil. 191. numero 14. & conſil. 201. lib. 1. & conſil. 113. numero
33. lib. 2.* Neviza. *conſil. 94. in fin.* Roland. *conſil. 49. lib. 1.* Henrichman. *conſ. 5. lib. 1.*
Burſar. *conſil. 104. num. 17. lib. 1. & conſil. 258. num. 18. lib. 3.* Menoch. *in tract. de arbit.
Jud. caſu 209.* ubi hac in re obſervandum eſſe dicit, hunc errorem doloſum eſ-
ſe claris atque perſpicuis probationibus detegendum, ut per Dec. *in conſ 94.
n. 4. verſ. non obſtat. lib. 1. & in d. l. uni. n. 8. in fin. C. de error. calculi.* & per Cravet. *conſ.
198. n. 3. lib. 1.* & non ſufficere probare dolum præſumptum, ſed opus eſſe do-
lum verum probare, ut ſentit Socin. *d. conſ. 92. lib. 4.* & Roland. *conſ 49. n. 22. &
23. lib. 1.* Maſcard. *concl. 253. in fin.*

Etſi

Etſi pars, cui ratio † minus perfecte vel doloſe reddita fuit, fateretur 83
fuiſſe ſibi ſufficienter rationes redditas, nihilominus talis confeſſio ei non
noceret, quia rationum redditio factum requirit, *l. cum ſervus 82. ff. de cond. &
demonſtr.* & in his, quæ factum requirunt, & quæ non dependent à pote-
ſtate confitentis, confeſſio confitenti non nocet, *l. confeſſionibus 13. ff. de interrog.
act. l. inde Neratius 23. §. fin. ff. ad leg. Aquil.* Cravet. *conſ. 93. num. 1. lib. 1.* Rimin. jun.
conſ. 338. num. 49. lib. 3. Et eo magis confeſſio non eſſet † attendenda, ſi ema- 84
naſſet ſuper impoſſibili, & ſuper inveriſimili, ut ſi aliquo modo eſſet im-
poſſibile ſeu inveriſimile rationem fuiſſe redditam, vel bene redditam.
Angel. *conſil. 276.* Anchar. *conſ. 330.* Socin. *conſ. 159. colum. 3. & conſ. 190. colum. 3. lib. 2.*
Roland. *conſ. 49. num. 54. lib. 1.* Menoch. *conſ. 731. lib. 8.* Rimin. jun. *d. conſ. 338. num. 39.
lib. 3.* Etiam ſi conſtaret de liberatione generali, & fuiſſet dictum reliqua
reſtituenda non extare, & fuiſſet appoſita clauſula, *ex certa ſcientia, ſponte, &c.*
† nihilominus talis liberatio non noceret, quia dolus in ea cenſeretur re- 85
petitus. Caſtrenſ. *conſ. 62. col. 1. lib. 2.* Cravet. *conſ. 142. num. 13. lib. 1.* Rimin. jun. *dict.
conſ. 338. num. 65. in fin. lib. 3.* & quando dolus ineſt liberationi non purgatur per
ipſam liberationem, ut dicit Rolan. *in dict. conſ. 49. num. 60. lib. 1.* Et etiam talis
deliberatio non noceret, quia ea de cauſa fieret, quod rationes fuiſſent le-
gitime redditæ, & cauſa hac ceſſante, quod legitime redditæ non fuiſſent,
liberatio ſuum effectum operari non poſſit, ut conſiderat Rimin. jun. *in d.
conſ. 338. num. 55. lib. 3.* & conſiderat etiam Roland. *in d. conſ. 49. num. 63. lib. 1.* quod
clauſula, *ſponte & ex certa ſcientia*, nihil operatur, quando conſtat de veritate
in contrarium.

Et ſi diceretur dolum de præterito, & dolum etiam de præſenti remitti
poſſe, quando re ipſa ineſſe dicitur ob enormem læſionem, ut loquendo de
diſpoſitione *c. quamvis, de pactis in 6.* tradit Dec. & de communi teſtatur *conſil.
181. verſ. ſed prædictis non obſtantibus, lib. 1.* Pariſ. *conſil. 16. num. 76. lib. 2.* Decian *conſil.
6. num. 49 lib. 1.* Menoch. *conſ. 401. num. 167. lib. 5.* Reſpondetur ex Roland. *in
dict. conſ. 49. num. 59. lib. 1.* quod quando in manibus reddentis rationem ali-
quid remanet, dolus non cenſetur remiſſus, niſi ſit facta expreſſa men-
tio doli, Bart. *in l. Æmilius 20. §. Cajus 1. ff. de liber. leg. & in l. ſi unus, §.
illud. ff. de pactis.* Socin. *conſil. 159. colum. 4. verſ. ex quibus, & conſil. 190. colum. 3.
verſ. poſtremo. lib. 2. & conſil. 92. colum. 3. verſ. non obſtat tertia ratio. lib. 4.* Pariſ.
conſil. 89 colum. pen. lib. 1. Rimin. jun. *dict. conſil. 338. num. 13. lib. 3.* Et ceſſat etiam
præſumptio remiſſionis & donationis, quia ſi non cenſetur remiſſus dolus,
donatio facta præſumi non poteſt. Et non poteſt præſumi facta donatio,
quia verba, quibus utimur in quietationibus & liberationibus, donatio-
ni non conveniunt, ut per Rimin. jun. *conſil. 293. num. 34. lib. 2* & dicit Bec-
cius *in conſil. 90. numero 18.* quod quævis interpretatio capienda eſt potius,
quam donationis, *l. cum de indebit. 25. ff. de probat.* & quod potius præſumitur

error in facto proprio, & error Juris, quam donatio, Ruin.*conſ.167.num.12. & num.19.lib.2.* Etſi, ubi ſolum error adeſſet, poſſet, ut dixi ſupra, ſecundum opinionem aliquorum valere liberatio,& hoc procederet etiam in minore, ut per Gloſ.quæ notabilis appellatur, *in l.3.§.1.in verb.liberationis,ff.de contr.& util.act.tut.*Menoch.*in tract.de arbitr.jud.caſu 209.num.36.*Rimin. junior *conſil.484. num.58.& num.59.lib.5.* ubi etiam dicit, quod ſi minor deceptus juravit non venire adverſus contractum ſeu tranſactionem, excluditur à beneficio reſtitutionis in integrum, licet ei expreſſe non renunciaverit, & non fuerit de
86 tali beneficio certioratus : tamen ubi dolus adeſt, quod † non valeat liberatio, etiamſi fuerit juratum, tenendum eſt. Quia licet juramentum excludat beneficium, *l.2.C. de reſcind. vend.* hoc fit ea ratione, quia conſenſus adeſt in contractu, & contractus non eſt nullus, ſed iſta ratio non militat, ubi adeſt dolus, & ceſſat conſenſus, ut per Ruin. *conſil.134. ſub num.8. & ſeq. lib.1. & conſil.71.num.6.& ſeq.lib.4.*Pariſ.*conſil 89.colum.fin.lib.1.* Rimin.jun. *d.conſil. 338. num.75.lib 3.* ea ratione, quia juramentum debet habere tres comites, ut dixi ſupra, veritatem, juſtitiam & judicium, *c. etſi Chriſtus, de jurejur.* & non debet eſſe vinculum iniquitatis, *c. inter cætera. 12.qu.2.* Et hujuſmodi juramentum eſſe relaxandum, & contra eum concedendam etiam reſtitutionem, tradit Ruin.*dict.conſil.72.num.7.lib.4.* Pariſ. *dict.conſil.89.num.69.& num.71.lib.1.* Rimin.jun.*d.conſil.338.num.76.& ſeq. lib.3.* Et iſta procedunt, etiam ſi in liberatione fuiſſet appoſitum Judicis decretum, ut per Pariſ. *d.conſil.89.num.58.cum plurib.ſeqq.lib.1.* & per Rimin.jun. *dict.conſil.338.num.81. lib. 3.* & faciunt tradita per eum, *conſil.193.numero 38.lib.2.* Et iſtæ liberationes, ex quibus inſurgeret donatio, parum ſub hac Urbinatenſi ditione attenderentur, quia inter decreta, maxima cum ratione & prudentia facta ad ſubditorum utilitatem, adeſt decretum donationis prohibitivum. Rimin.jun.*conſ.193.n.36.lib.2.*

CAPUT XXXIX.

De Diviſione.

SUMMARIA.

1. *Diviſio uno modo conſideratur ad cognoſcendam, quam quiſque partem in ſocietate habere debeat.*
2. *Diviſio ſecundo modo conſideratur circa res communes, inter ſocios dividendas.*
Diviſio præſupponit communionem.

3 *Diviſio*

3 Diviſio fit de lucro, extracto prius capitali non communicato.

4 Declaratur, quod capitale, ſi eſt in pecunia, extrahi debet, & debet reſtitui ante lucri diviſionem, ſed ſi ſit erogatum in maſſaritiis neceſſariis pro ſocietate, & in creditis, erit reſtituendum de dictis maſſaritiis & de creditis, pro quantitate poſita ad ejus electionem.

5 Diviſa bona minus ſunt utilia, quam unita.

Diviſio viles facit familias, paupertatem inducit, & dignitatem minuit.

6 In communione nemo ſtare cogitur.

Communio parit diſcordias.

Diviſionis effectus eſt ſedare diſcordias.

7 Diviſio eſt actus neceſſarius.

8 Diviſio peti poteſt, etiam ſi unio duraſſet per tempus immemorabilei

9 Diviſio eſt quid facti, & ab allegante probari debet.

10 Indiviſa ſocios bona poſſediſſe præſumitur magis gratia commodioris uſus, quam diviſionis titulo.

11 Diviſio facta præſumitur, ſi ſeparatim & diviſim bona fructus percipiendo, & ſolvendo onera, poſſeſſa fuerunt, per decem annos inter præſentes, & viginti inter abſentes.

12 Diviſio non præſumitur ex locatione facta à ſocio.

13 Diviſio prima facta non præſumitur, ſi deventum fuit ad ſecundam, etiamſi nulla ſit.

Quia voluntas declaratur etiam ex actu nullo.

14 Diviſio facta non præſumitur, ſi partes ſunt inæquales, n.16.

15 Multo magis ſi unus ex ſociis totam rem poſſideret.

16 Ex primæva natura communionis ſocii tenentur dividere, ideo facile præſumitur obligationis executio, & diviſio dicitur modici præjudicii.

17 Diviſio eſt maximi præjudicii, ſtante inæqualitate, ideo facta non præſumitur.

18 Diviſio, ſtante partium inæqualitate, facta non præſumitur, etiamſi dicatur recompenſationem fuiſſe factam in pecunia.

Solemnitas materialis non præſumitur.

19 Diviſio facta præſumi poterat, ſtante partium inæqualitate, ſi inæqualitas ſit modica.

20 Diviſio quod ſit reſcindenda, quando conſtat de inæqualitate ultra dimidiam, procedit, ubi conſtat factam fuiſſe diviſionem, ſed non procedit, ubi agitur de ea præſumenda

21 Diviſio non præſumitur facta, ſtante inhabilitate rerum & perſonarum.

Diviſio à minore facta ſine decreto & ſine juramento non valet.

22 Niſi minor major factus tacuerit per decennium.

23 Diviſio præſumitur facta ex libro æſtimi, in quo res diviſa annotata apparenti

24 Diviſio probatur per teſtes.

25 *Diviſio probatur ex confeſſione, ſi valida ſit.*
26 *Diviſio debet fieri Judicis arbitrio.*
27 *Et non eſt vera opinio, quod ætate major, ſeu ille, qui diutius adminiſtravit, partes facere debeat, & minor, & ille, qui minus adminiſtravit, habeat electionem.*
28 *Intellectus* l.1. C.de his qui ſi detul.lib.10.
29 *Intellectus* c.1.de Parroch.
30 *Peritorum judicio uti poteſt Judex in diviſione facienda.* *Peritorum judicium ſequi & non ſequi poteſt.*
31 *Inſpicere locum Judex poteſt in diviſione facienda.*
32 *Loci inſpectio & viſitatio qualiter in actis ſit ſcribenda, &* n.33.& 34.
35 *Judicio ſortis uti poterit Judex, ut terminetur, quis prius eligere debeat.*
36 *Judex poteſt in ſententia cuilibet ex ſociis partem ſuam aſſignare.*
37 *Judex conſiderabit perſonas dividere volentes, & res dividendas.*
38 *Diviſio eſt ſpecies alienationis.*
39 *Similis permutationi.*
40 *Similis venditioni.*
41 *Et eſt contractus innominatus.*
42 *Diviſio à minore fieri non poteſt abſque decreto.*
43 *Procedit non ſolum in rebus immobilibus, ſed etiam in mobilibus poſitis in negociatione, & mercatura.*
44 *Mercatura & negociatio cum ſit quid univerſale, inter immobilia computatur.*
45 *Fallit ſocietate diſſoluta, quia amplius in mercatura ſtare non dicuntur.*
46 *Annui fructus, & annui reditus ſine decreto dividi non poſſunt.*
47 *Declaratur.*
48 *Diviſio juſta cauſa ſtante à minore fieri poterit.*
49 *Juſta cauſa erit, ſi minor ad diviſionem provocetur.*
50 *Quia dicitur alienare ex neceſſitate, & non voluntarie.*
51 *Diviſio prohibita ex neceſſitate fieri poteſt.*
52 *Ceſſio à minore fidejuſſori ex neceſſitate fieri debet, ideo non requiritur decretum.*
53 *Provocatio cenſetur facta diſdicta ſocietatę.*
54 *Provocatio in dubio cenſetur facta à majore in diviſione facta judicialiter, ſecus, ſi extrajudicialiter.*
55 *Diviſio neceſſaria à minore fieri poteſt, ſine decreto.*
56 *Non ſic eſt in alienatione, & ponitur ratio differentia.*
57 *Diviſio fieri poteſt à minore cum interventu tutoris, etiamſi adhuc non confeciſſet inventarium.*
58 *Et ſtatuti diſpoſitione ſtante, quod quædam ſolemnitates in contractu minorum requirantur, &* num.59.
60 *Diviſio etiam inter ipſos minores fieri poteſt, ſtante provocatione facta à majore.*

61 *Minores*

61 *Minores ſe ad invicem ad diviſionem provocare non poſſunt.*
62 *Minores dividere non poſſunt, quando alia via eſſet eis bonis interdictum.*
63 *Cauſa juſta deveniendi ad diviſionem eſt, ſi ſocius ſit rixoſus.*
64 *Judicis arbitrio terminatur, quando ſocius rixoſus dici debeat.*
65 *Socius rixoſus dicitur provocare.*
66 *Diviſio juſta cauſa ſtante fieri non poteſt, ſi cum prohibitione legis concurrat prohibitio hominis, puta teſtatoris.*
67 *Poterit fieri diviſio ratione culturæ, & poterunt dividi fructus, etiam prohibitione non obſtante.*
68 *Pactum ne perpetuo dividatur, non valet, &* n.71.
Pactum de perpetuo non petendo partem ſuam valet, quia inducitur remiſſio Juris.
69 *Pactum de non dividendo in perpetuum, intelligitur in vita paciſcentium, & valet, ſicut valet pactum, ne dividatur in vita paciſcentium.*
70 *Pactum ne dividatur intra certum tempus, valet.*
71 *Pactum expreſſum ne perpetuo dividatur, non valet.*
72 *Valet virtute juramenti.*
73 *Sed non procedit in univerſitate.*
74 *Et non procedit, ſi pactum juratum de non dividendo factum fuerit ſuper omnibus bonis.*
75 *Mulieres ſine ſolemnitate requiſita à ſtatuto dividere non poſſunt.*
76 *Etiam cum cauſa, & quæ ſit ratio diverſitatis inter mulierem & minorem.*
77 *Diviſio utilis minori & mulieri valet ſine ſolemnitatibus.*
78 *Diviſio facta à patre legitimo adminiſtratore filii minoris valet.*
79 *Diviſio valida erit à minore facta ſtante ſtatuto, quod major decem & octo annis dicatur eſſe perfectæ ætatis.*
80 *Diviſio etiam juramento roborata valida erit.*
81 *Diviſio de bonis feudalibus, emphyteuticis, & de Juribus incorporalibus, ſi fieri non poteſt, erunt dividendi fructus & uſus, & eorum adminiſtratio facienda alternis annis.*
82 *Juris patronatus commoditas præſentandi erit dividenda.*
83 *Servitutum commoditas dividenda eſt.*
84 *Vaſa communes inter duas civitates proventus, puta pedagia, dividi debent.*
85 *Fructus ejus rei, quæ non poteſt dividi, erunt dividendi, & poterit diviſio fieri ratione culturæ.*
86 *Res ſi non patitur commodam diviſionem, ſtatur Judicis arbitrio, & erit uni in totum aſſignanda facta recompenſatione in pecunia.*
87 *Et pro qua quantitate pecuniæ ſit reficienda, ſuo arbitrio Judex terminare poteſt.*

Poteſt

Poteſt etiam interrogare partes, & admittere extraneos ad licitationem.

88 Et non eſt verum, quod, ſi res non poteſt commode dividi, ſit danda habenti in ea majorem partem.

Solum qui habet majorem partem. eſt præferendus in pari licitatione.

89 Si adſint mulieres, & minores, quando uni in totum res eſt aſsignanda, quæ ſolemnitates requirantur.

90 Si res patiatur diviſionem, Judex licitatione uti non poteſt, quia cuique volenti pars in re ipſa dari debet.

91 Æſtimatio de re aſsignanda non debet fieri de parte ſolummodo aſsignanda, ſed de tota re.

92 Diviſio erit facienda eo modo, in quo ſocii concordant.

Sociorum omnium utilitas, & non unius ſolummodo erit attendenda.

Utilitas communis inter ſocios præfertur privatæ.

93 Partes non erunt aſsignandæ ſeparatæ, ſed unitæ & contiguæ.

94 Pars aſsignari debet uni prope bona ſua ibidem contigua.

95 Diviſio cujuſlibet rei non debet fieri, ſed in groſſo inſimul poni debent, & facit contra peſſimos ſocios, qui cujuſlibet rei minimas partes facere cupiunt.

96 Res aliquando relinquuntur in communi, nec licitationi locus eſt. Datur exemplum in veſtibulo.

97 Pacta circa diviſionem faciendam inter ſocios ſunt obſervanda.

Pactum factum in uno caſu diſſolutionis non extenditur ad alium.

98 Diviſio cum abſente, qui non reliquit procuratorem, qualiter facienda.

99 Credita exiſtentia in perſona cujuſlibet ſociorum, erunt exigenda communibus expenſis, & communi periculo.

Et ſi non erunt exacta ante diviſionem, ceſsione erit utendum.

100 Debita ſi non ſunt ſoluta ante diviſionem, cautiones ſunt interponendæ de ſervando ſocium idemnem.

Si erunt ſoluta ſocio, qui ſolvit, erit ſatiſfaciendum.

Et ſi ſocius tempore diviſionis erat condemnatus ad ſolvendum, erit conſervandus indemnis in diviſione, non per cautionem, ſed per ſolutionem.

Et ſi non erat condemnatus, ſed de proximè condemnandus, & erat obligatus obligatione habente executionem paratam, ſimiliter erit indemnis conſervandus per ſolutionem.

101 Servitus per partem alterius non cenſetur reſervata in diviſione, & n.102.

103 Ideo cauti eſſe debent dividentes, ut reſervent ſervitutes.

Servitus propriè aliquando non dicitur reſervata, ſed ſola facultas, & quædam perſonalis commoditas tranſeundi.

104 Reſervatio ſervitutis dicitur facta, appoſita clauſula, cum acceſſibus & egreſſibus ſuis uſque in vias publicas.

105 Verba

105 *Verba in reſervatione ſervitutis concipi debent, ut reſpiciant futurum, & non præſens quia de præſenti tempore diviſionis ſervitus non debetur.*

106 *Servitus ſi eſt continua, non eſt opus reſervatione, quia res tranſit cum ſuo onere.*

107 *Dominium an in diviſione transferatur ſine traditione.*

108 *Communi dividundo agi poteſt, licet res non poſsideatur.*

109 *Reſolutio contractus eſt ejuſdem naturæ, cujus eſt contractus.*
Sicut dominium in ſocietate transfertur ſine traditione, ita transfertur in ejus reſolutione, & ſic in diviſione.

110 *Procedit ſolummodo in ſocietate univerſali, & in rebus, quæ erant ſociorum ante ſocietatem univerſalem.*

DIviſio duobus modis conſiderari poteſt. Uno modo ad cognoſcendum
quam quiſque partem † in ſocietate habere debeat, tam in capitali, 1
quam in lucro; altero modo, qualiter, & quomodo diviſio ipſarum rerum
communium fieri debeat? De primo modo tractat Menoch. *in tract. de ar-
bitr. jud. caſu 125. & in conſil. 222. lib. 3.* Decian. *conſil. 39. lib. 1.* Cephal. *conſil. 483. lib. 4.* &
de eo plene dixi ſupra, dum egi, quam quiſque partem in capitali habere
dicatur *c. 9.* & dum egi, qualiter lucri & quæſtus diviſio inter ſocios ſit fa-
cienda. *c. 15.* Nunc agendum eſt de ſecundo modo, nempe qualiter & quo-
modo diviſio † rerum communium fieri debeat? Nam diviſio præſuppo- 2
nit communionem, ut per Decian. *conſ. 30. n. 15. lib. 1.* ideo communione præ-
ſuppoſita, conſequens ſit, ut modo de diviſione agatur. Et ſi capitale adeſ-
ſet in ſocietate non communicatum, & adeſſet lucrum commune, prius
ante lucri diviſionem † capitale eſſet extrahendum. Cravet. *conſ. 433. numero* 3
34. lib. 3. ubi loquitur de ſocio ponente pecuniam, altero ponente operas,
& vult, quod capitale prius extrahatur, ejus dictum intelligendum eſt, ſi
capitale in pecunia poſitum reperiatur adeſſe in pecunia, ſed ſi fuiſſet ex-
penſum in mercibus † ſocietatis, & in maſſaritiis neceſſariis pro ſocietate, 4
& adeſſent credita, tunc non eſſet ei reſtituenda pecunia, ſed deberet ſuum
capitale in quantitate poſita percipere in rebus & maſſaritiis extantibus,
& in creditis ad ejus electionem, ut per Bald. *in l. 1. verſ decimo tertio quæro. C.
pro ſoc.* Petr. de Ubald. *in tract. de duob. fratr. part. 11. num. 34.* Et ita pluries ob-
ſervari vidi, niſi ſit conventum, quod capitale, ſi non eſſet amiſſum, debe-
ret reſtitui in pecunia, quia valet conventio, cum in ea neque uſura, neque
injuſtitia conſiderari poſſit, & non ſit contra ſocietatis naturam, *l. 1. §. ſi con-
veniat. ff. depoſiti.* & ſi in ſocietate poſiti fuiſſent centum aurei in auro, & ſo-
cietas duraſſet per plures annos, & æſtimatio aureorum creviſſet, incre-
mentum dividi non deberet, ſed totum deberetur domino aureorum, quia
hoc lucrum non cenſetur cauſatum à ſocietate, cum, ſi retenti fuiſſent in
capſa, idem lucrum eveniſſet. Com. *conſil. 279. lib. 1.*

proportionabiliter ſibi debitam. Tiraq. *in dict. tract. de præſcript. §. 1. Glo. 4. verſ. 14.*
Menoch *d. præſumpt. 60. num. 6.* Maſcard. *d. concl. 526. num. 8. & 9.* ubi dicit hanc eſſe
communiorem & veriorem opinionem. Et multo magis † non procede- 15
ret, ſi alter ex ſociis totam rem poſſideret. Ruin. *conſil. 162. num. 14. lib. 3.* &
Menoch. *d. præſumpt. 60 ſub num. 6.* Maſcard. *d. concl. 526. num. 12.* Et quod non
præſumatur diviſio † ſtante inæqualitate, ea ratione fit, quia nemo præ- 16
ſumitur jactare ſuum, *l. cum de indebito 25. ff. de probat.* & ſic non præſumitur,
quod conſentiens fuerit inæqualitati ille, qui minus poſſidet, & ſuum ja-
ctare voluerit. Præterea dicunt Dd. quod ideo præſumitur diviſio, quia
agitur de modico præjudicio. Et quia ex primæva natura communionis
ſocii erant obligati ad dividendum, facile præſumitur † obligationis exe- 17
cutio. Bald. *in l. 1. ſub. num. 14. verſ. pone duo fratres. C. de fideicom.* Ruin. *dict. conſil. 162.*
num. 18. lib. 3. Maſcard. *dict. concl. 526. num 3.* Et ſi præſumeretur diviſio, ſtante
inæqualitate, ageretur de magno præjudicio, ex quo partes non ſunt æqua-
les Bart. *in quæſt. Mulier habens magnum patrimonium, colum. ultim* Maſcard. *d. con-*
cluſ. 526. num. 11. Menoch. *d. præſ. 60. num. 6. in fin.* & ageretur non de executione
obligationis ſolummodo, ſed etiam de inductione & probatione alterius
obligationis, nempe donationis, quia ſocius, qui minus poſſidet, ſuum
donaſſe cenſeretur.

Et ex his conſtat, non eſſe veram opinionem Salic. *in l penult. colum. 1. C. com.*
divid. quod præſumatur diviſio, licet † partes eſſent inæquales, ea ratione, 18
quia qui minus poſſidet, cenſetur recompenſationem recepiſſe in pecu-
nia. Nam non ſequitur, potuit fieri recompenſatio in pecunia: ergo facta
fuit, Bald. *in tract. de præſcript. part. 3. princ. quæſt. 10. num. 44.* Si enim cenſetur fa-
cta diviſio ex eo, quia conſtat quemlibet poſſidere, non poteſt cenſeri, da-
tam pecuniam, ſi quod eam ſocius habeat ab altero ſocio ſibi datam, non
appareat, & eſt iſta ſolemnitas materialis, quod fuerit facta recompenſatio
in pecunia, & ideo non præſumitur, §. *pretium. Inſtit. de empt. & vendit.* Ruin.
conſil. 162. num. 17. lib. 3. Et etiam, ut ipſe dicit; duo ſpecialia ſimul ex eodem
curſu temporis induci non poſſunt, quod fuerit facta diviſio, & fuerit data
pecunia.

Opinio Saliceti ſalvari poteſt, ut procedat, ſi inæqualitas † non ſit ma- 19
gna, ſed tenuis & modica. Alexand. *conſil. 92. numero 4. lib. 8.* Alb. *conſil. 11.*
numero 24. lib. 1. Menoch. *dict. præſumpt. 60. numero 8.* Et dum dicitur, quod ad
hoc, ut diviſio reſcindatur, debeat probari † deceptio ultra dimidiam, 20
Simon de Prætis *conſil. 137. numero 12.* procedit in diviſione, de qua con-
ſtat vere factam fuiſſe, & non procedit, ubi eſt præſumendum eam factam
fuiſſe.

Quarto declaratur ſupradicta opinio non procedere ſtante inhabilitate
† rerum ſeu perſonarum, quia in quolibet actu tacite præſumendo cætera 21

omnia habilia requiruntur, ita tradit Decian. *conſil 73. n.30. lib.2.* poſt Ruin. *conſil.29.n.4.lib.4.* Et quod diviſio à minore facta non valeat ſine Judicis decreto, & non interveniente juramento, admittit Menoch. *d.præſumpt.60.n.*
22 *4.* ubi tamen hoc non procedere declarat, ſi minor major factus † poſſidendo bona diviſa tacuit per decennium, quia ex tali taciturnitate cenſetur inducta tacita & ſolemnis diviſio, ita ut amplius retractari non poſſit, Bald.*conſil.282.proponitur, quod minor.* Ruin.*conſil.117.in fin.lib.3.* Bald. *d.tractat. de præſcript.§.1.gloſſ 4 verſ.14.* Maſcard.*d.concluſ.526.n.4.* Et quod multæ ſint res, quæ ex propria natura, & ex partium conventione, ſeu teſtatoris diſpoſitione dividi non poſſunt, infra videbimus. Diviſionem etiam fuiſſe factam,
23 probatur † ex libro æſtimi ſeu cataſtri, ſi in eo res diviſæ deſcriptæ apparent. Alex.*conſ.92.num.6.lib.2.* Maſcard.*d.concluſ.526.num.13.* Menoch. *dict.præſ.60. in fin.*

24 Potuit etiam probari † per teſtes, ita tenuiſſe Rot. Rom. & ex ea inſurgere titulum habilem ad præſcribendum, tradit Maſcard.*d.concl.526.num.13.*
25 Becci.*conſ.90.n.8.& n.21.* Præterea probatur diviſio † ex confeſſione, ſi valida ſit, Ruin.*conſ.29.n.1.lib.4.* Maſcard.*d.concl.526.in fin.* & faciunt ea, quæ dixi *in cap.præcedenti, num.83.* & tradita per Decian.*conſ.11.lib.1.*

26 Conſtito igitur de communione, & non apparente, diviſionem † fuiſſe factam, cum erit ad eam deveniendum, ut de Jure fieri poſſe permittitur, videndum erit, qualiter, & quomodo ſit facienda, & quidem concluſio erit veriſſima & indubitata, quod ſit facienda Judicis arbitrio, ut eſt text. *in §. penult. Inſt. de offic. Jud.* Petr. de Ubald. *d.tract.de duobus fratr.part.11.ſub n.13.* Covar. *practic. quæſt. cap. ult. ſub n.3.* latiſſime hanc eſſe magis communem opinionem probat Tiraq.*in tract.de Jure primogen.quæſt.60.n.10.* Cravet. *conſ.733.num.15.lib.5.* Menoch.*in tract. de arbitr. Jud. caſu 123.* Dominus Octavius Simoncellus Callienſis, vir noſtra tempeſtate maxime eruditus, *in tract. de Decret. minor. lib. 2. tit.4.num.36*

Et non eſt vera opinio exiſtimantium, quod ætate major, ſeu ille, qui
27 diutius † adminiſtravit, partes facere debeat, & alter ætate minor, ſeu qui minus adminiſtravit, eligendi facultatem habeat. Etſi Abraham major natu fecit partes, & Loth minor natu elegerit, ut legitur *Geneſ.cap.13.* & tradit divus Auguſtinus de Civitate Dei *lib. 16. cap. 20.* tamen dicta diſpoſitio non eſt pro lege habenda, quia non reſpicit mores, ſed Jura & Judicia, & ideo nos non aſtringit ad ejus obſervantiam, *§. his ita. diſtinct. 6.* ita declarat Tiraq.*d.quæſt.60.ſub num.13.* & poſt eum Simoncel. *dict.tit.4. ſub num. 35.* Etiam huic opinioni non obſtant ea, quæ habentur *in l.1.Cod. de his qui ſe detul. lib.10.*
28 ubi dicitur, uxorem, quæ † ſe detulit, habere debere partem bonorum, & electionem, quia ibi id diſponitur favore ſpeciali ipſius mulieris, ut ibi Bart. declarat *num. 3.* & Tiraq. *dict. quæſt. 60. num. 12.* Neque obſtat text. *in*

Digitized by Google

cap.1.de Paroch. quia ibi non loquitur de majore & minori ætate, ſed loquitur de eo,qui † diu adminiſtraverat, & loquitur de Jure ſpeciali introducto favore fidei, ut per Tiraq.*in d.c.60.n.11.* Igitur cum Judicis arbitrio diviſio ſit facienda,erit videndum,quid Judex † agere debeat, ad hoc,ut ejus arbitrio recte uſus fuiſſe dicatur. Poterit, inquam, in diviſione facienda uti judicio peritorum; ut per Hieron.de Monte *in tract.de finib.regund.c.103.num.2.* Et poterit diviſionem à peritis factam non approbare, & alio modo in ſua ſententia diviſionem accomodare, ut per eundem Hieron.de Monte *in d. tract. cap.102.in princ.* & ſi erit facienda menſuratio à peritis partes præſentes eſſe debent, ut per Surd. *conſ.452. n 35. lib.3.* Et quia ex loci inſpectione maxime veritas manifeſtatur *§.fin.Inſt.de grad.cognat.* loca dividenda † à Judice reſpici ſolere tradit idem Hieron.de Monte *d.tract.cap.101.* ubi ita factum fuiſſe dicit in lite, quæ tunc temporis vertebatur inter Gualdenſes & Fabrianenſes, & ſub hac forma, ut perſæpe obſervatum vidi in actis loci, viſitatio ſcribi debet.

29 30 31

Die tali, &c. Judex partibus † inſtantibus, & una cum eis ad majorem cautelam,& pro majore ipſius certitudine, ſe contulit ad locum differentiæ, de quo agitur, & una cum prædictis partibus & pluribus aliis ibidem aſtantib.locum prædictum bene & diligenter inſpexit, ut verius poſſet in cauſa hujuſmodi pronunciare, & juſtitiam miniſtrare. Poterit etiam facere Judex, quod in actis annotentur loci qualitates illæ, quæ ad cauſæ diffinitionem pertinere poſſunt, ut tradit Hieron.de Monte *in d.c.101. in fin.* Sed animadvertere debet,ne faciat † prout fecit quidam Judex penitus ignarus, qui in actis redigere fecit ea omnia, de quibus dubitabatur, ita quod declaraverit,qualiter eſſet judicaturus: fecit enim deſcribere, quod aqua currebat naturaliter, & de hoc erat controverſia, an curreret naturaliter, ſive opere manufacto, ita inquam locorum viſitationes non ſunt ſcribendæ, quia eſſet aperire & declarare ipſius Judicis voluntatem, quod Judici ante ſententiam facere non licet; ne teneatur pœna falſi, ut habetur *in Directo jud.c.4. n.7.verſ hinc Judices.* Advertat etiam caute Notarius, ne ſcribat in actis viſitationem fuiſſe † factam & ſcriptam parte præſente & conſentiente, ſi vere non fuit præſens, prout ſimiliter factum vidi à quodam maligno Notario, qui alteri parti Judice etiam conſentiente favere volebat. Nam Notarius ita ſcribens gravi pœna falſi puniri debet *l.1.cum ſimil.ff.de falſ.*

32 33 34

Poteſt etiam Judex facta diviſione, ſi partes † non ſunt concordes in eligendo, uti judicio ſortis; ut ille prius eligat, cui judicio ſortis eligere poſſe contigerit, Bart. *in l.2. num. 6. C. quando & quibus quarta pars.* Petr. de Ubald. *dict.tract.de duobus fratr.part.11.ſub num.13.* Tiraquell. *dict.cap.60. num.13.* Covarru. *pract.quaſt.cap.ult.in fin.* Menoch. *in dict. tract. de arbitr. jud. caſu 123. ſub num.3.* 35

36 Et forte relicta, poterit Judex partibus accommodatis † in ejus ſenten-
tiam declarare, cui ex ſociis quælibet pars ſit aſſignanda, ut habetur in d.
§. penult. Inſt. de offic. Jud. & in l. hujuſmodi 84. §. fin. de ff. leg. 1. Petr. de Ubald. dict.
part. 11. ſub num. 13 & Tiraq. d. quaeſt. 60. num. 10. Pract. Papienſ. in forma libelli pro
hereditate, vel re ſingulari dividenda, in gloſſ. 1. num. 35. Et circa duo principaliter
37 Judex in diviſione † facienda animadvertere debet, nempe ad perſonas
dividere volentes, & ad res ipſas, quæ dividendæ veniunt. Primo circa
perſonas conſiderare debet, an inter dividere volentes adſint minores, &
an requirantur ſolemnitates, quæ in alienationibus minorum, & in eorum
38 contractibus requiruntur. Nam diviſio eſt † ſpecies alienationis, l. 1. Cod.
com. utr. jud. l. 2. ff. de fundo dotali. Simoncel. dict. tract. de decret. minor. lib. 2. tit. 4.
Menoch. in tract. de arbit. jud. caſu 171. num. 35. & in conſil. 80. num. 1. & num. 56. lib. 1.
Rimin. jun. conſil. 244. num. 244 lib. 3. & conſil. 368. num. 24. lib. 4. & conſil. 625. num.
52 lib. 6. Gabriel. conſil 84. numero 10. lib. 1. Beccius conſil. 24. numero 8. & numero
30. & conſil. 9. numero 10. Surd. conſil. 308. numero 18. lib. 3. Decian. conſil. 39. numero 7.
lib. 2.

39 Et ſimilis † permutationi, Burſat. conſ. 295. num. 18. lib. 3. Simoncel. d. tract. lib.
2. tit. 4. num. 17. Decian. conſil. 30. num 14. lib. 1. & conſil. 55. num. 74. lib. 3. Rimin. jun.
40 d. conſ. 244. num. 246. lib. 3. Et quod ſit ſimilis † venditioni, tradit Cravet. conſil.
377. num. 6. lib. 3. & Simon. de Præt. conſ. 369. num. 7. Et quod dicatur contractus
41 † innominatus, & quod adimpleta ex una parte, non ſit locus pœnitentiæ,
tradit Decian. conſ. 39. num. 102. & 103. lib. 2. & quod dicatur tranſactio, tradit
ibid. num. 104. & in conſil. 52. num. 12. lib. 1. Becc. conſ. 11. num. 33. Simon de Præt. conſ.
42 137. num. 70. Quare cum ex prædictis conſtet, quod dividere † ſit alienare, erit
à Judice conſiderandum, diviſionem à minore fieri non poſſe abſque ejus
decreto, Menoch. in tract. de arbit. jud. caſu 171. num. 34. Opi. in l. filiusfamilias 114. §.
divi 11. n. 112. ff. de leg. 1. Simoncel. in d. tract. de decret. minor. lib. 2. tit. 4. n. 16. verſ. ſuperiori
itaque. ubi infinitos citat, & de communi opinione teſtatur Lamberteng. in
tractat. de ſolemnitat. requiſit. in contract. mul. Gloſſ 1. n. 30.

43 Ampliatur etiam, hanc opinionem non ſolum procedere in rebus † im-
mobilibus, ſed etiam in mobilibus, puta in mercibus in negociatione exi-
ſtentibus. Socin. conſil. 254. colum. 1. & 2. lib. 2. Menoch. d. caſu 171. ſub num. 34. &
44 Simoncel. d. tit. 4. num. 14. & ea ratione moventur, quia mercatura † & ne-
gociatio, cum ſit quid univerſale, & poſſit augeri, inter immobilia com-
putatur. Cum enim poſſit augeri, fortius dici debet, quod poſſit conſer-
vari. Bart. in l. cum pater. §. in cauſa. ff. de legat. 3. Socin. dict. conſil. 254. numero 1.
45 lib. 2. Verum quia iſta ratio † perpetua non eſt, dicendum eſt, quod ea
ceſſante, merces etiam dividi poterunt abſque decreto, ut dividi poſſunt
mobilia, quæ ſervando ſervari non poſſunt, ut ſupra dicam. Nam po-
teſt eſſe, quod ſit diſſoluta ſocietas morte, vel alio modo abſque facto
minoris,

minoris, & quod res ſint communes, & non ſint in ſocietate. Et quia ceſſante ſocietate ſolummodo communione ſtante conſiderari non poteſt, quod favore minoris amplius augeri deberet, quia ex ſocietate extincta amplius lucrum cauſari non poteſt, ideo lucri augmento ceſſante & ſic ceſſante cauſa, videtur dicendum, quod dictæ res amplius inter mobilia, quæ ſervando ſervari poſſunt, connumerari non poſſint, & per conſequens, quod abſque decreto diuidi debeant.

Ampliatur ulterius dicta opinio, ut procedat † in fructibus & reditibus 46
annuis, ut dividi non poſſent ſine decreto. Bald. *in l. ult. C. com. divid.* à quo non diſſentit Socin. *in regul.329.fol.1.* & Barbat. apud Curt. ſen. *conſ 67.n.20.* & Menoch *d.caſu 171.ſub n.34.* ubi dicit, quod male horum immemor conſuluit Socinus junior *conſilio ſeptuageſimo nono, num.7.lib 1.*

Si minor vellet dividere rem, ex qua fructus annui, & annui reditus proveniunt, Baldi opinio ſequenda eſſet, quia ageretur de diviſione rei immobilis ſeu connumeratæ inter immobilia, ut eſt annuus cenſus. Si vero vellet dividere fructus annuos, ſive pecunias provenientes † ex annuo 47
cenſu, non video, quare id facere non poſſit, cum inter mobilia connumerentur, & ſi non dividerentur, remanerent in totum penes ſocium cum minoris damno, & Socinus junior propriè loquitur, quod minor non poteſt dividere proprietatem ſine cauſa, ſed quod bene poteſt dividere fructus, & plures tenentes hanc opinionem citat, & eam *num 6.* dicit eſſe communem, & ita poſt eum eam eſſe communem dicit Roland. *conſil.81.num.33.lib.1.* & cum hac diſtinctione tranſit etiam Simoncel. *dict. tit.4. ſub num. 14.* Supradicta opinio ſic ampliata declaratur non procedere, ſi diviſionis juſta † ad- 48
ſit cauſa; tunc enim diviſio, juſta cauſa ſtante, fieri poterit, *l. ſi convenerit 14. in fin & l ſeq. ff. pro ſoc.* Bart. *in l. inter pupillos. ff de auct tut.* Opiz. *in l. filiusfamilias 14. §. divi.11 num.112. ff. de legat.1.* & ita tenent omnes relati à Simoncel. *dict. tit.4. num.6.*

Una juſta cauſa erit, ſi ſocius, ſeu frater major † provocat minorem ad 49
diviſionem, *dict. l. penult. & ibi Gloſſ. & Dd. Cod. de præd. minor.* Menoch. *dict. caſu 171. numero 36* Simoncel. *dict. tit. 4. numero 23.* Lamberteng. *dict. tractat. gloſſ. 1. numero 30.* Et ea ratione opinio iſta comprobatur, quia cum minor provocatur, dicitur alienare † ex neceſſitate, & non facto ſuo, & lex lo- 50
quens de alienatione intelligitur de voluntaria, non autem de neceſſaria, *l. 1. ff. de fundo dotal. l. alienationes 13. ff. famil. erciſc.* & actus ex neceſſitate factus non comprehenditur ſub lege prohibente actum fieri, Roman. *conſil. 107. numero 2. & conſil. 219 numero 7. & conſil. 457. numero 3.* & dicit Bald. *in l. quoties 11. C. de fideicommiſ.* quod prohibitus alienare, ſi provocetur † ad diviſio- 51
nem, poterit ſuper tali re prohibita alienari tranſigere, quia talis tranſactio dicitur neceſſaria. Simoncel. *d. tract. tit. 4. numero 25.* ubi etiam ſub *numero 26.*

ſubjungit,

ſubjungit, quod ſtatutum prohibens alienationem non habet locum, ubi
quis cogitur ex neceſſitate laudi, ut per Curt.ſen. *in conſ.27.n.15.* & per Pariſ.
52 *conſ 98.n 29.lib 1* Et ſi minor cedit fidejuſſori † Jura ex neceſſitate, ut habetur
in l.2.C. de fidejuſſ quod non requiratur decretum, tradit Simoncel. *dict. titul.4.*
53 *n.27.* Quia communio poteſt † eſſe ſine ſocietate, *l.hæredes 25.§. non tantum 16.*
ff famil. ercif ſi fuerit à ſocio majore diſdicta ſocietas, cum adhuc res ſint com-
munes ſine ſocietate, quid erit dicendum, an dicatur per diſdictam facta
provocatio à majore, ut alia provocatione non ſit neceſſe pro communium
rerum diviſione facienda? Credo alia provocatione non eſſe neceſſe, quia ſi
res erant communes vigore ſocietatis, videtur ſocius major, facta diſdicta,
declarare, quod non intendat, quod ſint amplius communes, & non ob-
ſtat, quod res communes eſſe poſſint abſque ſocietate, quia modo agimus
de communione ex cauſa ſocietatis, & quis removendo cauſam intelligi
debet, quod ejus effectum removere intendat, juxta vulgarem regulam:
remota cauſa, removetur effectus, §.ergo non omnes, Inſt.de nuptiis.

54 Quid erit dicendum, ſi non conſtet, à quo fuerit † facta provocatio; an in
dubio dicendum ſit, eam factam fuiſſe à majore ſeu à minore, duo caſus
diſtinguuntur. Primus eſt, quando diviſio fuit facta judicialiter, adhibito
prætoris decreto. Secundus eſt, quando fuit facta extrajudicialiter. In pri-
mo caſu præſumitur facta provocante majore ea ratione, quia geſta præto-
re auctore præſumuntur ſolemniter geſta. In ſecundo caſu non præſumi-
tur facta provocante majore, ita diſtinguit Gabriel. *conſ. 36. numero 42. lib. 2.*
Menoch. *in tractat.de præſumpt. lib.3. præſumpt. 61.* & cum hac opinione videtur
etiam tranſire Simoncel *in d.tract.tit 4.numero 31. in fin.* Supradicta opinio,
55 quod minor provocatus † à majore poſſit dividere ampliatur procedere,
ut dividere poſſit etiam abſque Judicis decreto, ut eſt textus, & ibi Gloſſ.&
Dd. *in d.l.penult.C.de præd.minor.* Simon de Præt. *conſil.10. num.38* Simoncel.
dict.tit.4. num. 28 ubi dicit, quod eſt notatu dignum, quia ex hoc reſultat
56 † quædam ſubſtantialis differentia inter alienationem & diviſionem. Nam
alienatio licet ex neceſſitate fiat, nihilominus requiritur Judicis decre-
tum *l.ob æs. Cod.de præd min.* Et hoc ea ratione factum eſſe credit, quia cum
minor provocatur ad diviſionem, neceſſe habet rem illam ſolummodo
dividere, & non aliam, quam communem habet, ideo non eſt neceſſa-
rium Judicis decretum ad rem eligendam, quæ dividi debeat; in aliena-
tione vero requiritur Judicis decretum ad hoc, ut rem diſtrahendam
eligat, quæ ſit pupillo minus damnoſa, *l.magis puto 5.§.non paſſim 9.ff. de rebus*
eorum.

57 Ampliatur ſecundo prædicta opinio, ut procedat, etiamſi tutor † minoris
adhuc tempore diviſionis non feciſſet inventarium. Rom. *conſ. 106. in fin.* Si-
58 mon.de Præt. *conſ.10.num.38.* & etiamſi adeſſet ſtatutum † imponens formam

ſervandam in contractibus minorum, quia vult ipſe, quod intelligatur ſecundum diſpoſitionem Juris communis, ſecundum Alex. *in conſ.62. lib.2.*
& quod non habeat locum † in contractibus geſtis cum tutore ſecundum 59
Angel. Aret. *in §. hæres quoque verſ. quæris.* Bart. *Inſt. de oblig. quæ ex quaſi contr. naſc.* & Alex. *conſ.189. n.11. & ſeq lib.7.*

Ampliatur tertio, ut procedat etiam inter ipſos minores † à majore pro- 60
vocatos, quia etiam inter ipſos ſtante provocatione à majori facta diviſio fieri poterit, Gloſ. *in l. inter pupillos 20. ff. de auct. tut.* & ibi Bart. Simoncel. vero *in dict. tract. de decret. minor. tit. 4. lib. 2. numero 29. & 30.* licet Dd. fuerint communiter hanc ampliationem ſecuti, quaſi aves, aut oves imitati, quarum una quando volat, aut quo curſum dirigit, omnes aliæ ſequuntur, eam omnino falſam eſſe arbitratur, motus ex quibuſdam, quæ ibidem videri poſſunt, ego vero, cum ſit communis, ab ea recedere non audeo. Cenſendum eſt enim, quod & maturitate, & judicio, & non naturali inſtinctu à graviſſimis & prudentiſſimis viris fuerit approbata, & in rebus ſocietatis videtur mihi, quod procedat ſine difficultate, quia facta provocatione ab uno diſſolvitur quoad omnes, *l. actiones 65. §. morte 9. ff. pro ſoc.* & omnes pariformiter ſunt ſocii directe. *§. ex quibuſdam. Inſtitut. de pœna temere litigan.* Gloſſ. *in §. fin. Inſtitut. de ſociet.* & cuique ex eis facta diſſolutione pariformiter, & non in communi pars aſſignari debet cauſa communionis diſſoluta.

Inter ipſos minores procedit, quod ſe ad invicem ad diviſionem provo-
care † non poſſint Rom. *d. conſ.105.* Simoncel. *d. tit. 4. ſub n.32. verſ. Tertio declara-* 61
tur. Etiam minores dividere non poterunt, quando alia via eſſet † eis bonis 62
interdictum. Socin. *in ſuis regul. & fallent. reg. 228. fallent. 2.* Menoch. *d. caſu 171. ſub num. 36.*

Secunda principalis cauſa deveniendi ad diviſionem juſta erit, ſi ſocius
ſit † rixoſus, & ſi bona communia dilapidet, *l. ſi convenerit 14. in fin. ff. pro ſoc.* 63
ita tenent longa ſerie relati à Simoncel. *dict. tract. tit. 4. numero 6.* & de com-
muni teſtatur, & *numero 7.* dicit, quod à Judicis arbitrio † pendet, 64
quando ſocius rixoſus dici debeat, ex Menoch. *in dict. caſu 171. numero 36. in fin.*

Et ratio hujus opinionis eſt, quia nimis videretur iniquum, ſi minor co-
geretur † ſtare cum ſocio rixoſo, & damnoſo, & ubi prohiberetur diviſio 65
favore minoris, in ejus odium retorqueretur. Vel ratio eſt, quia ſocius rixoſus inquietando & diſſipando dicitur provocare, ponit has rationes Simoncel. *d. tit. 4. ſub n. 8.*

Verum iſta opinio declaratur non procedere, ubi cum prohibitione legis
† adjuncta eſſet etiam prohibitio teſtatoris, ita tradit Cuman. *in l. filiusfami* 66
lias 114. §. divi. 11. in princ. ff. ad leg. 1. & ibi. Alex. circa princ. & Jaſ. in 1. lect. n. 23. & in 2.

lect.n.34.& 66 Crott.n.4.Ripa.n.23.& Socin.jun.n.64. dicens hanc opinionem
magis communiter approbari, & in propria diviſionis materia ſe alias con-
ſuluiſſe Piſis, dum ibi degeret, & eſt conſil.84.lib.1.Menoch.dict. caſu 171. ſub n.38.
& clarius in conſil.95.num.124.lib.1.moventur per text.in §.ſanctiſſimus,de alienat.
67 & emphyt.& dicunt, quod ultra legis prohibitionem teſtatoris prohibitio †
aliquid operari debet, ab hac opinione recedit eruditiſſimus Simoncel. in
d.tract.de decret.minor.lib.2.tit.4. motus validiſſimis rationibus, ut penes eum
videre licet, & ejus opinioni libentiſſime aſſentirem, ſi à communibus tra-
ditionibus recedere fas eſſet, ſed inhærendo communi opinioni poteſt de-
clarari, quod ſit prohibita rei diviſio, tamen poterit dividi ratione cultu-
ræ, & poterunt dividi fructus, ſeu quod fructus recipiantur alternis annis,
& ſic conſulatur minorum indemnitati. Et cum hic de diviſionis prohi-
68 bitione mentio facta fuerit, quæro, an pacto fieri poſſit, quod res † non
dividatur? Pract. Papienſ. in forma libelli pro hæreditate, vel re ſingulari dividen-
da, in ver. domum unam. numero 3. dicit, quod licet fuerit appoſitum pactum,
quod res nullo tempore dividatur, tamen quod diviſio fieri poterit, quia
tale pactum eſt nullum, l. in hoc judicium 14. §.ſi convenerit 2.ff.commun.dividund.
Sed ſecus eſſe, ſi alter alteri pactum faciat de non petendo partem ſuam,
quia per illud inducitur remiſſio totius Juris, quod quis habet in parte
ſua, d.ct. l. in hoc judicium, in fin. ff. com. divid. Vera ipſe loquitur in hac ejus
diſtinctione, ſed latius examinando materiam, tres caſus conſiderari
poſſunt.

69 Primus eſt caſus, quando partes † convenerunt de non dividendo in
perpetuum, & quia dictio, in perpetuum, intelligitur durante vita paciſcen-
tium. Gloſ. in l.1 ff pro ſoc. & in c. ſi gratioſe. in ver.perpetuo, & in c. fin. in verb. per-
petuus, de reſcript. ideo tale pactum valet, ſicuti valeret, ſi fuiſſet dictum,
diviſionem non debere fieri in vita paciſcentium. Licet enim Socin. conſil.
278.lib.2. dicat, communem opinionem eſſe in contrarium, & idem dicat
ejus auctoritate motus Marchabr. conſil. 83. numero 11. & ſeq. tamen quod de-
cipiatur Socin. & quod iſta ſit magis communis opinio tradit Grat.
conſil. 66. numero 12. lib. 2. & Seraf. in tractat. de privileg. juramen. privileg. 58.
num.14.

70 Secundus eſt caſus, quando inter partes † fuit conventum, ne intra cer-
tum tempus dividatur, & pactum valere & eſſe ſervandum, tradit Salicet.
in d.l.in hoc judicium 14.§.ſi conveniat 2.ff comm.divid.Socin. d.conſ.278.lib.2. & hunc
caſum dubium non habere tradit Grat.conſ.66.n.12.lib.2. & Seraf. d privileg 58.
num 15.

71 Tertius & ultimus caſus eſt, quando partes convenerunt expreſſe † de
nunquam dividendo, & pactum non valere dicendum eſt, d. l. in hoc Judi-
cium,§ ſi conveniat.ff.commun.dividund.l.ſi fratres 52.§.idem reſpondit ff.pro ſoc. Grat.d.
conſil.66.

conſil.66.colum.1.lib.2 Roland.*conſil.84.lib.1.*Simoncel.*d.tract.tit.4.num.8.* Sed iſte tertius caſus declaratur, ſi interveniat juramentum, quia pactum ipſius † 72 juramenti vigore erit obſervandum, ut late probat Seraſin.*in d.privileg. 66 n. 18.*& ante eum Roland.*in conſ.6 n 55.lib.1.*ubi etiam ad Alex.*in conſil.18.lib.2.* tenentem contrarium reſpondit, & bene, ejus dicta procedere poſſe in actibus dependentibus à mera voluntate jurantis, ut eſt conſtitutio Procuratoris facta cum juramento de non revocando, ſed non procedere in pacto, in quo alteri eſt jus quæſitum, per tex.*in c.cum contingat.de jurejur.& in c.quamvis, de pactis in 6.& in auth.ſacramenta puberum. C. ſi adverſ.vendit.* Et ſecundum hanc opinionem fuiſſe judicatum in Excellentiſſ. Subalpino Senatu, in quo ſemper ſederunt graviſſimi viri, teſtatur Add.ad Pract.Papienſ.*in forma libelli, quo agitur pro hæreditate, vel re ſingulari dividenda, in verbo domum unam, verſicul. tale pactum.*

Declaratur iſta limitatio † de juramento non procedere in univerſitate, 73 quia cum non habeat animam, in ea non cadit diſpendium ſalutis æternæ, Corne.*conſil.48. num. 2. lib.3.* Seraf. *dict. privileg. 58. ſub num. 6.* Declaratur etiam, ut procedat quando pactum † cum juramento de non dividendo 74 fuiſſet factum de re particulari, puta de clauſtro & puteo, & alia re particulari, ut loquitur Corn.*conſil.13 lib.4.* Sed non procederet, ubi eſſet factum ſuper omnibus bonis, quia tolleret liberam teſtandi facultatem, ut dixi ſupra *cap.32.n.43.*

Secundo principaliter circa perſonas dividere volentes Judex † conſi- 75 derabit, an adſint mulieres, quæ ex ſtatuti diſpoſitione ſolemnitates quaſdam obſervare tenentur; nam ſtatuti ſolemnitatibus non ſervatis diviſio fieri non poterit. Simon de Præt. *conſil. 169.numero 7.* Lamberteng. *in tractat. de ſolemnit. requi. in contr. mul.Glo.1.numero 30.* ubi ſub *numero 35* dicit, quod licet minores † cum cauſa, puta ſi ſint provocati, dividere poſſint abſque 76 ſolemnitatibus, tamen quod id mulieres facere non poterunt, & rationem diverſitatis eſſe dicit inter minorem & mulierem, quia minor dividit cum auctoritate tutoris, & perſona mulieris à ſtatuti ſolemnitatibus adjuvari debet.

Verum ad prædicta ſciendum eſt, quod diviſio maxime minori & mulieri † utilis valida erit facta, etiam abſque ſolemnitatibus. Dec.*conſil.532.colum.2.* 77 *lib.2.*Tiraquell.*in tractat.de legibus connubial.gloſſ.8.qu.8.n.89.*Cravet. *conſil.268. in fin.*Menoch.*d.caſu 171.ſub n.37.* Ab hac opinione recedit Simoncel. *in d. tractat. tit.4.ſub n.20.*ſed ab ea non eſt recedendum, quia quod ſit magis communis, tradit Lamberteng.*in d.tractat.in fin.n.168.*

Valida etiam erit, ſi facta fuerit à patre minoris † bonorum legitimo ad- 78 miniſtratore, Simoncel.*d.tractat.lib.2.tit 4.n.18.& lib 3.tit.8. inſpect.1.* Et erit valida ſtante ſtatuto, quod major † decem & octo annis dicatur eſſe perfectæ 79

Mmm 2 ætatis,

ætatis. Corn. *conſil.118.num.6.lib.3.* contrarium tenet Simoncel. *d.tract.lib.2.tit.4. num.19.*

30 Juramento etiam roborata † diviſio valida erit, ut per Simoncel. *dict. lib.2.tit.4.num.21.* Simon de Præt. *conſil.137. num. 162.* Socin. jun. *conſil. 53. lib. 1.* Honded. *conſil.34.num.62.& ſeq.lib.1.* Judex conſideratis perſonis dividere vo-

31 lentium, poſtea etiam res ipſas, quæ † dividi debent, conſiderare debet: Primoque conſiderabit, an inter res dividendas adſint bona feudalia & emphyteutica, & Jura incorporalia, quia ſi dividi non poterunt res ipſæ, erunt dividendæ fructus, cenſus, & eorum adminiſtratio facienda alternis annis. Covarru. *practicar. quæſt. cap. fin.* Cravet, *conſil.318.lib.2. & conſil.895.lib.5.* Roland. *conſil.81.lib.1.* Burſat. *conſilio 291. numero 127. lib. 3.* Menoch. *in tractat. de præſumpt. lib 3. præſumpt. 60. numero nono.* Decian. *conſil.23. numero 37. lib. 1.* Surd. *conſil. 308 numero 24. & conſil. 382. & conſil. 384. lib. 3.* Corbul. *in tractat. de emphyt. tit. de cauſa privat. ob alienat. irrequi. dom. fa. limit. 7.* Rimin. jun. *conſil. 57. lib. 1. & conſil. 58.*

32 Ita de Jure patronatus, quod pluribus in ſolidum † competit, quod dividi non poſſit, tradit Bald. *in l. familiæ 9. Cod. com. utr. jud.* Et quod inter patronos diſcordantes in præſentando ſit commoditas præſentandi dividenda, habetur *in clemen. 1. de jur. patron.* tradit Jaſ. *in l. ſtipulationes non dividuntur, colum. 5. verſ. extra Gloſſ. ff. de verbor. obligat.* Roland. *dict. conſil. 81. num. 30. lib. 1.*

33 De ſervitutibus etiam, quæ dividi † non poſſunt, *l. uſus pars 19. ff. de uſu & habit. l. ſtipulationes non dividuntur. 72. ff. de verbor. obligat.* quod eorum commoditas ſit dividenda, dicendum eſt, *l. via 5. ff. de ſervit.* Gloſ. *in l. ſi partem 26. in fi. ff. de ſervit. ruſt præd.* Dd. *in l. ſtipulationes non dividuntur 72. ff. de verbor. obligat.* Socin. *conſil. 68.* quod eſt duplicatum, *conſil. 165. lib. 2.* Curt. ſen. *conſil. 69. col. 8.* Roland. *conſil. 81. n. 29. lib. 1.*

34 Similiter de via communi inter duas † civitates, quod dividi non poſſit, & quod ſint dividenda pædagia, quæ ibi exiguntur, & quod in maleficiis, quæ ibidem committuntur, habeat locum præventio, tradit Petr. de Ubald. *dict. tract. de duobus fratr. part. 11. numero 23.* Sed de præventione in maleficiis videnda ſunt ea, quæ noviſſime tradit Decian. *in ſuis tractat. criminal. part. 1. lib. 4. cap. 20.* Et de rebus, quæ dividi non poſſunt, ſtan-

35 te † prohibitione, quod fructus dividi poterunt, teſtando de communi opinione, tradit Socin. jun. *conſil. 79. colum. 2. lib. 1.* Roland. *dict. conſil. 81. numero 33. lib. 1.* Et quod etiam diviſio fieri poſſit ratione commodioris culturæ, tradit Alexand. *conſil. 25. colum. 3. lib. 5.* Ruin. *conſil. 29. colum. pen. lib. 5.* Decian. qui dicit, quod per talem diviſionem non deſinit fundus eſſe communis, & non efficiuntur plures fundi, *in conſil. 11. numero 22. lib. 1.*

Secundo

Secundo conſiderabit, an res, puta fundus, commodam † patiatur di- 86
viſionem, quod quando ſit, declarat Bald. *in l. ſancimus 34. C. de donat. & in c. 1. in princ. de duobus fratr. de nov. benef. inveſt.* & Decian. *conſ. 15. num. 38. lib. 1.* & erit iſta declaratio Judici arbitraria, cum certa regula dari non poſſit. Et ſi videbit eam commodam † non pati diviſionem, uni erit adjudicanda, à quo alteri 87
ſuæ partis pretium erit ſolvendum, ut per Bart. *in l. ad officium 3. C. com. divid.* ubi ponit libelli formam, quando agitur communi dividundo pro re ſingulari, & dicit, quod in ejus concluſione contineri debet, quod res dividi debeat, & terminari, vel uni ex eis aſſignari, alteri ſoluto pretio, prout Judicis æquitati magis videbitur. Et dicit, quod Judex ſuo arbitrio poteſt æſtimationem facere, ſi vult, etiam partes non interrogando, pro quo pretio eam habere vellent. Et quod hoc poteſt facere interrogando partes, & admittendo etiam extraneos ad licitationem, ut *in d. l. ad officium* habetur & *in l. 1. & ibi Gl. C. eod. tit.* etiam ſi plures res dividantur, ſi non poſſit congrue fieri diviſio, qui plus habebit, alteri, qui minus habet, pecunias reficere erit cogendus Petr. de Ubald. *d. part. 11. ſub n. 13.* Contra hanc Bart. opinionem † 88
faciunt tradita à Bald. *in l. ſancimus 34. C. de donat.* nam vult, quod ſi res commode dividi non poſſit, præferatur ille, qui in re habet majorem partem. Verum à Bart. opinione non eſt recedendum, & eſt intelligendum Bald. loqui, quod in pari licitatione ſolummodo præferatur ille, qui in re majorem partem habet, ita tradit Tiraq. *in tract. de jure primogen. q. 60. n. 16.* Capic. *dec. 36.* Et ſi adeſſet minor ſeu mulier, quando uni res in totum † venit adjudicanda, quæ 89
ſolemnitates requirantur, ponit Lambert. *in d. tract. de ſolemnit. requi. in contract. mul. Gl. 1. n. 32.* Verum licet Judex, ubi res commodam † non patiatur diviſio- 90
nem, poſſit, ut jam dictum eſt, uti licitatione, tamen hoc non procedit, ſi res patiatur diviſionem, quia unicuique erit pars aſſignanda, & quod unus ex eis ſuæ partis æſtimationem accipiat, cogi non poterit. *l. 1. & ibi Gl. Bart. & Bald. C. com. utr. jud.* Tiraq. *d. quæſt. 60. ſub num. 16.* Et æſtimatio facienda de re, quæ † non patitur commodam diviſionem, non debet fieri pro parte ſo- 91
lummodo, quæ eſſet alteri aſſignanda, ſed de tota re, quia major fit æſtimatio de tota re quam de parte, ut dicit Gl. & poſt eam Bart. *in d. l. 1. C. com. divid.* Tertio conſiderabit Judex, quod ſecundum Azonem *in ſum. C. com. divid. §. in ceteris,* diviſio erit facienda in primis eo modo, in quo † concordant ſo- 92
cii; ſecundo, quod ſociorum omnium utilitas, & non unius ſolummodo erit attendenda, quia communis utilitas eſt præferenda privatæ. *l. Judicem 21. ff. com. divid. l. ſi convenerit 14. l. actione 65. §. Labeo 5 ff. pro ſoc.* & hanc Azonis opinionem refert & ſequitur Petr. de Ubald. *d. tract. part. 11. ſub n. 13.* Et conſiderabit, quod partes † non erunt aſſignandæ ſegregatæ, uni videlicet in 93
capite, & in medio, & alteri poſt principium, & in fine, ſed quoad poſſibile eſt, unite, continuate, & congrue fieri debent. *l. venditor 36. & l. penult. §.*

fin.

94 *fin ff de actio. empti.* Et ſi unus ex dividentibus † habet fundum prope fundum dividendum, & altero nihil ibidem poſſidente, pars poſſidenti aſſignari debet juxta fundum ſuum, *l.2.C de act.empt.lib.2.*facit *l.ſi fundus ff.de leg. 2.*ita tradit Petrus de Ubald. *in dict. tract.part.11. ſub numero 13.* Capic. *deciſ. 42.*
95 Etiam conſiderabit, quod non quælibet † res dividi debeat, ſed quod ſimul in groſſo poni debeat, Gl. *in l.2 in ver. participibus, Cod. quando & quibus quarta pars lib. 10.* quæ dicit ex illa lege notandum eſſe argumentum contra peſſimos & malevolos cohæredes, qui propter unius minimam portionem, vel alterius maximam invidiam minutatim, puta per ſulcos, hæreditatem dividere, vel etiam per perticas cupiunt, & dicit pro hoc facere text. *in l 2.& quæ ibi not. ff. ad leg. falcid.* Anchar. Regien. *quæſt. 40. lib. 3.* Inſuper etiam
96 conſiderabit, quod aliquando res aliqua † in communi erit retinenda, & diviſioni, & æſtimationi locus non erit, ut ſi duo ſocii habeant domus contiguas, & ante domus habeant veſtibulum, nam ſi non recipiat commodam diviſionem, nec æſtimationi locus erit, quia unus ex dominis domorum vendito veſtibulo, & ſic deficiente ſibi aditu, cogeretur etiam vendere domum, textus eſt *in l. arbor.19. §. de veſtibulo 1. ff. com. divid.* & ibi Bald. Capic. *deciſ.63.*

97 Quarto Judex conſiderabit etiam, pacta ſuper † diviſione à ſociis inita eſſe obſervanda. *l.1.§. ſi conveniat. ff depoſiti. l. ſi non fuerint 29. ff. pro ſoc.* ſed conſiderabit, an pactum de diviſione facienda ſocietate finita uno modo obſervari debeat, ſocietate finita alio modo? Et ratione æqualitatis ſervandæ dicendum eſt, quod ſervari debet. *§. illud. Inſt. de ſociet. l. fin. Cod de fruct. & lit. expenſ.* Anchar. *conſ.350. in quæſtione prædicta colum.1. verſ. quarto quia proventio.* Ubi autem inæqualitas ex tali pacto inſurgeret, aut dicendum eſt, quod non valeat, aut quod factum in uno caſu diſſolutionis ad alium extendi non debeat, ut late probat Cravet. *conſ.173. lib.11.*

98 Quinto conſiderabit, ſi res cum abſente † ſit dividenda, qui procuratorem non dimiſit, & quid ſit agendum, docet Bald. *in l. cohæredibus 17. Cod famil. erciſc.* ubi dicit, quod formari debet libellus contra abſentem, & debent citati in genere ejus affines, cognati, & amici per edictum, & alio ex eis comparente defenſorio nomine, cum eo agendum erit, & ſi voluerit litem motam abſenti denunciare, erit ei concedendum, per text. *in auth. qua in provincia. C. ubi de crimin. agi oportet. & in l. neque impuberes 22. in fin. ff. de in jus voc.* & ſi nemo comparuerit, & indefenſus remaneat, & non ſperatur, quod de proximo ſit rediturus, curator erit dandus bonis abſentis, & cum eo judicium experietur, *l. ab hoſtib. 15. in princ. ff. quibus ex cauſ. major.* & hæc dicta Baldi refert Petr. de Ubald. ejus frater *in d. tract. part. 11. num. 26.* & valet diviſio favore abſentis, ſi cadat in ejus utilitatem, Decian. *conſ.39. num. 146. lib.2.*

Sexto

Sexto conſiderabit, quid circa actiones † & obligationes agendum ſit? Et 99
quidem circa credita exiſtentia in perſona cujuſlibet ſociorum, communi-
bus expenſis erunt exigenda, & communi periculo, Alex. *conſ 131. ſub n 8. lib.
1.* Et ſi ante exactionem erunt dividenda, ceſſione uti opus erit, & ille, cui
competit actio, non erit obligatus retinere actionem, & alteri ſolvere pe-
cuniam, ſed dicitur ejus debito ſatisfeciſſe cedendo actiones, & ſufficit, quod
debitores eſſent idonei tempore contractus, ita ut cum eis contraxiſſet qui-
libet diligens paterfamilias, *l. qui ſub conditione 111. § fin. ff. de condit. & demonſtr.*
Dec. *conſ 533. n. 2. & 3. lib. 2.* Circa vero debita talis diſtinctio † adhibenda eſt. 100
Aut adhuc non erant ſoluta, & in diviſione erunt interponendæ cautiones
de ſervando ſocium indemnem à debitis præfatis, & non poteſt ſocius, in
cujus perſona debitum reſidet, quantitatem debitam tempore diviſionis
extrahere de ſocietate, *l. cum ſocii 16. ff. com. divid. & l. omne as 27. & l ſeq ff. pro ſoc.*
Aut erunt jam ſoluta, & tunc erit ei in diviſione ſatisfaciendum, *l. ſi ſocii
28. & ibi Gl. in ver. præſens. ff. pro ſoc.* ſic de expenſis factis pro rebus ſocietatis,
etiam ſi res ſit perempta, eſt text. *in l. 4 & in l. in ſumma 11. ff. com. divid.* Simon
de Præt. *conſil. 142. n. 25.* Aut non erunt ſoluta tempore diviſionis, ſed erat
ſocius condemnatus ad ſolvendum, & erit indemnis conſervandus non
per cautionem, ſed per ſolutionem. Petr. de Ubald. *d. tract. de duobus fratr. part.
11. num. 32.* per text. *in l. certum 13. Cod. famil. erciſc.* Aut neque etiam erat adhuc
condemnatus, ſed de proximo condemnari debebat, vel erat obligatus ex
obligatione habente executionem paratam, & ſimiliter erit in diviſione
per ſolutionem indemnis conſervandus. Petr. de Ubald. *dict. tract. part. 8. num.
13.* ubi dat exemplum de inſtrumento habente clauſulam guarentigiæ, &
de libro mercatorum habente executionem paratam ex forma ſtatuti, &
faciunt tradita per Cyn. & Bald. *in l. certum 13. C. famil. erciſc.* & per eundem
Bald. *in l. ſi pro ea 10 in 6 queſt. C. mand* Alex. *conſ 72. n. 6 lib. 2* Jaſ. *in l. admonendi 31. n.
54. ff. de jurejur.* Galeſ. *in tract. de clauſ. in for. cam. fol. mihi 117. num. 5.* Rota Genuenſ.
deciſ. 28 n. 10.

Septimo conſiderabit, quid circa ſervitutes † agendum ſit. Nam quan 101
do ſit diviſio rei communis non cenſetur actum, quod quis habeat ſervi-
tutem per partem alterius, *l. via conſtitui. 23. §. quicunque 3 ff. de S. P. R.* ubi Bart.
Bald. Flor. & cæteri communiter, qui dicunt hoc non procedere in legato,
ſed bene procedere etiam in venditione. idem tradit Jaſ. *in l. ſervum filii 44.
§. fin ff de leg. 1.* Fabian. *in tract. de empt. & vendit. q. 6 num 17. n. 7.* Bertaz. *in tract. de
clauſul. clauſ 23. Gloſ. 1. num. 4.* Capic. *deciſ. 187.* Et hoc eſſe utile ſcire, maxime
inter fratres † dividentes domum, dicit Petr. de Ubald. *in d. tract. de duobus* 102
fratr. part. 11 numero 9. ubi ponit exemplum de tribus fratribus, qui habebant
domum communem habentem tria ſolaria, & venerunt ad diviſionem,
& cuilibet fratrum aſſignatum eſt unum ſolarium, & illi, qui habebant

ſolaria

ſolaria ſuperiora, volebant tranſire per ſolatium inferius, alio fratre invi-ro, prout tranſire ante diviſionem ſoliti erant, & determinat hoc ab eis fieri non poſſe, & facultatem ſeu ſervitutem tranſeundi non cenſeri reſervatam, per text. *in d.l.via conſtitui 23.§.quæcunque 3.ff.de ſervitut.ruſt.præd.* Ad hoc,
103 igitur ne eveniat, ut unus † ex ſociis dividentibus careat ſervitute, ſeu facultate eundi ad partem ſuam, erit à Judice animadvertendum, & dicit Petr.de Ubald, *d.part.11.ſub n.9.* quod fratres dividentes cauti eſſe debent, ut reſervent expreſſe aditum ad partem in diviſione aſſignatam. Idem tradit Socin. *conſ.139.lib.1.* ubi docte declarat, quod iſta reſervatio reſpectu poſſidentium ſolaria inferiora non erit ſervitus, quia ipſi non habent directum dominium, cum non ſint domini ſoli, ſed tantum utile, ſed quod erit ſolum facultas tranſeundi, & quædam perſonalis commoditas, per Gloſ. ut dicit ipſe communiter approbatam *in l.ſi fundum ſub conditione.§. qui fundum.ff. pro ſoc.* Et quod pro hac reſervatione facienda ſufficiat, & facta dicatur, ſi in
104 inſtrumento † fuerit appoſita clauſula cum acceſſibus & egreſſibus ſuis uſque in vias publicas, tradunt Bart. & Dd. *in l.binas ædes 36.ff.de ſervit.urban.præd.* Petr.de Ubald. *d.part.11.ſub n.9.* ubi tamen dicit cautius eſſe, ſi iter ſeu aditus exprimatur per talem locum reſervatus. Et cavendum eſt, quod in reſerva-
105 tione, quæ † fit de ſervitute, verba concipiantur ita, ut reſpiciant tempus futurum, non præſens, cum de præſenti ſervitus non competeret. Corn. *conſ.146.lib.4.* Et ſi plures ſunt reſervandæ ſervitutes, omnes reſerventur, quia ſi ſolum una reſervaretur, cæteræ remiſſæ cenſerentur. Afflict. *dec.298.* Bertaz. *in*
106 *d.tract.de clauſul.clauſ.23.Gloſ.1.ſub n.4.* ſi ſervitus erit continua, puta tigni † immittendi, & oneris ferendi, reſervatione opus non erit, quia res tranſit cum tali onere, & ſervitute, Petr. *d.part.11.ſub n.9.* Capic. *dec.487.* Bertaz. *d. clauſ. 23.*
107 *Gloſ.1.ſub n.4.* Quæro, an in diviſione transferatur † dominium ſine traditione? Ponit hanc quæſtionem Gl. *in l.& ideo 12.ff.de condict.furt.* Nam *in d.l.* dicitur, quod ſi ſervus communis fuit furatus, & unus ex dominis provocat alterum ad diviſionem ſervi, ſi erit ſervus non provocanti aſſignatus, provocans non poterit agere condictione furtiva, ſed agit provocatus, cui ſervus fuit adjudicatus. Si vero fuerit aſſignatus provocanti, aget provocatus pro ſua parte, quia non fuit tranſlatum dominium in provocantem ex facto ſuo, ſed ex neceſſitate, quia propter provocationem, ex qua inducitur alienatio neceſſaria coactus fuit transferre dominium. Ideo ſtante hac legis præfatæ determinatione, Gloſ. *in ver. retineas*, quærit, quomodo poſſit eſſe, quod fuerit translatum dominium, & ſic opponit. Aut hujus rei, pro qua egimus communi dividundo, poſſeſſionem habemus, & tunc non poteſt agi condictione, quæ poſſidenti non datur, *l.ſive manifeſtus 10 ff.de cond.furt.* aut non, & tunc non potuit tranſire dominium de uno ad alium, poſt ea ponit tres reſolutiones. Una eſt, quod dominiũ transferatur ſine poſſeſſione, per

per text. *in l. ſi fundum. 16. ff. de fundo dotali.* Altera eſt, quod fur ſtatim ſervum
adjudicatum ſocio tradidit. Tertia & ultima eſt, quæ facit ad præſentem
tractatum, quod eſt ſpeciale in tribus judiciis familiæ erciſcundæ, com-
muni dividundo, & finium regundorum, per text. *in §. 1. Inſt de offic. Jud.* 108
Et quia vidimus judicio † communi dividundo agi poſſe, licet res non
poſſideatur, ut habetur *in d. l. & ideo 12. & in l. item Labeo 22. §. fin. & in l. ſeq.
ff. famil. erciſc.* licet *in d. § 1. Inſt. de offic. Jud.* non dicatur acquiri dominium † 109
ſine poſſeſſione, ut conſiderat Bart. *in d. l. & ideo 12 ff. de cond. furt.* ipſe tamen
ſuſtinendo Gl. dicit, quod reſolutio contractus judicatur ejuſdem naturæ,
cujus eſt contractus. Unde ſicut dolus dans cauſam contractui irritat con-
tractum bonæ fidei, ita reſolutionem ipſius, *l. de tutela. 7. & ibi not. C. de in
integr. reſt. minor.* Ita cum in ſocietate ſit ſpeciale, ut dominium transferatur
ſine traditione *l. 1. & 2. ff. pro ſoc.* & not. *in l. 1. in princip. ff. pro dote*, eadem ratio-
ne dicendum eſt, quod in ejus reſolutione transferatur dominium ſine
traditione, & hanc Gloſ. & Bartol. opinionem approbat Caſtr. *in conſil. 216.
num. 2. in fin. lib. 1.* Anchar. Regien. *quæſt. 40. num. 22. lib. 3.*

Declaratur tamen, ut procedat ſolummodo in communione prove- 110
nienti † ex contractu ſocietatis, ex quo transfertur dominium ſine tradi-
tione, & non procedat in communione provenienti ex alia cauſa, ut dicunt
Bart. & Caſtr. *in locis proxime citatis.* Et ſpecialius declarari debet, ut procedat
ſolummodo in ſocietate omnium bonorum, & in rebus, quæ erant ſocio-
rum ante contractam ſocietatem, & non procedat in cæteris ſocietatibus,
& in rebus quæſitis poſt contractam ſocietatem, quia in eis ſine traditione
ſocietatis natura attenta dominium non transfertur, ut dixi ſupra *c. 9. n. 45.
& c. 14. n. 5. & n. 39.*

N. 72. Rectè *Covarruvias lib. 2. variar. reſolut. c 14. n. 1. verſiculo, quinto:* Iuramentum non augere obligationem extrinſecus, ſed ei intrà ſuos limites manenti, addere religionis vinculum: huc uſque Covar. Videatur *Sichard. ad l. 2. Cod. de reſcind. vend. lib. 4. tit 44. n. 12.* qui idem eleganter probat. Et ſi ulterius extendatur, ita ut contractus de jure invalidos, validos reddat: quid aliud ſit quàm rete & laqueus quo capiatur jurans; imò verò ſummus tyrannus, ſuprà & contrà leges quaſcunque: nullo relicto refugio aut juris auxilio, quo miſer ille reſtituatur qui ſemel eo irretitus eſt; non minor, non impubes, & ne quidem in contractibus invalidis, adeò juramenta illa placuere interpretibus noſtris. Vide *ſuperius c. 5. n. 24* & *Math. de Afflictis deciſ. 323.* Prudenter Anthonius Mathæus, contractum qui per ſe non ſubſiſtit, etiamſi jusjurandum adjiciatur, nihilo magis valere ait *theſi 21. d. ℔ de obligat* Et *Imbertus in encheiridio juris Gallici §. jurisiurandi. Morib. ibi omnes jurisiurandi effectus abrogatos; quia, inquit, cum principalis contractus lege improbatus eſt, omnia quæ ex eo ſequuntur, irrita ſint. l 5. Cod. de legib l 14. & in fine iſtius §. Porrò in his omnibus iusiurandum ad alium finem non adhibetur, niſi ut proximus, dolum paſſus, ob damnum non poſſit, propter iusiurandum queri. Itaque inde maxima oritur iniuria, unde ius æquum bonumque debuit proficiſci,* huc uſque Imbertus.

CAPUT XL.

Diviſio facta an retractari poſſit?

SUMMARIA.

1 *Diviſio ſemel facta retractari non debet.*

2 *Fallit, ſi ſit facta ex falſa cauſa, & per errorem, &* num.5.
Etiam ſi ſit adhibitum juramentum.

3 *Etiam ſi fuerit erratum in jure, quia in diviſione agitur de damno evitando.*

4 *Error, ubi tractatur de damno evitando, dicitur probatus, quando conſtat rem aliter ſe habere.*

6 *Diviſio probat juſtam cauſam uſucapiendi & præſcribendi.*

7 *Diviſio retractatur, ſive error conſiſtat circa res, ſeu circa perſonas.*

8 *Et procedit etiam ſi diviſio fuit approbata in laudo à partibus emologato.*
Et ſi fuit approbata ſententia Judicis.
Quia ſententia ob errorem juris etiam retractatur.

9 *Declaratur, ſi in judicio fuit ſuper errore plene diſcuſſum.*

10 *Diviſio confirmata decreto Judicis etiam retractatur, quia Judicis decretum non interponitur adhibita plena diſcuſſione.*

11 *Diviſio facta per errorem neque in vim donationis ſuſtineri poteſt, & procedit etiam ſi diviſio eſſet facta inter convinctos.*

12 *In vim donationis valere non poteſt, quia hæc verba non patiuntur.*

13 *Donatio non præſumitur, potius præſumitur error etiam in facto proprio.*

14 *Donatio facta etiam coram Judice non præſumitur, ſtante decreti prohibitione.*

15 *Etiam ſi in inſtrumento diviſionis fuiſſet appoſita clauſula*, ex certa ſcientia, *diviſio errore facta non valet.*

16 *Confeſſio proveniens virtute dictæ clauſulæ non nocet, docto de errore.*

17 *Iſta clauſula errore appoſita cenſetur, prout errore fit diviſio.*
Præſumitur etiam appoſita ex ſtylo Notariorum.
Etiam ſi fuit dictum, conſulte, deliberate, & ex certa ſcientia, *&* numero 20.

18 *Et ſi fuit renunciatum condictioni indebiti, & ſine cauſa.*

19 *Etiam ſi fuerit appoſitum juramentum ſive aſſertorium, ſive promiſſorium, &* n. 21.
Erit ſaltem concedenda abſolutio.
Et Judex cogere poteſt partem adverſam ad relaxandum juramentum.
Juramentum quando non ſit obſervandum, diſtinguitur.

22 *Diviſio*

22 *Diviſio quod non ſit retractanda, ſtante juramento tenent aliqui.*

23 *Prima opinio probatur, petita tamen abſolutione.*

24 *Diviſio retractatur, ſi cuique non fuit debita portio aſſignata.*

25 *Vel, ſi res aliqua indiviſa remanſerunt.*

26 *Diviſio doloſa retractatur, & num.* 27.

28 *Diviſio ob inaequalitatem retractatur, ſi ſit ultra dimidium, & n.* 30. & n. 44.

29 *In diviſione quid uni datum fuerit, conſideratur habita relatione ad partem alterius.*

30 *Evictio habet locum in diviſione cum diſtinctione.*

31 *Evictio licet fuerit dictum quod non veniat in venditione, nihilominus venditor tenetur reſtituere pretium, non ſic eſt in diviſione, & quae ſit ratio diverſitatis.*

32 *Non procedit, quando fuerunt aſſignata bona libera, & alteri bona obnoxia, & debetur evictio, etiam ſi ſequeretur ex natura rei, & ex praeordinatione auctoris.*

33 *Contraria opinio, quod non habeat locum evictio, ſi res obnoxia ſcienter fuit uni aſſignata, probatur, & n.* 34.

35 *Inaequalitas ſuperveniens in diviſione ex accedenti non conſideratur, ſufficit, quod fuerit obſervata à principio aequalitas.*

36 *Ceſſante evictione, ſi res ſcienter obnoxia acceptata fuit in diviſione, non datur actio ad repetendum pretium, & ad repetendam rem datam.*

37 *Etiam ſi eſſet promiſſum de evectione, niſi fuerit dictum expreſſe, quod teneretur, ſi eveniret ex natura rei, & ex praeordinatione auctoris.*

38 *Quem de evictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio, non habet locum in re reſtitutioni obnoxia ſcienter accepta.*

40 *Diviſio etiam facta judicio ſortis reſcindi debet, ſi adſit laeſio ultra dimidiam, adhibita diſtinctione.*

41 *Diviſio ſtante laeſione ultra dimidiam, quod non ſit retractanda, adhibito juramento.*

42 *Remedium* l. 2. C. de reſcind, vendit, *an tollatur, ſtante juramento, & n.* 43.

44 *Diviſio, quod ſit retractanda, ſtante laeſione in ſexta parte etiam adhibito juramento probatur, & num.* 45.

Obtenta tamen abſolutione.

46 *Signum ſocietatis, ſocietate diſſoluta, penes quem remanere debeat.*

47 *Signum artificij.*

48 *Signum peritiae.*

49 *Signum fiduciae,* num. 50. 51. & 52.

53 *Libri ſocietatis, diſſoluta ſocietate, apud quem remanere debeant.*

REgula eſt, quod diviſio ſemel facta † retractari non debeat, ſed quod tantum, ſi quae res indiviſae remanſerunt, dividantur. *l. ſi major. 4. C. com. divid. l. 4. §. hoc judicium. ff. eod. Gloſ. ult. in fin. in l. ſi ſoror. 8. C. de collat.* Beccius *conſil. 90. n. 2.* Menoch. *conſ. 91. n. 28. lib. 1.* Fallit regula iſta, ſi diviſio ex falſa † cauſa & per errorem facta fuit, quia ubi error eſt, ibi non eſt conſenſus:

leg. ſecunda, in princip. ff de jud. l. nihil conſenſui 116. §. fin. ff. de reg. jur. l. ſi per errorem 15. ff. de juriſdict. omn. judic. Et nullius valoris eſſe ea, quæ ex falſa cauſa geruntur, late comprobat Menoch. *conſilio nonageſimo primo. num. 40. cum plur. ſequentib. lib. 1.* ubi *n 43.* dicit, quod etiam juramentum falſa de cauſa præſtitum vitietur, poſt Pariſ. *in conſil 90. num. 24. lib. 1.* Et ſive ſit error facti, ſive
3 juris † non nocet, quando, prout evenit in diviſione, agitur de damno evitando *l. juris ignorantia 7. & l. error. 8. in fin. ff. de juris & facti ignor. l. non fatetur 2. ff. de confeſſ.* Caſtr. *in l. poſt diviſionem 4. C. de juris & facti ignor.* Becc. *conſ. 90. num. 14.* Menoch. *conſ. 91. num. 52. lib. 1.* Marchabr. *conſ. 2. num. 28.* Rimin. jun. *conſ. 193. num. 29. lib. 1.* Socin. jun. *conſ. 50. num. 24. lib. 4.* Cravet. *conſ. 425. n. 5. lib. 3.*
4 Et de errore dicitur conſtare, quando probatur † rem aliter ſe habere, quando tractatur de damno evitando, *l. de ætate 11. §. ult. ubi Gl. ff. de interrog. act. 11. l. cum de indebito 25. ff. de probat.* Bart. *in l. ſed ſi nec putem 22. ff. de cond. indeb. & in l. error. 2. in fin. Cod. de juris & facti ignor. & in conſ. 85. in quæſtione Joannis* Bald. *conſ. 99. in cauſa lib. 1.* Alex. *conſ. 102. lib. 1. & conſ. 156. n. 10. lib. 6.* Ruin. *conſ. 134. num. 5 lib. 1.* Jaſ. *in l. ſi poſt diviſionem 4. n. 3. C. de juris & facti ignor.* Socin. *conſ. 25. num. 3. & conſ. 33. num. 5. lib. 4* Balbus *in l. Celſus num. 27. de uſucap.* Menoch. *d. conſ. 91. num. 11. lib. 1.* Beccius *d. conſ. 90. num. 11.* Cravet. *conſ. 188. n. 9. lib. 1. & conſ. 851. num. 12 lib. 5.* Franc. Vegg. *conſ. 19. num. 17.* Dec. *conſ. 408. ſub n. 7. lib. 2.* Curt. jun. *conſ. 92.* Maſcar. *in tract. de probat. concl. 636. num. 10. & concl. 641.* Quod autem
5 diviſio † errore facta, & ex falſa cauſa, retractari debeat, probatur *in l. cum putarem 36 ff. famil. erciſc.* ubi diviſio facta cum aliquo, tanquam cohærede, qui non erat, retractatur cognito errore, & *in l. ſi poſt diviſionem 4. C. de jur. & facti ignor.* ubi ſimiliter diviſio per errorem facta retractatur, *in l. ſi ſoror 8. C. de collat.* ubi retractatur diviſio, cognito quod plus ad unum, quam ad alterum pervenerit, & *in l. majoribus. 3. C. com. utr. jud.* ubi etiam majoribus ſubvenitur, ſi perperam per fraudem vel dolum diviſio facta fuit, quia in bonæ fidei judiciis, quod inæqualiter factum eſſe conſtiterit, in melius reformabitur. Et probatur *in l. cum ſolus 29. ff. de uſucap.* ubi Pomponius ait, illum, cui tanquam hæredi tradita res eſt ab altero vero hærede, non præſcribere ex eo titulo, cum ſit nullus. Hunc text. ad hoc probandum citat
6 Menoch. *in d. conſ 91. n. 31. lib. 1.* ſed quia agitur ibi de † materia præſcriptionis, & an diviſio juſtam uſucapiendi cauſam præbeat, pro ejus intelligentia quando ſit, quod diviſio non præbeat juſtam cauſam uſucapiendi videnda ſunt tradita ibi per Bart. & per Gloſ. & Dd. *in l. 1. C. com. utr. jud.* & per Balbum *in tract. de præſcript. part. 1. partis principalis quæſt. 4.* Et hanc opinionem,
7 diviſionem doloſe vel erronee, & ex falſa cauſa factam † & per errorem, ſive error ſit in facto, ſive in jure, ſi tractetur de damno evitando, etiam in lucro jam quæſito, ſive error conſiſtat in rebus ſive in perſona, retractari, tenent Bald. *in conſ. 386. proponitur. lib. 1.* Caſtren. *conſ. 123. dubitatur primo, an*

tenetur.

tomes. num.5. lib.2. Anchar. *conſil.291. ſuper pluribus. num.3.* Alex. *in l. ſi ſoror 8. in fin. C. de collat. in conſil.168. num.1. lib.1.* Dec. *in d.l. ſi ſoror. in 2. not. & in conſil.408. num.1. & in conſil.525. num.5. lib.2.* Socin. jun. *conſil 48. num. 42. & conſ. 128. n. 121. lib.1.* Cravet. *conſ.26. in fin. & conſ. 188. num 9. & conſ. 221. num. 8. lib. 1.* Menoch. *conſ.91. lib.1. & conſ.288. num.41. lib.3. & conſ.320. num.18. lib.4. & conſ. 498. num.27. lib 5. & conſ 813. num 53. lib.9.* Pancirol. *conſ.1. n.95. lib.1.* Beccius *conſ. 90. num. 10.* Burſat. *conſ.339. n.22. lib.3.*

Ampliatur iſta concluſio, ut procedat, & vera ſit, etiamſi laudo à partibus † emologato diviſio facta fuerit confirmata. Licet enim ex tali diviſione fuiſſet tranſlatum dominium, attamen docto de errore tranſlatio reſcinditur. Menoch. *d. conſ.91. n.58. & n.62.* per text. qui aperte loquitur in diviſione facta ex laudo arbitri, *in d l. ſi ſoror. in fin. C. de collat.* & etiamſi facta fuerit à Judice, quia ſententia ob errorem etiam juris retractatur, Corneus *conſ.156. viſa facti ſerie. col. ult. verſ. nam & ſi ex cauſa.* Dec. *conſ. 525. num. 11. lib. 2.* Menoch. *d. conſ.91. n.59.* 8

Declaratur tamen, ut iſta ampliatio procedat, quando in judicio † non fuit plene diſcuſſum ſuper prætenſo errore. Si enim de eo fuit actum, & plene diſcuſſum coram arbitro, & coram Judice, amplius diviſio retractari non poſſet, & ita intelligitur procedere text. *in l. cum putarem 36. ff. famil. erciſc.* ut declarat Menoch *in d. conſ.91. n.62.* & clarius *d. conſil.320 n 26. lib.4. & in conſ.119 n.21. & 22. lib. 2. & conſ. 105. n. 95. lib.1.* Et ideo etiam diviſio per decretum † Judicis approbata docto de errore retractatur, quia decretum non interponitur in judicio contradictorio, & adhibita plena diſcuſſione, ſed inter volentes, ut per Dec. *conſil.351. n.7. verſ. non obſtat. lib.2.* Menoch. *dict. conſil.320. n.26. lib.4. & conſil.105. n.95. libro primo.* 9 10

Secundo ampliatur, quod talis diviſio neque etiam in vim † donationis ſuſtineri poteſt, quia qui dividunt bona non dividenda, dicuntur facere actum nullum, & per conſequens nugatorium, qui quod valeat in vim donationis, ſi non valet in vim diviſionis, cenſeri non debet, ut per Rimin. jun. *conſ.193. n.32. lib.2.* Et procedit etiam, ſi eſſet facta diviſio inter conjunctos, quia ad præſumendam inter eos donationem multa requiruntur, ut declarando *l. Procula 26. ff de probat.* tradit Socin. *conſ.25. n.10. lib.4* Menoch. *in tract. de arbitr. jud. caſu 88. n.16. & in d. conſ 91. n. 53. lib. 1.* Etiam in vim donationis † valere non poteſt, quia facta expreſſione diviſionis verborum ſignificatio non petitur, ut fiat tranſitus in formam contractus donationis, juxta doctrinam Bart. *in l ubi ita donatur 27 ff. de donatio. cauſ. mort.* & per Dec. *in conſil.293. in fin. lib.1.* Rimin. jun. *d. conſil. 193. num. 34. lib.2.* Et dicit Beccius *in d. conſil. 90. num 18* quod donatio † non præſumitur, & quævis potius interpretatio capienda eſt, quam donationis *l. cum de indebito. 25. ff. de probat.* & quod potius præſumitur error in facto proprio, & error juris 11 12 13

 quam

quam donatio. Ruin. *conſ.167. n.12. & n.19. lib.2.* Et facta diviſione donatio-
14 nem factam † modo aliquo cenſeri non poſſet, ſi adeſſent ſtatuta prohibentia fieri abſque inſinuatione, vel alia certa forma non ſervata, & hoc procedit etiam, ſi diviſio coram Judice facta fuiſſet. Rim. jun. *in §. 1. n. 137. Inſt. de donat. & in d. conſ. 193. n 36. lib.2.*

15 Tertio ampliatur etiam, ſi in inſtrumento † diviſionis fuiſſet appoſita clauſula, *ex certa ſcientia*, quia cum diviſio ſortiri effectum non poſſit, ubi bona non ſunt communia, talis etiam clauſula, quæ reſpectu diviſionis apponitur, aliud operari, nempe donationem, quæ ex actu diviſionis reſultaret, dici non poteſt, ut ex Aret. *in conſ. 14. ſub num.8. verſ. ſecundo, quia tradit.*
16 Menoch. *conſ.91. ſub n.52. lib 1.* Et confeſſio proveniens † à tali clauſula non nocet, & dicitur erronea, quando poſtmodum probatur rem aliter ſe habere, Bald. *in l. ſed & ſi quis. 4. §. ult. in fin. ff. ſi quis caut*, Socin. *conſil.159. n.24. lib 2.* Ruin. *conſil.167. n.19. lib.2.* Dec. *conſil.408. n.7.* Becc. *conſil.90. n.19.* Menoch. *conſil 91. ſub n.52. lib.1* Marchab. *conſil.2. n.31.* Et iſta clauſula cenſetur prove-
17 nire † eodem errore, quo provenit diviſio, & ſicut corruit diviſio, ita etiam clauſula corruere debet. *l. doli. 19. verſ. diverſum. de novat.* Bart. *in l. ult. §. idem quærit. ff. de condit. indeb.* Corn. *conſil.189. num.12. lib.1.* Socin. *conſil.159. n.24. lib.2.* Ruin. *conſil. 167. num. 19. & num. 23. lib. 2.* Menoch. *d. conſil. 91. num. 54. lib. 1.* Becc. *d. conſil. 90. ſub num. 19.* & de communi teſtatur, ubi etiam conſiderat, quod iſta clauſula potius ex ſtylo Notariorum, quam ex partium conſenſu apponi ſolet, ex Bart. communiter recepto *in l.1. num. 10. de jure codicill.* Et ſi fuerit etiam dictum, *conſulte deliberate, ex certa ſcientia, & non per errorem*, quod talis clauſula detecto errore nihil operetur, tradit Franc. Vegg. *conſil. 19. in fin.* poſt Socin. *conſil.214. col.6. lib.2.* Et iſta ſunt vera, etiam ſi fuiſſet renun-
18 ciatum † conditioni indebiti, & ſine cauſa, &c. ut per Becc. *dict. conſil. 90. num. 20. verſic. non obſtat quartum.*

19 Quarto ampliatur etiam, ſi in † inſtrumento diviſionis cum dictis clauſulis fuiſſet appoſitum juramentum, quia ſi juramentum eſt aſſertorium de præterito, ut quia ſit juratum, omnia & ſingula eſſe vera, cognito eſſe falſa, & ſic detecto perjurio non obligat. Cyn. *in l. 1. C. de ſacroſ. eccleſ.* Bart. *in l. cum quis decedens, §. Titio. ff. de leg.1.* Si vero eſt promiſſorium
20 † de futuro, quia juratum ſit non contravenire, ſimiliter docto de errore, diviſio erit retractanda, ea ratione, quia ea facilitate, qua ex cauſa erronea fuit facta confeſſio & diviſio, eadem etiam facilitate cenſetur appoſitum juramentum, & quia ubi eſt error, ibi non eſt conſenſus. *l. ſi per errorem. 15. ff. de juriſd. omn. jud.* ita tradit Ruin. *conſil.167. num.23. lib.2.* & non abſunt illa tria requiſita ad hoc, ut obliget, etiam juris canonici diſpoſitione inſpecta, nempe veritas, juſtitia & judicium. *c. animadvertendum. 22. quæſtio. 2.* Caſtr. *conſil. 122. ſub num. 4. lib. 2.* ubi conſiderat, quod etiam ſi tale juramentum obligaret

obligaret ipſo jure, nihilominus eſſet concedenda abſolutio, quia conſiderat ipſe, quod licet ſit obſervandum juramentum, quando ab utraque parte poteſt obſervari, ſine peccato, tamen non debet obſervari, quando contineret peccatum, ex parte jurantis. §. *non enim in auth. ſcenicas non ſolum fidejuſſiones*. Et debet concedi juranti abſolutio, quando creditor recipiendo peccatum committeret, ut ſi fuit promiſſum ſolvere uſuras, & juratum. Nam à juramento debet concedi abſolutio, ne creditor cum peccato uſuras recipiat. Cravet. *conſil. 192 num. 11. lib. 1.* ita iſti juranti in diviſione per errorem debet concedi abſolutio, ne alter cum peccato habeat, quod ſibi non debetur, & conſtito de errore, quod Judex cogere poſſet partem adverſam ad relaxandum juramentum, tradit Seraf. *in tract. de privileg. jur. privileg. 90. in fin.* Et hanc opinionem, quod docto de errore † diviſio ſit retractanda, etiam ſi adſit juramentum, tenet Ruin. *dict. conſil. 167. num. 22. & ſeq.* ubi de communi *lib. 2.* Becc. *conſil. 90. n. 20.* Franc. Vegg. *d. conſil. 19. ſub num. 14. & ſeq.* Dec. *conſ. 408. num. 8. & ſeq. lib. 2.* Socin. jun. *conſ. 50. num. 31. & ſeq. lib. 4.* 21

Contra hanc opinionem faciunt † tradita à Seraf. *in d. tract. de privil. jur. privil. 90.* ex doctrina Bart. *in l. ex hac ſcriptura. 16. n. 12. ff de donat.* ubi dicit juramentum operari, quod error allegari non poſſit, ea ratione, quia quis jurando videtur velle, quod actus valeat omni meliori modo. Nam dicit Seraf. *ſub n. 9* dato, quod jurans propter errorem non obligetur, tamen propter juramentum de errore opponere non poteſt, & dicit, quod paria ſunt, actum eſſe validum & legitime factum, vel invalidum, ſi de ejus invaliditate doceri non poteſt. *l qui habebat 54 ff de manumiſ. teſtam* Fatetur tamen *n 14.* quod ſi pars non contradiceret, & non appellaret, erroris probatio valeret, per ea quæ tradit Felin *in c 2. n 27. de probat.* Et admittit ſub *n. 14.* quod error eſſet † attendendus. ſi de eo conſtaret per inſpectionem, & lecturam inſtrumenti, vel per confeſſionem partis, etſi Judex hoc faceret ex ejus officio. Ego ſum in opinione, quod juramento non obſtante, ubi non fuiſſet juratum de errore, non poſſit opponi, ut per Theſaur. *deciſ. 260. in fin.* quod error poſſet allegari & probari quia non facit contra juramentum ille, qui jurando erravit, cum in errante, ut dixi, non adſit conſenſus. Et ſi actus virtute juramenti debet valere omni meliori modo, erit verum in actu ipſo diviſionis, quem jurans omni meliori modo, præſuppoſita communione, facere intendit, & non eſt conveniens, quod propter juramentum jurantis alter cognita veritate bona ad eum non ſpectantia retineat. Et quod iſta ſit opinio magis communis, & verior, tradit Rimin. *conſil. 192. colum fin. lib. 1.* tamen ſemper conſulerem, quod abſolutio ante erroris obligationem à Judice eccleſiaſtico peteretur, quia ſemper tutior via in dubio eligenda eſt, & eſſe concedendam abſolutionem 22 23

tradit

tradit Caſtren. *d. conſil. 122. lib. 2.* & Ruin. *d. conſ. 157. in fin. lib. 2.* Maſcat. *concl. 531. num. 31.*

Secundo principaliter non ſolum, ut jam dixi, diviſio ex falſa cauſa, &
24 per errorem † facta retractari debet, ſed etiamſi non congrue facta fuit, ut quia non fuerit cuique habenti communem debita portio aſſignata. *l. ſi ſoror. 8. C. de collat. & l. 3. C. com. utr. jud.* Falſa enim cauſa & error in ſuperioribus dictis conſiderata fuerunt, quando ad diviſionem ille admiſſus fuit,
25 qui admitti non debebat, vel ſi res aliquæ communes † indiviſæ remanſerunt, quæ diviſione non obſtante conferri & dividi debent. Gloſ. ult. *in fin. in d l. ſi ſoror. 8. C. de collat.* Menoch. *conſ. 91. n. 28. lib. 1.* Et loquimur modo de
26 diviſione facta inter eos, inter quos vere res † erant dividendæ, ſed uni plus, quam alteri aſſignatum fuit, & quidem ſi in tali aſſignatione dolus intervenit, procul dubio diviſio erit retractanda, quia bonæ fidei judiciis dolus penitus contrarius eſt, ut habetur *in d. l. 3. & ibi Bart. C. com. utr. jud.* Franc. Vegg. *conſ. 19. ſub n. 13.* Menoch. *conſ. 87. ſub num. 86. lib. 1.* ubi loquitur de
27 aſſignatione doloſe facta † de bonis fideicommiſſo ſubjectis uni prole carenti, ut redirent ad alterum habentem filios. Surdus *conſ. 382. num. 51. & ſeq. lib. 3.* ubi dicit non valere diviſionem tanquam fraudulentam, quando uni fratrum, qui prole caret, aſſignatur totum allodium, & fratri prolem habenti aſſignatur totum feudum, quia eo tendit, ut mortuo vaſallo cum prole dominus excludatur à ſucceſſione, & idem tradit *in conſ. 384. n. 57. lib.*
28 *eodem.* Si vero petatur, quod diviſio † retractetur, quia æqualiter facta non fuit, non ſemper inæqualitate ſtante erit retractanda, ſed tunc demum, quando inæqualitas erit ultra dimidiam. Simon de Prætis *conſ. 137. n. 2.* quia diviſio eſt ſimilis permutationi, & emptioni. *l. 1. & ibi Gloſ. C. com. utr. jud.* ideo, ſicuti fit in venditione, in diviſione conſideratur ut conceſſa cenſeantur ea omnia, quæ ſunt intra fines rei in diviſione aſſignatæ. Cravet. *conſ. 37. n. 6.*
29 *lib. 3.* Et ſumpto argumento † à prædicamentis ad aliquid, quemadmodum quid in venditione fuerit comprehenſum conſideratur, habita relatione ad pretium, ita quid uni pro parte datum fuerit conſideratur, habita relatione ad partem alterius. Cravet. *dict. conſil. 377. num. 7. lib. 3.* Menoch. *in tract. de arbitr. jud. lib. 1. quæſt. 11. num. 16.* ex Socin. *in l. 1. num. 8. ff. de rebus dub. & in conſ. 98. in fin. lib. 1.* Cravet. *conſil. 310. num. 3. in fin. lib. 2.* Curt. jun. *conſ. 80. num. 1.*
30 Evictio etiam † in diviſione locum habet, quia eſt ſimilis permutationi & venditioni, ut dicit Gloſ. *in d. l. 1. Cod. com. utr. jud. & in l. heredes 25. §. item curare 21. ff. famil. erciſ. & in l. item quamvis 10. in fin. ff. com. divid.* Petr. de Ubald. *in tract. de duob. fratr. part. 8. n. 23.* Et talis diſtinctio adhiberi ſolet, ut per Gl. *in l. ſi familia 14 C. familia erciſ.* Aut convenitur, quod de evictione quis teneatur & tenetur. Aut nihil fuit conventum, & ſimiliter tenetur, niſi quis ſcienter alienum recipiat. *l. fratres. 7. C. com. utr. jud.* ubi accipiens ſcienter

rem

rem alteri obligatam de evictione agere non poteſt, niſi ſpecialiter fuerit promiſſa. & *l. ſi fundum 27. Cod. de evict.* ubi non agit de evictione ille, qui ſcienter emit rem alienam, vel alii obligatam, niſi expreſſe de evictione ſit ſtipulatus. Aut fuit conventum, quod non teneretur de evictione, & non tenebitur, ut habetur *in d. l. ſi familiæ 14. C. famil. erciſc.* Et quamvis in venditione, ſi fuit conventum † ne locum habeat evictio, nihilominus venditor tenetur ad verum rei pretium, *l. emptorem 12. §. fin. ff. de act. empt.* tamen hoc non procedit in diviſione, quia in venditione ſolus emptor ſuſcipit rei eventum, & in diviſione uterque ſuſcipit rei eventum, ita dicit Gloſ. per text. *in d. l. ſi familiæ*, ubi Bart. dicit eam eſſe ſingularem, & menti tenendam. Hanc Gloſ. opinionem, ejus ratione † attenta, non procedere declarat ibi Guido Suzar. ut refert ibidem Bald. ſub *num. 3. verſ. iſta Gloſſa.* quando uni aſſignata fuiſſent omnia bona libera, & alteri omnia bona obnoxia, quia ceſſat ratio mutui periculi. Et hanc declarationem ſequuntur, & eam procedere dicunt, etiam ſi evictio ſequatur ex præordinatione auctoris, & ex natura rei. Alex. *in l. qui Romæ 122. §. duo fratres 6. n. 34 ff. de verb. oblig.* Alciat. *ibidem n. 37. & in conſ. 133. ſuperiorib. n. 5. & conſ. 138. prima facie. n. 3. & conſ. 526. fideicommiſ. ad fin.* Menoch. *conſ. 87. n. 84. lib. 1.* qui *n. 86.* ſubjungit, quod niſi locum haberet evictio, magna inæqualitas ſequeretur, quæ tamen inter fratres & ſocios maxime eſt evitanda. 31 32

Verum tenendum eſt, hanc Guidonis † declarationem non eſſe veram, quia an quis teneatur de evictione provenienti ex natura rei, & ex præordinatione auctoris, non inſpicitur, an res obnoxia fuerit uni in totum aſſignata, ſed inſpicitur, an dividentes talem rem eſſe obnoxiam ſcientiam habuerint, quia tunc ille, qui eam ſcienter in diviſione accepit, de evictione agere non poteſt, quia non ignarus de æqualitate rei ſibi imputare debet, ſi eam accepit. *d. l. ſi fundum ſciens 27. C. de evict. & d. l. ſi fratres 14. C. com. utr. jud.* & ibi Odofr. Cyn. Alb. & cæteri, & hoc vult Gloſ. *in d. l. ſi familiæ, in fin. C. famil. erciſc.* de allegat. *d. l. ſi fundum ſciens*, & eam ſequuntur Odofr. Cyn. Alber. Bart. Bald. Angel. & cæteri, & communiter approbatam dicit Curt. ſen. *conſil. 48. memoria, ſub n. 39.* Et hanc opinionem, quod evictio locum non habeat, ſi uni in totum res † obnoxia, puta ſuppoſita fideicommiſſo, vel feudalis, vel emphyteutica ſcienter aſſignata fuit, late comprobant ſcribentes in eadem cauſa, Rolan. *conſil. 51. lib. 4.* & Becc. *conſil. 24.* Surd. *conſil. 311. num. 27. lib. 3.* Et ratio æqualitatis conſervandæ in contrarium conſiderata non obſtat, quia ſufficit ab initio † æqualitatem in diviſione ex partium conſenſu fuiſſe ſervatam, & inæqualitas ſuperveniens ex accidenti non conſideratur. Bald. *in d. l. ſi familiæ, in fin.* Bero. *conſil. 108. in fin. lib. 1.* Becc. *d. conſil. 24. num 37.* Socin. jun. qui conſuluit in caſu Beroi *conſil. 119. in fin lib. 3.* Roland. *d. conſil 51. in fin. lib. 4.* Neque ſecuta evictione danda eſt actio † præſcriptis verbis, 33 34 35 36

Ooo ad

ad repetendum data in diviſione, ut ſit in permutatione, cui ſimilis eſt di-viſio. Neque ex eo, quod ſit ſimilis emptioni, datur actio ad repetendum pretium, quia iſta ceſſant, quando res evincitur ex natura rei, & ex præordinatione auctoris, cum ſciens quis talem rem obnoxiam in diviſione accipiat. Curt. ſen. *conſil.63. antiquiſſima ſub n.19.* Becc. *d.conſil. 24. n. 38.* Et eſt
37 verum, etiam ſi eſſet promiſſum † de evictione, quia talis promiſſio intelligitur ſecundum naturam rei, ſuper qua interponitur, & ad hoc, ut ex tali promiſſione agi poſſit, oportet, ut ſit in ſpecie promiſſio facta etiam ſi ſequeretur evictio ex natura rei, & præordinatione auctoris. Rolan. *d.conſ.51. n.19. lib.4.* & Beccius *d. conſ.24. n.32.*

38 Et regula illa, quem de evictione † tenet actio, eundem agentem repellit exceptio. *l. vindicantem 17. & l. ſeq. ff. de evict. & l. cum à matre 14. Cod. de rei vendic.* non habet locum, quando res ſcienter aſſignata in diviſione evincitur, ex natura rei, & ex præordinatione auctoris. Aret. *conſil. 3. in princip.* Curt. ſen. *conſ 48. num.15. & ſub num.79.* Rolan, *d. conſ 51. n.19. lib.4.* & Becc. *d. conſ 24. num.36.*

Et ut redeamus, unde abiimus, non tamen extra propoſitum, cum, ut
39 dixi, diviſio ſit † ſimilis venditioni, quatenus ea reſcindi debeat ob læſionem, erit dicendum, quod ſicut emptio reſcinditur, quando intervenit læſio ultra dimidium juſti pretij, ita ſit reſcindenda diviſio, quando adſit læſio ultra dimidium, ita tradit Gloſ. *in l. 3. in ver. vel perperam. C. com. utr. jud.* & Bart. ibi *in ſummario* dicit, quod in diviſionibus ſubvenitur ei, qui eſt deceptus dolo adverſarij, vel re ipſa, ultra dimidium juſti pretij; & ſubjungit *d. l.* valde eſſe notandum, quæ generaliter extendit. *l. 2. Cod. de reſcind. vend.* ad omnes contractus bonæ fidei, & bene eſſe notandam d. Gl. *in ver. perperam.* Et hanc Gloſ. opinionem ſequitur etiam Simon de Præt. *in conſ.3. n.32. & conſ.137. n.12.*

40 Procedit etiam iſta opinio, ſi judicio ſortis † cuique aſsignatio facta fuit; ſi enim adeſt læſio ultra dimidiam reſcindi debet, Petr. de Ubald. *d. tract. de duobus fratr. part. 11. ſub n.13.* ibi: *Bene tamen verum eſt, quod ſi uni ex ipſis fratribus judicio ſortis dividentibus ex ipſius ſortis infelicitate intollerabilis deceptio contingit, debet ipſa diviſio in melius reformari*, ut concludit Bald. *in l. majoribus. C. com. utr. jud.* & ſubjungit, quod hoc non procedit, ſi diviſio à Judice facta fuiſſet, & ejus ſententia in judicatum tranſiiſſet, quia ab ea appellandum erat, & de Judicis ſententia dixi ſupra *n.9.* Bald. *conſil.238. lib.1.*

Et hæc dicta de judicio ſortis ita procedere declararem. Aut dividentes ignorant partium inæqualitatem, aut de ea notitiam habent. Primo caſu, ſi judicio ſortis cuique pars obveniat, cognita inæqualitate, dicerem eas eſſe reformandas. Secundo vero caſu dicerem, non eſſe reformandas, quia ſi quilibet ſciens inæqualitatem voluit ſe ſubmittere judicio ſortis, cum poſſet

perdere,

perdere, & lucrari; dico quod de ſocio, & de eo, qui fecit partes, conqueri non debet, & etiam minor de judicio ſortis, cum poſſet lucrari, conqueri non poteſt, & petere reſtitutionem. In primo caſu dicerem debere audiri, quia ſi ignorabat inęqualitaté, non videtur conſenſiſſe, ut ſortis judicio tam magna inæqualitas veniret terminanda, & videnda ſunt dicta ſupra *c.5.n.35.*

Quod ſit retractanda diviſio, non procedit, licet adſit inæqualitas † 41
ultra dimidiam, quando in diviſione fuit oppoſitum juramentum. Nam ſi reſcinditur diviſio, quando adeſt læſio ultra dimidiam, quia eſt ſimilis emptioni, & in ea militat diſpoſitio. *l. 2. C. de reſcind. vend.* ſecundum Gloſ. ſupra allegatam *in lib.3. Cod. com. utr. jud.* certe quod ſtante juramento diviſio non ſit retractanda, dicendum videtur, quia remedium *dict. l.2.* tollitur ſtante † juramento, ut per Bartol. *ibi num. 9.* Et iſtam eſſe communem 42
Dd. opinionem, dicit Socin. *conſil. 136. colum. fin. lib. 1.* Cagnol. *in d. l.2. num. 91. & ſequent.* Et quod ſtante juramento non poſſit diviſio retractari poſt Iaſ. *in lib. poſt diviſionem 4. Cod. de jur. & facti ignor.* tenet Simon. de Præt. *d. conſil. 137. num.62.*

Opinio iſta redditur dubia, quia contraria opinio, quod ſtante juramento detur remedium, *l.2. C. de reſcind. vend.* eſt magis communis, ſi adſit enor- 43
miſſima læſio, ut per Gabriel. *tit. de emptio. & vend. concluſ. 1. num. 86.* Rolan. *conſil.60. num. 66. & ſeq. lib. 4.* Joſeph. Lud. *concl. 73. ampliat. 2.* Eugen. *conſ.12. num. 62.* ubi dicit, quod ſtante enormiſſima læſione, & etiam enormi, non procedit. *c. quamvis de pactis, in 6.* ſaltem petita abſolutione ad effectum agendi, & *nu. 72. & 73.* teſtatur eſſe magis communem opinionem non tolli per juramentum remed, *d. l.2. C. de reſcind. vend. & in conſ.79. n.57.* Et tradita de reſcindenda venditione non procedunt in diviſione † rerum ſocietatis, 44
quia conſiderant Dd. in venditione læſionem eſſe enormiſſimam, quando excedit dimidium juſti pretij, & non ſic eſt in ſocietate, quia in ea diviſio dicitur continere manifeſtam iniquitatem, quando adeſt læſio in ſexta parte, ut probatur *in l. unde ſi Nerva. 79. & in l. ſeq. ff. pro ſoc* ubi probatur, quod uni de tribus partibus duæ datæ fuerunt, & alteri una, & quia erat danda dimidia, dicitur, diviſionem continere manifeſtam iniquitatem, & ita ad hoc probandum dicta jura inducit Bart. *in d. l. ſoc. 76. §. arbitrorum. n.25. ff. pro ſoc.* & ab eo non diſſentit Orian. *in c. quoniam contra. part. ult. quæſt.14. de probat.* & Raphael. Cuman. *conſ. 50.* quos retulit Ferrat. *caut.8.* & illis adhæret. Ruin. *conſ. 81. n.3. lib.1.* Decian. *conſil. 33. n. 144. lib. 1.* Menoch. *in tract. de arbitr. jud. caſu 73.* qui licet velit in arbitris dictis eſſe Judici arbitrarium, quæ læſio enormis cenſeatur, tamen dicta jura, & dictam Bart. opinionem in ſocietate procedere affirmat, quia eſt contractus bonæ fidei, & æqualitas arbitrio boni viri in ea eſt obſervanda. *l. ſi. non fuerint. 29. ff. pro ſocietate.* & ultra prædictos addo, quod hanc opinionem etiam tenet Geſtren.

Digitized by Google

in d.conſil.122.viſo puncto ſupradicto, & aliis, de quibus in eis fit mentio ſub *n.2.* *libro ſecundo*, qui licet in libro meo dicat de læſione ultra ſeptimam partem, credo quod hoc factum ſit errore impreſſoris, & quod velit dicere ultra ſextam, nam allegat.*dict.l.unde ſi Nerva 79.*quæ, ut ſupra ex Bart.deduxi,loquitur de ſexta & non de ſeptima.

45 Igitur ex eo, quod ſimpliciter juratum fuit, non erit ſublata facultas † retractandi diviſionem, ſi de læſione fuerit doctum non ſolum in dimidia, ſed etiam in tertia parte, ſaltem obtenta abſolutione à juramento, & id confirmatur ex eo, quia diviſio inter ſocios nihil aliud eſt,quam ratio inter eos compoſita, quia prius requirunt ſocii, quid ſit in ſocietate, deinde faciunt diviſionem. Socin.*conſ.25.n.5.lib.4.* Menoch.*conſ.91.n.33.lib.1.* Et redditis, & calculatis rationibus, ſi fuerit appoſitum juramentum, nihilominus eo non obſtante, ſtante errore, calculatio revideri debet, niſi ſuper ea fuerit judicatum, ſeu tranſactum, ut dixi ſupra *cap.38.n.74.*

46 Quæro ſocietate diviſa, apud quem ipſius ſocietatis † ſignum remanere debeat, ponit hanc quæſtionem Bart.*in tract.de inſign.& armis.*Bald. *in l.un.3. C.pro ſoc.*& latius Petr.de Ubald.*in d.tract de duob.fratr.part.11.num.12.* & eorum dicta conſiderando ita videtur poſſe diſtingui. Aut quærimus de ſigno artificii, in quo principaliter operatur qualitas loci, datur exemplum de nobili Caſtro Fabriani, ubi plura ſunt ædificia, in quibus chartæ conficiuntur, & chartæ habent ſua ſigna, ex quibus cognoſcitur, quo in ædificio ſeu artificio factæ fuerint. Aut quærimus de ſigno peritiæ, in quo principaliter bonitas artificii operatur, ut ſunt ſigna, quæ in enſibus, & gladiis, & aliis ſimilib.rebus apponuntur, ex quibus opus cognoſcitur eſſe illius magiſtri, qui tali ſigno utitur. Aut quærimus de ſignis fiduciæ, & credulitatis, quibus utuntur mercatores in eorum mercibus,de quibus dici ſolet, *che a i ſegni ſi conoſcono le balle.* Bald. *in l. dos data 20. C. de donat. ante nup.* & alii quos citat Maſcard.*concl.160.in princ.*

Primum ſignum artificii nuncupatum remanere debet apud eum, apud
47 quem † remanet ædificium, ſive jure proprietatis, ſive conductionis, ſive mala fide teneat, ſive in totum, ſive in partem, toto tempore, quo tenebit illud, tali ſigno uti prohiberi non poterit, ſicut fit in cæteris juribus realibus, *l.via conſtitui.73.§.fin.ff.de ſervit.ruſt.præd.& l.2.§ fin. & l.ſeq ff. ſi ſervit.vend. & l uſusfructus, & l.ſeq.ff.quemad.ſervit.amit.* & quod idem ſit in conductione talium ædificiorum, facit text.*in l.ſed addes 19.§.illud 2.& in l.videamus 11.§. item proſpicere 2.ff.locati.*

Secundum ſignum peritiæ nuncupatum, licet durante ſocietate omnes
48 † ſtantes in eadem ſtatione eo uti poſſint, quia hoc videtur permittere magiſter principalis, *§.nos autem, in auth de tabell.in Gloſ. in ver. ipſis in fin.* tamen ſi ſeparentur, debet remanere apud ipſum magiſtrum, qui principalis erat in ſtatione,

ſtatione, *arg.l.fin.ff de fundo inſtructo.* Et ſi omnes erant æquales, ſi non ſint concordes, ſorte dirimitur, apud quem remanere debeat, *l.quæ cautiones ff.famil.erciſc.* ita dicit Bartol. *in d. tract. n. 12. in fin.* Latius in hoc ſecundo ſigno dicendum uidetur ultra Bart. quod ſi dicto ſigno magiſter principalis utebatur ante contractam ſocietatem, quod eo uti debeat etiam ea diſſoluta, quia ſuo utitur ſigno, & nemini damnum, & injuriam facit. Sic etiam ſi eo magiſter principalis uti cepit, ſtatim contracta ſocietate, quod eo uti debeat ſocietate diſſoluta, dicendum eſt, quia ſicut ſocietate durante ejus peritiam denotabat, ita quod eam denotet ſocietate diſſoluta nemini ſit damnum, neque injuria, cum alii ſocii non eſſent ejuſdem peritiæ, ſed inferioris. Si vero omnes ſocii eodem ſigno utentes eſſent ejuſdem peritiæ, videtur dicendnm, quod omnes pariformiter eo uti poſſint, quemadmodum ſi plures habeant idem nomen, eo ſinguli uti poſſunt ad demonſtrandum propriam perſonam. Et in hoc ſigno peritiæ, ſtante pari peritia in omnibus ſociis, non poteſt conſiderari, quod unus ſibi aſſumat ſignum, quod erat ſignificatum totius ſocietatis, ut infra dicam, ſed debet dici, quod ſigno utatur ſignificante eam peritiam, quam ſignificabat ſocietate durante. Nam etiam ſocietate durante peritia repræſentata erat ſingulorum, & non erat quid commune, ſed quæſtus ex ea redacti communes efficiebantur, ut declaravi ſupra *c.9.* & cum eſſet ſingulorum, certe ab eodem ſigno, quod repræſentari poſſet, etiam ſoluta ſocietate non videtur denegandum.

Tertium eſt ſignum fiduciæ, & credulitatis nuncupatum, quo utuntur mercatores † ſocii, & dicitur ſignum ſocietatis, de eo prius dicendum eſt 49 non tranſire ad hæredes, quia ſocietas ad hæredes non tranſit. *l.verum 63 §. fin.ff.pro ſoc.* ita dicit Bart. *in d tract. de inſign. & armis, n. 12.* Quod etiam tale ſignum ſocietatis ea diſſoluta apud ſingulos ſocios remaneat, æquum non eſſe dicit Bart. *d.loco.n.12.* & idem dicit Bald. *in l.1.n.3.C pro ſoc.* quia cum ratione ſigni, quod notum erat, oſtenderetur fides, qualitas & potentia totius ſocietatis, valde injuſtum eſſet, ſi apud ſingulos remaneret, cum non tantæ fiduciæ & potentiæ poſſit eſſe unus ſolus, quantæ erat totum corpus ſocietatis, & ſic populus lædi poſſet, ſi ſignum non deſtrueretur ſocietate deſtructa ſeu diſſoluta. Et apud quem remanere debeat quærendo, Bart. ſub *d.num.12.* utitur hac diſtinctione, ſiquidem aderat † in ſocietate unus, qui 50 erat capitaneus, & magiſter, ſicut dicitur in ſimili *in l.peculium 65.§.1.ff. de leg. 2.* apud ipſum remanere debet, quia erat majoris honoris, *arg.l.fin: ff. de fundo inſtr.* & hoc placet Strach. *in tract. de mercat. part. 2. ſub n. 99.* Si vero non aderat talis magiſter, remanebit penes eum, qui erat ſocius majoris quantitatis, *l. ſi quæ ſunt cautiones 5 ff famil.erciſc.* Si omnes erant æquales, ſorte erit dirimendum *d l ſi quæ ſunt cautiones*, & ſi aderat negotiator, apud eum remanere debet, & hoc ideo, quia aliorum non intereſt. Et quia quamvis ſocietas diſ-

Digitized by Google

majorem partem ratione majoris intereſſe, & ipſe cæteris tenetur deſcriptum & recognitum facere præſtita cautione, quod illos ſemper, cum res exegerit, exhibebit, & ſi erunt pares in partibus, & non erunt concordes, apud quem deponantur, vel erunt deponendi in æde ſacra, & hoc caſu non eſt locus licitationi, ita tradit Petr. de Ubald. *d. tract. part. 11. num. 36.* & ſubjungit in hoc multum verſari arbitrium boni viri, ut provideat, quod ſcripturæ ſtent apud perſonam fidam, quæ nullam in eis committere poſſit falſitatem, aut malignitatem, & quæ poſſit neceſſitate ſuadente aliis copiam dare, & eos cautos reddere; & iſta procedunt in ſcripturis communibus & quæ cuique deſervire debent. Cæterum ſcripturæ, quæ reddita ratione ad unum ex ſociis ſolummodo pertinere debent, eidem ſocio, cui ratio reddita fuit, dari debent, ut dixi ſupra *c. 38. n. 58.*

N. 44. non ſic eſt in ſocietate. Imò idem eſſe in ſocietatè tradunt Dd. communiter ad *l. 2. Cod. de reſcindenda venditione* 4. 44. quando illam in omnibus bonæ fidei contractibus, nulla adhibita exceptione obtinere volunt. *Sichard. ad. d. l. 2. n. 4.* Et D. Wiſſenbach illi legi etiam expreſsè in diviſione bonorum locum tribuit in doctiſſimis illis commentationibus *ad quatuor libros Codicis.* Itidem Gothofredus *ad l. 1. & 3. Cod. communia utriuſque judicij. 3. 38. litter. u. per dd. ll. 1. & 3.* Illæ autem leges unde *ſi Nerva & ſeq. ff. pro ſocio. 17. vel potius l. 76. ad 80.* quas auctor hîc adducit, non loquuntur de diviſione, ſed de arbitrio boni viri: Societatem mecum coiſti eâ conditione ut Nerva amicus communis partem ſocietatis conſtitueret. Nerva conſtituit ut tu ex triente ſocius eſſes, ego ex beſſe, (id eſt tu ex quatuor ego ex octo partibus) quæris utrùm ratum id jure ſocietatis ſit &c: Hæc ſunt verba legis. Ex quo apparet ibi diviſionis nullam eſſe mentionem. Et certè hoc arbitrium cum diviſione componere ineptum ſit. Nam cum hæ ll. etiam in cæteris contractibus locum habeant *Buſius ibi n. 2. Clariſſimus Cyprian. ff. diſput. 28. de ſocietate in fine:* Nempe ut quidquid tertius conſtituit id in quibuſcunque contractibus conveniens eſſe debeat boni viri arbitrio, & vir bonus læſionem infrà dimidium, iniquam judicaret, ut hîc ex dd. ll. apparet, ubi læſio ſextæ partis arbitrio boni viri corrigenda eſt: Conſequens eſt, ſi arbitrium Nervæ, vel cujuſcunque, cum ipſo contractu componas ſuper quo eſt quæſtio, dictæ legi 2. *Cod. reſc. vend.* nunquam eſſe locum. Nam ſi Nerva ex voluntate noſtra electus, e, c. ut conſtituat quæ res ex tuis cum mea permutari debeant, & id arbitrio boni viri corrigatur ſi ego in ſexta parte ſim læſus: Tum ex dicta hypotheſi conſequens ſit ſi tu & ego eandem permutationem faceremus abſque arbitrio Nervæ, illam poſſe reſcindi, non ob læſionem ultrà dimidium, quod vulgò obtinet, ſed ob læſionem ſextæ partis, quod quàm ineptum ſit quis non videt? Idem de comparatione cujuſvis arbitrij cum contractu ejuſdem rei exiſtimandum eſt.

CAPUT

CAPUT XLI.

De ſocietatis renovatione.

SUMMARIA.

1 *Renovatio ſocietatis eſt quid facti, ideo non præſumitur, & ab allegante probari debet.*

2 *Renovatio expreſſe fit verbis.*

3 *Renovatio tacite fit actibus, qui poſt ſocietatem factam exercentur.*

4 *Renovatio ex actibus illis facta præſumitur, ex quibus à principio præſumitur contracta ſocietas.*

5 *Quando hæres utitur inſtitutoribus, quibus utebatur defunctus, & quando negotia exercentur eo modo, ut prius exercebantur.*

6 *Quando ſocii apothecam communem inhabitant, ſed hoc reprobatur.*

7 *Quando capitalia iterum conferuntur.*

8 *Quando facta fuit proteſtatio de ſocietate continuanda, ſi capitale non fuit reſtitutum.*

9 *Proteſtationi dicitur acquieſcere qui non contradicit.*

10 *Renovatio ſocietatis præſumitur, quando ſocii ſunt ſoliti eam renovare, & non conſtat de contraria voluntate.*

11 *Quando lucra iterum communicata fuerunt.*

12 *Quando capitale fuit dimiſſum penes ſocium, ſed reprobatur, &* n.13.

14 *Renovatio facta non præſumitur, ſtante inhabilitate perſonarum.*

15 *Neque cum pupillo facta præſumitur ejus favore, etiam juſſu teſtatoris præcedente, etiamſi major factus eam ratificare intendat.*

16 *Neque cum procuratore conſtituto à defuncto, duraturo poſt mortem.*

17 *Renovatio non præſumitur, ſi prima ſocietatis forma fuit mutata.*

18 *Neque præſumitur facta nomine illius, qui non ſit nominatus in inſcriptione librorum, & ſi ille, qui inſcribebatur ſocius, fuit inſcriptus debitor.*

19 *Ex difformitate negotiationis excluditur præſumptio renovationis, & ſi facta ſit inſcio alio ſocio.*

20 *Neque præſumitur renovata, ſi ſocius à ſolito receſſit, ut quia eſſet ſolitus partiri lucrum, & non petiit.*

21 *Si non fuerunt petiti fructus pro ſubſequenti ſemeſtre, ſocietas officii renovata non cenſetur.*

Fallit ſi poſtmodum recipiantur, etiamſi ſocietas fuiſſet expreſſe revocata.

Quia

Quia per receptionem fructuum dicitur receſſum à revocatione.
Quod tamen declaratur non procedere, ſi cum officiali fuit facta renunciatio, & fructus fuerunt recepti à recognoſcente bonam fidem.

22 *Renovatio non præſumitur, non adimpletis adimplendis. Adimplementum ex poſt facto fieri non poteſt.*

23 *Renovatio non præſumitur, ſi de ea erat conficienda ſcriptura.*

24 *Præſumptiones plures ſuperant pauciores, & fortiores ſuperant debiliores.*
Præſumptiones fortiores quæ dicantur, ſtatur arbitrio Judicis.

25 *Præſumptio illa prævalet, quæ propius ad veritatem accedit.*

26 *Præſumptio ſpecialis prævalet generali, & minus ſpeciali.*

27 *Præſumptio negativa pro reo profertur negative pro actore.*

28 *Renovatio ſocietatis cenſetur facta cum illis pactis, modis, & temporibus, cum quibus à principio ordinata fuit; niſi aliter fuerit in ipſa renovatione conventum.*

29 *Renovatio circa tempus qualiter facta cenſeatur.*

30 *An pro eo, quod reſtabat.*

31 *An vero pro toto tempore, quod appoſitum fuerat.* n. 32.

33 *Pignora in renovatione repetita cenſentur, ſi ſint appoſita à contrahentibus: ſecus ſi ab extraneis.*

34 *Fidejuſſores non dicuntur obligati in renovatione.*
Fidejuſſores quod dicantur obligati in continuatione ſocietatis officij, qualiter procedat.

35 *Renovatione facta cenſetur reſtitutum capitale, quod erat in prima ſocietate, & cenſetur poſitum iterum in ſecunda.*

36 *Novatio etiamſi non dicatur ipſo jure facta, dicitur facta, ſi contractus non ſunt compatibiles.*

37 *Pœna non cenſetur repetita, quod declaratur.*

38 *Juramentum non cenſetur repetitum in renovatione.*

39 *Quod cenſeatur repetitum.*
Verba neceſſaria ad jurandum non requiruntur.

40 *Relatum dicitur eſſe in referente, & expreſſa in relato dicuntur expreſſa in referente.*

41 *Juramentum cenſetur repetitum in prorogatione.*

42 *Inſtrumentum in renovatione non cenſetur repetitum.*

VLtimo loco pro totius tractatus adimplemento, & ut præpoſitus ordo adimpleatur, videndum eſt de ſocietatis renovatione, & primo videbimus, qualiter probetur renovationem fuiſſe factam. Secundo videbimus ſub qua forma facta cenſeatur.

Et primo agendo de ejus probatione, indubitata concluſio conſtituenda eſt, ſocietatis renovationem factam fuiſſe probari debere ab eo, qui eam allegat,

1 allegat, quia eſt quid facti, & † facta non præſumuntur, niſi probentur, *l. in*
bello 12. §. facta ff. de capt. & poſt rever. Caſtren. *conſ. 73. in cauſa, quæ vertitur*
inter Gabrielem. colum. 1. lib. 1. Corne. *conſ. 54. ſub num. 2. verſ. & ſatis lib. 1.* Menoch.
conſ. 121. num. 70. in fin. lib 2. & in tract. de Præſ. lib. 3. præſ 57. n. 1. Burſat. *conſ. 220.*
num. 2. lib. 2. Joſeph. Lud. *in ſuis concl. commun. concl. 53. verſ. & aſſerenti. fol. 133.*
Maſcard. *in tract. de probat. concl. 1310. num 9.* Et duobus modis ſocietatis reno-
vationem poſſe probari dicendum eſt. Uno modo expreſſe, id eſt, hoc
2 verbis expreſſis † acto inter partes, quod ſocietas renovetur, *l. 4. cum l. ſeq.*
ff. pro ſoc. Socin. *conſ. 87. num. 9. in fin. lib. 1.* Menoch. *d. conſil. 121. num. 7. & d.*
præſumpt. 57. num. 2. & faciunt dicta ſupra *cap. 10.* ubi actum fuit, qualiter ſo-
cietas expreſſe contrahatur.
3 Secundo modo tacite, nempe tacito conſenſu, qui colligitur † ex actibus,
qui poſt ſocietatem factam exercentur, *l. plane 24. ff. pro ſoc.* Caſtr. *d. conſ. 73.*
col. 1 verſ. habeat ergo lib. 1. Abb. *conſ. 87. n. 2. lib. 2.* Corn. *conſ. 54. n. 2. lib. 1.* Socin.
conſ. 87. lib. 1. Jaſ. *conſ. 33. ad fin. lib. 3.* Pariſ. *conſ. 82. n. 35. lib. 1.* Dec. *conſ. 212. ſub n. 7.*
qui ſcripſit in eadem cauſa cum Pariſ. *lib. 1.* Menoch. *d. conſ. 121. num 72. & d.*
præſumpt. 57. n. 2. Caſtrac. *in tract. de ſociet. offic. c. 51.*
4 Primo, ſocietas † renovata præſumitur citra difficultatem ex actibus
illis, ex quibus, ut dictum fuit ſupra *c. 10* contracta à principio præſumitur,
Rimin. jun. *conſ. 280. n. 27. lib. 3.* Burſat. *conſ. 220. n. 2. lib. 2.*
5 Secundo præſumitur renovata, quando filius, vel † alius hæres, utitur
eiſdem inſtitutoribus, quibus utebatur defunctus, & quando eodem modo
exercetur & gubernatur ſocietas, prout exercebatur & gubernabatur ante
diſſolutionem. Bald. *in l. mandatum 15. in 3. opp. verſ. alij dicunt. C. mandati & in*
conſ. 458. punctus, ſuper quo in fin. lib. 4. Petr. de Ubald. *in tract. de duob. fratr. part. 11.*
n. 33. Alex. *conſ. 132. num. 13. lib. 5.* Barba. *conſ. 10. col. 7. verſ. non obſtat. lib. 4. Addit ad*
Bart. in l. adeo 59. ff. pro ſoc. Socin. *conſ. 8. num. 14. verſ. & hæc præſumptio. & verſ. &*
confirmatur, & conſ. 160. n. 14. lib. 2. Cephal. *conſ. 475. n. 26. lib. 4.* Menoch. *d. conſ. 121.*
n 73. lib. 2. & d. præſ. 57. n. 4. Decian. *conſ. 60. n 33. & conſ. 85. n. 26. lib. 2. & conſ. 22.*
lib. 3 Joſeph. Lud. *d. concl. 53. verſ. tacite renovatur. fol. 133.* Maſcard. *d. concl. 1310.*
n. 10. Honded. *conſ. 85 n. 26 lib. 1.* Et multo magis ex obſervantia formæ primæ
ſocietatis renovatio facta præſumitur, ſi etiam lucrum in communi poſi-
tum fuit. Abb. *d. conſ. 87. lib. 2.* Menoch. *d. conſ. 121. ſub num. 73.* Joſeph Lud. *d.*
concl. 53. verſ. tacite autem.
6. Tertio ſocietas renovata † præſumitur, ſecundum aliquorum opinio-
nem, quando ſocij ea diſſoluta apothecam communem inhabitant, & ad
hoc probandum citatur Caſtr. *conſ. 349. ex die col. 1. lib. 1.* Roman. *conſ. 168. ad*
fin Rimin. ſen. *conſ. 175. n. 2 lib. 1.* Socin. *conſ 160. col. 3. lib. 2.* Sed quia vere iſti de
hac præſumptione ſic ſimpliciter conſiderata non loquuntur, ideo eam
non eſſe ſequendam tenendum eſt, ut per Menoch. *d. conſ. 121. num. 103.*

Maſcar.

Maſcar. *d. concl.1310. num. 11.* Bene dici poteſt hanc conjecturam, ſi cum aliis juncta ſit, operari poſſe, ut Judicis animus trahatur ad credendum, ſocietatem fuiſſe renovatam, ut dicit Joſeph. Lud. *d. concl. 53. verſ. iſta tamen conjectura. fol. 134.*

Quarto ſocietas renovata præſumitur, quando ea finita, & † rationibus expunctis, & tradita cuique parte ſua capitalis, & lucri, iterum inſimul paulo poſt capitalia conferuntur in eadem negotiatione, Caſtr. *d. conſ. 73. lib. 2.* Menoch. *d. conſ. 121. lib. 2. ſub num. 89. & d. præſ. 57. num. 10.* Cephal. *conſ. 475. num. 30. lib. 4.* 7

Quinto præſumitur renovata ſocietas, ſi non reſtituto † capitali, unus ex ſociis proteſtatus fuit, ſocietatem debere continuari, ponit hanc præſumptionem Menoch. *d. conſ. 121. ſub num. 103. in fin.* Et quamvis eam reprehendat, tum quia in caſu ſuo non conſtabat de tali proteſtatione, tum etiam quia non ſufficit proteſtatio unius, cum ad ſocietatem contrahendam omnium ſociorum conſenſus requiratur. *l. ut ſit ff. pro ſoc.* Petr. de Ubald. *d. tract. part. 3. ſub num. 16.* Corn. *conſ. 54. n. 2. lib. 1.* tamen videtur dici poſſe, hanc præſumptionem † eſſe veriſſimam, ſi ſocij proteſtationi non contradicant, quia conſenſus probatur ex non contradictione, cum non contradicendo proteſtationi acquieſcere dicantur. *l. non ſolum 8. §. morte 6. ubi Jaſ. poſt alios. num. 48. ff. de oper. nov. nunc. l. cum tu. de conſt.* ubi Dec. *num. 16.* Rolan. *conſ. 69. num. 30. lib. 4.* 8 9

Sexto præſumitur renovata ſocietas, quando non apparet de contraria † voluntate, & conſtat, quod ſocij ea finita, eam renovare ſoliti erant, Caſtr. *d. conſ. 73. n. 1. lib. 2.* Socin. *conſ. 160. n. 8. & conſ. 162. n. 10. lib. 2.* Menoch. *d. conſ. 121. n. 106. lib. 2. & d. præſ. 57. n. 15.* 10

Septimo, renovata præſumitur, ſi lucra iterum ſocietate diſſoluta † communicata fuerunt, Petr. de Ubald *d. tract. part. 3. n. 36. in fin.* Socin. *conſ. 92. col. 3. verſ. confirmatur hoc lib. 2.* Menoch. *d. præſ. 57. n. 14. & d. conſ. 121. num. 105.* ubi loquitur de creditis ſocietatis ab uno ex ſociis alteri ſocio exigendis aſſignantis, ſed in caſu ſuo recedit ab hac præſumptione, quia credita proveniebant à ſocietate jam diſſoluta. 11

Octavo & ultimo præſumitur renovata ſocietas, ex dimiſſione † capitalis facta penes ſocium, etiamſi non conſtat de lucrorum communicatione, datur exemplum, ſi ſocius erat ſolitus ſuo ſolo nomine expreſſe negotiari, inſcribendo libros rationum ſuo nomine ſolummodo, & dando literas ad negotia ſimiliter ſolummodo ſuo nomine, communicando tacite lucra cum altero ſocio, & diſſoluta ſocietate, penes eum capitale relinquatur. Ex tali enim dimiſſione capitalis ſocietatem revocatam præſumi, tenere citantur Petr. de Ubald. *in d. tract. part. 5. num. 39.* cum definit quæſtionem de ruſtico retinenti vaccas ad ſocidam, quod finito tempore primæ ſocidæ cenſeatur 12

 renovata,

renovata,& Alex. *in conſ.136.n.4.lib.5.* & Socin. *in conſ.89. n.12. lib.1.* & Patiſ. *in conſ.82.n.36. lib.1.* & hanc opinionem dicit veriorem & communem Ioſeph. Lud. *d. concluſ.53. verſ.verior tamen f.133.* & poſt eum Maſcar. *d. concl.1310. n.13.*

13 In contrarium, quod ſocietas renovata † non cenſeatur, ex ſola capitalis dimiſſione, tenere citantur Caſtren. *conſ. 415. iſta ſocietas in 2. dubio lib. 1.* Crot. *conſ.15. num.15.* Cephal. *conſ.475. num.58. lib. 4.* Menoch. *d. conſ. 121. n. 87. lib. 2. & d. præſ.57. num.7.* Caſtrac. *in d. tract. de ſociet. offic. cap. 51. n. 7.* Decian. *conſ.60. n 33. lib. 2.* Et iſta ſecunda opinio mihi magis placet, per textum, quem citat Menoch. *in d. conſ.121. n.86. in l. ſocium qui in eo 60. ff. pro ſoc.* ubi Juriſconſultus ait, ſocium retinentem pecuniam ſocietate diſſoluta non acquirere ſocietati, ſed tantum teneri ad uſuras. Si enim per dimiſſionem capitalis eſſet renovata ſocietas, ſocietati acquireret, & lucra teneretur communicare, & non eſſet obligatus ad uſuras, & ſi in dicto textu providetur, quid agendum ſit remanente capital. penes ſocium, ejus diſpoſitio erit ſervanda, & ut conſulatur indemnitati ſocij, non eſt ulterius inveſtigandum, quod per talem dimiſſionem cenſeatur renovata ſocietas. Et probatur iſta opinio ea ratione, quia in ſocietate requiritur ſimultaneus conſenſus ſociorum, ut pluries dictum fuit. *l. ut ſit 31. ff. pro ſoc.* & requiritur mutua collatio, ſive rerum, ſive operarum, ut dictum fuit ſupra *c.9. n.19.* & ex tali dimiſſione capitalis, quod dicatur facta mutua collatio, & quod ea importet conſenſum ſimultaneum, ad ſocietatem, cum ex alia cauſa facta dici poſſit, cenſeri non poteſt, ut late probant Menoch. *in d. conſ. 121.* & Decian. *in d. conſ. 60.* qui in eadem cauſa conſulverunt, in qua etiam pro contraria parte ſcripſit Ceph. *in conſ.475. lib.4.* Et cum Joſeph Lud. *in d. concl.53. verſ. verior.* dicit, quod tunc ſocius retinens pecunias tantum teneretur ad intereſſe, & non cenſeretur renovata ſocietas, quando nulla præceſſerit ſocietas, vel quando conſtaret expreſſe, quod nolint in ſocietate perſeverare, ſed non procedere, quando vere præceſſit ſocietas, & cum pecuniis retentis negotiatur, quia etſi negotietur nomine proprio, tamen præſumitur ut prius faciebat, negotiari ad commodum ſocietatis. Facilis eſt reſponſio, quia ſi eſt diſſoluto ſocietas, amplius dici non poteſt, quod duret conſenſus ſocietatis, & ſi proceſſit conſenſus diſſociatus, cum durare præſumatur, quod ad conſenſum ſocietatis inductivum redierit, cenſeri non debet. Eidemque Joſeph. Lud. atteſtanti de communi non eſt credendum, quia vere Dd. qui allegantur pro ejus opinione, loquuntur in diverſis terminis, ut ſingulorum dicta conſiderando optime demonſtrat Decian. *d. conſ. 60. num. 33. 34. & 35.* de cujus dictis, licet ea viderit, nullam mentionem facit ipſe Ludovicus, & attentis ſupra citatis Dd. qui hanc ſecundam opinionem expreſſe tenent, dicendum eſt, quod ea ſit vera, communis, & ſequenda. Præſumptiones, & etiam conjecturæ complures prædictis contrariæ, ex

quibus

quibus deducitur, ſocietatem non fuiſſe renovatam, ubi de ea agendum eſt, à Dd. conſiderantur.

Primo, ſocietas renovata † præſumi non poteſt cum perſonis, quæ con- 14
ſenſu carent, ſeu ex defectu ætatis, ut ſunt infantes, ſeu ex defectu naturalis ſanitatis, ut furioſus & ſimilis, & cum perſonis, quæ contrahere prohibentur ex diſpoſitione legis, ſeu ſtatuti, ut ſunt minores & mulieres, & aliæ peeſonæ, de quibus late dictum fuit ſupra, dum actum fuit de cauſa efficienti, ita tradit Socin. *conſ. 87. n. 2. in fin. lib. 1.* Pariſ. *conſ. 82. ſub. n. 35. lib. 1.* Dec. *conſ. 212. ſub. n. 7. verſ. nam licet, lib. 1:* Cepha. *conſ. 483. n. 15. lib. 4.* Joſeph. Lud. *concl. 53. verſ. & ſi adſunt minores. fol. 133. & verſ. 7. fol. 134.* Menoch. *d. conſ. 121. n. 101. lib. 2.* Neque reſpectu pupilli † ſequenda eſt diſtinctio, quam po- 15
nit Cephal. *conſil. 674. num. 56. lib. 5.* nempe, quod non cenſeatur ſocietas renovata, quando læderet pupillum, ſed quod cenſeatur renovata, quando agitur de ejus utilitate. Nam, ut probavi ſupra *cap. 3.* quicquid ſit de cæteris contractibus, ſocietas claudicare non poteſt. Et ibidem etiam probavi, juſſu teſtatoris præcedente, ſocietatem cum pupillo continuari non poſſe. Neque placet, quod pupillus eam ratificare poſſit, major factus, ut per Rimin. jun. *in conſ. 208. n. 83. l. 3.* quia, ut ſimiliter dixi *in d. c. 3.* ſocietas hanc ratificationem non admittit, quia ſemper à principio ſocii ſtare debent ſub eodem periculo, ne ſequatur uſura, ſeu injuſtitio Et dum Socij *in d. conſ. 87. in fin. l. 1.* vult, quod cum procuratore † conſtituto à defuncto dura- 16
turo poſt mortem, poſſit ſocietas renovari, licet hæredes ſint in pupillari ætate; hæc ejus opinio valde dubia redditur, quia, ut ibidem Soc, admittit *n. 2.* & poſt eum Gabriel. alios citans, *in tit. de procurat. concl. 2. n. 14.* ſi decedat ſine hærede ille, qui procuratorem conſtituit, etiam ſi dixerit duraturum poſt mortem, extinguitur mandatum. Nam ſi mandatum ſuſtinetur ex eo, quia adſunt hæredes, ſi erunt hæredes ejus ætatis, ut contrahere non poſſint, certe neque etiam cum eorum procuratore non intervenientibus ſolemnitatibus requiſitis ſocietas poterit renovari, cum verum ſit, procuratorem ſine ſolemnitatibus requiſitis contrahere ſuper rebus minorum non poſſe, Simoncel. *in tract. de decr. minor l. 2. tit. 5. inſpect. 4 n. 50.* Secundo ſocietas renovata † præſumi non poteſt, ſi forma prima ſocietatis mutata fuit ut quia ſolebat ſocios communi nomine negociari, & incepit negociari 17
proprio nomine, & ſolebat libros inſcribere communi nomine, & incepit inſcribere proprio nomine. Nam ex hac mutatione cenſetur mutata voluntas, & per conſequens colligitur, quod non intendat ſocietatem continuare, licet etiam negociaretur cum pecuniis communibus, ſeu cum pecuniis propriis illius, qui ſocius erat. Caſtr. *conſ. 415. in 2. dub. l. 1.* Alex. *conſ. 132. n. 11. l. 5.* Ceph. *conſ. 475. n. 31. l. 4.* Menoch. *d. conſil. 12. n. 16. lib. 1. & d. conſ. 121. n. 19. & 96. l. 2.* Et ſocietatis renovaionem † non cenſeri factam nomine illus, 18

 qui

qui non fuit expreſſus in intitulatione librorum, licet eſſet comprehenſus in prima ſocietate, ſed tantum cenſeri renovatam quo ad nominatos, la e probat Ruin, *conſ.11.n.6. l.1.* Et de eo, qui ſolebat in libris inſcribere ſocium, uti ſocium, ſi incepit inſcribere poſt diſſolutam ſocietatem, uti creditorem, quod dicatur mutata forma, & mutatus conſenſus tradit. Alex. *d. conſ.132. n.10.lib.5.* Dec. *conſ.21. ſub n.6. lib. 1.* Menoch. *conſ. 121. n.96. lib. 2.* Joſeph. Lud. *d.concl.53.verſ. tertia. præſumptio.* Et cavendum eſt à dictis à Joſeph. Lud. *d. loc.*
19 *verſ. intellige hoc, fol.134.* dum videtur innuere, quod actus † iſti difformes à prima ſocietate fieri debeant, ſciente & patiente altero ſocio, ut per Natt. *conſ.100. n.4. lib.1.* Nam dicta à Natta procedunt, ubi ageretur de ſocietate diſſolvenda, quia fieri non poteſt unius voluntate ſolummodo, & non procedunt in ſocietate renovanda, qui in renovatione ſufficit, quod unus diſſentiat, & ſufficit, quod non appareat ſocium conſentire cum altero ſocio, cum, ut per ſæpe dictum fuit, in ſocietate requiratur ſimultaneus con-
20 ſenſus. *l. ut ſit. 31. ff. pro ſoc.* Tertio ſocietas non cenſetur † renovata, ſi ea finita in fine cujſlibet anni, pro quo durabat, petere ſolebat ſocius, quod redderentur rationes, & reliqua, & ita in fine anni non petiit: ex eo enim, quod à tali ſolito deceſſit, renovatio facta non cenſetur. Gaſtr. *d. conſ. 73. lib.2.* Menoch. *d.conſ. 121. ſub n. 97. lib.2.* Joſeph Lud. *d. concl. 53. verſ. quinta præ-*
21 *ſumptio.* Et in ſocietate officij, in qua fructus † pro primo ſemeſtre anticipate accipi ſolent, ſi non fuerunt exacti in principio ſubſequentis ſemeſtris, quod ſocietas non cenſeatur renovata, ſeu potius continuata, tradit Caſtr. *in d. tract. de ſociet. off. c.51. n. 8.* Sed iſta ejus dicta declarantur non procedere, ſi fructus demum recipiantur, tranſacto principio ſemeſtris, etiamſi recipiantur, poſt factam expreſſam revocationem ſocietatis, quia quis fructus recipiendo cenſetur recedere à revocatione; & velle ſocietatem continuare, ut per eundem Caſtr. *in d. tract. c. 57. n.15. & ſeq.* Verum cenſeo, quod ſi revocatio eſſet facta cum officiali, vel alio modo diſſoluta ſocietas, per talem fructuum ſolutionem factam ab eo, qui recognovit bonam fidem, ſocietatem fuiſſe renovatam affirmari non poſſe, quia pecunia ſocietate diſſoluta non ſtat amplius ſub periculo, & quia ad ſocietatem renovandam etiam officialis conſenſus requiritur. Bo. *in tract. de ſoc off. n. 121.* ubi vult, quod fructus ſoluti poſt diſſoluram ſocietatem computantur in ſortem.
22 Quarto, ſocietas renovata † non præſumitur, ſi aliquid erit adimplendum pro parte unius, & non fuit adimpletum. Nam non adimplendo videtur ejus eſſe voluntatis, ut ſocietas diſſoluta non renovetur, cum qui non adimplet adimplenda conſenſui renunciare dicatur. *l. Julianus 13. §. offerri. 8. ff. de act. empt.* Ita de eo, qui aſſerit locationem fuiſſe renovatam, quod teneatur docere adimpleviſſe adimplenda pro parte ſua, tradit Alex. *conſ. 76. n.7. l.5.* Goz. *conſ. 94. n.5.* Soc. *conſ.87. n. 3. & conſ.127. n. 14. l. 1.* & de ſocietate tradunt

tradunt Decia. *conſ.60. n.44. lib.2.* & Menoch. *d. conſ. 121. n.99. & ſub n.100.* ſubjungit non poſſe ſocium dicere velle poſtmodum ſe adimplere ea, quæ tenebatur adimplere à principio, ut per Caſtr. *conſ.70 n.8. lib.1.* Alex. *conſ.237. n.13. lib.6.* Cravet. *conſ. 248. col. pen. verſ. non obſtat.* Joſeph. Lud. *d. concl. 53. verſ. nec poteſt ſocius.* Quinto & ultimo non cenſetur renovata ſocietas, ſi pro ea renovanda † erat conficienda ſcriptura, ut dicitur de locatione, in qua non 23 cenſetur facta tacita reconductio ex ſola patientia, quando requiritur ſcriptura, Roman. *conſ.103.n.5.* Ruin. *conſ.167.n.22.lib.1.* Affl. *deciſ.165.n.10.* Boer. *dec.284. n.14.* Cravet. *de antiq. temp. p.5. prin. n.14.* & de ſocietatis renovatione tradunt Ruin. *conſ.91 in fin. lib.1.* Menoch *d. conſ.121. ſub n.101.* Joſeph. Lud. *d. præſ.53. verſ. ſeptima præſumptio.* Et quia contingere poteſt, quod in eodem caſu inſimul concurrant præſumptiones ſignificantes ſocietatem fuiſſe renovatam, & præſumptiones ſignificantes ſocietatem non fuiſſe renovatam, in præſenti etiam dicendum eſt, quod in tali præſumptionum † concurſu, plures præ 24 ſumptiones ſuperabunt pauciores, & fortiores ſuperabunt debiliores, *l. div. 7. ff de in integ.* Jaſ. *conſ.2. col.6. verſ ſexto facit lib.3.* Rub. Utin. *conſ.32. n.93.* Verum, quod urgentiores præſumptiones dicantur, cum regula dari non poſſit; ideo Judicis arbitrio terminandum relinquitur. Alb. *in c. cum R. ſeniorem, n.5. de elect.* Menoch *in tract. de arbit. Jud. caſ.472. & in tract. de præſ. lib.1. q.19.* quibus in locis latiſſime docet, & doctiſſime more ſuo, quænam præſumptiones validiores dicantur, & quia apud eum videri poſſunt, ſolummodo quaſdam ex eis ad præſentem tractatum magis pertinentes exempli gratie referam.

Utique ſi ſocietate finita fuit dimiſſum capitale penes ſocium, qui formam negociandi mutavit, præſumptio mutationis formæ negociationis erit præferenda præſumptioni provenienti ex dimiſſione capitalis, ut ſupra dictum fuit, ea ratione, quia præſumptio † illa prævalet, quæ propius 25 ad veritatem accedit, Menoch. *d. caſu 472. n.22. & d. quæſt.29. n.10.*

Et præſumptio difformitatis propius accedit ad veritatem, quam faciat præſumptio inſurgens ex dimiſſione capitalis, quia illa neceſſario ſignificat diſſenſum, & iſta non ſignificat neceſſario ſocietatis renovationem, cum poſſit interpretari contra ſocietatem capitale penes ſocium dimiſſum fuiſſe, ita tradit Menoch. *d. conſ. 121. n. 92. lib. 1.* Etiam quia præſumptio ſpecialis non † ſolum prævalet generali, ſed etiam minus ſpeciali, ut per Dec. 26 *in c. quoniam Abbas col 4. verſ. & hujus concluſionis, de offic. deleg.* Cravet. *in 1. reſpon. pro genero, num.36* ideo in ſocietatis renovatione præſumenda dicitur, præſumptionem inſurgentem ex mutatione negociationis præferri præſumptioni exſurgenti ex dimiſſione capitalis, quia illa dicitur ſpecialiter importare diſſenſum, & iſta non dicitur ſpecialiter importare renovationem, cum aliud etiam ſignificare poſſit, Menoch. *d. conſ.121. n.93. & ſeq.* Ulterius, quia conjectura † negativa præfertur affirmativæ, & conjectura, quæ eſt 27

pro

pro Reo, præfertur conjecturæ, quæ eſt pro Actore, ut per Menoch. *d. q.29. n.11. & n.13. & d. caſu 472. n.25. & in fin.* ideo conjectura negativa, quæ eſt pro Reo, prævalet conjecturæ affirmativæ ſocietatem fuiſſe renovatam, quæ ab Actore proponitur. Menoch. *d. conſil.121. n.95. lib.2.* Modo videndum eſt, cognito ſocietatem fuiſſe renovatam, ſub qua forma renovata cenſeatur, &
28 an ea omnia, quæ in prima † conventione continebantur, in ejus renovatione comprehenſa dicantur? Regula eſt ſocietatem renovatam cenſeri cum illis pacti modis & temporibus, cum quibus à principio fuerat ordinata, niſi aliter fuerit in ipſa renovatione conventum, Bald. *in conſil. 114. punctus ſuper quo. lib. 2. & in conſ. 458. lib. 4.* Petr. de Ubald. qui refert præciſa verba Bald. *in tract. de duob. fratr. part.11. n.33.* Ruin. *conſ.91. num. 6. lib.1.* Socin. *conſ.87. lib.1.* Dec. *conſ.547. n.4. lib.2.* Tiraq. *in tract. de retract. lign. glo.10. §.1. n.27.* Menoch. *conſ.122. n.51. lib.2.* Burſat. *conſ.220. n. 1. lib. 2.* Caſtrac. *in tract. de ſociet. off. c.51. n.13.* Hond. *conſ.22. n.19. lib.3.* Rota Genuen. *deciſ.71. n.2.* Circa tempus
29 contractum in prima conventione, puta, quia ſocietas fuit † contracta ad quinquennium, dubitatur, an, ſi ſit diſſoluta durante quinquennio, puta morte unius, cenſeatur renovata pro tempore ſolummodo, quod de dicto quinquennio reſtabat, & an ſi ſit diſſoluta ob lapſum temporis, nempe quinquennio finito, pro alio quinquennio renovata cenſeatur? Bald. ut etiam refert Petr. de Ubald. *d. part. 11. ſub n.33.* dicit, ſocietatem diſſolutam durante tempore cenſeri renovatam pro tempore, quod reſtabat, quia renovatio eſt quædam conſequentia & reliquiæ prioris ſocietatis, & quod à primordio tituli poſterior formatur eventus, & quod tempus ſicut ſumma eſt pars ſocietatis. *l.1. §. diem. ff. de edend.* & dicit, quod licet in conductione in urbanis, quamdiu inquilinus inhabitavit, & in ruſticis, ad annum culturæ cenſeatur facta reconductio, quia in conductione inſpiciuntur fructus rei, quos natura annuatim producit, tamen non ſic eſt in ſocietate, quia magis in opera conſiſtit, cui non poteſt aſſignari certum tempus, niſi illud quod à principio fuit conventum, & tunc eſt in fluxu & in fieri. Et quod ſi ſit diſſoluta, finito quinquennio pro alio quinquennio renovata cenſeatur, admittunt Dd. ſupra citati. Petr. de Ubald. *in d. part.1. ſub d. n.33.* in renovatione
30 ſocietatis † diſſolutæ durante quinquennio, cum Baldi opin. concurrit, quod renovata ſolum cenſeatur pro tempore, quod reſtabat, & ſic ad temporis perſeverationem. Si autem diſſoluta fuit, quinquennio finito, tenet renovatam cenſeri ad id tempus, quod expedit ſocietati, & non ad tempus, quod à principio fuerat expreſſum, per text. *in l. ſi convenitur 14. & in l. ſed & ſocius 17. §. in ſocietate autem 2. ff. pro ſoc.* & ſubjungit, in hoc boni viri arbitrium eſſe ſequendū, quod in ſocietate, ut perſæpe dicit *in d. tract.* plurimū operatur.
31 Ego huic opinioni Petri † nō aſſentio, & ſi à Baldi opinione recedendū eſt, teneo renovationē cenſeri factā, ſi diſſolvatur ſocietas durante quinquēnio, non

non pro tempore, quod reſtat, ſed pro alio integro quinquennio, quia non datur continuatio temporis & ſocietatis, ſocietate diſſoluta, & non poteſt conſiderari, quod à primordio tituli poſterior formetur eventus, ea ratione, quia in eo quod extinctum eſt, continuatio cadere non poteſt, *l. ſed & ſi manente. ſ. & ibi gloſſ. communiter recepta ff de precar. l. 4. in princ. & ibi Bart. & Alex. ff. de dam. inf. l. continuus 137. ff de verb. oblig* Gabriel late *in tit. de dilat. concluſ 3.* Menoch. qui loquitur de ſocietate, *conſ. 122. ſub n. 51. lib. 2.* Et teneo, ſi ſocietas ſit finita † tranſacto quinquennio, quod pro alio quinquennio 32
dicatur facta renovatio, ea ratione, quia, ut dixi ſupra, etiam cum tempore appoſito in ipſa ſocietate renovatio facta cenſetur, & ſtante temporis expreſſione facta in prima conventione, non intrat arbitrium Judicis, pro quo tempore cenſeatur facta renovatio. Quia quemadmodum non intrat in conventione, ſtante expreſſione à partibus facta, ita non debet intrare in renovatione, quia ſi in ea intraret, adderetur, ſeu detraheretur priori formæ conſentientis in tempore præfinito, quod in dubio factum dici non debet, cum ſecundum primam formam renovatio facta præſumatur: Neque obſtant *dd ll.* à Petro allegatæ, quia ipſarum legum diſpoſitio loquentium de renunciatione quemadmodum fuiſſet obſervanda in priori conventione, ita etiam admitto, quod erit obſervanda in ſocietate renovata. Quid dicendum, ſi fuerit tempus intermedium inter finitam & renovatam ſocietatem, in quo ſocius, qui operabatur, factus ſit diligentior, an ſocietate renovata eam lucri partem habere debeat, quam habebat in prima, ſive ſit augenda? Et quod ſit augenda videtur dicendum, per ea quæ dicit Menoch. *in tract. de arbitr. Jud. caſu 159.* ſed ejus opinio mihi non placet, & ſibi imputare debet ſocius, ſi renovando tacuit.

Circa pacta etiam, & alia accidentaliter poſita in ſocietate, ut ſunt pignora, pœnæ, fidejuſſor, juramentum, † inſtrumentum, dubitatur, an in 33
renovatione repetita dicantur? Equidem de pignoribus dicendum eſt, quod in renovatione repetita dicantur, ut habetur *in l. etiam quæritur. §. qui impleto. ff. locat.* & ibi per Bart & Caſtren. Bald. *in l. legem. C. locat.* Menoch. *in tract. de præſ. lib. 3. præſ. 85. n. 19.* Sed eſt intelligendum de pignoribus appoſitis ab ipſis contrahentibus, quia appoſita ab extraneis, contrahentium favore, repetita non cenſentur, quia ipſi in renovatione non interveniunt. Bart *in d. l. item quæritur. 13. §. qui impleto. num. 3. ff. locati.* Menoch. *d. præſ. 85. n. 50.* Caroc. *in tract de locat. q. 22. fol. 156.* De fidejuſſoribus † etiam, quia in 34
renovatione non interveniunt, dicendum eſt, quod eorum obligationes non renoventur. Petr. de Ubald *in d. tract. de duob. fratr. part. ult. n. 3.* per text. *in l. cum Hermes. C. loc. & in fin. ff. de pact* facit text. *in l. ſi creditor 15. ff. de novat.* & tradit per Specul. *tit. de fidejuſſ. §. 1.* & per Sim. de Præt. *in conſ. 186.* Caroc. *d. tractat. de locat. quæſt. 23. fol. 157.* tenet Caſtrac. *in d. tract. de ſociet. off.*

c.51 ubi ſub *n.20.* dicit, quod fidejuſſor, prorogata ſocietate officij, poſt ſex menſes, erit obligatus, quia ſe obligavit reſtituere ſortem; & donec ſors non ſit reſtituta, liberatus dici non poteſt, ut dicitur de eo, qui Caſtrum per ſex menſes cuſtodire, deinde reſtituere promiſit. Si enim per tempus prolixius in eo remanſit, non cenſentur liberati fidejuſſores dati pro reſtitutione facienda, donec jure facta non ſit. Alex *conſil.72. num 5 lib.6.* Credo ego, quod Caſtrac. vera loquatur in ſocietate officij, quia prima obligatio ex pacto contrahentium durat, etiam poſt ſex menſes ad beneplacitum, & in hoc etiam fidejuſſores conſentiunt. Et etiamſi eſſet diſſoluta ſocietas, eſſent obligati vigore obligationis jam contractæ, quia licet ſit finita ſocietas, tamen nõ eſt extincta obligatio & actio, *l.tamdiu 5.C.pro ſoc.* Sed ſi ſocietas eſſet extincta, & ageretur de obligatione provenienti ex ſocietate renovata, dicta à Caſtrac. de reſtitutione capitalis procedere non poſſunt, quia facta reno-
35 vatione † capitale reſtitutum cenſeatur. Nam præſumitur rediiſſe ad ſocium, qui eum poſuit, deinde ab eo iterum poſitum fuiſſe in ſocietate renovata, juxta tex *in l ſingularis 15 ff ſi cert. pet.* Alex. *conſ.136.n.4.lib.5.* Et neceſſario dici debet, quod ſtante renovatione facta, prima ſocietas ſit extincta, & quod capitale, quod erat in prima, ſit tranſlatum in ſecunda, & ſic quod corruptio unius fuerit generatio alterius, quia inſimul ſtare non poteſt, quod duret prima, & ſit facta ſecunda; nam capitale deſerviret pro prima, & ſecunda fieri non potuiſſet, quia ſine capitali fieri non poteſt, ut dictum
36 fuit ſupra *c.9. n. 19* Ita videmus in ſimili, quod novatio ipſo Jure de primo contractu † facta dicitur, etiam ſi non exprimatur, quando contractus ad invicem non ſunt compatibiles. Bald. *in l.fin. col. 1. C. de novat. & in conſil. 38. colum.2. lib.1.* Dec. *conſ.400.colum. fin. verſ. ex his ſtantib. lib.2.* Gabriel. *tit. de novat. concl.1. n.60.* Decian. *conſil.11. ſub num.68. lib.1.*

37 De pœna appoſita in ſocietate † quod non cenſeatur repetita in renovatione, tradit Menoch. *d. præſ 58. n.22* Caroc. *in tract. de locat. q.28 fol 158.* Verum Jaſ. *in conſ 49 ſub num.2. lib.3.* declarat, quod promiſſio pœnæ, quando fuit limitata pro certo tempore, repetita non cenſeatur, & quod cenſeatur repetita, quando ſimpliciter promiſſa fuit; ſed ego teneo, quod ſi ſocietas fuit contracta pro certo tempore, & fuit promiſſa pœna, quod etiam pœna in renovatione dicatur repetita, quia tempus appoſitum in ſocietate non operatur, quod ſocietas non poſſit renovari cum pœna. Imo, quia pœna fuit appoſita de conſenſu ſociorum renovantium ſocietatem, de eorundem conſenſu repetita cenſeri debet, ſtanteque ut dixi ſupra, contenta in prima in ſecunda repetita cenſeantur, ut ultra ſupra citatos habetur etiam
38 per Gabriel. *tit. de dila. concl. 2. n. 24.* De juramento appoſito in ſocietate † quod non cenſeatur repetitum in renovatione, tenet Bero. *q.100. num.12.* & Burſat. *in conſ.220. n.22. lib.2,* citat Bald. *in conſ.436. lib.3,* & ita videtur tenere

Seraſ.

Seraf. *de privileg. jur. privil. 22. num. 77. in fin.* Grat. *conſ. 16. num. 19. lib. 1.* Caroc. *in tract. de locat. quæſt. 24. fol. 158.*

Verum, præſuppoſita † pro vera opinione illa, ad juramenti ſubſtantiam formalem, ejuſque vim & effectum verba neceſſario non requiri, dummodo adſit animus & voluntas vocandi Deum in teſtem, qui eſt cordium ſcrutator, quam communem eſſe dicit Burſat. *d. conſ. 220. ſub num. 26.* poſt Galiaul. *in l. 1. col. fin. ff. de verb oblig.* tenendem cenſeo etiam in renovatione juramentum repetitum dici debere, cum & ipſum ab ipſorum contrahentium conſenſu & voluntate dependeat. Et dum Burſatus conſiderat, quod de mente jurare volentis conſtare debet ex liquidis conjecturis, & quod ad hoc probandum non ſufficiunt conjecturæ, quæ ſufficiunt ad probandum renovatam fuiſſe ſocietatem, dico conjecturas præfatas ſufficere, quia ſufficiunt ad præſumendum fuiſſe renovata pacta, quæ ſimiliter ab animo & voluntate contrahentium proveniunt. Etſi quando ageretur de probando quem juraſſe, poſſet dici, præſumptiones urgentiſſimas † requiri, tamen hoc dici non debet, quando, ut eſt in præſenti, habetur relatio ad juramentum jam præſtitum, quia facilius præſumi debet, quod fuerit renovatum, quippe ſocij ſocietatem renovantes dicuntur habere relationem ad primam ſocietatem, & relatum dicitur eſſe in referente, cum omnibus ſuis qualitatibus vere & proprie, *l. aſſe toto 77. ff de hered. inſtit* & ea quæ in relato continentur expreſſe, etiam in referente contineri dicuntur, ut de ſocietate, quod expreſſe contracta dicatur, ſi ſit contracta habita relatione ad expreſſa contenta in teſtamento, dictum fuit ſupra *cap. 10 num. 5* ex Socin. *in conſ. 4. numer. 4. libr. 4.* Et ſimiliter dum idem Burſatus † conſiderat, quod facta prorogatione alicujus actus non cenſetur prorogatum juramentum in eo appoſitum, non obſtat, quia verior & magis communis opinio eſt in contrarium. Pariſ. *in conſ. 43. num. 2. lib. 1.* Seraf. *in tract. de privileg juram privil 22. num. 83.* Gabriel. *tit. de dilat. concl. 2. num. 11.* Stipulatio etiam in renovatione non cenſetur repetita, quia pro forma requirit verba. Caroc. *in tract. de locat. quæſt. 25. fol. 158.* De inſtrumento pro ipſa ſocietate † probanda confecto, quia provenit à facto alterius, nempe à Notario, quod repetitum non dicatur in ſocietatis renovatione, tenendum eſt, & ſi ex diſpoſitione ſtatuti inſtrumentum haberet executionem paratam, pro obligatione & actione provenienti ex ſocietate renovata, inſtrumentum à principio confectum, quando ſocietas contracta fuit, talem executionem non mereretur, Bald. *in d. l. legem. 16. C. locat.* Canar. *in tract. de execut. inſtrum. q. 44.* Affl *deciſ. 365. num. 15.* Boer. *deciſ. 284. ſub numer. 14.* Menoch. *in tractat. de præſumpt. libr. 3. præſumpt 85. num. 46.* Caroc. *in tract. de locat. 27.* ubi loquitur etiam de clauſula in forma Cameræ.

39

40

41

42

Et hæc ſunt, quæ ex ſcriptis à patre meo, in hanc, quam vides formam,

Qqq 2 colle-

collegi, adjectis compluribus recentiorum auctoritatibus. Laus ſit Deo omnipotenti.

N. 14. & 15. Hic appoſitè quæritur, an conjugum ſuperſtes cenſeatur communionem cum liberis continuâviſſe vel renovaſſe, quam habuit omnium bonorum cum præmortuo: ſi inventarium non confecerit, aut alio modo voluntatem ſuam non declaraverit? Et dicendum eſt negantium opinionem juri eſſe conſentaneam, quo omnis ſocietas morte alterutrius ſociorum finitur, ut latè probat & ampliat *auctor cap.* 32. Et videtur in hac idem obſervandum quod in aliis omnibus ſocietatibus, quandoquidem non minùs quam illæ, ſit privilegiata, ut tradit *Chaſſanæus ad conſuet: Burgund: tit. des droits & appartenances*, §. 2. *in verbo particeps.* Præſertim cùm hæc bonorum ſocietas ſit quiddam incidens & tantùm ſequela ſocietatis quæ matrimonij cauſa initur: quare ſocietate matrimonij diſſoluta, diſſolvetur & bonorum ſocietas. Hiſce adde, finiri communionem cùm finitur voluntas, quâ ſtetit communio; eam autem morte finiri, certum eſt. Tum ſolo unius conſenſu ut iniri ſocietas non poteſt, ita nec renovari. Neque ex communi victu aut ſola bonorum poſſeſſione ſocietas inducitur ut quæſita communia fiant *l.* 60. *ff. pro ſocio.* 27. *& autor hic n.* 13. Et qui finita ſocietate uſus re communi aut pecunia fuerit, tantum tenetur ad uſuras *ut ibi d. l. vid. Corn. Bos duyt ſe conſult.* 47. *derde Deel.* Quod tamen eatenus verum eſt, quatenus ſciri poteſt, quæ bona tempore præmortui conjugis fuerint, ut illorum debita portio cum fructibus cedat liberis. Hoc autem ſi nullo modo appareat; neceſſitas magis, quàm conſenſus hanc communionem bonorum continuare videtur, propter labyrinthum aliàs inextricabilem, cujus non alius exitus. Et hoc caſu partes incidere potiùs in hanc communionem, quàm illam inire dicendum eſt. *d. conſult.* 47. & 171. *vervolg derde deel in fine. Duyt ſe conſult.* 1. *deel* 105. *Et ita deciſum eſſe à Curia Hollandiæ, tradit ibidem Reynier van Amſterdam, Groenevveg. ad Grot: introd: libr.* 2. *cap.* 13. *Iuris conſultiſſimus Van Leeuvven paratit. iuris noviſſim lib.* 4. 1. *deel cap.* 15. Ita in curia Friſiæ judicatum refert *Sande lib.* 2. *tit.* 5. *def.* 9. Et probat *Lamb. Goris in adverſar. tract.* 1. *cap.* 9. *num* 13. *in notis: cogita tamen ulteriùs.* Statutis tamen aut conſuetudine in variis locis hanc ſocietatis continuationem etiam poſt mortem introductam aſſerunt multi auctores. Vt in Hiſpania paſſim *Sans de diviſ: bonor. lib.* 2. *cap.* 5. Et in Gallia tamen non ubique, de quo videndus *Sande & item Goris dd. ll.* Item Antvverpiæ, Mechliniæ, Vltrajecti, in Tranſilvania, Gelria: *Goris & Sande dd. ll. Groenevv: ad Grotium, & van Leeuvven dd. ll.* Non tamen hæreditates aut donationes vel legata, hoc caſu cum hæredibus prædefuncti ſunt communicanda: ſed quæſtus tantùm ex ipſa hæreditate vel bonis communibus provenientes. *Chriſtinæus ad ll. Mechlinienſes tit.* 16. *art.* 24. *Buſius ad l.* 59. *ff. pro ſocio* 17. *Zypæus not. iuris Belgici tit: de iure dotis in verbo, communio.* Et hoc cum ſtatuto Delphenſi, Vltrajectenſi, Antvverpienſi convenire, & ita etiam in Tranſilvania obſervari tradit van Leeuvven d. l. Sed ibidem, ut & Groenevveg. d. l. de hâc & ſuperiori quæſtione ſtatuta allegat quædam particularia, quæ propriè ſpectant bona, quorum cura commiſſa eſt publicis orphanocomis Weeſ-comet of Weeſ-meeſters. Quæ tamen aliorum bona aut hæreditates, quarum adminiſtratio iis interdicta ſit, haud affectant. e. c. Leydæ aut Amſteldami, Brielæ, Alemariæ & Edami, iſta bonorum communio etiam poſt mortem prædefuncti cum liberis continuatur & hæreditates aut donationes ſuperſtiti obvenientes cedunt in communionem. Quod intelligendum tantùm quoad bona communia Orphanocomis commiſſa. At quorum directio aut cura ipſis non in-

cumbit

Digitized by Google

cumbit hâc lege orphanica vel pupillari non aſtringi putem, ſed diſpoſitioni juris civilis relinquenda. In quo viri docti & juriſconſultiſſimi noſtrates quidam hallucinari videntur, quando ſtatuta orphanica *van de Weeſ-camer*, etiam ad alios, qui hujus curæ non ſubjacent, extendere ſatagunt. Ergò rectè dixeris neque Lydæ, neque Ambſteldami c. c. ſuperſtitem teneri bona adquiſita poſt mortem prædefuncti conjugis cum liberis partiri vi hujus legis orphanicæ vel pupillaris. Si nempe Orphanoeomi, ut non rarò fit, teſtamento vel alio modo ſint excluſi. Et ita ſenſit Ruiil dum viveret mortalium diſertiſſimus & item juris conſultiſſimus: ut & Mr. Dirk de Iong Patronus famoſiſſimus *duyt ſe conſult.* 171. *& ultrà*. Sed quamquam tota hæc diſputatio ipſis juris fundamentis ſubnixa poſſet videri tamen ejus contrarium praxis hîc paulatim introduxit: nempè ut commudio in pœnam non confecti inventarij continuata cenſeatur. Nam futuram malam fidem aut negligentiam facilè in ſuperſtire præſumi volunt. Titia ergò ſi ex prædefuncto Cajo liberos ſuſceperit &, vidua maneat in eâdem communione perentibus liberis ex perſonâ parentis ſuî ſemiſſis debetur: & ſi ſecundò nupſerit, tantundem cum omni augmento & acceſſione: hoc eſt omnium bonorum quæ cum ſecundo marito communiter poſſedit, quarta pars, quæ prædictæ ſemiſſi par eſt; id enim eſt ſemis dimidiæ partis quod quarta totius, manente alterâ quartâ apud Titiam matrem. Nec enim liberi ſi ſecundò nubat melioris ſunt conditionis quàm ſi vidua maneat. Matre autem defunctâ in ſecundo matrimonio, duas quartas obtinebunt & propriam & matris, & ſic ſemiſſem omnium bonorum quæ cum ſecundo marito communia habuit mater. Vitrico autem vel ipſius hæredibus relinquetur altera ſemiſſis, cujus nulla pars ad liberos pertinet: ut pote qui non cum vitrico ſed matre fuerunt in communione. Quamvis enim illa ſocia fuerit ſecundi mariti, tamen hic privignorum ſuorum non eſt ſocius. Quia *ſocius ſocij mei, ſocius meus non eſt. l. 19. ff. pro ſocio. 17. Coſtal. ad. d. leg. Papon lib. 15 tit. 2. arreſto 6. & 7.* Hæc convenienter dicemus. Si Titia procreatis ex utroque matrimonio liberis, ſola ſuperſtes ſit, ſecundo etiam marito jam defuncto, bona eſſe dividenda, ut liberi primi & ſecundi matrimonij, ſuam quartam auferant ſinguli ex capite parentis ſui prædefuncti, reliquis duabus quartis apud matrem. Titiam manentibus, unâ ex communione primâ quæ inter illam & Cajum fuit, alterâ ex ſecundâ communione quam habuit cum Mævio altero marito. Ergò verè cum habuerit diverſos ſocios, liberos primi thori ab unâ patre, & item liberos ſecundi ab altera parte meritò in diviſione cum ſingulis: duas partes feret, à ſingulis unam. Et hæc juri & rationi videntur conſentanea: quanquàm Scabinis Gorinchemenſibus aliter placuit: Cujus ſententiam Curia proviſionaliter approbavit in cauſa Maximiliani Ducè cum liberis, contrà Lyntien Coenen 31 Iulij 1664. in qua liberis prioris matrimonij actoribus adjudicarunt ſemiſſem omnium bonorum, quæ mater ſuperſtes & rea, cum defunctis utriſque maritis communiter poſſederat: & ſic etiam propriam matris quartam quæ ex bonis communibus cum priore marito ipſi competebat, ut ſuperius diximus: ita ut jàm illa vivente, fruantur hæreditate, quam niſi poſt ejus mortem ſperare non poterant. Tùm ſi ſecundi matrimonij liberi, nam & illos habet hæc mater & diu eſt quod ipſorum bona paterna, jam plus quam octoagenaria abſque inventario aut ulla diviſione factâ poſſidet, ſi illam itidem illi in jus vocent, & ipſis altera ſemiſſis adjudicetur, quia non ſunt pejoris conditionis, ſecundi quàm prioris matrimonij liberi: an non miſella vivens videnſque bonis omnibus exuta in mendicitatem prolabetur? Porrò, poſt ipſius obitum, primi liberi tanquam hæredes cum dictis ſecundi matrimonij ſuis, bona materna divident capitatim: & ſi hinc inde numero ſint pares, adhuc

 aliam

aliam quartam inferant, & ſic ex tota hæreditate tres quartas vel dodrantem, relicta una quarta vel quadrante liberis ſecundi matrimonij, quæ ipſis ſit pro bonis & paternis & maternis. Hæc quia rationi non ſunt congrua vix eſt ut quis dictam ſententiam approbet. Quare prior opinio quæ in neutram partem nimium exorbitat, ut æquior amplectenda videtur, quæ & dicto arreſto Parlamenti Pariſienſi ſexto comprobata eſt: ubi liberis prioris matrimonij, matre mortua & ejuſdem hæredibus ſemiſſis attribuitur, altera verò ſemiſſis marito ſecundo ſuperſtiti, & conſequenter ipſius hæredibus, ſi fortè diem ille antè objiſſet. Quanquam idem Parlamentum Pariſienſe decimo poſt anno, aliam hoc caſu diviſionem aliâ ſententiâ approbaverit & attribuerit tertiam liberis primi thori, tertiam matri, tertiam vitrico. *Papon d. libr 15. tit. 2. arreſt 6 in fine*, *à qua* ſententia non planè abhorrere videtur *Goris in Adverſariis, tract 1. cap 82. in notis n 15. ſub finem.* Sed cùm diverſo caſu iniqua ſit hæc opinio nec uſu recepta, non ulterius illi inhærebimus.

F I N I S.

INDEX

INDEX

OMNIVM RERVM ET VERBORVM,

quæ in hoc Societatis Tractatu continentur, ordine Alphabetico digeſtus.

Prior numerus caput, alter numerum marginalem, poſtremus vero folium denotat.

A.

Acceſſorium, quod ſequatur naturam ſui principalis, non procedit quando in acceſſorio adeſt diverſa ratio. c 9. n 50. fol. 103.

Acceptilatio utcunque generalis non comprehendit dolum. c.37. n.43. f.420.

Accidentalia conſiderantur ratione culpæ, ratione moræ, & ratione pacti appoſiti ſupra naturam contractus. c.20. n.1. f.330.

Accidentia contractus quæ ſint, & quæ ſint accidentia ſocietatis. c.2. n.17. & 18 f.16.

Accidentia communiter de probatione ſumpta à communiter accidentibus, vide in verb. Probatio.

Acquiſita à fratribus citra ſocietatem, ſi unus inter eos adſit, qui ſit minor, qualiter ſint dividenda, diſtinguendo declaratur. c.3. n.37. f.33. & n 38. cum pluribus ſeqq.

Acquiſita proprio nomine, ſeu cum propria, ſeu cum communi pecunia, ſunt acquirentis c.3. n.38 & 39. f 33.

Acquiſita proprio nomine cum pecuniis pupilli ſunt acquirentis, & quid facere debeat pupillus pro recuperatione ſuarum pecuniarum, an in ſubſidium res acquiſita ſit pupilli, & an ei competat hypothecaria? c.3. n.40 f.34.

Acquiſita communi nomine cum pecuniis pupilli, & cum pecuniis communibus ſunt communia, pupillo ratum habente. c.3. n.41. & 42. f.34.

Acquiſitio præſumitur facta ex cauſa præcedenti. c.3. n.50. f.35.

Acquiſitio quomodo facta fuerit, præſumitur à fo'tio. c.3. n 51 f 35. & n.90 f.42.

Acquiſitio quo nomine facta fuerit cognoſcitur ex inſcriptione libri rationum. c.3. n.47. f.35.

Acquiſitio facta præſumitur eo nomine, quo juſſit teſtator. c.3. n.49. f.35.

Acquiſitio quo nomine facta fuerit, arguitur ex libro æſtimi. c.3. n.52. f.35.

Acquiſitio quo nomine facta fuerit, arguitur ab exolutione delicti. c.3. n.53. & 54. f.35. & n.68. & 69. f.38.

Acquiſitio facta communi nomine, an etiam facta præſumitur cum pecunia communi. c.3. n.38. cum pluribus ſequent. 37. & ſeq.

Acquiſitio an facta fuerit cum propriis, vel communibus pecuniis, probatur conjecturis. c.3. n 61. cum plurib. ſequent. f 36 & ſequent.

Acquiſitio, vid. in verb. Emptio, *& in verb.* Quæſita.

Acquirere tenetur ſocius ſocietati, & ſi non acquirat, perinde conveniri poteſt, ac ſi acquiſiviſſet,

Digitized by Google

fiviſit. c.31. n.39. f 371.

Actio pro ſocio ſemper eſt directa. c. 3. n. 20. f 30 & c 31. n.15. f 367.

Actio de peculio contra patrem eſt annalis, contra filium perpetua. c.6. n 36 f.76.

Actio de in rem verſo contra patrem eſt perpetua. c.6. n 37. f.76.

Actio quod juſſu datur contra patrem. c.6. n 39. fol 77.

Actiones provenientes ex facto filij dantur perpetuo contra patrem, ſi ſit hæres filij. c. 6. n.40. f 77.

Actiones in contrahenda ſocietate non transferuntur, ſed ad invicem præſtari debent inter ſocios. c.9. n.43. f 101. c.14. n.13. f.144. & n.30. f 148.

Actiones an quærantur alteri ſocio ex ſtipulatione Notarij ſine ceſſione & ſine ratificatione. c. 14. n.34. cum pluribus ſequen. f.149. & ſeq. & c.30. n. 41 42. 43. f.358. & ſeq.

Actiones an quærantur alteri ſocio ſine ceſſione, ſtante juramento. c.14. n.33 f 148.

Actiones an quærantur ſocio abſenti. c.14 n 14. fol.145.

Actio de in rem verſo datur contra ſocios, ſi deficiant aliæ actiones. c.30. n.13. f 352.

Actio pro ſocio & actio communi dividundo dantur inter ſocios, in aliquibus conveniunt, & in aliquibus habent ſe uti excedentia & exceſſa, & quatenus conveniunt una tollit alium. c.31. n.2.3.4 5. f.365. & ſeq.

Actio pro ſocio datur ad diverſos effectus. c. 3. n.6. f 366.

Actiones aliæ, quæ inter ſocios dantur, connumerantur. c. 31. n. 7. cum plur. ſeq. f 366. & ſeq.

Actiones pro ſocio, & communi dividundo, ſunt bonæ fidei & diverſæ ab utraque parte. & dantur hæredi, & contra hæredem, licet ſocietas morte finiatur. c.31. n.15 f.367. & c.32. n 52 f 386.

Actio utilis pro ſocio aliquando datur. c.31. n.16. fol.367.

Actiones plures dantur, ſi plures ſunt ſocietates inter eaſdem perſonas. c.31. n.18 f 367.

Actio pro ſocio eſt generalis, ideo ſi offerat ſe ſocius facere ea, ad quæ tenetur actione generali, ſpeciali actione convenire non poteſt. c.31. n 70 f 375.

Actio pro ſocio eſt perpetua, & contra eum incipit currere præſcriptio diſſoluta ſocietate. c 31. n.75 f.377.

Actiones, ſocietate diſſoluta morte, tranſeunt ad hæredes activè & paſſivè, cum diſtinctione. c.32. n. 52. cum plurib. ſeq f.373. vide in verb. Hæredes.

Actione communi dividundo agi poteſt etiamſi res non poſſideatur. c.39. n.108 f.465.

Actione ſolvitur ſocietas, agendo contra tertium à ſocio delegatum, & agendo contra ſocium. c.39. n 2. f.406.

Actione pro ſocio generali ſi agatur contra ſocium, ſolvitur ſocietas, ſecus ſi agatur ſolummodo, ut ea conferantur, & ea obſerventur, quæ conferri & obſervari debent, ſocietate durante. c.36. n.3.4. & 5 f.406. & ſeq.

Actione oppoſita contra ſocium ſtatim & eodem momento ſolvitur ſocietas. c.36. n.7 f 407.

Actus illi ſocietatem important, qui ſine jure ſocietatis fieri non poſſunt. c 10 n.18 f.112.

Actus illi important ſocietatem, quibus contrarij ſunt diſſociativi. c.10. n.19. f 112.

Actus noſtri non extenduntur ultra, quam geruntur. c.10. n 26. & 28 f.114 & ſeq.

Adminiſtrator bonorum pupilli tenetur pecunias pupilli ponere ad honeſtum lucrum. c.3. n 119. f 46.

Adminiſtrator convertens pecunias communes in proprios uſus, tenetur civiliter ad damnũ, & criminaliter puniri debet. c.3. n.56 f 36.

Admini-

Adminiſtrator tenetur reddere rationem. c.37. n.1. f.410.

Advocatus cum clientulo contrahere non poteſt. c.8. n.4. f.87.

Agens vigore ſocietatis ſocietatem probare tenetur. c.37. n.57. f 374.

Alere quis tenetur eos, quorum miniſterio utitur. c.27. n.58. f 309.

Alienare ſocius plus parte ſua non poteſt, ſed declaratur. c.26. n.32. f. 282. & c.14. n.31 f.142.

Alienatio rei communis ad hoc ut valeat, requiritur omnium conſenſus, & non ſufficit conſenſus majoris partis, neque ejus, qui majus jus in re habet. c.28. n.9. f.320. Declaratur n.35 f.321.

Alienatione rei, ſuper qua eſt contracta ſocietas, ipſa ſocietas non extinguitur. c.34. n.13. f 393.

Alienatione ſocij ſocietas extinguitur. c.33. n.5. f.389. & quæ ſit ratio, quod non extinguatur alienatione rei. c.34. n.14. f.393.

Alienatione officij extinguitur ſocietas ſuper eo contracta, ſi officium vacet in totum. c.34. n.15. cum plurib. ſequent. f.393. & ſeq.

Alienationem officij ignorans fructus recipere non poteſt. c.34. n.17. & ſeq. f.393. etiam ratione intereſſe, niſi concurrentibus debitis requiſitis. n.20. f.394.

Alienatio rerum minoris fieri poteſt abſque alia ſolemnitate, juſſu teſtatoris præcedente. c.4. n. 10. f. 49. Limitatur quatuor modis. n.11. & ſeq. f.49.

Alienatio tacita rerum minoris fit ſine ſolemnitatibus. c.4. n.25 f.52.

Alienatio rerum minoris proveniens à lege non requirit ſolemnitates. c.4. n.26. f.52.

Alienatio ſi ſit facta de re quaſita à ſocio non effecta communi alteri ſocio, non datur actio contra tertium, etiamſi alienatio ſit ſocietati damnoſa. c.14. n.2. f.142.

Alimenta ab uno ex ſociis relicta alicui præſtanda de bonis communibus debentur à ſuis hæredibus ſolummodo, licet alter ſocius legato conſenſerit. c. 27. n.73. & 74. f.312. & ſeq.

Amator an poſſit contrahere. c.7. n.11. 12. & 13. f.81. & ſeq.

Amicitiæ tres ſunt ſpecies, Naturalis, Hoſpitalis & Civilis. Proœm. n.2. f.2.

Amicitiæ naturalis tres ſunt ſpecies; Pietas, Indulgentia, Neceſſitudo. Proœm. n 3. f.2.

Amicitia civilis tres habet ſpecies. Una eſt, qua homines ejuſdem civitatis junguntur. Altera eſt, quæ à virtute proficiſcitur. Tertia eſt, qua homines inter ipſos cauſa ultilitatis utuntur, & appellatur ſocietas, Proœm. n.16. cum plurib. ſeqq. f.3.

Amicorum omnia communia. Proœm. n. 19. f. 4.

Amicus melior patre non reperitur. Proœm. n.9. f 3.

Amiſſionem rei non tenetur præſtare ſocius, ſi non conſtet, quod res fuerit in rerum natura, & quod fuerit penes ipſum. c.25. n.18. f.280.

Amiſſio probatur juramento, quando aliqua ſuſpicio adſit, rem fuiſſe penes ſocium, & iſtud dicitur juramentum purgationis. Sed quando adeſt præſumptio, quæ ſuperat ſuſpicionem, non ſufficit iſtud juramentum. c.25. n.19. & 20. f.280.

Amiſſio libri an probetur ex aſſertione facta à fœneratore, eum perdidiſſe in mari, dum navis naufragium paſſa fuit, ſi non probet, eum in navi habuiſſe. c. 25. n.27. f 281. & n.38 f.283.

Amiſſio libri an probetur à fœneratore aſſerente, ſuum famulum aufugiſſe cum eo, docto de famuli fuga. c.25. n.28. f. 281. & n.38. f.283.

Amiſſio rei ad hoc,ut ex aſſertione jurata probetur, non ſufficit probare caſum, ſed tria requiruntur. c.25.n.29.30.f.281.

Amiſſio rei non dicitur probata, probato caſu, ſi res poterat eſſe in alio loco, & non in eo, ubi caſus evenit. c.25.n.31.f.282. *& an res præſumatur eſſe in loco,ubi erat prius* vide in verb.Res.

Amiſſio libri an à ſocio probetur ejus juramento. c.38.n.42.f.434.

Amoris paterni ardor inæſtimabilis. Proœm. n.8.f.3.

Amoris parentum in filios cauſa. Proœm. n.10.f.3.

Amor parentum in filios major, quam ſit filiorum ergo parentes, & quæ ſit ratio. Proœm. n.11.f.3.

Animalia ſi hinc inde fuerunt collata, dicitur in eis inducta communio & ſocietas. c.9. n.56.f.104. *Si ſunt data paſtori, ut lucrum ſolummodo ex eis proveniens dividatur, in lucro dicitur inducta communio & ſocietas.* ibidem. *Si ſunt data cum pacto, quod dividantur in fine temporis conventi, in eis erit inducta communio & ſocietas.* ibid.

Animalia ſi traduntur paſtori æſtimata, quid operetur æſtimatio. c.19. n.38. & 39. f.218. & n.44.f.220.

Animalia an ſint alenda expenſis domini ſeu paſtoris. c.27. n.52. cum plurib.ſeq.f.308. vide in verb. Paſtor.

Arbiter electus ut conſtituat partes ſocietatis, ſi inique arbitratus fuit, recurritur ad Judicem, ſi autem arbitratus non fuerit, evaneſcit ſocietas. c.9.n.30.& ſeq.f.98.

Arbitrio boni viri quod dividantur quæſtus, conveniri poteſt. c.17.n.26.f.187. *& eo inique arbitrante, recurritur ad Judicem.* n.27.f 187.

Arbitrio unius ex ſociis, quod quæſtus dividantur, conveniri poteſt. c.17.n.28.& 29.f.189. *& ſi inique fuerit arbitratus, recurritur ad Judicem.* n.32.

Argumentum à venia ad legitimam ætatem non valet. c.5.n 20.& 21.f.61.

Argumentum à juramento ad ſtatutum loquens de legitima ætate non valet. c.5.n.23. f.61.

Argumentum ab actionibus ad res non procedit. c.14.n.13.f 144.

Aſſecurationis contractus ſuper capitale ſocietatis utrum ab uno ex ſociis fieri poſſit cum extraneo, utrum cum alio ſocio tempore, quo contrahitur ſocietas, ſive diverſo tempore. c.19. n.13. cum plurib.ſeqq. f. 212. *Quid, ſtante conſuetudine immemorabili.* n.19.f.213.& n.31.f.216.

B.

Beneficium ne conveniatur, niſi in quantum facere poteſt,habet ſocius. c.31.n.21. f.368. *& id habet etiam colonus partiarius.* n.35.f.370.

Beneficium hujuſmodi amittit ſocius, ſi dolo facit, quominus teneatur, ſive conſiſtat in committendo, ſive in omittendo. c.32. n.36 cum plurib. ſeqq. f.384. & ſequen.

Beneficium hoc non perdit ſocius,ſi culpa facit, quominus teneatur. c.31.n.37.f.371.

Beneficium hoc amittit ſocius, ſi negat, ſe eſſe ſocium. c.31. n.42.f. 372. *ſi ſit ſpecialis negatio, & non ſufficit generalis, negando narrata, prout narrantur.* n.45.f.372. *& poteſt recedere à negativa ante litem conteſtatam.* n. 44. f. 372. *& contractus non debet relaxari, etiamſi vellet cedere bonis.* n.43.f 372.

Beneficio hoc non gaudet ſocius, ſi ei renunciavit, & ei renunciaſſe dicitur, ſi omnia reſtituere promiſit,vel ſi generaliter renunciavit

omni

omni beneficio, ſive expreſſerit, ſive non expreſſerit majora, quia in contractibus veniunt etiam majora expreſſis. c. 31. n. 47. f.372. & eo magis procedit, ſi fuit adhibitum juramentum. n.48.f.372.

Beneficium hoc competit ſocio, non ſolum durante, ſed etiam diſſoluta ſocietate. c. 31. n.49. & 50. f.372.

Beneficium hoc habet locum in ſocietate, & non aliis communionibus. c.31. n.51. f.373.

Beneficio hoc non obſtante, an ſocius poſſit jurari ſuſpectus de fuga, capi & carcerari ad hoc, ut ſiſtat ſe in judicio. c.31.n.52.f.373.

Beneficium hoc ut competat, quantum facere poſſit ſocius, inſpicitur tempus rei judicandæ, deducto ne egeat, & non deducitur æs alienum, niſi debeatur ex ſocietate, & ſolummodo conſideratur perſona ipſius, non uxoris, non filiorum. c 31. n 53. f.373.

Beneficium hoc eſt perſonale, non tranſit ad hæredes, neque ad alios ſucceſſores, non datur patri, neque domino, neque fidejuſſori. c.31.n.54.f.373. Datur fidejuſſori ſi denunciet litem principali, & comparoat ipſe principalis, & opponat hoc beneficium, & datur defenſori. n.55. f.374.

Beneficio hujuſmodi utens ſocius tenetur cavere de ſatisfaciendo, ſi pervenerit ad pinguiorem fortunam, & ſufficit nuda cautio. c 31. n.56. f.374.

Boni viri arbitrio partes capitales terminari poſſunt. c.9. n.29. & 30. f.98.

Boni viri arbitrio partes quæſtus terminari poſſunt. c.17. n.28. & 29. f.189.

C.

Calculus fieri debet in reddendis rationibus poſt librorum præſentationem. c.38. n.43. f.434.

Calculatores à ſociis, ſeu à judice elegi debent. c.38. n.44. f.434.

Calculatores dant Judici relationes computorum, & Judex poſtea ſententiat. c.38. n.44. f.434.

Calculatio ut valeat, debet conſtare de calculatorum electione. c.38. n.47. f.434.

Calculatores à Judice elegi debent parte præſente, vel legitime citata. c.38. n. 48. f. 435.

Calculatores duo eligi debent, & non ſufficit unus. c.38 n.50. f.435.

Calculatores omnes à Judice eligi debent, ſeu à partibus & non ſufficit, quod unus legitime electus eligat alium, & hoc eſt verum, etiamſi eſſent conformes in quantitate, & electio & calculatio ſunt nullæ in totum. c.38. n.51. f.435.

Calculatores in calculatione debent eſſe conformes. c 38. n 52. f.435.

Calculatores poſſunt referre calculationem parte non citata. c.38. n.53. f.435.

Calculatio dicitur certa in ſumma calculata, licet adſit clauſula, ſalvo jure verioris calculi. c.38. n.54. f 436. Fallit, ſi criminaliter agatur. n.55. f 436.

Calculatione facta, reliqua ſunt reſtituenda. c.38. n.56. f.436. vid. in verb. Reliqua.

Calculatio ſemel facta an ſub prætextu erroris reviderì debeat. c.38. n.62. f.437. vid. in verb. Ratio ſemel reddita.

Capitalia æqualia & inæqualia eſſe poſſunt in ſocietate. c.9. n.22. f 97.

Capitalia licet inæqualia poſita fuerint in ſocietate omnium bonorum, omnia dividuntur pro æquali portione. Non ſic eſt in cæteris ſocietatibus, quia in eis, qui plus ponit, & plus operatur, plus percipere debet. c.9. n.23. f.97.

Capitale extrahens ex ſocietate, etiam altero

ſocio ſciente, tenetur ad intereſſe. c.15. n.23. f.166.

Capitale ſi non ponit ſocius in ſumma promiſſa, ſed in minori, tenetur ad intereſſe. c.15. n. 24. f. 166. & n.81. & ſeq. f.163. Et non requiritur proteſtatio. n.25. f.166. & n.84. f.177.

Capitale augeri poteſt in ſocietate, ſi ita fuit conventum. c.15. n.54. 55. 57. & 58. f.172.

Capitale an augeri poſſit, ceſſante conventione & conſuetudine. c.15. n.59. cum plurib. ſeq. f.172.

Capitali aucto, quaeſtus ex eo proveniens cui pertinere debeat. c.15. n.72. & 73. f.175.

Capitale ſi fuit auctum à ponente pecunias, ſciente & patiente altero ſocio ponente operas, idem judicatur de augmento, quod de principali. c.15. n.74. f.175.

Capitale ſi fuit auctum à ponente pecunias, inſcio alio ſocio ponente operas, quaeſtus ex augmento proveniens pro medietate ad augentem pertinet, non jure ſocietatis, ſed jure dominij. c.15. n.75. & ſeq. f.175. & ſeq.

Capitale ſi à ponente operas fuerit auctum in pecunia, quaeſtus ex eo proveniens in totum pertinet ad augentem. c.15. n.80. f.176.

Capitale reſpectu operarum quomodo dicatur augeri. c.15. n.80. f.176.

Capitale poſitum ab uno, altero ponente operas, ſi pereat ante, quam ſocius operari incipiat, cui perire dicatur, adſunt contrariae opiniones. c.16. n.10. & ſeq. f.182.

Capitale & lucrum praeſumuntur adeſſe in ſocietate. c.20. n.12. f.224. & c.24. n.33. f.265. c.31. n.66. f.375.

Capta & inventa, & dona fortunae communicari debent in ſocietate univerſali. c.12. n.24. f.132.

Captus ab hoſtibus communi impenſa ſtante ſocietate omnium bonorum redimi debet. c.26. n.7. f.288.

Capitali extincto, licet adhuc duret tempus conventum in ſocietate, extinguitur ſocietas, & amplius eum ponere ſocius non tenetur. c.34. n.4. f.391.

Capitali perempto, conventio, quod ſocietas duret, fieri non poteſt. c.34. n.4 f.391.

Carcerati an contrahere poſſint. c.8. n.26. f.89.

Caſus fortuitus quid ſit. c. 25. n. 1. f. 277. De caſu fortuito ſocius non tenetur. n.4. f.277. & quod de eo teneatur pactum non valet. n.5. f.278.

Caſum fortuitum allegans tenetur eum probare, & debet probare rei amiſſionem. c.25. n.6. & 7. f.278.

Caſus fortuitus intra quae tempora probari debeat. c. 25. n. 45. & 46. f.284. & ſic an ex conventione probari debeat intra annum, an poſſit probari poſt annum. c.25. n.47. f.284.

Caſus fortuiti probationes ſunt poſitae in Judicis arbitrio, in criminalibus probatio debet eſſe manifeſtiſſima, in civilibus ſufficit manifeſta. c.25. n.9. & 10. f.284.

Caſus fortuiti alij facilis, alij difficilis probationis ſunt. c. 25. n.10. & 11. f. 278. & ſeq. vide in verb. Probatio.

Caſum allegans an teneatur probare, quod evenerit abſque ejus culpa. c.25. n.48 f.284.

Caſus quidam evenire ſolent cum culpa, quidam ſine culpa, & qui praeſumuntur evenire cum culpa intelliguntur de leviſſima, ideo quando quis de leviſſima tenetur, erit obligatus probare, quod caſus ſine culpa evenerit. c.25. n.49. & 50. f.285.

Cauſae quatuor ad quamlibet rem introducendam requiruntur, efficiens, materialis, formalis, & finalis. c.2. n.1. f.11.

Cauſa efficiens quae ſit. c.2. n.2. & 3. f.11.

Cauſa materialis quae ſit. c. 2. n. 4. & 5. f.11. & c.9. n.1. & 2. f.96.

Cauſa formalis quæ ſit. c.2.n.6.& 7.f.12.

Cauſa finalis quæ ſit. c.2.n.8.& 9.f.13.

Cauſa inſtrumentalis licet procedat cum efficienti, tamen ponitur diſtincta ad majorem declarationem. c.2.n.10.& 11 f.14.

Cauſa proxima, & cauſa remota damni, quod ſit ſocietas, differunt. c.27.n.6.f.302.

Cenſere qui tenetur actiones, tenetur etiam dare ſcripturas. c.29.n.61.f.342.

Ceſſio an ſtatim, ſolutione facta, ſit facienda, & an poſt ſolutionem ex intervallo fieri poſſit. c.29.n.62.63.& 64.f.342.& ſeq.

Ceſſionem impetrare utile eſt, licet competat actio negotiorum geſtorum.c.29.n.72.f.343.

Ceſſione bonorum à ſocio facta ſolvitur ſocietas. c.34.n.34.f.396.

Chriſtianis eſt prohibitum contrahere ſocietatem cum hoſtibus Sonticis & Saracenis. c.8. n.21.f.88.

Chriſtianis non eſt prohibitum contrahere ſocietatem cum Judæis ſuper rebus ſuper quibus datur cum eis commercium, ſed optimum eſt conſilium, ab eorum ſocietate abſtinere. c.8 n.22.cum plurib.ſeq.f.89.& ſeq.

Chriſtianis Principibus utrum liceat contrahere ligam cum infidelibus contra alios Principes Chriſtianos. c.8.n.28.f.89.

Ciato communi qualiter ſit utendum. c.27. n.34.f.306.

Clerici contractus non eſt nullus ſuper negociatione, & quid ſit agendum de quæſitis ab eo. c.8.n.14.& 15 f.88.

Clericus neceſſitate victus poteſt quærere ex ejus artificio. c.8.n.13 f.88.

Clerici fructus ex re eccleſiæ provenientes in ſocietate omnium bonorum conferre tenentur. c.12 n.31.f.133.

Cohabitatio ad præſumendam ſocietatem omnium bonorum an debeat eſſe in eadem domo, ſive ſufficiat, quod vivant in communi, licet habitent in diverſis domibus, & in diverſis civitatibus. c.10 n.21.& 22.f.113.

Cohabitatio debet eſſe longæva per decennium, ad præſumendam ſocietatem, etiamſi non ſit ita longæva, aliquando ſocietas præſumi poteſt. c.10.n.24 f.114.

Cohærentia perſonæ ad alium non tranſeunt, fallit vigore ſocietatis. c.26.n.34 f.293.

Collegium dicitur ſocietas. Proœm. n.32.f.6.

Collatio à quolibet ſocio fieri debet ad hoc, ut præſumatur contracta ſocietas omnium bonorum, & debet fieri de omnibus quæſitis, quia, facta retentione, de aliquibus contracta non cenſeretur. c.10.n.25.f.114.

Collatio ſi fuit uniformis ſocietas omnium bonorum contracta non præſumitur.c.10.n.26. f.114.

Collatio difformis, licet unus tantùm, vel nemo negocietur, ſufficit ad contrahendam ſocietatem omnium bonorum. c.10. n. 29. & 30. f.115. & ſeq.

Collatio lucrorum inæqualis licet faciat magnam præſumptionem, ſocietatem non fuiſſe contractam, tamen non attenditur, quando adſunt aliæ præſumptiones in contrarium. c.10. n.31. & 32. f.116.

Collatio diverſorum ad præſumendam ſocietatem ſufficit, etiamſi ſolum facta fuerit pro parte unius. c.10. n.32 f.116.

Collatione ceſſante, ceſſat communio. c.9. n 54. f.103.

Ideo pecunia poſita ab uno ſolummodo, non communicatur. c.9 n.55.f.103.& c.16.n.13. f.183.

Fallit aliquando ratione æqualitatis ſervandæ. c.9 n 60 f.105.

Collatio diverſorum importat ſocietatem omnium bonorum, & non eſt neceſſe, quod omnia collata fuerint, quæ in hac ſocietate eſſent conficienda. c.10.n.34 f.116.

Collatione facta in majori quantitate, non præſumitur facta titulo donationis, ſed jure ſocietatis. c.10. n.35. f.117.

Collectæ pro fundo à domino, & non à colono ſunt ſolvendæ. c.27.n.46.f.307.

Et ſtatutum arctans colonum ad ſolutionem collectarum, eſt iniquum. c.27.n.48. f.307.

Collecta ſolvi debent ab eo, qui poſſidet pro ſuo, ut emphyteuta & uſufructuarius. c.27. n.47.f.307.

Collectas quod colonus non ſolvat, obſervatur de conſuetudine. c.27.n.49.f.308.

Colonus tenetur ponere ſemen. c.15.n.87.f.187.

Colonus qualiter dividat fructus cum domino prædij. c.15.n.89.f.178.

Colonus tenetur ſuis expenſis ea omnia facere, quæ non reſpiciunt perpetuam agri utilitatem. c.27.n.43.f.307.

Colonus nō tenetur, ſed dominus facere expenſas illas, quæ reſpiciunt perpetuam agri utilitatem, & an reſpiciant perpetuam utilitatem non conſideratur, an ſint magnæ vel parvæ, ſed an durent poſt tempus fructuum recollectorum. c.27.n.44.& 45.f.307.

Colonus an teneatur portare frumentum ad domum domini, diſtinguendum eſt. c.37. n.51. f.308.

Colonus non tenetur, niſi in quantum facere poteſt. c. 31.n.35. f.370. vid. in verb. Beneficium.

Colonus, non obſtante pacto & diſpoſitione ſtatuti, poteſt culturam deſerere, ſi res facta ſit ſterilis. c.35.n.31.f.404.

Communis utilitas totius ſocietatis præfertur privatæ. c. 35. n. 16. f. 401. & c. 39. n.92. f.461.

Communio, pactum de ſtando perpetuo in communione non valet, etiamſi ſit juratum. c.32. n.35. f.383.

Communio rerum in ſocietatibus particularibus non inducitur abſque traditione. c.9. n.44. f.101.

Communicantur res omnes in ſocietate omniũ bonorum abſque traditione. c.9.n.45.f.101.

Licet enim in ea traditio non interveniat, tacite tamen cenſetur intervenire. c.9.n.47. f. 102.

Communio quod non requiratur in ſocietate, tenent aliqui, & quomodo eorum opinio procedat. c.9.n.48.& ſeq.f.102.& ſeq.

Communio in ſocietate inducitur, quia ad invicem fit collatio. c.9.n.53.cum plur.ſeq.f.103.

Communio poteſt eſſe ſine ſocietate, ſed non ſocietas ſine communione. c.11.n.2.f.120.

Communio cum poſſit eſſe ſine ſocietate, quomodo cognoſcatur ex ea reſultare ſocietatem. c.11. n.23. f.123.

Communio ſi provenit ex accidenti, in ea non cenſetur contracta ſocietas. c.11.n.24.f.123.

Communio inducitur inter ſocios, quia titulus univerſalis accedit perſonæ, & propter æqualitatem ſervandam. c. 14. n. 7. & 8. f.143. & ſeq.

Communio & ſocietas qualiter probentur. c.14. n.9 cum plurib. ſeq. f.144. & ſeq.

Communio facta ſi fuit ex mutua collatione, quilibet ſuæ partis periculum ſuſtinere debet, quia res Domino perit, & quia conveniens eſt, ut quis rei periculum ſuſtineat, ex qua percipit quæſtum. c.16.n.1. & ſeq. f.191.

Communio facta qualiter conſideretur de capitali in ſocietate poſito. c.16.n.1. & 1. f.3. c.5. f.181. & ſeq.

Communi dividundo judicio agi poteſt, etiamſi res non poſſideatur. c.39.n.108. f.465.

Compenſatio doli & culpæ admittitur inter ſocios. c.37.n.13.f.412.

Confeſſio extrajudicialis probat ſocietatem. c.11. n.13. f.122.

Confeſſio non nocet in his, quæ non dependent à voluntate confitentis. c.38.n.83.f.443.
Conſenſu perficitur ſocietas tacite & expreſſe. c.1.n.6.& 7.f.9.
Conſenſu ſine rebus poſſe contrahi ſocietatem, qualiter intelligatur. c.1.n.9.f.9.
Conſequens præſupponit neceſſarium antecedens. c.5.n.11.f.59.
Confirmatio operatur ex nunc, non ex tunc. c.3.n 25.f.30.
Conſenſu carentes ob defectum naturalis infirmitatis ſocietatem contrahere non poſſunt. c.7.n.1.f.72.
Conſiliarij Principis mercaturam exercere prohibentur. c.8. n.17.f.88.
Conſenſus declaratur verbis & factis. c.10.n.1. f.108.
Conſenſus præſtitus alicui ex majoribus dicenti, aliquos eſſe ſocios, probat ſocietatem. c.11. n.13.f.122.
Conſuetudo circa alienationem rerum minorum ſtricte intelligenda. c.5. n.7.f.58.
Conſuetudo ſociorum attenditur, ut & conſuetudo regionis. c.9. n.33.f. 99. & c.27. n.50. f.308.
Conſuetudo probatur ex Doctoris atteſtatione. c.15. n.48 f.170.
Conſuetudine obſervata cenſentur deducta in ſocietate, etiam appoſita dictione taxativa. c.15. n.56. f.172.
Conſuetudinem introducere & probare, difficile eſt. c.18 n.33 f.200.
Conſuetudo in regionibus no[illegible] non probatur ex aſſertione Doctoris Theutonici. c 18 n 33. f 200.
Conſuetudine fieri non poteſt, quod uſura non ſit uſura, etiam quo ad pœnam temporalem. c.18. n.40. cum plurib. ſeq f . o1. & ſeq.
Conſuetudine an declarari poſſit, quod contractus non ſit uſurarius, ſtante dubietate. c.18. n.49. & 50. f.202.
Conſuetudo de uno contractu ad alium non extenditur. c.18.n.51.f.203.
Conſuetudo debet eſſe uniformis. c. 18. n. 51. f.203.
Conſuetudine immemorabili utrum fieri poſſit, quod contractus non ſit uſurarius. c. 19. n.19. f.213. & n.31. f.216.
Conſuetudine immemorabili ſtante, præſumitur titulus. c. 19. n. 21. f. 214. declaratur n.33. f.216.
Conſumptio ſupellectilium probatur, probato, quod in tanto tempore tot de dictis ſupellectilibus corrumpi potuerint. c.25 n.43 f.283.
Conductores vectigalium an reconducere cogi poſſint, ſi maximos proventus receperunt, & non reperiatur, qui velit conducere pro eadem mercede, ſed pro minori. c.36. n.8. f. 407.
Contrario uno cognito, ex contrariis cognoſcitur alter. c.3. n 9. f.27.
Contractus quilibet habet ſua ſubſtantialia, naturalia & accidentalia. c.2.n 12.f.14.
Contractus ſine civili obligatione inutiles eſt. c.6. n 4. f.72.
Contractus claudicare non debent. c.14. n.43. f 150. & c.16.n.10 f.182.
Contractus ex conventione legem accipiunt. Non procedit, quando conventio contractui repugnat. c.19. n 7 f 211.
Contractus rei communis ad hoc ut valeat, requiritur omnium conſenſus, & non ſufficit conſenſus majoris partis, neque habentis majus jus in re. c.28. n.9 f.319. declaratur, n.35. f 321.
Contrahens cum minore cogere eum poteſt, ut declaret, an contractui ſtare velit. c.3. n.91. & 92 f 42.
Contrahens cum aliquo tenetur ſcire conditionem illius. c.21. n.93. f 247.
Contrahens cum uno ex ſociis cautus eſſe debet, ut in

ut inſpiciat formam ſocietatis, & an in ea appareat, ſocium habere auctoritatem contrahendi, & alios obligandi. c.30.n.9.f.352.

& ſibi imputet contrahens cum ſocio, ſi formam ſocietatis non inſpexit. n.10.f.352.

Conventio eſt genus, contractus ſpecies ipſius, & genus ſocietatis. c.1.n.5.f.8.

Convivendi ſocietas qualiter contrahatur, & qualiter differat à ſocietate contracta ſuper fructibus. c.11. n.5.f.120.

Conſtituti virtus præſumitur adeſſe inter ſocios omnium bonorum. c.14. n.11.f.144.

Conſtituti virtus an comprehendat futura. c.14. n.18. f.145.

Conventio, quod ab uno operæ ponantur, & ab alio pecunia, probat ſocietatem. c.11. n.16. f.122.

Conventio de habendo lucrum ex re aliqua probat ſocietatem. c.11. n.17. f.122.

Correi ſunt, qui obligantur ex eadem cauſa, & ex eodem contractu. c.29. n.67. f.342. vide in verb. Rei.

Creditor ſi pecuniam oblatam recipere recuſet à debitore, & poſtea, eo reperto ſolvere non valente, pro ſolutione facienda inſtet, dicitur eſſe in dolo. c.37. n.6.f.411.

Credulitas nimia culpæ adſcribitur. c.21. n.79. f.245.

Excuſatur, ſi credidit conſilio amicorum & conſanguineorum. c.21. n.80. f.245.

Et ſi credidit famulo hoſpitis, cum ab alio veritas haberi non poſſit. c.21. n.81. f.245.

Et ſi credidit honeſto viro, veriſimiliter informato. n.81.f.245.

Et ſi non credidit ei, cui credere non tenebatur, de culpa ſocius redargui non poteſt. c.21. n.79. f.245.

Culpa lata & levis veniunt in ſocietate, ſed non leviſſima. c.21. n.1. f 231.

Culpa lata remitti poteſt, fallit in dote & in ſocietate. c.21.n.2.3.& 4 f.232.

Culpa à teſtatore remitti poteſt. c.21.n.7.f.232.

Culpa leviſſima venit in ſocietate, ſi ita conventum fuit, & ſi ſocius ſit diligentiſſimus in ſuis. c.21. n.10.f. 233. & ſi ſuſcepit cuſtodiam, cum diſtinctione tamen. n. 11. 12. & 14. f.233.

Culpa leviſſima præſtatur à ſocio, ſi res fuit data æſtimata. c.21. n.15. f.234.

Contraria opinio probatur. n. 16. 18. & 19. f.234.

Culpa cum diligentia non compenſatur, quia diligentia ex natura ſocietatis adhiberi debet. c.21. n.29. f.236.

Culpa ſocij aſſumpti præſtari debet à ſocio cum aſſumente. c.21.n.30 f.236.

Culpa non præſumitur, ſed ab allegante probari debet, & ea interpretatio ſumenda eſt, qua ſit excluſiva culpæ, & ad excludendam culpam præſumitur ſocium id feciſſe in alienis, quod feciſſet in ſuis, & ita factum fuiſſe, ut à cæteris veriſimiliter factum fuiſſet. c.21.n.31. & 34. f.236. & ſeq.

Culpa multo magis præſumitur ex actu, ex quo præſumitur dolus. c.21.n.36.f.237.

Culpa præſumitur in furto & incendio, quæ ſine culpa committi non ſolent. c. 21. n.37. & 38. f.237.

Culpa leviſſima venit in actione legis Aquiliæ. c.21. n.46. f.238..

Culpa præſumitur in ſociis, ſi non adhibent eam diligentiam in bonis communibus, quam adhibebant in propriis ante contractam ſocietatem. c.21. n.58. f.240.

Culpa tripliciter conſideratur; in rebus alienis, in rebus communibus incidenter, & in rebus communibus ex conventione, & quæ differentia ſit inter iſtas culpas. c. 21. n.59. & 60. f.241.

Culpa levis eſt facere, quod non faceret, vel omittere,

Digitized by Google

omittere, quod non omitteret diligens homo, & conſideratur, quod homines aut ſunt diligentes, aut diligentiores, aut diligentiſſimi. c. 21. n. 61. f. 241.

Culpa levis in ſocio quando adeſſe dicatur. c. 21. n. 62. 63. & 64. f. 241.

Datur exemplum, ſi ſocius mittat ſervum per loca periculoſa, ſi mittat merces in mari, cum terra advehi poſſint, niſi excuſaretur à conſuetudine, ſi eat per montes, cum poſſit ire per planitiem, ſi tranſeat per loca periculoſa, ſi non aſſecurat merces, cum id facere poſſet, inito contractu aſſecurationis, ſi non fuit uſus ſolito itinere, & ſolita navigatione, ſi divertit ab itinere cauſa fraudandi vectigal. c. 21. n. 71. cum plurib. ſeqq. f. 243.

Culpa eſt temporum qualitates non obſervare, puta in navigatione, & navigandi tempus adverſum dicitur eſſe à menſe Octobris uſque ad menſem Aprilis, ſed de conſuetudine non obſervatur. c. 21. n. 75. f. 244.

Et datur exemplum, ſi de nocte ſocius relinquat oſtium apertum, ſi dimittat animalia in paſcuis de nocte, ſi merces de nocte ducat, cum de die id facere poſſit. c. 21. n. 75. & 76. f. 244.

Culpa eſt, non cogitare caſum, qui facile evenire poteſt, ut eſt, mittere merces in navi non idonea; mittere navem ſine gubernatore, ponere licitas merces cum illicitis, piratas ſublevare. c. 21. n. 77 78. 79. f. 245.

Culpa aſcribitur negligentia, ut ſi ſocius ſervum à vulnere curari non fecit, ſi non fuit uſus beneficio & reſcripto à Principe obtento, ſi beneficium à Principe obtinere non procuravit. c. 21. n. 82. & 83. f. 245.

Culpa eſt, ſi ſocius ea non perquiſivit, quæ erant perquirenda, puta, an in loco ſolvatur gabella. Et quando non amovit impedimentum, cum poſſet. Quando non recollegit, & non vendidit fructus debito tempore. Quando credita non exegit debitis temporibus. Quando libros male compoſuit ita ut fidem non facerent contra debitores. c. 21 n. 84. & 85. f. 246.

Culpa eſt imperitia, ſed imperitia non eſt tribuendum, ſi ſocius decipiatur. c. 21. n. 86. f. 246.

Culpa eſt inſolita aggredi. c. 21. n. 87. f. 246.

Culpa conſiſtit in mala electione, ut ſi ſocius eligat malum famulum, & malum miniſtrum, & ſi nauta aſſumat ſecum in navi ignotos homines. c. 21. n. 87. 88. & 89. f. 246. & ſeq.

Culpa eſt in ſocio, ſi conventa non obſervat, ut ſi lucrari prætermittat, & ſi utatur re ſocietatis ad uſum non deſtinatum. c. 21. n. 90. f. 247.

Culpa eſt in ſocio, ſi non procuravit ſcire conditiones ejus, cum quo contraxit. c. 21. n. 93. f. 247.

Culpa mora eſt. c. 21. n. 91. f. 247.

Culpa eſt in ſocio, ſi damnum fuit datum ab ejus inimicis in rebus ſocietatis, etiam ſi inimicitia ſua culpa cauſata non fuerit. c. 21. n. 92. f. 247.

Culpa caret ſocius, ſi fecit ſolita & conſueta, & non requiritur, quod conſuetudo fuerit præſcripta, & ſi eſt difformis, attenditur illud, quod magis obſervatum fuit. c. 22. n. 3. & 4. f. 249.

Ideo excuſatur ſocius, ſi juxta ſolitum pecora puero cuſtodienda tradidit, ſi animalia juxta ſolitum miſit in nemore ſine paſtore, & ſi non cuſtodivit locum, qui cuſtodiri non ſolebat, & ſi poſuit merces in loco, qui clave claudebatur. c. 22. n. 3. cum plur. ſeq. f. 249.

Culpa caret ſocius, ſi re utatur ad uſum deſtinatum,

natum, & non inſpicitur futurus eventus, ut, ſi inmittat animalia in agro deſtinato ad paſcendum, & damnum dent in fundo contiguo. c.22.n.7.f.249.

Culpam excuſat impoſſibilitas, ut, ſi ſocius non potuit prævidere & divinare, & ſi fecit quicquid potuit, & ſi de nocte bene omnia videre non potuit ob pluviam. c. 22.n.10.11. & 12. f. 250.

Culpa etiam caret ſocius, ſi ea non fecit, quæ facere non tenebatur, & ſi factum in utile fuiſſet, & ſi erat dubium, an eſſet utile. c. 22. n. 13. 14. & 15. f. 250.

Culpa ab eo reprehendi non poteſt, qui eſt in dolo, & ab eo, qui eſt in graviori & in pari culpa. c.22.n.16.f. 251.

Et inter ſocios, qui ſunt in pari culpa, admittitur compenſatio. n.17. f. 251.

Culpæ qui cauſam dat, culpam allegare poteſt ab eo culpa objici non poteſt, qui ex ea ſenſit commodum. c. 22. n.10. & 61. f. 251.

Culpa allegari non poteſt in facto, ex quo nullum damnum reſultat. c.22.n.22. f.251.

Culpa prima excuſatur & ultima attenditur. c.22.n. 21. f. 251.

Culpa proxima attenditur, non remota. c.22. n.22 f. 251. & c.23.n.21. f. 255.

Culpa in faciendo prævalet culpa in omittendo. c.22. n23 f.251.

Culpa debet in ſpecie articulari & probari, & non ſufficit, ſi factum fuit in genere, & teſtes debent eſſe conteſtes, & debent reddere cauſam ſcientiæ, etiam non interrogati. c.22.n.1. 2.3. f. 249.

Culpa probata non dicitur, probato actu, qui à culpa ſeparatus eſſe poteſt. c. 23. n. 3. f. 253.

Culpa ejus, cum quo ſocius dicitur habitare non poſſe, non dicitur probata ex eo, quod teſtes dicant, in domo fieri rumores, quia poteſt eſſe, quod fiant dicti rumores abſque ejus culpa. c.23.n.4.f.253.

Culpa in ſocio non adhibente medicum, non dicitur probata, niſi teſtes dicant, medicum potuiſſe adhiberi. c. 23.n. 5. f.254.

Culpa ſocij non convertentis pecuniã in emptionem prædiorum, non dicitur probata, niſi teſtes dicant, quod prædia venalia reperiebantur. c.23. n. 6. f. 254.

Culpa ſocij probata non dicitur ex eo, quod credita non exegerit, & pecunias ad cambium non acceperit, niſi teſtes dicant, quod prædicta facere potuerit. c.23.n.7.& 8. f.254.

Sic culpa in Judice, ſi non ſederit ad bancum, non probatur, niſi probato, quod aliqui comparuerint pro juſtitia obtinenda. c.23. n. 9. f. 254. & non probat in eo, qui ſecum peocuratorem non duxerit, non probato, quod facultatem eum conducendi habuerit. c.23.n.10. f.254.

Culpa ſocij in non locando prædia non probatur, niſi conſtet, habuiſſe facultatem ea locandi. c.23.n.11.f.254.

Culpa ſocij creditori non imputatur, ſi non vendidit pignora, niſi conſtet, quod aderant emptores. c.23.n.12. f. 254.

Culpa non imputatur ſocio, qui aſſecuratorem non adhibuit mercibus tranſvehendis, niſi conſtet, quod aſſecuratores reperiebantur. c. 23.n.13.f.254.

Culpa ſocio non imputatur, qui ſolvere tenebatur certo loco & tempore, ſi non fuit probatum, quod ille, cui erat facienda ſolutio, tempore convento in loco reperiebatur. c. 23. n. 14. f.255.

Culpa ſocij, qui frumenti ſequeſtrationem non procuravit, non dicitur probata, niſi conſtet, quod frumentum erat in loco, in quo erat facienda ſequeſtratio. c. 23.n. 15. f. 255.

Culpa

Culpa quod fuerit ad caſum ordinata, probari debet. c.23.n.16.f.255.

Culpa dicitur ad caſum ordinata, quando caſum præcedit, & niſi præceſſiſſet, caſus non eveniſſet, vel quando caſus facile prævideri poterat, vel quando principaliter reſpicit caſum. c.23. n.17.18.& 19 f.255.

Culpa dicitur ad caſum ordinata, quando eſt cauſa proxima, ſecus ſi remota. c.23.n.20. f.250. *Niſi tamen qualibet culpa eſſet conſideranda.* n.21.f.255. *Secus ſi una tantum conſideranda veniret.* n.22.f.255.

Culpa in faciendo à dante operam rei illicitæ non conſideratur, an fuerit ordinata ad caſum. c. 23. n. 23 f. 256. *etiamſi damnum eveniat præter ejus intentionem.* n. 24. f. 256.

Culpa tenetur ſocius, ſi faciat contra conventa, etiamſi non ſit ordinata ad caſum. c. 23. n. 26. f. 256. *Idem eſt in faciente contra Domini voluntatem.* n. 27.f.256. *& in adminiſtratore & inſtitore.* c. 23.n.28.f 257.

Cuſtodia à ſocio non cenſetur recepta, ſi recompenſatione non conſtituta. c. 21. n. 13. f. 233.

Curator non poteſt contrahere cum minore. c. 8. n. 5.f. 87.

D.

Damnum obveniens in pecunia poſita à ſocio, altero ponente operas, antequam ſocius incipiat operari, an ſit commune, ſive in totum pertineat ad ponentem eam. c.16. n. 10. cum plur. ſeq. f.182.& ſeq.

Damnum obveniens in re unius ex ſociis occaſione ſocietatis eſt commune. c.19. n.42. f. 219.& c. 27. n. 12.f.303.

Damna prius deducuntur ad hoc, ut appareat, an in ſocietate adſit lucrum. c.20. num.1. f.222.

Damnum ſocio obveniens injuria Judicis commune eſt. c.2 .n 17 f.289.

Damna ſocietati non imputantur, ſi ſocietas ſit eorum cauſa mediata & remota, ut ſi ſocius ob abſentiam cauſa ſocietatis res proprias negligentius adminiſtravit. c.24.n.4 f.260.

Damnum eſt commune, ſi ſocietas ſit ejus cauſa proxima & immediata, ut ſi vulneratus fuit ſocius, cum ſervis communibus ad fugam erumpentibus reſiſteret, & quæ ſit ratio inter cauſam proximam, & cauſam remotam. c. 27 n.5. & 6 f.302.

Debita ſi non ſunt ſoluta ante diviſionem ſocietatis, cautiones ſunt interponendæ de conſervando ſocio debitore indemne. Si ſunt ſoluta ſocio, qui ſolvit, erit ſatisfaciendum, & ſi ſocius tempore diviſionis erat condemnatus ad ſolvendum, erit conſervandus indemnis in diviſione, non per cautionem, ſed per ſolutionem, & ſi non erat condemnatus, ſed de proximo erat condemnandus, & ſi erat obligatus, obligatione habente executionem paratam, ſimiliter erit conſervandus indemnis per ſolutionem. c. 39. n. 100. f. 263.

Debita omnia inter ſocios omnium bonorum ſunt communia. c.26.n.18.f.289.

Decoctione ſeu fallimento ſolvitur ſocietas. c.343 n. 35. cum plurib. ſeq f. 395.

Decretum Judicis requiritur in alienatione rerum pupilli. c.4 n.20. f.51. *& requiritur in ſocietate.* n. 21. f. 51. *An requiratur in taceta ſocietate omnium bonorum.* n. 22. cum plur. ſeqq. f 51.

Decretum an requiratur in ſocietate à minore contracta, carente curatore. c.5 n.5.f 58.

Delinquendi occaſio à lege nunquam datur. c. n. 23. f. 30.

Denunciatio evangelica an concedatur minori, quando alio modo non poteſt petere reſtitutionem

tionem in integrum. c. 5. n. 51 f. 67.
Denunciatio evangelica an concedatur filio, deficiente alia actione contra patrem. c. 6. n. 16. f. 74.
Denunciatio evangelica an concedatur pro ſtipulatione à tertio facta. c. 14. n 32. f. 148.
Dies tacita & dies incerta differunt. c. 24. n. 18. & 19. f. 263.
Dies tacita & dies incerta an conſtituant in mora. c. 24. n. 17. f. 262.
Dies expreſſa & dies tacita quando conſtituant. in mora. c. 24. n. 11. & 12. f. 261.
Dies aliquando apponitur pro fine ſocietatis, aliquando pro reſtitutione facienda de capitali & lucro, & an utroque caſu conſtituat in mora? c. 24. n. 14. cum plurib. ſeq. f. 262.
Dies an eſſe debeat naturalis ſeu artificialis, ubi agitur de termino faciendi diſdictam, ſeu mutandi perſonam in ſocietate efficij. c. 35. n. 24. f. 403.
Dies termini an computetur in termino? c. 35. n. 24. f. 403.
Diffinitio præmittenda in quolibet tractatu. c. 1. n. 1. f. 8.
Diffinitiones ſocietatis. c. 1. n. 3. & 4. f. 8. & ſeq.
Diffinitio rei ſubſtantiam demonſtrat. c. 1. n. 3. f. 8.
Differentia quæ ſint inter ſocietatem & cæteros contractus. c. 1. n. 11 f. 10.
Digniora ſunt proponenda. c. 3. n. 1. f. 26.
Diligentiæ paritas toleratur, ſed non toleratur paritas in negligentia. c. 21. n. 65. f. 242.
Diligentia major adhiberi debet, nova cauſa ſuperveniente. c. 21. n. 66. f. 242.
Diligentiam eandem adhibere debet ſocius in rebus communibus, quam adhibet in propriis, durante ſocietate. c. 21. n 67. f. 242.
Diligentia comparatio inter res diverſas fieri non poteſt. c. 21. n 68. f. 242.
Diſdicta facta, ſolvitur ſocietas. c. 35. n. 4. f. 400. vid. in verb. Renunciatio.
Diſcordia ſtante inter partes, res non ſortitur effectum. c. 28. n. 40. f. 321.
Diviſio uno modo conſideratur ad cognoſcendum, quam quiſque partem in ſocietate habere debeat, alio modo conſideratur circa res communes inter ſocios dividendas. c. 39. n. 1. & 2. f 449.
Diviſio præſupponit communionem. c. 39. n. 2. f. 449. Ideo prius detracto capitali, quod non eſt commune, puta pecunia, diviſio fit de lucris communibus, quæ ſuper ſunt c. 39. n. 3. f. 449. Sed declaratur, quod pecunia pro capitali poſita extrahi debet, & venit reſtituenda, ſi adſit, quia ſi ſit irrogata in maſſaritiis neceſſariis pro ſocietate, & in aliis rebus ſocietatis, & ſi reperiatur increditis, erit reſtituenda dedictis maſſaritiis & rebus, & erunt conſignanda credita pro quantitate poſita. ad ponentis electionem. n. 4. f. 449.
Diviſa bona minus ſunt utilia, quam unita, & diviſio viles facit familias, paupertatem inducit, & dignitates minuit. c 39. n. 5. f. 450. Tamen nemo cogitur ſtare in communione ex qua diſcordia oriuntur, & à diviſione ſedantur. c. 39. n. 6. f. 450.
Diviſio eſt actus neceſſarius, & peti poteſt deveniri ad diviſionem, etiam ſi unio duraſſet per temp. immemorabile. c. 38. n. 7. f. 428.
Diviſio eſt quod facti, & ab allegante probari debet, & ſi ſocij poſſederunt bona indiviſa, potius id feciſſe præſumuntur cauſa commodioris culturæ, quam titulo donationis. c. 39. n. 11. f. 450.
Diviſio facta præſumitur, ſi per decem annos inter præſentes, & per viginti inter abſentes bona diviſa poſſeſſa fuerunt, fructus percipi-

percipiendo, & ſolvendo onera. c.39.n.11. f. 450.

Non procedit, ſi partes ſint inæquales. n.14. f. 450. etiam ſi diceretur, recompenſationem fuiſſe factam in pecunia, quia talis ſolemnitas materialis non præſumitur. n.18. f. 451. Declaratur, ſi modica eſſet inæqualitas. n.19. f.451

Diviſio multo magis facta non præſumitur, ſi unus totam rem poſſideat. c.39 n.15 f.451.

Diviſio non præſumitur ex locatione. c 39. n. 12. f. 450.

Diviſionem ex curſu temporis factam præſumi alleg ari non poteſt, ſi fuit deventum ad novam diviſionem, etiam ſi nulliter, quia voluntas declaratur etiam ex actu nullo. c.39. n.53. f. 450.

Diviſio dicitur modici prejudicij, & facile facta præſumitur, quia natura primæva communionis attenta, ſocij dividere tenetur, ſed hoc procedit, ſtante æqualitate, quia, ſtante inæqualitate, diceretur maximi prejudicij, & non præſumeretur. c.39. n.16. & 17. f. 451.

Diviſio quod ſit reſcidenda, quando conſtat de inæqualitate ultra dimidiam, procedit, ubi conſtat, factam fuiſſe diviſionem, ſed non procedit, ubi agitur de ea præſumenda. c.39. n. 20. f 451.

Diviſio non præſumitur facta, ſtante inhabilitate rerum & perſonarum. c. 39. n. 21. f 451.

Diviſio à minore non præſumitur facta, niſi tranſacto trecennio poſt minorem ætatem. c. 39. n.21. & 22. f. 451 & ſeq.

Diviſio facta præſumitur, ſi in libro æſtimi res diviſæ notatæ apparent. c 39. n. 23. f. 452.

Diviſio quod facta fuerit, probatur per teſtes, & per confeſſionem partium, ſi valida ſit. c.39. n.24. & 25. f. 452.

Diviſio debet fieri Judicis arbitrio. c.39.n.26. f. 452. & non eſt vera opinio exiſtimantium, quod ætate major, ſeu ille, qui diutius adminiſtravit, partes facere debeat, & minor, & ille, qui minus adminiſtravit, habeat electionem. n. 27. f. 452.

Diviſione in facienda Judex judicio peritorum uti poteſt, & poteſt etiam locum inſpicere; c. 39. n.31. f.453.

Qualiter loci inſpectio ſit in actis ſcribenda. n 32.33. & 34. f. 453.

Diviſione in facienda Judex uti poterit judicio ſortis. c. 27. n.33. & 35. f. 306. & c. 39. n.35. f.453. vid. in verb. Sortis judicio. Et poterit etiam in ſententia cuique ex ſociis partem aſſignare. c. 39.n.35. & 36 f. 453.

Diviſio eſt ſpecies alienationis. c.39 n.38. f 454. Eſt ſimilis permutationi. n.39 f.454. ſimili venditioni. n 40. f 454. & eſt contractus innominatus. n 41 f. 454.

Diviſio à minore fieri non poteſt abſque decreto. c.39. n.42. f.454.

Procedit non ſolum in rebus immobilibus ſed etiam in mobilibus poſitis in negociatione & mercatura, quia cum negociatio & mercatura ſint quid univerſale, inter immobilia computantur. c.39. n.43. & 44. f. 454. Fallit ſocietate diſſoluta, quia amplius in mercatura & negotiatione, ſuper qua fuerat contracta ſocietas, ſtare non dicuntur. c.39. n.45. f. 454.

Quod requiratur decretum, procedit, etiam ſi dividantur cenſus & annuus fructus, qui inter immobilia computantur. c.39. n.46. & 47 f. 455.

Diviſio, juſta cauſa ſtante, à minore fieri poteſt c. 39. n 48. f. 455. Juſta erit cauſa, ſi à majore ad diviſionem provocetur, quia dicitur alienare ex neceſſitate, & non ex voluntate

luntate. n. 49. & 50 f. 455. Et provocatio dicitur fieri, facta ſocietatis diſſolutione. n. 53. f 456. & in dubio ſi non conſtaret, à quo facta fuiſſet provocatio, in diviſione facta judicialiter cenſeretur facta à majore, ſecus in extrajudiciali. n.53. & 54. f. 456.

Diviſio ſi ſit prohibita, tamen ex neceſſitate fieri poterit. c.39. n 51. f.456. & poterit fieri à minore ſine decreto. n. 55. f. 456. non ſic fieri poteſt alienatio neceſſaria, & quæ ſit ratio differentiæ. n.56. f. 456.

Diviſio fieri poteſt à minore cum interventu tutoris, licet non confecerit inventarium. c. 39. n. 57. f 456. etiamſi ſtatuto diſponatur, quod minor non poſſit contrahere ſine certis ſolemnitatibus. c. 39. n. 58. & 59. f. 456. & ſeq.

Diviſio, ſtante provocatione facta à majore, etiam inter minores fieri poteſt, licet ſe invicem ad diviſionem provocare non poſſint. c.39. n 60. & 61. f. 457. ſed non poterunt dividere, ſi alia via ſit eis interdictum. n. 62. f. 457.

Diviſionis etiam juſta eſt cauſa, ſi ſocius ſit rixoſus, quia ſocius rixoſus dicitur provocare, & Judicis arbitrio terminatur, quando ſocius rixoſus dici debeat. c. 39. n. 63 64. & 65. f. 457.

Diviſio, etiam juſta cauſa ſtante, fieri non poteſt, ſi cum prohibitione legis concurrat prohibitio hominis, puta teſtatoris. c.39. n. 66. f. 457.

Diviſio fieri poterit rationa culturæ, & poterunt dividi fructus, prohibitione ſtante. c. 39. n. 67. f. 458. & n. 85. f. 460.

Diviſio ne ſit facienda in perpetuum, an pacto fieri poſſit. c. 39. n. 68. & 71. f. 458. vid. in verb. Pactum.

Diviſio à mulieribus ſine ſolemnitatibus à ſtatuto requiſitis fieri non poteſt, etiamſi adſit cauſa, & quæ ſit ratio differentiæ inter mulieres & minores. c. 39. n. 75 & 76. f. 459.

Diviſio utilis minori & mulieri valet ſine ſolemnitatibus. c. 39. n. 77. f. 459.

Diviſio facta à patre legitimo, adminiſtratore bonorum filij, valet. c.39. n. 79. f. 459.

Diviſio facta à minore minori decem & octo annis, valet, ſtante ſtatuto, quod major decem & octo annis ſit legitimæ ætatis. c. 39. n. 79. f 459.

Diviſio juramento roborata valet. c. 39. n. 80. f. 460.

Diviſio de rivo communi qualiter facienda. c. 27. n 34. f 306. & c. 39. n. 83. f. 460.

Diviſio qualiter facienda de ciato communi c 27. n 34 f 306.

Diviſio de bonis feudalibus, emphiteuticis, & de juribus incorporalibus, ſi fieri non poteſt, erunt dividendi fructus & uſus, & eorum adminiſtratio facienda alternis annis. c. 39. n. 81. f. 460.

Dividenda erit commoditas præſentandi inter plures habentes jus patronatus eccleſiæ c. 39. n 82. f. 460.

Dividenda eſt commoditas in ſervitutibus. c 39. n. 83. f. 460.

Dividi debent proventus, puta pedagia, ſi via eſt communis inter duas civitates. c. 39. n. 84. f. 460.

Diviſionem commodam ſi res patitur, ſtatur Judicis arbitrio, & erit uni in totum aſſignanda, facta recompenſatione in pecunia. c. 39. n. 86. f. 461. Et pro qua quantitate ſit reficienda pecunia, non ſolum poteſt Judex interrogare partes, ſed etiam debet extraneos ad licitandum admittere. n. 87. f. 461. vid. in verb. Licitatio.

Et

Et non eſt verum, quod, ſi res non poteſt commode dividi, ſit danda habenti partem majorem, ſolummodo habens partem majorem erit præferendus in pari licitatione. c. 39. n. 88 f. 461.

Et quæ ſolemnitates ſint obſervandæ, quando uni in totum res ſit aſſignanda, & adſint minores & mulieres. n. 89. f. 461.

Diviſio eo modo eſt facienda, in quo ſocij concordant, & ſociorum omnium utilitas, & non unius ſolummodo erit attendenda, quia utilitas communis inter ſocios præfertur privatæ. c. 39. n. 92. f. 461.

Diviſio cujuslibet rei fieri non debet, ſed in groſſo inſimul poni debent, & peſſimi ſunt ſocij illi, qui cujuslibet rei partes facere cupiunt. c. 39. n. 95. f. 462.

Et partes non debent aſſignari ſeparatæ, ſed unitæ & contiguæ. n. 93. f. 461. & poſſidenti alia bona pars ſua contigua de dictis bonis aſſignari debet. n. 94. f. 462.

Diviſio cum abſente, qui non reliquit procuratorem, qualiter ſit facienda. c. 39. n. 98. f. 462.

Diviſio præbet juſtam cauſam uſucapiendi & præſcribendi. c. 40. n. 6. f. 468.

Diviſio ſemel facta retractari non debet. c. 40. n. 1. f. 467. fallit, ſi fuit facta ex falſa cauſa, etiam ſi fuit adhibitum juramentum. n. 2 f. 467.

Et ſi ſit facta per errorem etiam juris, quia in diviſione agitur de damno evitando. n. 3. f. 468. vid in verb. Error.

Diviſio retractatur, ſi cuique non fuit debita portio aſſignata. c. 40. n. 24. f. 472. vel ſi res aliquæ indiviſæ remanſerunt. n. 25. f. 472.

Diviſio doloſa retractatur, ut ſi uni probecarenti doloſe fuerunt aſſignata bona omnia fideicommiſſo ſubjecta; & doloſa etiam dicitur diviſio reſpectu Domini directi, ſi in totum feudum fuit aſſignatum uni habenti prolem. c. 40. n. 26. & 27. f. 472.

Diviſio ob inæqualitatem retractatur, ſi inæqualitas ſit ultra dimidiam. c. 40. n. 28. f. 472. ut fieri ſolet in emptione & venditione. n. 39. f. 474. & hoc eſt verum, etiamſi diviſio fuit facta judicio ſortis, cum diſtinctione tamen. n. 40. f. 474. Non retractatur, ſi facta fuit diviſio Judicis ſententia, quia appellandum erat. d. n. 40. f. 474. & ſi facta fuit cum juramento ſecundum veram opinionem. n. 41. & 42. f. 490. quæ tamen reprobatur. n. 43. f. 490.

Diviſio non ſolum retractatur, ſi adſit inæqualitas ultra dimidiam, ſed etiam, ſi adſit læſio in ſexta parte. c. 40. n. 44. f. 491.

Etiam ſi fuit adhibitum juramentum, ſaltem obtenta abſolutione. n. 45 f. 491.

Diviſio quid comprehendat pro parte unius conſideratur, conſiderata parte alterius, quemadmodum quid fuerit venditum conſideratur, conſiderata pretij quantitate. c. 40. n. 29. f. 472.

Diviſio an fuerit æqualis conſideratur, quid actum fuerit à principio, & non conſiderantur ea, quæ ſuperveniunt ex accidenti. c. 40. n. 35. f. 485.

Doctori atteſtanti de conſuetudine an ſit credendum. c. 3. n. 8. f. 27.

Dolus venit in ſocietate. c. 20. n. 2. f. 222.

Dolus verus, & dolus præſumptus, & dolus in committendo, & dolus in ommittendo, & dolus præteritus, & dolus de futuro differunt. c. 20. n. 3. cum plur. ſeq. f. 222. & c. 37. n. 37. & ſeq. f. 418. vid. in verb. Literatio.

Dolus an remitti poſſit, ſaltem adhibito juramento. c. 20. n. 3. cum plur. ſeq. f. 222. & ſeq. c. 37. n. 37. & ſeq. f. 418.

Dolus

Dolus ſive conſiſtat in faciendo, ſive in omittendo remitti in ſocietate non poteſt. c.20. n. 13 f 224.

Dolus, qui deſtruit ſocietatem, cum ſocietate ſtare non poteſt. c.20 n 14. 17. & 21. f.224.

Dolus in omittendo eſt vere dolus, & continetur in omiſſione lucri c.20.n.14. f. 224.

Dolus licet præſumatur ex non confectione libri rationum, tamen libri confectio, & ſic actus, ex quo dolus præſumitur remitti poteſt. c. 20. n.7. & 8. f. 223. & ex tali actus remiſſione non cenſetur remiſſus dolus. n.9. f. 223. & ex tali actu remiſſio ſi non poterit probari dolus, probari poterit alio modo. n. 11. f 223.

Dolus præſumitur in ſocio, qui male reddit rationem ſuæ adminiſtrationis. c.3.n 73. f 38.

Dolus in ſocio præſumitur, ſi dicat, nihil extare in ſocietate. c.20.n. 11. f 223.

Dolus eſt in ſocio, ſi ommittat negociari & lucrari. c.20.n.8. & 9. f. 223. n.17. f. 225. n.21. f.225. & non ſervat pacta. c.31 n.39. f. 371.

Dolus non cenſetur remiſſus, licet ſocio fuerit conceſſum, quod poſſit lucrum taxare cum ejus juramento. c.20.n.15. f.224. ſic, ſi creditori ſit data facultas taxandi intereſſe ejus juramento, dolus non cenſetur remiſſus. n.16 f. 225.

Dolo ſtante, datur juramentum in litem. c.20. n. 18. f.225. vid. in verb. Juramentum.

Dolus in ſocio non præſumitur, ſi utatur tota re ad uſum deſtinatum. c. 20. n. 26. f.226. Dummodo terminos ſocietatis non excedat n. 27. f. 226. & ſi excedat, faciet aliqua cauſa motus. n. 28. f. 226. & ſi eſt juſta cauſa, probat aliqualiter. n. 29. f. 227. & ſi eſt colorata cauſa, probat plene. ibidem.

Dolus verus per verba generalia remiſſus non cenſetur. c.37.n.44. f.420.

Dolus verus futurus neque tacite, neque expreſſe remitti poteſt. c.37.n.37. & c.20.n.13. & ſequent. f. 224. vid. in verb. Liberatio.

Dolus præſumptus non cenſetur remiſſus, remiſſa redditione rationum. c.37.n.38. f.418.

Dolus præteritus cenſetur remiſſus inter vivos, ſtante generali remiſſione, ſecus in ultima voluntate. c.37.n.42. f.419.

Dolus verus in committendo dicitur, quando reliqua non reſtituuntur. c.37. n.39. f.419.

Dominium pecuniarum præſumitur eſſe poſſidentis. c.3. n.78. f. 39. niſi adſint aliæ præſumptiones in contrarium. n.80. f. 40.

Dominium & poſſeſſio an communicentur in ſocietate, pluribus modis conſideratur. c.9. n.41. f.101.

Dominium communicatur inter ſocios, quia titulus univerſalis accedit perſonæ, & propter æqualitatem ſervandam. c.14. n.7. & 8. f. 143. & ſeq.

Dominij communio requiritur in ſocietate. c. 9. n.42. f. 101.

Dominium, ſi non fuit tranſlatum in ſocium acquirentem, communicatum cenſeri non poteſt. c.14. n.29. f. 147.

Dominium non dicitur translatum ex translatione facta de periculo. c. 18. n. 69. f. 205. declarantur. n.73. f. 206. & c. 19. n. 22. f. 214. & n. 34. f. 216.

Dominium in diviſione ſocietatis transfertur ſine traditione. quia reſolutio contractus eſt ejus natura, cujus eſt contractus. c.39 n.107. & 109. f. 464. & ſeq. declaratur. n.110. f. 465.

Domeſtici & familiares ſufficiunt ad probandum, quod res erat in loco, ubi caſus fortuitus evenit. c. 25. n.35. f.282.

Domum communem ſolitam locari poteſt locare ſocius, altero ſocio invito. c.28. n. 29. f. 320 vide in verb. Locatio.

Domo

Domo communi uti poteſt ſocius, etiam frangendo clauſuram ab altero ſocio impoſitam. c. 22. n. 8. f. 249. & c. 28. n. 30. f. 320.

Domum communem ſi vult ſocius inhabitare, non debet eſſe impedimento alteri ſocio, qui vult partem ſuam locare. c. 28. n. 50. f. 317. fallit ſi domus non poteſt dividi percœnacula, & ſi ſocius vellet introducere in parte ſua perſonas inhoneſtas. ibidem.

Domum totam ſolitam locari inhabitans ſocius an alteri ſocio teneatur ad mercedem c. 28. n. 64. f. 325.

Domum communem conductam ſi inhabitare perſeveret ſocius, an cenſeatur facta tacita reconductio, & teneatur ad ſolidam mercedem. c. 28. n. 67. f. 326.

Donatio præſumitur inter conjunctos proœm. n. 13. f. 3.

Donatio facta ante ſocietatem non repugnat ſocietati. c. 19. n. 6. f. 211. & quomodo in ſocietate titulus donationis conſideretur. c. 17. n. 37. f. 190.

Donatio eſt, & non ſocietas, ſi dives permittat, quod pauper cum ejus pecunia negocietur, & lucrum recipiat in majori quantitate, quam ſibi deberetur. c. 19. n. 8. f. 211.

Donatio nunquam præſumitur, ubi alia præſumptio ſumi poteſt. c. 37. n. 50. f. 421.

Donatio non cenſetur facta, ſi à me petis, quod tibi donem talem rem, & ego reſpondeam, non ſolum iſtud, ſed quicquid tibi placet. c. 37. n. 51. f. 421.

Donatio de eo, quod plus expenſum fuit inter fratres, quomodo præſumatur. c. 27. n. 67. & ſeq. f. 311.

Donatio non præſumitur, ubi verba non patiuntur. c. 40. n. 12. f. 469.

Donatio non præſumitur, ſed potius error, etiam in facto proprio. c. 40. n. 13. f. 469. & non præſumitur, ſtante decreti prohibitione. n. 14. f. 470.

Donatio propter ſocietatem, hoc eſt, contemplatione ſocietatis confirmatur, ſecus ſi contemplatione perſonæ. c. 13. n. 3. f. 137.

Donatio in dubio cenſetur facta ſocij, & non ſocietatis contemplatione. c. 13. n. 4. f. 138.

Dos filiæ unius ex ſociis omnium bonorum de communi ſolvi debet. c. 26. n. 21. cum plur. ſeq. f. 290.

Dos, quod de communi ſolvatur, quemadmodum pacto expreſſo fieri poteſt, ita & tacito. c. 26. n. 26. f. 291.

Dotes in communi ponuntur in ſocietate, non ſimpliciter, ſed cum obligatione reſtituendi. c. 26. n. 28. f. 292.

Dotandi onus cohæret perſonæ, & ea, quæ cohærent perſonæ, ad alium non tranſeunt, fallit vigore contractus ſocietatis. c. 26. n. 34. f. 293.

Dotis debitum eſt neceſſarium, non voluntarium. c. 26. n. 37. f. 294.

Dos ſorori unius ex ſociis excluſæ vigore ſtatuti erit danda de communi. c. 26. n. 44. f. 297.

Dotis unius filiæ ſolvendæ cautio erit interponenda in diſſolutione ſocietatis, licet adhuc non ſit maritata. c. 26. n. 39. f. 294. & n. 43. f. 296.

Dos promiſſa, durante ſocietate, ea diſſoluta, de communi erit ſolvenda. c. 26. n. 42. f. 296.

Dos de communi ſolvenda intelligitur de moderata, & non de immoderata. c. 26. n. 45. f. 297.

Dos ſi de proprio eſſet ſolvenda, ſi ſocius ſciens, quod de communi ſolveretur, non ſolum ſibi præjudicaret, quod dotem ſolutam, ſed etiam quod ſolvendam pro alia filia. c. 26. n. 46. & ſeq. f. 297.

Dotis lucrum proveniens, mortua uxore, vigore ſtatuti communicatur. c. 12. n. 29. f. 133.

Digitized by Google

E.

EBrius an poſsit ſocietatem contrahere. c.7. n. 7.& ſeq.f.80.

Eccleſia & laicus ſi habent fundum communem in eo præſcribendo requiritur tempus, quod requiritur in præſcribenda re eccleſia. c.12. n.15. f. 131.

Eccleſia colonus ſolvit collectas & gabellam de parte ſua, licet eum non ſolvat eccleſia.c.12. n.19. & 20.f.131.

Edere librum an ſocius teneatur alteri ſocio actori. c.38.n.41.f.433.

Egeſtate ſolvitur ſocietas, nempe venditis omnibus bonis ſocij à creditoribus. c.34. n.24. & 25. f.395. & publicatione bonorum ſecuta. n.27. f.395. & ceſsione bonorum facta. n. 34. f. 396. & decoctione ſeu fallimento. n 35. f.396.

Electio mala culpa eſt. c. 21. n.88. f.246.

Eleemoſynæ fieri, & vota adimpleri debent communibus expenſis. c. 26. n. 15. & 16. f. 289.

Emere ad credentiam an liceat ſocio. c.15.n.67. cum plur. ſeq. f 174.

Emphyteuſis & feudum non communicantur, ſed communicantur fructus c.12.n.36.& 37. f. 133.

Emptio viliori pretio fieri poteſt, quando venditor non vult teneri de evictione. c.5.n.38. f.64.

Empta re communi nomine in ea cenſetur contracta ſocietas, niſi adſint conjectura in contrarium. c. 11. n. 26. cum pluribus ſeqq. f. 124

Empta ſi ſit res communi nomine ab uno ex ſociis, alter ſocius, qui vult partem habere in re empta, tenetur emptori reſtituere partem pretij. c.14.n.65. f.153. Et erit habenda ratio fructuum perceptorum, melioramentorum & intereſſe pretij non ſoluti ibidem.

Et fructus ex re empta percepti ante pretij reſtitutionem erunt in ſortem computandi, & erit cautela mirabilis ad acquirendam rem ſine pretio c.14 n.66.f.153. quæ tamen in ſocietate reprobatur. n. 69. cum plur. ſeq. f. 153.

Empta res proprio nomine non debet communicari, etiam ſi fuit empta cum pecunia communi. c.14.n.74 f. 154. vel cum pecunia alterius ſocij. n.75.f.155.

Si non pertineat ad ſocietatem. n.81.f.155. ſed ſi pertineat ad ſocietatem, communicari debet. n.79.& 80. f.155.

Et in dubio non præſumitur, pertinere ad ſocietatem & probari debet. n 82.f.155.& poteſt probari conjecturis. ibidem.

Et conjectura deſumuntur à conſuetudine ſociorum, ſi erant ſoliti omnia communicare, & à qualitate rei & perſonarum. n.82. 83. & 84. f.155. & ſeq.

Empta res communi nomine ab omnibus ſociis ſtatim efficitur communis. c. 14. n 85. f. 156.

Empta res ab inſtitore efficitur communis. c.14. n.86. f. 156.

Empta res in dubio præſumitur empta proprio nomine. c.14. n 87. f.156. Contrarium probatur conjecturis & præſumptionibus. n.88. f. 156.

Empta res præſumitur communi nomine, quando pro ea emenda fuit contracta ſocietas, quia emendo proprio nomine diceretur egiſſe dolo ſe & maligne. c.14.n.89 f.156.

Empta res præſumitur communi nomine, ſi fuit empta cum pecunia deſtinata ad ejus emptionem. c.14. n.90. f.156. & ad quæſtum ſemper dicerentur pecuniæ deſtinatæ, ſi omnes quæſtus conferri deberent. n. 91. f. 157.

Empta res communi nomine præſumitur, ſi ita

communi

communi nomine emere ſocius ſolitus erat. c. 14. n. 92. f. 157.

Empta res in dubio cenſetur cum pecunia emptoris, ſed ad contrarium probari poteſt conjecturis & præſumptionibus. c. 14. n. 93. f. 157.

Epiſtola probat ſocietatem. c. 11. n. 11. f. 121.

Æquiparatorum idem eſt judicium. c. 5. n. 13. f. 59.

Æqualitas in rebus poſitis pro capitali in ſocietate conſideratur, attendo earum pondere, numero, menſura, & æſtimatione c. 9. n. 24. f. 98.

Ubi bonitas & numerus conſiderari poſſunt attenditur magis bonitas quam numerus. c. 9. n. 25. f. 98.

Æqualitas terminatur in ſocietate Judicis arbitrio, quando ponuntur opera & artificium. c. 9. n. 26 f. 98.

Si adſit partium conventio, ſervanda erit, niſi ſit injuſta & leonina. n. 27. & 28 f. 98.

Æqualitas terminari poteſt à tertio partium voluntate electo. c. 9. n. 29. f. 98.

Et ſi inique arbitrabitur, ejus opinio non erit ſequenda, ſed recurretur ab Judicem. n. 30. f. 98.

Et ſi arbitrari recuſaverit, evaneſcit ſocietas. n. 31. & 32. f. 99.

Æqualitas inter ponentes operas & pecunias an conſideretur, habito reſpectu ad pecunias, ſive ad ejus interuſurium. c. 9. n. 34 f. 99.

Æqualitas conſideratur, habito reſpectu de ſorte ad operas, & de operis ad ſortem. c. 9. n. 36 f. 99.

Æqualitas conſideratur, habito reſpectu ad principium ſocietatis. c. 9. n. 37 f. 100.

Æqualitas conſideratur, quod in dubio opera & induſtria pro æquali parte reſpondeant capitali. c. 9. n. 39. f. 100. & c. 15. n. 46 f. 170.

Et ſi allegaretur inæqualitas, quæſtio eſſet terminanda Judicis arbitrio. c. 9. n. 40. f. 100.

Idem dicendum eſt, ſi plures ſint ſocij, diverſa ponentes, nempe auctoritatem, operas, induſtriam & pecuniam. n. 40. f. 100.

Æqualitas in diviſione quæſtus conſideratur, inſpecta rerum quantitate & bonitate. c. 15. n. 41. f. 169.

Æqualitas conſideratur in diviſione quæſtus, habito reſpectu ad capitale, operas, induſtriam & gratiam cujus libri ſocij. c. 15. n. 42. f. 169.

Æqualitas in ſocietate omnium bonorum non conſideratur in ſingulis rebus, ſed in univerſali. c. 26. n. 28. f. 292. & n. 38. f. 294.

Æquum debet præferri iniquo in re communi, in qua boni viri arbitrium operatur. c. 26. n. 36. f. 294.

Errore ſtante, diviſio retractatur, ſive ſit error facti, ſive juris, quia in diviſione agitur de damno evitando c. 40. n. 3. f. 468.

Error dicitur probatus, ubi conſtat, rem aliter ſe habere, ubi agitur de damno evitando. c. 40. n. 4. f. 468.

Errore ſtante, ſive conſiſtat circa res, ſive circa perſonas, diviſio retractatur. c. 40. n. 7. f. 468.

Etiam ſi fuit approbata in laudo à partibus emologato, & in ſententia Judicis, quia ob errorem etiam juris retractatur. c. 40. n. 8. f. 460.

Declaratur, ſi in judicio fuit ſuper errore plene diſcuſſum. n. 9. f. 469.

Erratum ubi fuit in diviſione, ea ſuſtineri non poterit, neque in vim donationis, etiamſi eſſet facta inter conjunctos, quia hoc verba non patiuntur, & quia donatio non præſumitur, ſed potius error præſumitur, etiam in facto proprio. c. 40. n. 11. 12. & 13. f. 469.

Errore facta diviſio retractatur, etiamſi in inſtrumento diviſionis fuiſſet appoſita clauſula ex certa ſcientia, & errore appoſita cenſeretur, prout errore fuit facta diviſio, & cenſeretur appoſita ex ſtylo Notariorum, etiamſi fuiſſet dictum, conſulto deliberatur, & ex certa ſcientia. c. 40. n. 15. 16. & 17. f. 470.
Etiamſi fuiſſet renunciatum condictioni indebiti, & condictioni ſine cauſa. n. 18. f. 470.
Etiamſi fuiſſet appoſitum juramentum, ſive aſſertorium, ſive promiſſorium. n. 19. & 21. f. 470. vid. in verb. Juramentum.
Æſtimatio rerum poſitarum in ſocietate operatur, ut appareat rei valor, & ut dominium communicetur. c. 9. n. 57. f. 104. & c. 19. n. 38. & 44. f. 217.
Æſtimatio an operetur, quod ſocius teneatur de leviſſima culpa. c. 21. n. 15. cum plur. ſeq. f. 234.
Æſtimatio an operetur, quod paſtor teneatur ad cuſtodiam. c. 21. n. 23. f. 235.
Ætas, quæ legitima dicatur, ſtatuto diſponi poteſt. c. 5. n. 19. f. 61.
Evictio an habeat locum in diviſione, diſtinguitur. Si fuit conventum, quod quis de evictione teneatur, tenebitur. Si non fuit conventum, non tenebitur, niſi ſcienter alienum receperit. Si fuit conventum, quod non teneatur, non tenebitur. c. 40. n. 30. f. 472.
Evictio, ſi fuit dictum, quod non habeat locum in venditione, nihilominus venditor tenetur ad verum rei pretium. Non ſic eſt in diviſione, quia in ea uterque ſocius ſuſcipit rei eventum. c. 40. n. 31. & 32 f. 473.
Etiamſi non uterque ſuſcipiat rei eventum, & ſic ceſſet iſta ratio, ſi uni res obnoxia ſcienter detur, non habet locum evictio, n. 33. 34. & 35. f. 473.
Neque etiam datur actio ad repetendum pretium. n. 36. f. 473. etiamſi ſimpliciter fuiſſet promiſſum de evictione, Secus eſt, ſi fuiſſet promiſſum de evictione, quæ proveniret ex natura rei, & ex praordinatione auctoris. n. 37 f. 474.
Et regula, quem de evictione tenet, actio eundem agentem repellit exceptio, non habet locum, ſi evictio ſequatur ex natura rei, & ex praordinatione auctoris. c. 40. n. 37. & 38. f. 474.
Exactio creditorum exiſtentium in perſona unius ex ſociis eſt facienda expenſis communibus, & communi periculo, & ſi non erunt exacta tempore diviſionis, erunt cedenda. c. 39. n. 99. f. 463.
Exceptione non adimplementi oppoſita à reo poteſt Judex repellere actorem. c. 37. n. 16. f. 413.
Excommunicatus an poſſit contrahere. c. 8. n. 6. f. 87.
Excommunicatus an poſſit agere in judicio. c. 8. n. 9. f. 87.
Excommunicatione an ſolvatur ſocietas? c. 8. n. 10. f. 78. & c. 33. n. 8. f. 392.
Executio inſtrumenti ſi petatur à ſocio, liquidari debet, quod ſit comprehenſum in eo. c. 31. n. 59. f. 374.
Et liquidatio, ſi eſt facienda in ea, proceditur juris ordine ſervato, & non executione. n. 60. f. 374.
Executioni petita vigore inſtrumenti ſocietatis poteſt opponi, non conſtat de diſſolutione ſocietatis. c. 31. n. 61. f. 374.
Quod ſocietas ſit renovata. n. 62. f. 374.
Quod agens non adimpleverit adimplenda, pro ejus parte. n. 63. f. 374.
Quod adhuc rationes ſocietatis non reviſæ, & hoc maxime procedit, ſi ambo ſocii admini-

miniſtraverunt. n. 64. & 65. f. 374. & ſeq.

Et poſſunt opponi omnes exceptiones, quæ proveniunt ex corpore inſtrumenti. n.70. f.375.

Et quia actio pro ſocio eſt generalis, poteſt offerre ſocius ea facere velle, ad quæ generaliter tenetur, & ita impedire executionem petitam pro certa ſumma. n. n. 70.f.375.

Executio an ſit danda pro quantitate certa promiſſa in inſtrumento, ſi in eo fuit appoſitum pactum, quod ſi facto calculo de minore quantitate appareret, minor tantum deberetur. c.31. n. 67. f. 374. & n. 71. f. 376.

Executio inſtrumenti in ſocietate officij datur, quia in eo promittitur certa quantitas cum juramento, abſque alia rationum reviſione. c.31.n.72.f. 376.

Executionem habet juramentum, etiamſi opponatur de uſuraria pravitate. c.31. n. 72. f.376.

Executio datur pro ſumma expreſſa in inſtrumento ſocietatis, non reviſis rationibus, quando, quo minus redderentur, ſtetit per eum, contra quem petitur executio. c. 31. n.73. f. 376.

Executio erit danda inſtrumento pro ſumma calculata, etiam ſtante clauſula, ſalvo jure verioris calculi. c.31. n.73.f. 376.

Expenſæ omnes in ſocietate omnium bonorum fieri debent de communi, dummodo non proveniant à delicto & à dolo. c. 26. n.1. f. 287.

Expenſæ erogata in honorem filiorum de communi fieri debent. Sic dicendum eſt etiam de expenſis factis in nuptiis filii ſeu filiæ, dummodo non ſint exceſſiva. c.26.n.10.11. & 12. f. 289.

Expenſæ de communi fieri debent, ſi filius unius ex ſociis efficiatur Monachus & Abbas, non ſic, ſi ſocius ipſe Abbas ſeu Monachus efficiatur, quia ſoluitur ſocietas. c. 26. n. 14. f. 289.

Expenſæ pro funere unius ex ſociis non ſunt facienda de communi. Si pro filij funere erunt facienda, de communi erunt eroganda. Ratio diverſitatis eſt, quia morte ſocij ſolvitur ſocietas, ſed non morte filij. c.26. n.19. & 20. f. 290.

Expenſæ pro dote filiæ de communi ſolvi debent. c.26.n.21. f. 290. vid. in verb. Dos.

Expenſæ ſolummodo reſpicientes ſocietatem de communi fieri debent, fallit in ſocietate omnium bonorum. c.26.n.35.f.294.

Expenſæ provenientes à voluntate unius ex ſociis de communi fieri debent, non procedit in ſocietate omnium bonorum. c.26.n.37. f. 294.

Expenſæ pro alendis perſonis, quæ non ſunt de familia, de communi fieri non debent. c.27. n.72.f.312.

Expenſæ pro feudo acquiſito titulo lucrativo fiunt de communi, ſed in acquiſito titulo oneroſo ſecus eſt. c.12.n.39.f.133.

Expenſæ & damna obvenientia extra ſocietatem non pertinent ad ſocietatem. c.27. n.5. f. 301.

Expenſæ factæ pro infirmitate in longinquis partibus, in quantitate excedente expenſas, quæ domi factæ fuiſſent, licet ſocietas fuerit cauſa remota infirmitatis, ſocietati imputantur. c.27. n.10. f. 302.

Expenſæ pro curanda infirmitate illius, quem ſecum ſocius conduxit, imputantur ſocietati. c.27 n.11. f.303.

Expenſæ ſunt communes factæ ab uno ex ſociis injuſte capto à birroar. c. 27. n.14. f.303.

Expenſæ omnes factæ pro indigentiis ſocietatis, ſive fuerint factæ cum propria, ſeu cum com-

communi pecunia, imputantur ſocietati. c.27. n.16. f.303.

Expenſæ illæ, quas ſocius domi feciſſet, non ſunt in conſideratione. c.27. n.17. f 303.

Expenſæ ſi fuerunt factæ ab uno ex ſociis, & propriis pecuniis, poterunt repeti cum uſuris. c.27. n.18. f.303.

Expenſæ pro qua parte ſint repetendæ, conſideratur, habito reſpectu, quam quiſque partem in ſocietate habeat. c.27. n.19. f. 304.

Expenſæ utiliter factæ dicuntur, ſi utiliter factæ fuerunt à principio. c.27. n.20. f.304.

Expenſæ pro re communi facienda ſeu reficienda communes eſſe debent. c.27. n.21. f.304. Si res non ſit ſufficiens ad onera reportanda, ſed ſi ſit ſufficiens, non debet refici, neque de novo fieri. n.22. f.304.

Expenſæ pro re communi facienda ſeu reficienda, ſi proprio nomine, & cum propria pecunia factæ fuerunt, cenſentur donatæ. c.27. n.36. f.306.

Expenſæ ſi ab uno ex ſociis factæ fuerunt in re communi facienda ſeu reficienda, datur ei tria remedia contra alterum ſocium requiſitum non conferentem. Primum, quod poſſit pecunias expenſas repetere uſque ad quatuor Menſes; ſecundum, quod poſt quatuor Menſes habeat totius rei dominium; tertium, quod, ſi non vult habere rem jure dominij, poſſit repetere pecunias cum intereſſe. In refectione rei communis abſque ſocietate dantur ſolummodo duo prima. c.27. n.37. cum pluribus ſeq. f.306.

Expenſæ communi nomine factæ præſumuntur, ſi non conſtat, quo nomine factæ fuerint. c.27. n.42. f.307.

Expenſæ factæ ab inſtitore in honorem mercatorum, qui ſecum contraxerunt, ſocietati imputantur. c.27. n.75. f 313.

Expenſæ factæ à colono, vide in verb. Colonus.

Expenſæ factæ à paſtore, vide in verb. Paſtor.

Expenſæ factæ ab uno ex fratribus, vid. in verb. Frater.

Expreſſa ſocietas verbis contrahitur. c. 10. n. 3. f. 110. & n. 13. f. 110. Etiamſi non omnia, ſed quædam ſolummodo ad ſocietatem pertinentia expreſſa fuerint. n.4. f.108.

Expreſſo etiam dicitur contrahi, habita relatione ad expreſſe contenta in aliqua ſcriptura. n.5. f 108.

Expreſſa ſocietas omnium bonorum quibus verbis contrahatur, & an copulative plura verba univerſalia ſint exprimenda. c. 10. n.6. & 7. f. 109.

Expreſſis aliquibus in generali renunciatione an veniant ea, quæ ſunt majora expreſſis. c.31. n.47. f.372.

Expromiſſor eſt ille, qui ſe obligat pro non obligato. c.29. n 54. f.341.

F.

Facere ut ſocius, & non facere quia ſocius, differunt. c.27. n.6. f.302.

Factum ita à ſocio factum cenſetur, ut veriſimiliter à cæteris factum fuiſſet. c.21. n.34. f.237.

Fama an probetur ſocietas? c.11. n.20. f.123.

Fœmina excluſa vigore ſtatuti, favore maſculorum cum dictione, donec & quouſque deficientibus maſculis reintegrantur, & inter eos habet locum collatio. c.35. n.29. & 33. f 404.

Feudum & emphyteuſis non communicantur in ſocietate omnium bonorum, ſed communicantur fructus. c.12. n.35. 36. & 37. f. 133.

Feneſtram in muro communi uni ex ſociis facere non licet, invito alio ſocio. c.27. n.26. f.305.

Feneſtras alterius ſocij in muro communi exiſtentes an claudere liceat, ſi ſuper muro ædificentur. c.28.n.22. & 23. f.319.

Feneſtras ſocio in communi muro facere non licet, ſi ſint alteri ſocio impedimento, ne uti poſſit muro communi ad uſum deſtinatum, etiamſi aliunde lumen habere non poſſit, & etiamſi offerat reficere damna & intereſſe, & facienti feneſtras non dicitur conſenſiſſe alter ſocius, ita ut eas claudere non poſſit, licet viderit & tacuerit. c.28. n.24. & ſeq. f.319.

Fictiones duæ non poſſunt concurrere in eadem re, & eodem tempore. c.14.n.12.f 144. fallit, ſi una ſit alterius conſecutiva. ibidem.

Fidejuſſores cuilibet obligationi accedere poſſunt, & opponuntur pro majori ſecuritate. c.29.n.48. f.339.

Fidejuſſor non obligatur, non obligato principali, ut ſi principalis contrahere non poſſit vigore ſtatuti, etiamſi ſe obliget principaliter, & in ſolidum. c.29. n.49. & ſeq. f.340. & c.7. n.5. f 80.

Fidejuſſor ſi ſe obligat pro contrahere prohibito, qualiter dicatur color quæſitus in fraudem legis. c.29.n 50. & ſeq. f.340.

Fidejuſſor principali non obligato an teneatur ratione juramenti, uti expromiſſor. c.29. n.54 f 341.

Fidejuſſor loco, tempore & cauſa, in plus, quam ſit principalis, obligari non poteſt, tamen duriori vinculo obligationis poteſt adſtringi. c.29. n.55. f.341.

Fidejuſſor ſi promiſit ſolvere eam quantitatem, in qua obligatus principaliter debitor apparebit expunctis rationibus, ſi decedat obligatus principalis rationibus non expunctis, fidejuſſor non erit obligatus. c.29. n.56 f.341.

Sed quod dicitur de morte principalis, non procedit, ſi fugam arripiat. n.57. f.344.

Fidejuſſori & correo ſolventi cedi debent actiones, & habent exceptionem cedendarum. c.29. n.58. f.341. etiamſi contra cedentem reſultaret. n 59. f.341. Et ceſſio eſt neceſſaria, quia alias agendum eſſet actione negotiorum geſtorum. n. 60. & 65. & utilius eſt obtinere ceſſionem. n.72. f 343.

Fidejuſſores plures licet ſint in ſolidum obligati, non tamen ſunt plures rei, quando aliter ſenſiſſe contrahentes apparet. c. 29. n.69 f.342.

Fidejuſſores dicuntur omnes alij obligati cum eo, qui jure haberet pecunias in ſocietate officij c.29.n.68. f 343. Et an etiam officialis dicatur fidejuſſor? n 69. f.343.

Fidejuſſores dicuntur ſocij inſimul contrahentes cum extraneo, reſpectu ipſius extranei, & requiritur excuſſio. c.30. n. 37. & 38. f.358.

Fidejuſſor datus principaliter, & in ſolidum, ſi juravit, mortuo principali, an obligatus remaneat. c.32. n.44. f.385.

Fidejuſſores utuntur exceptionibus reis competentibus. c.32. n 45. f.386. fallit, conſtituendo ſe principalem debitorem. ibidem.

Fidejuſſor eſſe deſinit, qui in plus obligatur quam principalis. c.32. n 45. f 386.

Fidejuſſor & correus differunt. c.32. n 45. f.386. Et diſpoſitio loquens de fidejuſſore non procedit in correo. n 47. f 386. Et procurator conſtitutus ad fidejubendum non obligat principalem, ſi faciat obligationem principaliter, & in ſolidum. n.48. f 386.

Fidejuſſores dicuntur omnes alij obligati, quando negotium ſpectat ad unũ, procedit, quo ad ipſos

ipſos obligatos, non autem quo ad creditorem. c.32.n.49.f.386.

Filia minor, ſi renunciavit hæreditati paternæ aſſerens ſe majorem reſtituitur in integrum, quia pater ſcribat, eam eſſe minorem. c.5.n.55.f.67.

Filius familias prohibetur contrahere ſocietatem ex defectu poteſtatis. c.6.n.1.& 5.f.72.

Filius familias poteſt cum patre contrahere ſuper peculio caſtrenſi, vel quaſi. c.6.n.2.f.72. *ſed non ſuper peculio advendtito.* n.3. & 5. f.72. *quia inter eos non datur civilis obligatio, & eſt inutilis contractus, ſine civili obligatione.* n.4.f.72.
Et non datur denunciatio evangelica. n.16. f.74.
Quid ſi fuerit adhibitum juramentum. n.17. f.74.

Filius ſi acquirit cum pecunia patris, qualiter quæſita inter eos ſint dividenda. c.6.n.13. & 14.f.73.& ſeq. & n.18. cum plurib. ſeq.f.74.

Filius ſi multa lucratus fuit, & non conſtat, cum qua pecunia, & quomodo, quid ſit agendum. c.6.n.23.f.75.& n.45. f.77.

Filius familias poteſt contrahere cum extraneo. c.6.n.28.f.75. *Et ſi bona non habet, erit obligata perſona.* n.29.f.76. *Et, patre mortuo, tenebitur ſolummodo in quantum facere poterit.* n.20.f.76. *Et non habet hoc beneficium, ſtante juramento.* n.32.f.76.

Filius, vivente patre, non obligatur pro legitima, quia ei non debetur. c.6.n.33.f.76.
Fallit, ſi ei à patre fuit aſſignata. n.34. f.76.

Filius contrahens ſocietatem juſſu patris obligat patrem. c.6.n.38.f.76.

Filius habitans ſeorſum à patre abſque ejus voluntate, non liberatur à patria poteſtate. c.6.n.41.f.77.

Filius quando ſeorſum à patre de ejus voluntate habitare dicatur. c.6.n.42.f.77.

Filius legitime habitans ſeorſum à patre ſocietatem poteſt contrahere. c.26.n.43.f.77.

Filius præſumitur emuncipatus, ſi per decennium habitauit ſeorſum à patre. c.6.n.44. f.77.

Filij, ſocij, & cæteri familiares de communi ali debent. c.6.n.8 f.288.
Exceptis filiis natis ex damnato coitu. n.9. f.288.

Finis eſt primus in intentione, & eſt objectum intellectus. c.12.n.1.f.129.

Finis, ad quem negocium tendit, potius inſpiciendus eſt, quam quod præſens eſt. c.9. n.50.f.103.

Finis declarat, qualiter res ſit cenſenda, & à fine omnia dinumerantur, & quæ tendunt ad eundem finem, ejuſdem ſunt naturæ. c.28. n.3.& ſeq.f.317.

Fiſcus rem communem ex patriculari privilegio poteſt in totum alienare, etiamſi in ea modicam habeat partem, etiamſi ſit divida, & poteſt etiam eam locare, & dare in emphyteuſin & in feudum. c.28 n.11.f.317. *ſed contrarium videtur verius.* n.12. & 13. f.317.& ſeq.

Fiſcus. ſi habet rei partem hypothecatam, poteſt totam rem vendere. c.28.n.14.f.318.

Fiſcus an poſſit totam domum deſtruere, quam habet delinquens cum alio communem. c.28.n.15.f.318.

Formam rei uni ex ſociis mutare non licet, invito alio ſocio, etiamſi eam meliorem reddat. c.27.n.27.f.310.& c.28.n.51.f.323.

Forma ſocietatis aliquando conſiſtit in lucro, aliquando in quæſtu. c.12.n.1.f.129.

Forma, vid. in verb. Cauſa formalis.

Forenſes pro expenſis neceſſariis, non autem pro utilibus, poſſunt collectari. c.27.n.25.f.304.

Frater,

Frater, ſi ſtatim aliquid emat, mortuo communi patre, præſumitur emiſſe de pecunia reperta in hæreditate. c.3.n.88.f.41.

Fratres exiſtentes ſub poteſtate patris poſſunt inſimul ſocietatem contrahere ſuper peculio caſtrenſi, vel quaſi. c 6.n.26.f.75.

Fratres ſub poteſtate patris exiſtentes, an poſſint inſimul contrahere ſocietatem ſuper peculio adventitio? c.6.n.27.f.75.

Frater ſi plus expendat pro alenda familia, alter frater repetere poterit, niſi ſint ſocij omnium bonorum. c.26.n.33.f.404.

Frater ſi plus expendat altero fratre, de ſuo expendere debet, tam pro perſona ſua, quam filiorum & familiæ, ut ſi expendat in alimentis, in emendis libris, in ducenda uxore, in dotandis & maritandis filiabus, & in puerperiis uxoris. Et prædicta procedunt, etiam ſi expenſæ ſint modicæ, dummodo donatæ, non præſumantur. c.27.n.60. cum plur. ſeqq. f.310.

Frater unus ſi plus expendat, & plus operetur, an alter frater vivens otioſus plus expenſum repetere poſſit. c.27.n.71.f.312.

Frater ſocius omnium bonorum de communi poteſt alere familiam, ſed non perſonas introductas in domo, quæ non ſunt de familia. c.27.n.72.f.312.

Fratres retinentes paternam hæreditatem indiviſam non dicuntur ſocij omnium bonorum. c.11.n.6.f.121.

Franciſci Mariæ Urbin. Ducis laudes. c. 38. n.45.f.434.

Frenetici non poſſunt contrahere ſocietatem. c.7.n.23.f.84.

Fructus aliquando ſunt in ſocietate abſque re principali. c.9.n.49.f.102. Declar. n.51.f.103.

Fructus ſolummodo an etiam res principales ſint in ſocietate, quomodo cognoſcatur. c.9. n.52.f.103.

Fructus ſolummodo ſi fuerunt communicati, & non proprietas in fructibus, & non in proprietate cenſetur contracta ſocietas. c. 11. n.4.f.120.

Fructus ſi fuerunt communicati ſolummodo cauſa convivendi, ſocietas conviventii ſolummodo in eis contracta cenſetur. c. 11. n.5.f.120.

Fructus percepti ex re empta communi nomine ante ratificationem alterius ſocij, an ſint in ſortem computandi, & an hoc caſu vera ſit cautela, quæ datur ad acquirendam rem ſine pretio? c.14.n.66.f.153.

Fructus utrum Eccleſiæ in ſocietate univerſali communicentur. c.12.n.31.f.133.

Fructus non colligere, & eos collectos non vendere debito tempore, culpa eſt. c.21.n.85. f.246.

Furioſus non poteſt contrahere ſocietatem, & fidejuſſoris datio pro eo non tenet. c.7.n.4. f.79.

Furioſus habens dilucida intervalla an contrahere poſſit. c.7.n.6.f.80.

Fundum communem ſi colat & ſeminet ſocius, altero ſocio invito, ei fructuum partem dare non tenetur. c.28.n.19.f.318.

Furtum committit, qui convertit pecunias communes in proprios uſus. c.3.n.54.f.35.

Furtum abſque leviſſima culpa committi non ſolet. c.21.n.37.38.& 45.f.237.& ſeq.

Fallit, ſi fuit commiſſum à vicinis & domeſticis. n.39.f.237.

Et quando fuit factum à ſervo, ſeu famulo commodato cum re furata. n.40.f.237.

Et ſi famulus ad rei cuſtodiam adhibitus fuit. n.41.f.237. Et quando res in loco tenebantur, ubi tenebantur à majori parte hominum. n.42.f.237.

Et quando furtum fuit factum cum fractura. n.43.f.238.

Et quando res erat in loco cum propriis rebus ejus, cui furtum factum fuit. n. 44. f. 238.

Furtum intelligitur commiſſum culpa leviſſima in omittendo. c. 21. n. 49. f. 239.

G.

Generi per ſpeciem derogatur. c. 3. n. 18. f. 29.

Generalitas non operatur, quando media non ſunt habilia. c. 3. n. 19. f. 29.

Genuenſis ergo mercator conſequentia tenet etiam in muliere. c. 24. n. 40. f. 266.

Genuenſes de conſuetudine exigunt intereſſe de intereſſe. c. 24 n. 56. f. 270.

Geſta à ſocio verſa fuiſſe in utilitatem ſocietatis probatur conjecturis. c. 31. n. 29. f. 369.

Ideo lanæ emptæ præſumuntur verſæ in utilitatem ſocietatis, ſi panni confecti fuerunt, & non conſtat de alia lanarum emptione. c. 31. n. 30. f. 370.

Idem dicitur de animalibus emptis in macello occiſis. n. 30 f. 370.

Et ſtante ſocij probitate, præſumuntur ab eo geſta verſa fuiſſe in utilitatem ſocietatis n. 31. f. 370.

Et ſi ſocius recuſat oſtendere librum rationum, præſumitur in eo conſtare, res emptas fuiſſe verſas in utilitatem ſocietatis. n. 32. f. 370.

Et ſi res emptæ fuerunt conductæ in domo communi ſociorum, præſumuntur verſæ in ſocietatis utilitatem: n. 34. f. 370.

H.

Hæreditates, legata & donationes conferuntur in ſocietate omnium bonorum. c. 12. n. 22. f. 132.

Hæreditas obveniens ab inteſtato, ſi ſit communicanda an communicari debeat, ſi fuit ſoluta in teſtamento. c. 12. n. 47 & 48. f 135.

Hæreditas à ſocio illo adiri debet, cui defertur. c. 12. n. 49. f. 235.

Heres adeundo hæreditatem obligatur ad omnia diſpoſita in teſtamento. c. 3. n. 32 f. 32.

Tenetur obſervare voluntatem teſtatoris, niſi ſit contra legis diſpoſitionem. n. 33. f. 35.

Hæres ſocij tenetur de levi culpa, tum diſtinctione tamen. c. 21. n. 25 cum plur. ſeq f. 235.

Hæres ignorans temporis lapſum utrum in mora dicatur conſtitutus, etiam ſi fecit inventarium. c. 24. n. 24. f. 235.

Et ei contra moram detur inſtitutio. n. 28. & 29. f. 236.

Hæredi aſſerenti cum juramento non habere librum rationum defuncti non creditur, ſicut non creditur hæredi tutoris. c. 25. n. 22. & 23. f. 280. & ſeq.

Hæredum facta mentione ſocietas in dubio contracta non cenſetur, quia ſocietas morte, & ad hæredes non tranſit, ne libera teſtandi facultas reſtringatur, & quia cenſetur electa induſtria perſonæ. c. 32. n. 3. & ſeq. f. 380.

Et paciſci non poteſt, quod ſocietas tranſeat ad hæredes. c. 32. n. 5. f. 380. vid. in verb. Morte.

Hæredum facta mentione nomine collectivo, ut puta inter Titium & hæredes Sempronii, uno ex hæredibus mortuo, ſocietas durat cum cæteris. c. 32. n. 16 f. 381.

Hæredes ſuccedunt in ſocietate inter Dominum & colonum patiarium. c. 32. n. 7. f. 380.

Hæredes ſuccedunt in ſocietate vectigalium, ſed tria ſunt neceſſaria, nempe, quod ſit vectigalium, quod ita fuerit conventum, & quod hæredes ſint idonei. Quidam addunt quartum, quod de hæredibus fuerit conventum cum locatore. c. 32. n. 19. & ſeq. f. 381.

Non tranſit ad hæredes, ſi in ea ſint comprehenſæ res privatæ, quia diſpoſitio facta in ſimplici in odioſis non procedit in mixto. n. 26. f. 382.

Et tranſit ſolummodo ad primum hæredem, niſi expediat Reipublicæ, quod etiam tranſeat ad alios. n.27. f.382.
Hæredum facta mentione cum locatore non cenſetur facta inter ipſos ſocios. c.32. n.28. f.383.
Hæredes erunt ſocij ſtante juſſu teſtatoris. c.32. n.32. f.383. Contrarium probatur, n.37. & 38. f.384.
Hæredes erunt ſocij, ſi poſt contractam ſocietatem fuit conventum, ſocietatem debere tranſire ad hæredes, c.32. n.33. f.383. Contrarium probatur. n.39 f.383.
Quid ſi fuit adhibitum juramentum, utrum ſocietas tranſeat ad hæredes? Contrariæ adſunt opiniones, & diſtinguendo concordantur. c.32. n.41. & ſeq. f.384.
Quod ſi fuit datus fidejuſſor principaliter, & in ſolidum, qui juravit, utrum principali mortuo, duret cum eo ſocietas, licet non duret cum hæredibus. n.44. f.385.
Hæredes licet non ſint ſocij, tamen in eos tranſeunt actiones activæ & paſſivæ, etiam provenientes ex dolo, & culpa defuncti. c.32. n.52 f.386.
Hæredes cœpta negocia perficere tenentur, ſed nova negocia inchoare non debent. c.32. n.54. f.387.
Procedunt, ſi ſint maſculi, & legitimæ ætatis. ibidem.
Et omnia quæſita in perficiendo negocio erunt communia. n.55 f.387.
Sed non erunt communia quæſita ex novis negociis. n 56. & ſeq. f.387.
Hæredes de geſtis à defuncto rationem reddere tenentur, niſi quo minus redderentur à defuncto per eum ſtetiſſet, cui reddenda erant, & in dolo eſſe dicitur petendo, quod ſibi ab hæredibus reddantur, ille, qui à defuncto, quod ſibi redderentur, petere diſtulit. c.37. n.2. & ſeq. f.410.
Homo diverſimode de aliis debitor efficitur. Proœm. n.5. f.2.
Homo natura ſocialis. Proœm. n.17. f.3.
Hoſpitalitas quid ſit. Proœm. n.14. f.3.
Hoſpitalitatis ratione ſucceſſio olim differebatur. Proœm. n.35. f.3.

I.

Ignorans & dubitans æquiparantur, ſed non procedit in contrahendo. c.21. n.94. f.247.
Imprudentibus verbum, tribus modis exponitur. c.25. n.2 f.277.
Imperitia in ſocio culpa eſt. c.21. n 86. f 246. vid. in verb. Culpa.
Incendium non ſolet evenire abſque leviſſima culpa. c.21. n.22. f 233.
Aliqui tenent contrarium, & aliqui diſtinguunt. n.47. & ſeq. f 238. & ſeq.
Incendium præſumitur evenire culpa leviſſima inhabitantium. c.21 n 50. f. 239.
Non procedit, ubi conſtaret de diligentia. n.51. f. 239
Non procedit, ſi à perſona cauſatum fuit, cujus miniſterio utebatur paterfamilias. n.52. f. 239.
Non procedit, igne bene accommodato ab eo, qui ejus curam gerebat. n.53. f. 239.
Et ubi de initio incendij non conſtet. n.54. f 239.
Et ubi de culpa certi hominis non fuiſſet probatum, ſecundum aliquos. Alij dicunt, procedere in criminali, non in civili. n.55. & 56. f. 240. Et non procedit, ubi res incenſæ erant ſeparatæ & repoſitæ in loco tuto. n. 57. f. 240.
Immunitas unius ex ſociis, ſive ſit realis ſive perſonalis, prodeſt etiam alteri ſocio omnium bonorum c.12. n.4 cum plur. ſeq. f.130. & ſeq.

Immunitas & privilegium perſonale in connexis & individuis extenditur etiam ad ſocium. c.12. n.8. f.130.
Immunitas conceſſa uni ex ſociis ob numerum duodecim filiorum prodeſt etiam alteri ſocio. c.12. n.12. f.131.
Immunitas clerici prodeſt etiam laico habenti ſecum bona communia, quoad collectas Sed laicus, ne publica utilitas vacillet, poterit cogi ad dividendum, & diviſione facta, erit obligatus ad collectas, etiam præteritas, ſecundum aliquos. c.12. n.16. & ſeq. f.131. & ſeq.
Indulgentia amicitiæ ſpecies quid ſit. Proœm. n.7. f.2.
Infans ſocietatem contrahere non poteſt. c.3. n.12. f.28.
Neque ad ſui favorem. c.3. n.13. f.28.
Infirmitas unius ex ſociis omnium bonorum communibus impenſis curari debet, excepta infirmitate morbi Gallici. c.26. n.5. & 6. f.288.
Infirmitas obveniens cauſa ſocietatis. c.27. n.8. f.302.
Infirmitatis cauſa an fuerit ſocietas, ſtatur judicio peritorum. c.27. n.9. f.302.
Inimici unius ex ſociis, ſi dant damnum ſocietati, ſocij culpæ aſcribitur, etiamſi inimicitia obvenerit abſque ejus culpa. c.21. n.92. f.247.
Inſolita facere culpa eſt. c.21. n.8. f.232.
Inſcriptio libri rationũ denotat, quo nomine in dubio acquiſitio facta fuerit. c.3. n.47. f.35.
In, *dictio compoſita, cum alio verbo ſtat augmentative.* c.25. n.3. f.277.
Induſtria perſonæ dicitur electa in ſocietate. c.32. n.3. f.380.
Inſtitoris deputatione facta, probatur ſocietas. c.11. n.18. f.122.
Inſtitor tacite & expreſſe deputari poteſt, etiam unus ex ſociis, & ex ejus contractu obligantur omnes ſocij, dummodo fines ſocietatis non excedat. c.30. n.15. f.354.
Inſtitores ad invicem præpoſiti cenſentur ſocij, ſi ſimul præſint ejuſdem ſtationi, & modo cum uno, modo cum alio contrahatur. Idem eſt, ſi præſint diverſis ſtationibus, & in diverſis civitatibus. c.30. n.16. 17. & 18. f.353. & ſeq.
Inſtitor cenſetur ſocius, qui negotiatur de voluntate alterius ſocij, ut eſt ille, qui ponit operas, altero ponente pecunias. c.30. n.19. f.354.
Inſtitores pro indigentiis ſocietatis poſſunt mutuo accipere pecunias, etiam ſub cambiis, etiam datis fidejuſſoribus, & ſoluta ei mercede, dummodo adſit cauſa neceſſaria. c.30. n.20. & 21. f.354.
Et alia requiſita neceſſaria interveniunt, de quibus habetur. n.22 & 23. f.354. *Quæ tamen non ſunt neceſſaria, quando inſtitor habet expreſſam poteſtatem acquirendi pecunias mutuo.* n.24. f.355.
Inſtitor convenitur ex contractu ſociorum durante inſtitoria. c.30. n.27. f.355.
Inſtitor convenitur ex ejus contractu finita inſtitoria, quando principales ſunt abſentes, & quando pecunias mutuo accepit. c.30. n.28. & 29. f.356.
Inſtitor, qui habet facultatem obligandi perſonas ſociorum dicitur etiam habere facultatem obligandi bona eorum. c.30. n.33. f.357.
Inſtitor ſi contrahat nomine apellativo ſociorum, ſive exprimendo nomina propria, qualiter obligatio acquiratur. c.30. n.44. f.359.
Intellectus l. ſi margaritam. ff. pro ſoc. c.11. n.13 & ſeq. f.122. & c.17. n.13. f.187.
Intellectus l. actione. §. quod ſi in integris. ff. pro ſoc. c.32. n.60 f.388.
Intellectus l. ſi fratres. §. item ex facto. ff. pro ſoc. c.32. n.60. f.388.

Intellectus l. ſi tibi rem. ff. de præſcr. ver. *c.32.n.60 f.388.*

Intellectus l. ſi id quod. ff. pro ſoc. *c.32. n. 60. f. 388.*

Intellectus l. 3. ff. pro ſoc. *c. 14. n. 15. f.145.*

Intellectus l. actiones. §. quod ſi quid. ff. pro ſoc. *c.14.n.22.f.146.*

Intellectus l. ſi quis ſocietatem. ff. pro ſoc. *c.14.n.24.f.146.*

Intellectus l. cum duobus. §. quidam ſagariam. ff. pro ſoc. *c. 16. n.11. f.182. & c. 18. n.28. f. 199.*

Intellectus l. ſi id quod. §. item Celſus. ff. pro ſoc. *c. 16. n.12. f. 183. & c. 18. n. 29. f. 100.*

Intellectus l. ſi fratres. §. item ex facto. ff. pro ſoc. *c. 17.n.12. f.178.*

Intellectus l. ita ſtipulatus. §. Chriſogonus. ff. de verbor. obligat. *c. 14. n. 15. f. 145.*

Intellectus l. ſocietas. in fin. ff. pro ſoc. *ibid.*

Intellectus l. ſi coita. ff. pro ſoc. *ibid.*

Intellectus §. 1. & §. adeo. Inſt. de ſociet. *c. 18. n. 24. & 25. f. 199.*

Intellectus l. ſi non fuerint. ff. pro ſoc. *c. 18.n.26.f.199.*

Intellectus l. Mutius. in fin. ff. pro ſoc. *c. 18.n.27. f. 199.*

Intellectus l. cum duobus. §. damna. ff. pro ſoc. *c. 19. n. 41. f. 219. & c. 21. n. 21. & ſeq. f. 235.*

Intellectus cap. per feneſtras. de donat. int. vir. & uxor. *c. 18. n. 30. f. 200. & c. 19. n.20. f.214. & n. 32. f. 216.*

Intellectus l. ſocium. ff. pro ſoc. *c. 24. n. 27. f. 264. & n. 34. f. 265. & n. 61. f. 270.*

Intellectus l. ſi ſocius. ff. pro ſoc. *c. 26. n. 30. f. 281. & n. 40. & 41. f. 283.*

Intellectus l. adeo. ff. pro ſoc. *c. 32. n.25. f. 382.*

Intellectus l. nemo ex ſociis. §. illud quæritur. ff. pro ſoc. *c. 21. n. 40. f. 237.*

Intellectus l. ſic convenitur. & leg. ſed & ſocius. in fin. ff. pro ſoc. *c. 35. n. 15. f. 401.*

Intellectus l. ſi defunctus. Cod. arbitr. tut. *c. 3. n. 73. & 74. f. 38. & n. 87. f. 41.*

Intellectus l. ſi tibi arræ. ff. de præſcript. verb. *c. 9.n.48. f.102.*

Intellectus l. cum duobus. §. ſi in coeunda. ff. pro ſoc. *c. 9.n.48. f.100. & c.19. n.40. f.218.*

Intellectus leg. ſi merces. §. vis major. ff. locati. *c.9.n.48.f.101.*

Intellectus l. ſed etſi adiciatur. ff. pro ſoc. *c.10. n. 11. f. 110.*

Interpretatio illa ſumi debet, quæ ſit excluſiva delicti. c.3. n.55. f.35.

Intereſſe taxatio in certa quantitate utrum fieri poſſit. c.17.n.6. f. 186. & c. 24. n. 64. & ſeq. f. 271.

Intereſſe, quod à creditore taxari poſſit pactum, valet. c.17.n.30. & 31. f.189.

Intereſſe, res, rerum æſtimatio ſunt diverſa. c. 24.n. 1. f. 259.

Intereſſe quid ſit. c.24. n.2. f.259.

Intereſſe & damni & lucri debetur à ſocio ob dolum & culpam, etiam in conſcientia. c.24.n.5. & 6. f. 260.

Intereſſe duplex, damni & lucri, non debetur & quid ſit intereſſe damni. c.24.n.3. f. 259. & quid ſit intereſſe lucri. n.4. f.260.

Intereſſe, ceſſante mora, non debetur & mora debet ab allegante probari. c.24. n.7. f.260. vid. in verb. Mora.

Intereſſe damni ut debeatur, dannum probari debet. c.24.n.36. f.265.

Intereſſe lucri ut debeatur, quæ ſint probanda. c. 24 n. 37. cum plurib. ſeq. f. 265. & ſeq. Ponitur cautela. n. 48. f. 268. Et an ſufficiat probatio ſumpta à communiter accidentibus. n. 44. cum plur. ſeq. f. 267. & ſeq.

Intereſſe an probetur juramento ſuppletivo, an ſaltem quantitas ipſius intereſſe probetur juramento. c. 24. n. 53. & 54. f. 269.

Intereſſe quod probetur arbitrio Judicis qualiter procedat. c. 24. n. 49. cum plurib. ſeq. f. 268.

Intereſſe debetur non ſolum pro primo, ſed etiam pro aliis annis. c. 24 n. 55. f. 269.

Intereſſe de intereſſe an debeatur? Debetur Genuæ. c. 24. n. 56. 59. & 60 f. 270.

Intereſſe debetur ſecundum conſuetudinem regionis. c. 24 n. 57. f. 270.

Intereſſe in cambiis in certa quantitate taxari non poteſt. c. 24. n. 67. f. 271.

Intereſſe damni debetur de intereſſe. c. 24. n. 58. f. 270.

Intereſſe præſtandum vigore pacti vid Pactum.

Intereſſe ſolius voluntatis non eſt conſiderabile. c. 28. n. 56. f. 224.

Inſtrumenta conficere an teneatur ſocius de geſtis ab eo, ſive ſufficiat librum rationum, & privatam ſcripturam. c. 38. n. 30. & 31. f. 432.

Inſtrumentum producens, in quo nominatur ſocius, debet liquidare, ſe talem eſſe ad hoc, ut habeat ejus executionem. c. 31. n. 59. f. 374. vid. in verb. Executio.

Inſtrumentum & contractus differunt ſicut continens & contentum. c. 29. n. 78. f. 344.

Inſtrumentum ſi ex conventione confici debeat, an ſocietas perfecta dici poſſit ante inſtrumenti confectionem. c. 29. n. 79. & ſeq. f. 345.

Inſtrumentum ſi debet confici de conſuetudine, intelligitur ſolummodo quoad probationem. c. 29. n. 82. f. 345.

Inſtrumentum ubi eſt conficiendum, an in eo apponi debeat clauſula Cameralis obligationis. c. 29. n. 87. & 91. f. 346. & ſeq.

Inſtrumentum debet confici de qualibet obligatione, dummodo non adſit alia probatio, puta ſcriptura privata. c. 29. n. 88. f. 347. Et an fieri poſſit partium conſenſu, quod ſcriptura privata habeat vim publici inſtrumenti & cameralis obligationis. c. 29. n. 84 & ſeq. f. 346.

Inſtrumentum, facta ſolutione, debet cancellari, & non ſufficit facere inſtrumentum quitationis. c. 29. n. 90. f. 347.

Iratus contrahere ſocietatem non poteſt. c. 7. n. 19. & 20. f. 84.

Interpellatio extrajudicialis an conſtituat in mora. c. 24. n. 9. f. 261.

Inventa & dona fortunæ conferuntur in ſocietate omnium bonorum. c. 12. n. 24. f. 132.

Inventa à ſocio itineris alteri ſocio non conferuntur, & iſta quæſtio puerilis nuncupatur. c. 12. n. 25. f. 132.

Judæus minor curatore carens poteſt ſocietatem contrahere. c. 5. n. 4. f. 58.

Judex, ſtante opinionum diverſitate, an unam ex eis ſuo arbitrio eligere poſſit. c. 26. n. 24. & 25. f. 291.

Judex curare debet, ne ſua re quis male utatur. c. 27. n. 31. f. 305.

Judex poteſt ſuadere, ſed non cogere partes ad concordiam. c. 28. n. 44. f. 322. Niſi adſit præjudicium tertij, & timor ſcandali. n. 45. f. 322.

Judicio ſortis quando ſit utendum. c. 27. n. 32. f. 305. vid. in ver. Sortis judicio.

Judicium inter ſocios coram eodem Judice agi debet, etiamſi adſit unus ex eis, qui ſit clericus. c. 31. n. 19. f. 367.

Juramentum

Juramentum firmat contractum minoris factum ſine decreto. c.5. n.24. f.61.

Juramentum ſubſequens firmat ſocietatem à minore contractam. c.5.n.25. f.62.

Juramentum an firmet ſocietatem à Judice minore contractam. c.5.n.25. & 26. f.62.

Juramentum an impediat reſtitutionem in integrum. c.5.n.48. & ſeq. f.66.

Juramentum an firmet contractum ebrij? c.7. n.8. f.81.

Juramentum in litem datur contra ſocium doloſum. c.20.n.18. f.225.

Etiam ſi non adſit difficultas probationis, quia ſocietas eſt contractus bonæ fidei. n.19. f.225.

Juramentum in litem præſtatur contra ſocium doloſum, etiam ſi dolus conſiſtat in omittendo, quia venit ex natura actionis. c.20. n.19. f.225.

Juramentum in litem præſtatur contra ſocium non conficientem librum rationum. c. 20. n.20. f.225. & c.38. n.37. f.433.

Juramentum in litem præſtatur contra ſocium, qui habuit pecunias ad mercandum, & mercatus non fuit. c.20. n.21. f.225.

Et contra ſocium expendentem in parte, vel in totum pecunias extra uſum ſocietatis. n. 22. f. 226. *Et contra ſocium aperientem rem communem abſque præſentia alterius ſocij.* n.23. f.226.

Et contra ſocium ſocietati renunciantem intempeſtive. n.24. f.226.

Et contra ſocium, qui rem communẽ contrectavit, amovit vel celavit doloſè. n.25 f.226.

Juramentum in litem non defertur non informato. c.20. n.31. f.227.

Juramentum in litem non defertur, ſi ſocietas ſit illicita. c.20 n.32 f.227.

Juramentum in litem non defertur à doloſo contra doloſum, quia dolus cum dolo compenſatur. c.20. n.33. f.227.

Juramentum conſtituit in mora. c. 24. n. 15. f. 262.

Juramento aliquando probatur caſus fortuitus. c.25.n.13. f.279.

Juramento aliquando probatur rei amiſſio, & dicitur juramentum purgationis, non probationis. c.25.n.19 f.280.

Juramentum reddit contractum magis ſuſpectum, & auget præſumptionem uſurarum, & jurare non erubeſcit, qui non erubeſcit fœnerare. c.29. n.28. & ſeq. f.336.

Juramentum habet vim clauſulæ, rato manente pacto. c.29.n.37. f.338.

Juramentum in ſocietate appoſitum facit, quod in ea habeat locum lex ſi quis major. C. de *tranſact.* c.29. n.38. f.338.

Juramentum in contractibus quod addat robur, qualiter procedat. c.29.n.46. & n.47. f.339.

Juramentum habet executionem paratam, & non retardatur oppoſita uſurariæ pravitatis exceptione. c.31.n.72 f.376.

Juramentum an operetur, quod valeat pactum de non dividendo bona in perpetuum. c.32. n.35. f.383.

Juramento ſocij in aliquibus in reddenda ratione an ſit credendum? c. 38. n.41. & ſeq. f. 428.

Juramentum an operetur, quod ſocietas tranſeat ad hæredes. c.32.n. 41 & ſeq. f.384.

Juramentum ad hoc, ut liber ſocij probet, non eſt neceſſarium, & juramentum, ubi fides alicujus eſt approbata, non requiritur, & juramentum teſtis per partem remitti poteſt. c.38 n.21. f.430.

Juramento an probetur libri amiſſio à ſocio. c.38. n.42. f.434.

Juramentum ſi fuit appoſitum in diviſione etiam cum clauſula ex certa ſcientia & non

per errorem, nihilominus diviſio doctò de errore retractari poterit, ſive juramentum ſit aſſertorium, ſive promiſſorium de futuro. c. 40. n. 19. & 20. f. 470.

Juramentum licet, errore ſtante obligaret ipſo jure, tamen quando contineret peccatum ex parte jurantis, non debet obſervari. Et quando peccatum eſſet in creditore, debet concedi abſolutio, ne creditor contra conſcientiam, & cum peccato habeat, quod ſibi non debetur, & à Judice cogi debet ad juramentum relaxandum. c.40.n.20 f.470. & ſeq.

Et ſi fuiſſet dictum & juratum, nolle allegare errorem, eſſet petenda & concedenda abſolutio. n. 23. f.471.

Jus congrui competens uni ex ſociis omnium bonorum, competit etiam alteri. c.12.n.32. f. 473.

Jus accreſcendi habet locum inter ſocios in re donata ab Imperatore, excluſis hæredibus, exceptis filiis. c.12.n.23. f.132.

L.

LAicus, qui habet bona communia cum clerico ſuper collectâ, gaudet immunitate clerici. c.12. n.16. f.131. Sed poterit cogi ad dividendum, ne publica utilitas vacillet. n. 17. f.131.

Et facta diviſione, ſecundum aliquorum opinionem, erit etiam obligatus ſolvere collectas præteritas. n.18. f.131.

Lex quod non dicit, nec nos dicere debemus. c.3.n.17. f.29.

Legis diſpoſitione aliqui contrahere prohibentur. c.8.n.1. f. 86.

Lege dicitur probatum, quod legis ratione probatur. c.18.n.48. f. 202.

Lege Aquilia tenetur ſocius, in qua venit leviſſima culpa in committendo, ſed non in omittendo. c.21.n.46. f. 238.

L. ſi quis major C. de tranſact. habet locum in ſocietate jurata etiam juris canonici diſpoſitione inſpecta. c.29. n. 38. & ſeq. f. 338.

Leges civiles loquentes de contractibus ſunt approbatæ de jure canonico, ſi non conſtat de expreſſa contradictione. c. 29. n. 41. f. 338.

Letitia percitus contrahere non poteſt. c.7.n.18. f. 83.

Leonina ſocietas unde dicta, & quod dici etiam poſſit aſinina. c. 18. n. 17. f. 197.

Liber rationum communi nomine inſcriptus probat ſocietatem. c.11.n.19. f.122.

Liber æſtimi probat communionem & ſocietatem. c.11.n.15. f.122.

Libri rationum parcella, in qua quis ſocius nominatur, probat ſocietatem. c.11. n. 20. f. 123.

Libri rationum ſi non ſunt inſcripti communi nomine, probant negativam ſocietatem non fuiſſe contractam. c.11. n. 21. f.123. Fallit, ſi conſtat de aliis præſumptionibus. n.22. f. 123.

Libri pro ſtudio de communi emi debent, & erunt communes. c.26.n.13. f.289.

Libellus in actione pro ſocio, & communi dividundo, qualiter formandus. c. 31.n.17. f. 367.

Librum rationum edere tenetur ſocius, etiamſi ſit reus. c. 31. n. 33. f. 370. & c. 38. n. 41. f. 433. actione pro ſocio n. 42. f. 434.

Liber in ratione reddenda erit perficiendus, & non ſufficiunt charta & folia, & non excuſatur ſocius, ſi dicat, librum non confeciſſe, quia non fuit requiſitus. c.38.n.11 f.429.

Et ſine libro reddi non poſſunt rationes, quæ in folle reddi non debent, n.12. & 13. f.429. & ſeq.

Digitized by Google

Liber ſocij probat pro ſcribente, & contra ſcribentem, quia ejus perſona cenſetur approbata, ſi non mutat mores. c.38. n.14. & ſeq. f. 429.

Libro inſtitoris pro & contra adhibetur fides, & etiam inter ipſos ſocios, dummodo ab omnibus fuerit deputatus. c.38. n.17. & 18. f. 430.

Liber ſocietatis eo magis probat inter ſocios, ſi in eo omnes ſcripſerunt. c.38.n.19. f. 430.

Libro adminiſtratoris non deputati à publico ad hoc, ut fides adhibeatur, novem requiſita ſunt neceſſaria, quæ non ſunt neceſſaria in libro ſociorum. c.38.n.20.f.430.

Liber ſociorum ad hoc ut probet, debet eſſe formatus ſecundum conſuetudinem, & ſecundum ſtatuta. c.33. n.22. f.431.

Debet continere annum, menſem, & diem, alias ſolum probaret contra ſcribentem, quantum facit confeſſio abſente parte, n.23. & ſeq. f.431.

Liber ad hoc ut probet, non debet eſſe ſcriptus manu alterius, ſed manu ſocij, & de mandato aliorum ſociorum, & dicitur conſtare de mandato, ſi ei commiſſa fuit adminiſtratio. c.38. n.28. & 29. f.431.

Liber debet continere veriſimilia. c. 38. n. 32. f. 432.

Et veriſimilia & inveriſimilia quæ ſint, ſtatur arbitrio Judicis. n.33. f.432.

Liber data & accepta cum inſertione cauſæ, & etiam omiſſa continere debet. c.38. n.34. & 35. f.432. & ſeq.

Liber rationum non debet continere licturas, cancellationes & lacerationes. c.38. n.36. f. 433.

Liber debet continere ſolum negotia ſocietatis, & propria ſcribentis negotia cum eis miſceri non debent. c.38. n.38. f.433.

Librum confeciſſe, ſi eo modo, quo ſcivit, dicat ſocius, non excuſatur, quia ſibi imputare debet, ſi ignarus ſuſcepit negotia peragenda. c.38. n 39 f.433.

Liber cum effectu proferri debet, & non ſufficit proteſtatio. c.38.n.40.f.433.

Librum amiſiſſe ſi dicat ſocius cum juramento, ei non creditur, quia eum edere tenetur actione pro ſocio. c.38.n.42.f 434.

Liber ſocietatis, diſſoluta ſocietate, penes quem remanere debet. c.40.n.53.f.478.

Liberatio ſecuta poſt redditas rationes quid operetur. c.38 n.85. & 86.f.443. & ſeq.

Liberatio facta in actione reali non comprehendit dolum. c.37.n.48.f.421.

Liberatio non comprehendit dolum præſumptum, quando aliquid adeſt, vel adeſſe præſumitur penes eum, cui ſit liberatio. c. 37. n.49. f.421.

Liberatus à redditione rationum ſi conficiat librum, in quo conſtet, eum eſſe debitorem, ſibi præjudicat. c.37.n.53.f 422.

Liberationem non acceptaſſe à redditione rationum dicitur ille, qui conficit librum rationum, etſi utatur proteſtatione, quod non intendat venire contra liberationem. c.37. n.54.f.422.

Liberatio non extenditur ad ignorata. c. 37. n.47.f.420.

Liberatio de debitis facta à teſtatore intelligitur ſolum de debitis tempore teſtamenti, c 37. n.46. f.420.

Licitatione utitur Judex, ſi res dividenda inter ſocios non patiatur commodam diviſionem, & etiam extranei ad licitationem admitti debent. c. 39. n.87. f. 461. Et in pari licitatione ille, qui in re habet majorem partem, præferri debet. n.88. f 461.

Et ſi res patiatur commodam diviſionem, Judex licitatione uti non debet. n.90. f.461.

Et non debet fieri licitatio de parte rei ſolummodo,

lummodo, ſed de tota. n.91. f.461.
Et, licitatione prætermiſſa, res aliquando relinquitur in communi. Datur exemplum in veſtibulo. n.96. f.462.
Liquidatio præcedere debet ad hoc, ut mora mittatur. c.24. n.30. f.264.
Fallit, ſi liquidatio eſt facienda à debitore. c.24. n.31. & 32. f.265.
Liquidatis qualiter facienda, ubi petitur executio inſtrumenti, & liquidatione opus eſt. c.31. n 60. f.374.
Literæ approbatoriæ perſonæ alicujus, ſi contineant verba generalia, non dicuntur obligatoriæ, ſecus ſi ſpecialia. c.29. n.74. f.344.
Literæ mercatorum ubi eſſent dubiæ, interpretari debent ſecundum eorum conſuetudinem. c.29. n.75. f.344.
Literas recipiens, ſi non contradicat, an dicatur fateri contenta in eis. c. 29. n. 77. f.344.
Literæ cambij qualiter obligent ſcribentem. c.29. n 76. f.344.
Literæ probant contra ſcribentem. c.37. n.20. f. 414.
Locare poteſt ſocius domum communem ſolitam locari, invito altero ſocio. c.28. n.29. f.335.
Erit ſolum locanda pro parte, ſi pro parte utiliter locari potuit, & procedit etiam in prædio ruſtico. n.36. f.320.
Locatio domus potius honeſtæ, quam inhoneſtæ perſonæ fieri debet, etiamſi ab inhoneſta plus mercedis daretur. c. 28. n. 38. f. 321. Etſi ambæ eſſent honeſtæ, daretur plus offerenti. n. 39. f. 321. Et ſi offerrent parem mercedem, & ſocij eſſent diſcordes, domus vacaret, quia res non ſortitur effectum, quando partes non conveniunt. n.49. f.321.
Eſſent à Judice concordandi. n. 44. f.322.
Seu judicio ſortis. n.46. f.322.
Locare ſi vult unus ex ſociis, & alter in habitare domum, non datur aliud remedium, niſi quod deveniant ad diviſionem. c. 28. n. 51. f. 323.
Locatio potius ſocio facienda eſt, quam extraneo, ſi offerat eandem mercedem. c. 28. n.53. f.323.
Maxime ſi habeat filios. n.57. f.324.
Locatio domus non ſolita locari an fieri debeat, altero ſocio invito, an à Judice ſint concordandi, an recuſans teneatur ad intereſſe. c.28. n.85. cum plurib. ſeq. f.324. & ſeq.
Locatio an extinguatur, extincta ſocietate, quæ ſuper ipſa locatione contracta fuit. c. 32. n.58. 22. & ſeq. f.382.
Locatio facta conducenti pro ſe & ſociis, intelligitur ſolum de ſociis præſentibus, & non de futuris. c.32. n.29. f.383.
Et facta pro ſociis futuris non valet. n. 30. f.383.
Et ſi ſit facta pro ſe & ſociis, an pro ſe, pro dimidia, pro ſociis, & pro alia dimidia facta cenſeatur. n.31. f.381.
Loci inſpectio, ſeu viſitatio facta à Judice qualiter ſit ſcribenda in actis. c. 39. n. 32. 33. & 34. f.453. & ſeq.
Lucri & quæſtus verba inſimul prolata non important ſocietatem omnium bonorum. c.10. n 9. f.109.
Lucrum verbum eſt generale, quæſtus ſpeciale. c.10. n.10. f.110.
Lucris pluribus etiam difformibus communicatis aliquibus retentis, ſolummodo in communicatis cenſetur contracta ſocietas. c. 11. n.7. f.121.
Lucrum à capitali non deſtinguitur in ſocietate omnium bonorum, & non attenditur, quis plus poſuerit, & quis plus lucratus fuerit, ſed

ſed omnia æqualiter communia ſunt, & æqualiter dividuntur. c.15.n.1.f.162.
Lucra & quæſtus quod adſint in ſocietate intelligitur deducto damno. c.20.n.1.f.222.
Lucra undecunque & qualitercunque quæſita communicantur in ſocietate omnium bonorum. c.26. n. 2.f.287. & comprehendunt omnia, quæ excogitari poſſunt, ibidem ubi late referuntur ea, quæ inter ſocios omnium bonorum communicantur, ibidem.
Lucrum comprehendit res quæſitas ab uno ex ſociis, quæ ab alio quæri non potuiſſent, datur exemplum in filio ſpurio. c.12. n.3. f.129.
Lucra omnia communicantur ſive proprio ſive communi nomine, ſive cum propria ſive cum communi pecunia acquirantur. c. 12. n.21. f.131.
Lucra provenientia ex turpi cauſa non communicantur, communicata, ignorante ſocio, non auferuntur, niſi ſecuta condemnatione, & condemnatus dicitur ſocius, ſi in conſcientia tenetur ad reſtitutionem. c.12.n.40. cum plur. ſeq. f.134. & ſeq.
Lucrum illicite acquiſitum, ſi licite retinetur, communicari debet. c 12.n.44.f.134.
Lucrum obveniens ob delictum commiſſum in perſonam unius ex ſociis communicatur. c.12. n.30.f.133.
Lucra obvenientia, mediante perſona alterius communicantur. c.12.n.33.f.133.
Lucri particularis ſocietas fines ſuos non egreditur. c.12.n.45.f.134.
Lucrum quæſitum contemplatione perſonæ, & occaſione ſocietatis non communicatur, ſimiliter & lucri non quæſiti occaſione ſocietatis ratio non habetur. c.27. n.6 f.302.
Lucrari dicitur, qui explet voluntatem ſuam. c.28.n.55.f.324. Declaratur. n.56.f.324.
Lunatici contrahere non poſſunt. c.7.n.22.f.84.

M.

Malus quis præſumitur Proœm. n.30. & 31. f.5.
Malum minus reſpectu majoris mali habet ſpeciem boni. c. 18. n. 38. f. 201. Declaratur. n.44. f.202.
Mali eventus non ſunt in conſideratione. c. 18. n.64. f.204.
Mandatum an ſocius à ſocio habere dicatur. c. 14. n. 44. f. 140. & c. 28. n. 6. f. 317. & n.34. f.321.
Mandatum dicitur provenire à ſocietatis natura, non ſolum ad acquirendum, ſed etiam ad obligandum. c 14. n 45. f.150.
Mandatum dicitur habere ſocius à ſocio in rebus deſtinatis ad vendendum. c. 28. n.71. f.317. Si habitant in diverſis civitatibus. n. 72. f. 327. Si faciunt ea, quæ fieri debent, inſpectâ formâ ſocietatis. n. 73. f.327. & ſi juxta ſolitum emat & vendat, & faciat utilia ſocietati. n.74 f.327.
Mandatum ſocius ab alio ſocio ad agendum non dicitur habere, lite conteſtata, poterit judicium proſequi. c.30.n.43 f.359.
Manumiſſione ſocij ſolvitur ſocietas, ſed non emancipatione facta de filio, & quæ ſit ratio diverſitatis. c. 33. n.3. & ſeq. f.389.
Maritus & uxor dicuntur ſocij. Proœm. n.24. fol. 4.
Maritus & uxor dicuntur conſortes, quia hoc nomine ſocij nuncupantur. Proœm. n.25 f.4.
Mater inops præſumitur acquiſiviſſe ex bonis pupilli divitis. c.3. n 68. f 38.
Modicus cum infirmo non poteſt contrahere. c.8. n 3. f.86.
Meliorando rem ſocius, ſi mutet ejus formam, alio ſocio invito, dicitur facere deteriorem. c.27. n. 27. f 305.

Mente capti non poſſunt contrahere. c.7. n.21. f. 84.
Mercatura & negotiatio aliquibus eſt interdicta, ideo illi, quibus interdicta eſt ſuper ea ſocietatem contrahere non poſſunt. c.8. n.11. f. 87.
Mercatura, negociatio, & artificium reſpectu ſocietatis ad quaeſtum non differunt. c.13. n.6. f. 138.
Mercator ad hoc, ut quis dicatur, non ſufficit, ſi ſemel aut bis mercaturam exercuit. c.5. n. 46. f. 66.
Milites armata militia non poſſunt mercaturam exercere. f. 8. n.16. f.88.
Minor quatuordecim annis ſocietatem contrahere prohibetur. c.3. n. 10. f.27.
Minor proximus infantiae, & proximus pubertati, quis dicatur. c. 3. n. 11. f.27.
Minori convento in judicio, ſi declaravit velle ſtare contractui, an detur reſtitutio, in integrum. c. 3. n. 95. & plur. ſeq. f. 42. & ſeq.
Minoris rerum alienatio. vide Alienatio.
Minor habens curatorem non poteſt ſine ejus auctoritate ſocietatem contrahere. c.5. n.1. f. 57.
Minor non habens curatorem poteſt ſocietatem contrahere. c.5. n.2. & 3. f. 58.
Multo magis procedit in Judaeo minore. n.4. f. 58.
Minor deſcriptus in albo mercatorum poteſt ſocietatem contrahere ſine decreto. c. 5. n.6. & ſeq. f. 58.
Minor non poteſt res mobiles, quae ſervando ſervari poſſunt, alienare ſine decreto. c. 5. n. 12. & ſeq f. 59.
Minor, qui veniam aetatis impetravit, non poteſt alienare ſine decreto. c.5. n.15. f.60.
Minor poteſt alienare ſine decreto, ſtante ſtatuto, quod aetas decem & octo annorum ſit perfecta. c.5. n.16. & ſeq. f.60.
Minor poteſt cogi, ut declaret, an ſtare velit contractui à ſe geſto. c. 3. n. 91. & 92. f.42.
Minor ſi retineat vitam favore minoris aetatis, prodeſt etiam ſocio majori. c. 12. n.9. f. 130.
Mora ceſſante, intereſſe non debetur. c.24. n.8. f. 260.
Mora contrahitur per lapſum diei. c.24. n.7. f. 260.
Sive ſit dies expreſſa, ſive tacita. n. 11. & 12. f.261. & n. 18. & 19. f. 263.
Per interpellationem extra judicialem. n. 9. f.261.
Per lapſum temporis appoſiti in ſocietate. n.10. f. 261. & n. 16. f. 262. & n. 20. f.263.
ſtante juramento. n.15. f.262.
Mora excuſationes. c. 20. n. 35. f. 265.
Mora non committitur ante liquidationem. c. 24. n. 30. f. 264.
Fallit, ſi liquidatio ſit facienda à debitore. n.31. & 32. f. 265.
Mora an ſit in haerede ignorante temporis lapſum. c.24. n.24. & ſeq. f.264.
Molendinum, invito alio ſocio, in melius ſocius accommodare non poteſt. c. 27. n. 23. f. 304.
Mora an purgari poſſit, ſtante juramento, & omnibus in locis, & tam in foro fori, quam in foro poli, & quando celeriter purgata dicatur, an ſtetur Judicis arbitrio. c.29. n. 42. f. 338. & ſeq.
Mora purgationi non eſt locus, quando adeſt pactum reſolutivum. c.29 n. 44. f.339.
Mora non poteſt purgari quando ejus purgationi fuit renunciatum, & ei dicitur renuntiatum quando fuit renunciatum omni juris & legis auxilio. c. 29. n. 45. f. 339.
Morte ſolvitur ſocietas. c. 4. n 7. & 8. f. 49. &

morte

morte unius ſolvitur quod omnes. c.32.n.2. f.379.

Ea ratione, quia cenſetur electa induſtria perſona, & ne reſtringatur libera teſtandi facultas. n.3. & 4. f.380. Et paciſci non poteſt, quod ad hæredes tranſeat. n.5. f.380.

Morte unius ex ſociis ſolvitur ſocietas, quoad omnes, etiamſi fuiſſet contracta in ſolidum. c.32.n.14 f.381.

Et ſi fuit dictum, quod ſocietas duret in perpetuum, vel uſque ad centum annos, vel donec ſocij voluerint, intelligitur contracta uſque ad mortem. n.8. & 9. f.380.

Morte ſolvitur ſocietas, etiamſi fuit contracta ad certum tempus, & mors obveniat, durante tempore. c. 32. n. 10. f. 380.

Morte unius ſocij ſolvitur ſocietas quoad omnes, etiamſi ſocius mortem ſciens, eam alteri ſocio non notificavit. c. 32. n.11. & 12. f. 380. & ſeq.

Morte unius non ſolvitur ſocietas quoad omnes, quando contracta fuit nomine collectivo, puta inter Titium & hæredes Sempronij, nam uno ex hæredibus moriente, ſocietas durat cum cæteris. c. 32. n. 15. f. 381.

Mortuo uno ex ſociis, ſocietas durat inter ſuperviventes, ſi ita actum fuit. c.32. n.16. f. 381. Et ita actum fuiſſe cenſetur, ſi contracta fuit ſocietas duratura, donec Bartholomæus, Muccinus, & Hieronymus voluerint, quia pluralitas reſolvitur in ſingularitates. n. 17. f. 381. Et iſta opinio non approbatur. n.18. f.381.

Mortem alterius ſocij ignorans ſocius, ſi nova negotia aggrediatur, utrum lucra cum hærede ſocij mortui communicare teneatur. c.32. n.59. & 60. f. 388.

Morte civili ſolvitur ſocietas, nempe capitis diminutione maxima & media, non vero minima. c.33. n.1. & 2. f.389.

Mulieres poſſunt contrahere ſocietatem, etiam ſuper mercatura. c.3.n.4. & 5. f.26.

Non ſolum cum extraneis, ſed etiam cum fratribus, & cum marito. n.5. & 6. f.27.

Procedit etiam in muliere ruſtica. n.7. f.27.

Mors militis non probatur, licet conſtet, multos milites fuiſſe mortuos in exercitu, ſed debet probari, quod ibi eſſet miles, de cujus morte agitur. c.25. n.39. f.283.

Mors animalium ad hoc ut probetur probandum, quod eſſent in loco, ubi caſus evenit. c.25.n.41. f. 283.

Mors plurium animalium probatur, probato, quod in illo anno cõmuniter contingit, quod de quolibet grege in regione illa mortua eſt dimidia ſeu tertia pars. c.25. n. 42. f.283.

Mors animalium probatur à communiter contingentibus. c.25 n.44. f.283.

Muro communi utitur ſocius ad uſum deſtinatum, invito alio ſocio, etiamſi feneſtræ ejus ibidem exiſtentes clauderentur, etiamſi fuiſſent factæ, ſcientia ſocio. c 28. n.21. cum ſeq. f. 319.

Murus ſi fuit factus ad dividendum, ſuper eo ædificari non poteſt. c. 28 n.27. f. 320.

Murus an ſit communis pro diviſo, an pro indiviſo, quomodo cognoſcatur. c.28. n.28. f. 320.

Murus, ſi non eſt habilis ad ſupportandum majus onus, ſuper eo ædificari non poteſt. Et ſi obſcurarentur lumina alterius, & ad æmulationem. c.28. n.26. f.320.

Mutus & ſurdus non poſſunt contrahere. c.7. n.2. & 3. f.79.

Mutatio perſonæ, ſuper cujus vitæ periculo fuit contracta ſocietas officij, poteſt fieri, etiam quando, exceptis fructibus, non poteſt fieri diſdicta. c.35. n.20. f. 402.

Mutatio perſonæ fieri poteſt ab habente manda-

Digitized by Google

tum cum libera. c.35. n. 21 f. 402.
Mutatio perſonæ an fieri poſſit ab exiſtente in infirmitate. c.35. n. 21. f. 402.
Et ſemel facta amplius fieri non poteſt. ibidem.
Mutuans ſi recipiat ultra ſortem, etiamſi ſuſtineat periculum, pecuniæ uſuram committit. c.18.n.66. f. 205.
Mutuum non poteſt dici contractum, ſi non libere transferatur pecuniarum dominum, ſed ideo dantur, ut exerceantur in mercatura. c.18. n. 68. f. 205.
Declaratur. n.72. & 73. f. 206.
Mutuum dicitur contractum, & non ſocietas, pacto oppoſito, quod capitale in ſecuro permaneat. c.18. n. 71. f. 205. & n. 74. f. 206.
Mutuum fuiſſe contractum, ſi capitale permaneat in ſecuro, & inde lucrum percipiatur, probatur, ſumpto argumento à cæterorum contractuum dinumeratione. c. 18. n. 74. cum plur. ſeq. f. 206.
Mutuo pecunias accipere an poſſit ſocius, ſeu inſtitor pro indigentiis ſocietatis. c.30. n.21. cum plur. ſeq. f. 354.

N.

Naturalia ſocietatis quæ ſint. c.2.n.15. & 16. f. 15. & c.18. n.23. f. 199.
Nauta eſt in culpa, ſi in navi aſſumat ignotos homines. c.21.n.89. f. 246.
Navigandi tempus adverſum dicitur à Menſe Octobris uſque ad Menſem Aprilis. Sed de conſuetudine non obſervatur. c. 21. n.75. f. 244.
Neceſſitudo quid ſit. Proœm. n.12. f. 3.
Negotia in dubio tractata præſumuntur proprio nomine, licet fuerint tractata cum pecunia communi. c.3.n.43 f.34. fallit tamē ut n.45.
Negotia geſta præſumuntur eo nomine, quo juſſit teſtator. c.3. n. 48. & 49. f.35.
Negotiorum geſtor tenetur de culpa lata & levi. c.3.n.108. f. 44.
Tenetur aliquando de leviſſima, & de caſu fortuito. c.3.n.110. & 111. f. 44.
Negotiorum geſtor aliquando tenetur neceſſario negotia exercere. c.3. n. 115. & ſeq. f. 45.
Negotiorum geſtor tenetur etiam de neglectis ab ejus factore. c.3. n. 118. f. 45.
Negotiationis nomen comprehendit mercaturam & artificium, & iſta non differunt reſpectu ſocietatis ad quæſtum. c.13. n. 6. & 7. f. 138.
Negotio finito, ſuper quo ſocietas eſt contracta, ſocietas ſolvitur. c. 34. n. 21. & ſeq. f. 394.
Negligentia culpa eſt. c.21. n.82. f. 245.
Nobiles omnes prohibentur exercere mercaturam, niſi mos regionis aliud ſuadeat. c.8. n. 18. & ſeq. f.88. & c. 24. num. 40. f. 283.
Nomine proprio an communi res empta à ſocio præſumatur. c. 14. n. 87. cum plurib. ſeq. f. 156.
Notarius conficiendo inſtrumentum quid facere poſſit circa naturalia, ſubſtantialia & accidentalia ſocietatis. c.2.n.27. f.21.
Novatio an inducatur per ſtipulationem continentem pœnam. c.29.n.2. f.332.
Novatio dicitur facta, ſi novus contractus non ſit cum primo compatibilis. c.41. n.36. f. 489.
Nunciatione ſpreta, ſi ſocius ædificet, non nocet alteri ſocio. c.29 n.35. f.418.
Et poteſt repetere expenſa ab alio ſocio, ſi utile fuit ædificare à principio. n.37. f. 418.
Nunciatio facta ab uno ex ſociis non prodeſt

omnibus, ſed nunciatio facta uni ex ſociis nocet omnibus. c.29.n.37.f.338.

O.

Obligatio Cameralis an ſit apponenda in inſtrumento, ſi de contractu inſtrumentum confici debet. c.29.n.87.f.346.

Obligationes contracta extra tempus ſocietatis ad ſocietatem non dicuntur pertinere. c.30. n.1.f.350.

Obligatur ſolus ſocius contrahens, ſi ſolus ſuo nomine contrahat, etiam ſi contrahat ad commodum ſocietatis, & dum dicitur, quod ſocius, qui non contraxit, ſit creditori obligatus per obliquum, declaratur. c. 30. n.2. & ſeq. f.351.

Obligantur etiam cæteri ſocij, ſi ſocius contrahat ſuo & ſociorum nomine, & contractus pertineat ad ſocietatis formam. c. 30. n.7. f.352.

Obligatos ut habeat cæteros ſocios extraneus, qui cum uno contraxit contrahente communi nomine, an teneatur docere contractum fuiſſe verſum in utilitatem ſocietatis, prout id probare tenetur ſocius, qui vult alios ſocios obligatos habere. c. 30. n.11. & 12. f.352.

Obligantur pro parte, & non in ſolidum, ſocij omnes inſimul contrahentes cum extraneo. c. 30. n. 34. f. 357.
Fallit in ſocietate publicarum functionum. Fallit, ſi fuit dictum, quod teneatur in ſolidum. Fallit in obligatione ſecundaria proveniente ab eorum dolo. Fallit in ſociis ad vendendum animalia. Fallit, ſtante conſuetudine. Fallit ſtante ſtatuto. n.35. & 36. f.357.
Fallit, quia reſpectu extranei ad invicem dicuntur fidejuſſores, & non requiritur excuſſio. n.37.&38. f. 358.

Obligatio qualiter cuique ex ſociis acquiratur, ſi contractus ſit factus expreſſis nominibus propriis, ſive expreſſo nomine appellativo ſociorum. c.30.n.44. f.359.

Occupantis conditio inter ſocios non eſt melior, ſi debitor efficiatur non ſolvendo. c. 30. n.54. f.361. & c.37. n.10. f.412.

Officialis cum ſubdito contrahere non poteſt. c. 8. n. 2. f. 86.

Officium Judicis nullam præſupponit obligationem. c.25.n.14.f.279.

Officio ſuppreſſo an extinguantur ſocietas ſuper eo contracta, & an capitale ſit reſtituendum c. 34. n. 6. & ſeq. f.392.

Officij alienatione extinguitur ſocietas ſuper eo contracta, ſi in totum vacet, ſecus eſt, ſi non vacet in totum. c. 34. n. 10. & ſeq. f. 392.

Officium ſi tranſit in fiſcum, utrum pecunias ſuper eo poſitas reſtituere teneatur. c.34. n. 10. & ſeq. f. 392.

Omiſſa notari debent in libro rationum, quia etiam de omiſſis ſocius rationem reddere tenetur. c.38 n.35.f.429.

Opera an dicantur correſpondere ſorti, ſeu ejus interuſurio. c. 9. n.34 f. 99.

Opera ſorti, & ſors operibus correſpondere dicuntur in conſideranda æqualitate ſocietatis. c.9.n. 36. f 99.

Opera & induſtria in dubio pro æquali parte cenſentur correſpondere capitali. c.9. n.39. f 100.
Et ſi allegaretur inæqulitas, quæſtio eſſet terminanda Judicis arbitrio. num. 40. f. 100.

Operas amittere eſt damnum pati. c. 18. n.88. f. 208.

Opinio communis ſequenda eſt. c.18.n.47. & c.54. f.202, & ſeq.

Opiniones

Digitized by Google

Opiniones probabiles ſi ſint plures, unam in conſcientia eligere licet. c.18.n. 52. f.203.
Et non eſt neceſſe eligere meliorem, quia quod melior eligatur, eſt conſilij, & non præcepti. n.53 f.203.
Opinio illa ſequenda eſt, quæ peccatum non continet, relicta illa, quæ peccatum continere dubitatur. c.18.n. 55. f.203.
Et bonarum mentium eſt, culpam timere, ubi culpa non reperitur. n.66 f.205.
Opinionum diverſitate ſtante, an Judex unam ex eis ſuo arbitrio eligere poſſit. c.26.n.24. & ſeq. f. 291.

P.

Pacta contra ſubſtantialia, naturalia, & accidentalia contractus quid operentur. c.2.n.19. f.17.
Pactorum ſex ſpecies. c.2.n.20. f. 17. informativum. n.21. f.18. Reformativum. n.22. f. 18. Transformativum. n. 23. f.18. Conformativum. n.24. f 20. Deformativum. n.25. f.20. Reſolutivum. n.26. f.21.
Pactum de certa quæſtus quantitate præſtanda utrum valeat. c.17. n.1. cum plurib. ſeq. f. 185.
Pactum, quod quæſtus dividantur arbitrio tertij, valet. c.17.n.26. f.189.
Pactum, quod partes capitalis à tertio conſtituantur, valet. c.16.n.26 f. 179.
Pactum, quod quæſtus dividantur arbitrio unius ex ſociis, valet. c.17. n. 28. & 29. f.189.
Pactum, quod capitale ſit ſalvum, & inde quæſtus percipiantur, non valet. c.18. per totum. f 195. & ſeq.
Et hujuſmodi pactum non ſolum eſt injuſtum, ſed etiam uſurarium. n.3. & 8. f.196.
Etiam ſi de parte capitalis, & non de toto capitali fuerit conventum. n.86. f.207.
Pactum uſurarium non rejicitur, firma manente ſocietate, ſed ſocietas in totum annullatur. c.18.n. 90. f.208.
Pactum, quod ponens operas ſuſtineat periculum capitalis in toto, vel in parte, an poſſit ſuſtineri, data recompenſatione in quæſtu. c.19. n. 1. cum plurib. ſeq. f. 210. & ſeq.
An ſuſtineri poſſit vigore contractus aſſecurationis. n.13. cum plurib. ſeq. f. 212.
An vigore contractus emptionis, & præcipue in ſocietate animalium. n. 38. & ſeq. f. 217.
Pacta deſtruentia contractum cum contractu ſtare non poſſunt. c. 21. n. 8. f. 232.
Pactum de præſtando intereſſe poſt moram, non expreſſa certa quantitate, valet. c.24.n.62. & 63. f. 270. & ſeq.
Pactum de certa quantitate præſtanda an valeat. c.24.n.64. cum plur. ſeq. f. 271.
Pactum de ſtando aſſertioni creditoris valet. c. 24.n.72. f. 272. etiam ſine juramento. n.76. f. 273.
Sed non procedit in hærede creditoris. n.75. f.273.
Et ante factam declarationem non poteſt revocari. n.73. f.273.
Fallit, mutata conditione creditoris, ut ſi effectus ſit perjurus. n.74. f. 273.
Non habet locum iſtud pactum in tutore. n.78. f. 273.
Et quando adeſſet timor uſurarum. n. 79. f. 273.
Et ceſſaret pactum, ſi de vero intereſſe doceretur. n. 80. f. 274.
Et creditore excedente modum in taxando, recurritur ad Judicem. n.81. f.274.
Pactum de perpetuo non petendo partem ſuam, valet, quia inducitur renunſio juris. c. 39. n. 68. f. 458.
Pactum, ne dividatur intra certum tempus, valet. c.39.n.70. f.458.

Pactum

Pactum de non dividendo in perpetuum valet, quia intelligitur in vita paciſcentium c.39. n. 69 f.458.

Pactum expreſſum ne perpetuo dividatur non valet. c.39 n.68. & 71. f. 458. & ſeq. Valet, ſi ſit juratum, n.72 f. 459. Non procedit in univerſitate. n.73 f 459. Et ſi factum fuit ſuper omnibus bonis. n. 74. f.459.

Pacta circa modum faciendi diviſionem inter ſocios ſunt ſervanda, & pactum factum in uno caſu diſſolutionis non extenditur ad alium. c.39.n. 97. f. 462.

Paſtor ſuis impenſis animalia alere non tenetur, etiamſi impenſa ſit modica ſtante ejus paupertate. c.27.n.52 f 308.

Paſtor erit obligatus alere animalia ſuis impenſis, ſi ex eorum miniſterio lucrum percipiat, etſi etiam Dominus de lucro percipiat, vel ſi ei ſolvatur collatica, erit obligatus ad alimenta, & erit ſervanda conſuetudo regionis, c.27.n.57.58. & 59 f.309. & ſeq.

Paſtor an teneatur ad cuſtodiam, & de leviſſima culpa, ſi animalia æſtimata accepit, & quid ſtante conſuetudine. c.21.n.23. & 24.f.235.

Pater & filia in actione dotali dicuntur ſocij. Proœm. n.26.f.5.

Pater obligatur ex contractu filij, quatenus eſt in peculio. c.6.n.35. f.76. Et actio de peculio contra patrem eſt annalis, & contra filium perpetua. n.36.f.76.

Pater ſi vult, quod ejus bona deveniant ad ejus filium Spurium, cautela eſt, quod ſpurius contrahat ſocietatem cum aliquo, & pater ſocium, cum quo ſpurius contraxit, heredem relinquat c.12.n.3.f.130.

Pauper an præſumatur acquiſiviſſe cum propriis pecuniis. c.3. n.83. & 84. f. 40. Quod ſi conſtet de ejus induſtria. n.87.f.41.

Pecunia eſt de rebus, quæ ſervando ſervari non poſſunt. c.4.n.29. f.52. & ubi ponuntur fallentiæ.

Pecunia redacta à tutore ex re pupilli, eſt ipſius tutoris. c.4.n.41.f.55.

Pecuniæ poſita ab uno ex ſociis ſolummodo non communicantur, fallit aliquando ratione æqualitatis ſervandæ. c.5 n.55. & 60. f.67. & ſeq.

Pecunia poſita à ſocio altero ponente operas, ſi perit, antequam ſocius operari incipiat, dannum ſit commune. c.16. n 10. cum plur. ſeq. f. 182.

Pecunia, quod perdatur, raro evenit. c.18.n.56. f.203.

Pecunia, ſi datur ſuper exercitio à dante ſcienter, quod non exercetur lucrum, percipi non poteſt. c.18.n.66 f.206.

Pecunia ſi pereat ante collationem, non perijt ſocietati, ſed Domino. c.27.n.3. f.301.

Pœna temporales ſicuti à lege, ita à conſuetudine tolli poſſunt. c.18.n.37 f.306.

Pœna opponitur in contractu ſocietatis. c.29. n.2. f. 332.

Pœna promiſſa per ſtipulationem non novatur prima obligatio, ſed tollitur, quatenus concurrant. c. 29. n. 2. f. 332. fallit n. 37. f. 337.

Pœna dupli appoſita de quiete vivendo cum ſocio, ſi ſocius occidat ſocium, debetur à fiſco. c.29. n.3. f. 333.

Pœna debetur, ſecuta inobſervantia. c.29. n.3. f. 333.

Pœna, pro qua quantitate promitti & exigi poſſit, duodecim ſunt opiniones. c.29. n.4. f.333.

Pœna an poſſit exigi ultra intereſſe. c.29.n.7. & ſeq f 334.

Pœna legalis an poſſit excedere quadruplum,

plum. c.29.n.5.f.333.

Pœna conventionalis an poſſit excedere quadruplum, ſive opponatur per verba multiplicativa, ſive per verba numeralia. c.29. n.5.f.333.

Pœna ratione contemptus ſi excedat duplum, à Judice taxatur. c. 29. n. 9. f. 334.

Pœnam moderandi facultas poteſt pendere à Judice, licet conventionis ſubſtantia pendeat à partibus. c.29.n.12.f.334.

Pœna ex certa ſcientia promiſſa utrum poſſit excedere quadruplum. c. 29. n. 13. & 14. f. 335.

Pœna ſtante juramento, utrum poſſit excedere quadruplum. c. 29. n. 15. 16. & 17. f. 335.

Pœna promiſſa debetur etiam æquitate inſpecta, & de jure canonico. c. 29. n. 18. & 19. f. 335.

Pœna etiam in conſcientia exigi poteſt. c 29. n. 20. f. 335.

Declaratur, quod ſi debitor non requiſitus eam non ſolvat, non peccet, ſed hoc non procedit pro quantitate veri intereſſe. n.21. f. 336.

Et non procedit ratione periurij. num. 22. f. 336.

Et ſi eam ſolvere debitor fuit condemnatus. n. 23. f. 336.

Pœna exigi non poteſt, ſi fuit adjecta in fraudem uſurarum. c. 29. n. 25 f. 336.

Et dicitur adjecta in fraudem uſurarum, ſi fuit adjecta quantitati, ſecus ſi fuit adjecta facto. n.26. f. 336.

Pœna ſi cum juramento fuit adjecta quantitati, utrum adjecta cenſeatur in fraudem uſurarum. c. 29. n. 27. cum plur. ſeq. f. 336

Pœna promiſſa ab uno ex ſociis, altero contraveniente, an debeatur. c.29.n.31. f. 337.

Pœnam ſi plures promittant, uno contraveniente an in totum debeatur. c. 29. n.32. f. 337.

Quid ſi plures pro una perſona reputentur? n. 33. f. 337.

Quid ſi promiſſio contineat quid individuum? n.34. f 337.

Pœna ſtante juramento, peti poteſt cum re principali, quia juramentum habet vim clauſulæ, rato manente pacto. c.29 n. 37. f. 338.

Periculum ſui capitalis ſocius ſuſtinere debet, quia res domino periit. c.16.n.1. & 2. f.181.

Periculum capitalis pro ea parte, qua ſocius quæſtum percipit, ſuſtinere debet. c.16.n.2. & 4. f. 181. & ſeq.

Periculum operarum ſocius eas ponens ſuſtinere debet. c.16. n.6. f. 182.

Periculum mercium ſi non ſuſtineat ſocius, neque lucrum ex eis perceptum percipere debet. c.16. n.7. f.182.

Periculum non ſolum capitalis, ſed etiam quæſtus ſocius ſuſtinere debet. c. 17. n. 11. f. 186.

Periculum capitalis quod non ſuſtineat ſocius & inde lucrum percipiat, pactum non valet. c. 18. per totum. f. 199. & ſeq. vid. in verb. Pactum.

Pericula omnia, & non aliqua ſolummodo ſocius ſubire debet, tam capitalis, quam lucri. c.18.n. 63. & 65. f. 204.

Periculum capitalis, quod in totum, vel in parte pertineat ad ponentem operas, an fieri poſſit, facta recompenſatione in lucro. c 19.n.1. cum plur. ſeq. 210.

An id fieri poterit, interveniente contractu donationis. n.5. f. 211.

An intervenienti contractu venditionis. n 9. & ſeq. f. 211. & ſeq.

An interveniente contractu aſſecurationis. n. 13. cum plur. ſeq. f. 212. & ſeq.

Perſona

Perſona ſocij cenſetur approbata, ſi non mutat mores. c.38.n.16.f.430.
Perſona extranea in contractu comprehenſa non dicitur. c.3.n.44.f.34. *declaratur in n.46. & c.14.n.15.f.145.*
Pietas quid ſit. Proœm. n.6.f 2.
Perſona ſocij non dicitur quid comprehenſum pro capitali in ſocietate. c.9.n.20.f.97.
Pictura & ſculptura à muliere amante inventæ fuerunt. c.7.n.19.f.82.
Pluralitas reſolvitur in ſingularitates. c.32.n.17.f.381.
Poſſeſſio transfertur in ſocietate univerſali vigore taciti contractì. c.9.n 46.& 47.f.101.
Præcipere aliud eſt, aliud permittere. c.18.n.39.f.201.
Præſcriptio contra habentem rem communem cum Eccleſia qualiter procedat. c.12.n.15.f.131.
Præſcriptio contra actionem pro ſocio, quæ perpetua eſt, incipit currere à die diſſolutionis ſocietatis. c.31.n.75.f.377.
Et non præſcribitur minori ſpatio triginta annorum. c.38.& 56.f.422.
Præſumptio excluſiva delicti ſuperat alias præſumptiones. c.3.n.57.f.36.
Præjudicari alteri quis poteſt in acquirendis. c.14.n.18.f.141.
Præſumptiones plures vincunt pauciores, & fortiores ſuperant debiliores, & quæ dicantur fortiores, ſtatur arbitrio Judicis. c.14.n.24.f.487.
Præſumptio illa prævalet, quæ propius ad veritatem accedit. c.41.n.25.f.487. *Et ſpecialis præfertur generali, & minus ſpeciali.* n.26.f.487. *& negativa pro reo præfertur affirmativæ pro actore.* n.27.f.486.
Pretij partem ſocius alteri ſocio reſtituere tenetur, ſi rei emptæ communi nomine partem habere. c.14.n.65.f.153.
Principes poſſunt contrahere ſocietatem. c.3.n.3.f.26.
Principibus Chriſtianis an liceat cum infidelibus ſocietatem inire contra alios Principes Chriſtianos. c.8.n.28 f 89.
Privatio præſupponit habitum. c.25.n.18.f.280.
Privilegium competens uni ex ſociis prodeſt etiam alteri ſocio. c.12.n.8.f.130. *vid. in verb.* Immunitas.
Privilegio Doctori competenti gaudet ejus etiam ſocius. c.12.n.13.f 131.
Privilegio fori clerico competenti gaudet laicus, habens cauſam cum eo. c.12.n.14.f.131.
Pronomina, meum & tuum, *devaſtantia mundum. Proœm.* n.21.f.4.
Probandi neceſſitas incumbit ei, qui dicit. c.3.n.74.f 39.
Probatio à communiter accidentibus dupliciter conſideratur, an ſit ſufficiens ad probandum intereſſe lucri ceſſantis. c.24.n.44.*cum plur. ſeq.* f.267.
Probatio caſus fortuiti in criminalibus debet eſſe manifeſtiſſima, incivilibus ſufficit manifeſta. c.25.n.9 f 278.
Pro manifeſta probatione an ſufficiant conjecturæ. n.12.f.279. *& an ſufficiat juramentum.* n 13.f.279.
Probatio manifeſta caſus fortuiti quando eſt facilis probationis, eſt illa, quæ fit per evidentiam loci, & per teſtes. c.25.n.15.f.279.
Et teſtes poſſunt examinari abſque citatione, ſi caſus eveniat in longinquis partibus. n.16.f.779.
Prohibendi par ratio in utroque ſocio reperitur, ſi quilibet uti vult re ad uſum deſtinatum. c.28.n.42.f 322.
Procurator delinquendo non poteſt facere incidere Dominum in pœnam. c.29.n 36.f.337.

Procuratoris conſtitutio per alium verificandi valet, non ſic eſt in conſtitutione tutoris, & quæ ſit ratio diverſitatis. c. 32. n. 30. f. 383.

Procurator generalis non poteſt ea mutare, quæ ſpecialiter ſunt à Domino conſtituta. c. 35. n. 6. f. 400. & non poteſt renunciare ſocietati ſine cauſa. n. 7. f. 400.

Proceres palatij, & conſiliarij principis mercaturam exercere prohibentur. c. 8. n. 17. f. 88.

Prodigus non poteſt contrahere ſocietatem. c. 24. n. 7. f. 260.

Procurator conſtitutus ad vendendum poteſt ea omnia facere, quæ in venditionis contractu requiruntur. c. 5. n. 8. f. 59.

Proprietarius etiam in melius formam rei mutare non poteſt. c. 15. n. 65. f. 173.

Proteſtatio an requiratur ad hoc, ut ſocius, qui non ponit capitale in debita ſumma, teneatur ad intereſſe. c. 15. n. 25. f. 166. & n. 84. f. 177.

Proteſtationi dicitur quis acquieſcere, ſi non contradicat. c. 41. n. 9. f. 483.

Publicatione bonorum ſolvitur ſocietas. c. 34. n. 27. & 33. f. 395. & ſeq.

Pupillus proximus infantiæ contrahendo ſocietatem non ſe obligat. c. 3. n. 14. f. 28.
An ſaltem ſecum contrahens obligetur. n. 15. 16. f. 29.

Pupillus proximus pubertati non poteſt contrahere ſocietatem, neque eam tacite contraxiſſe præſumitur. c. 3. n. 27. & 29. f. 31.
Quid ſi præcedat juſſus teſtatoris. n. 30. & 31 f. 32.
Quid ſtante juramento. n. 28. f. 31.

Pupillus non poteſt ſocietatem approbare ad ſui commodum poſt oppoſitionem factam à ſocio. c. 3. n. 103. f. 43.

Pupillus, licet non obligetur ex contractu, tamen tenetur, in quantum factus eſt locupletior. c. 3. n. 104. f. 43.

Pupillus cum ſuo tutore ſocietatem contrahere non poteſt. c. 4. n. 1. f. 48.
Fallit, ſi palam contrahat. n. 3. & 4. f. 48. & ſuper rebus, quarum alienatio permiſſa eſt. n. 5. f. 49.

Pupillus poteſt ſocietatem contrahere cum uno ex tutoribus, altero tutore authorante. c. 4. n. 14. f. 50.
Fallit, ſi unus ſine alio adminiſtrare non poſſit. c. 4. n. 15. f. 50.

Pupillus cum extraneo ſocietatem contrahere poteſt, tutore authorante. c. 4. n. 16. & 17. f. 50. & ſeq. Si expreſſe contrahat, erit neceſſaria expreſſa auctoritas, ſi tacite, ſufficiens erit tacita. n. 18. f. 51.

Pupillus, ſi contrahat ſocietatem, an ſit neceſſarium Judicis decretum. vid. in verb. Decretum.

Pupillus ſuper ejus pecuniis ſine decreto ſocietatem contrahere poteſt. c. 4. n. 29. & 30. f. 52.
Quid ſi ſint deſtinatæ in emptionem prædiorum. n. 32. & 33. f. 53. & ſeq. Quid ſi ſint erogatæ in emptionem cenſuum. n. 34. & 35. f. 53. Quid ſi ſint poſitæ in mercatura. n. 36. f. 54. & ſint erogatæ in officiis, & montibus Romanæ Curiæ. n. 37. f. 54.

Pupillus ſine decreto an poſſit diſdicere & alienare ſocietatem officij. c. 4. n. 38. & 39. f. 54.

Q.

Qualitas requiſita ad actum adeſſe debet tempore actus. c. 24. n. 38. f. 283.

Quæſita à filio cum pecunia patris qualiter inter eos ſint dividenda. c. 9. n. 9. 14. & 18. cum plur. ſeq. f. 97. & ſeq.

Quæſita à filio an in dubio præſumantur quæſita cum pecunia patris. c.6. n.25. f.75. & n.45. f.77.

Quæſita ab uno ex ſociis omnium bonorum communi nomine, ſtatim efficiuntur communia, & quoad dominium, & quoad poſſeſſionem. c.14. n.4. f.143.

Quæſita proprio nomine ab uno ex ſociis omnium bonorum, an ſtatim efficiantur communia, ſive veniant communicanda. c. 14. n.5. & 6. f.143.

Quæſita in ſocietate omnium bonorum communia ſunt, ſive ſint quæſita cum propria, ſive cum communi pecunia. c.14. n.25. f.147.

Quæſita ſi ſint aliqua proprio nomine, & alter ſocius id ſciat, & taceat, ſibi præjudicat. c.14. n.26. f.147.

Quæſita in dubio præſumuntur quæſita communi nomine à ſocio omnium bonorum, quia tenetur acquirere in communi. c. 14. n.27. f.147.

Quæſita an præſumantur in dubio proprio, vel communi nomine, & an cum proprio, vel communibus pecuniis. vide in verb. Acquiſita.

Quilibet rei ſuæ eſt moderator & arbiter. c.19. n.25. f.215. Declaratur n.37. f.217.

Quæſtus appellatione non veniunt quæſita titulo lucrativo. c 13. n.1. f.137.

Etiamſi uni ex ſociis obveniant cauſa & occaſione ſocietatis. n. 2. f. 137. *Secus ſi obveniant contemplatione ſocietatis.* n.3. f.137.

Et in dubio cenſentur obvenire contemplatione ſociorum, & non ſocietatis n. 4. f. 138.

Quæſtus appellatione veniunt ea omnia, quæ ex opera deſcendunt, hoc eſt, lucra ex emptione & locatione, & ex ſolertia ſociorum, quæ circa mercaturam, negotiationem, & artificium verſatur. c 13. n.5. f 138.

Quæſtus limitati ſunt conferendi, ſi ſocietas limitate eſt contracta. c.13. n.10. f.138.

Quæſtus dividuntur ita, ut, qui plus poſuerit, & plus operatus fuerit, plus percipere debeat. c.15. n 3. f.162.

Quæſtus, ſocietate durante, extrahi non poſſunt. c.15. n.10. f.163. *Maxime, ſi ſocietas gubernetur ab inſtitore.* n.13. f.164.

Fallit, ſtante partium conventione. n. 14. f. 164.

Fallit, ſtante conſuetudine. n.15. f.164.

Fallit, ſi ſocietas fuit contracta ſuper quæſtu proveniente ex capitali, & non ſuper quæſtu proveniente ex quæſtu. n.16. f.164.

Fallit, ſi ſocius debet vivere expenſis ſocietatis. n.17. f.165.

Fallit, ſi quilibet ex ſociis de quæſtu accipiat, quia unus alium redarguere non poteſt. n.18. f.165.

Fallit, ſi unus extrahat, ſciente & tacente alio ſocio. n. 19. f. 165. *ſed hoc declaratur* n 23. f.166.

Quæſtus an capitale in dubio cenſeatur extractum. conſtito de extractione. c.15. n. 19. 20. 21. & 22. f 165. & n.36. f.168.

Quæſtum ſocius alteri ſocio dediſſe, & non capitale præſumitur. c.15. n.26. & ſeq. f.166. *Etiamſi pro ſocio dante pars quæſtus non remaneret.* n.36. f.168.

Quæſtus partes æquales inter ſocios eſſe debent. c.15. n.40. f.169.

Et æqualitas qualiter conſideretur. n. 41. f.169. *vide in verb.* Æqualitas.

Quæſtus dividuntur ſecundum conſuetudinem ſociorum, & ſecundum conſuetudinem loci, & ita obſervatur. c.15. n.47. f.170.

Quæſtus Judicis arbitrio dividuntur. c.15. n.49. f 170. *inſpecto principio ſocietatis.* n. 50. f.171.

Quæſtus provenientes ex augmento capitalis, qualiter ſunt dividendi. c.15. n.72. f.175.

Quæſtus ex re communi provenientes communes eſſe debent pro ea parte, quam quisque in re habet. c.15. n.86. *cum plurib. ſeq. f.* 178.

Quæſtus quando dividuntur, conſiderantur etiam operæ filiorum cujuslibet ſocij. c.15. n.90.& ſeq. f.178.

Et conſiderantur etiam operæ uxoris ſocij. n.93. f.179.

Quæſtus diviſio inter ruſticos & operantes fit in capita, ita ut qui plus operatus eſt, plus percipiat. c.15.n.93. f.179.

Quæſtus taxatio in certa quantitate an & quando inter ſocios fieri poſſit. c.17.n.1.*cum plur. ſeq. f.* 185. & *ſeq. vid.* Taxatio.

Quæſtus etiam, quemadmodum capitale ſub periculo ſtare debet. c.17.n.11. & 19 f.186. & *ſeq.*

Quæſtus debere dividi, arbitrio boni viri conveniri poteſt. c.17.n.26 f.189.

Et ſi inique arbitratum fuerit, recurritur ad Judicem. n.27.f.189.

Et procedit etiam, ſi unius ex ſociis arbitrio dividi debet. n.28.29. & 32.f.189.

Quæſtus, quod inæqualiter dividantur, an pacto fieri poſſit, maxime ſi adſit juramentum. c.17.n. 33. *cum plur. ſeq.* f.189. & *ſeq. vid. in verb.* Pactum.

Quæſtus ſi dantur ultra debitam quantitatem, eſt donatio, & non ſocietas. c. 19. n.8. f. 211.

Quæſtus in ſocietate animalium quomodo ſint dividendi. c.19.n.39. f 218.

Quæſtus & capitale in ſocietate in dubio adeſſe præſumuntur. c.20.n.12.f.224.

Quæſtuum ab extra provenientium ſocius alteri ſocio partem dare tenetur ſed aliquid dare non tenetur, ſi intrinſece percipiantur, puta inhabitando domum. c.28.n.65.f.326.

Declaratur, n.66.f.326.

Quæſita pro ſe & ſociis an pro ſe pro una parte & pro ſociis pro alia parte quæſita dicantur. c.32.n.31.f.383.

R.

Ratificatio operatur ex nunc, non ex tunc. c.3. n.26. f.31.

Ratificari non poſſunt nulla & iniqua. c. 3. n.25. f.30.

Ratificatione non indigent utiliter geſta pro pupillo, ſecundum legis diſpoſitionem, quia à lege ipſa ratificantur. c.3.n.122. & 123. f 46.

Ratificatio an ſit neceſſaria ad hoc, ut communicentur quæſita ab uno ex ſociis. c.14.n.35. 36. & 41. *cum plur. ſeq.* f.149.

Ratificatione non opus eſt ubi quis utilia faciat. c.14. n.46. f.151.

Ratificatio an ſit neceſſaria ad hoc, ut conſtitutum operetur, Notario ſtipulante. c.14. n.46. f 151.

Quid adſit juramentum, & adſit etiam duplex ſtipulatio. c.14.n.50. & 51. f. 151.

Ratificatio fit verbis & factis. c. 14. n. 52. f.152.

Ratificatio emptionis fit à ſocio, ſi pretium pro ſua parte ſolvat, ſi fructus ex re empta percipiat, ſi rationes de re empta ſibi reddi poſtulet, ſi rem emptam in libro rationum deſcribat, ſi ſcivit rem emptam ſuo nomine, & tacuit. c.14.n.53 *cum plur. ſeq.* f.152. & *ſeq.*

Ratificatio debet fieri re integra, antequam alij ſit jus quæſitum. c. 14. n.60. f.152. & & c. 15. n. 79. f. 176.

Ratificatio fieri poteſt à ſocio, etiam poſt mortem ſocij acquirentis, & fieri poteſt ab hærede ſocij mortui, cujus nomine fuit facta acquiſitio. c.14.n.61. & 62.f. 152. & *ſeq.*

Ratificatio de geſtis non nomine ſocietatis à ſocio

ſocio fieri non poteſt. c.15.n.78.f.176.

Ratione retenta de acquiſitis excluditur præſumptio ſocietatis. c.10.n.39.f.117.

Fallit ſi ſit retenta ſolummodo pro memoria. n.40 f.118.

Rationem reddere ſi ſit liberatus ſocius, cenſetur liberatus ab exactiſſima & ſtrictiſſima earum redditione, ſed non ab aliquali redditione, & reliquorum reſtitutione. c.20. n.10.f.223. vide in verb. Liberatio.

Rationem reddere tenetur ſocius, & etiam ejus hæres, ſi à defuncto reddita non fuit. c.37. n.1.& 2.f.411. & ſeq. vide in verb. Hæres.

Rationem reddere tenetur ſocius etiam de geſtis ab ejus factore. c.37.n.8.f.411.

A factore erit reddenda, ſi communiter ab omnibus ſociis fuit deputatus. n 9 f.411.

Rationem ſuæ adminiſtrationis quilibet ſocius reddere tenetur. c.37. n.11.f.412.

Fallit, ſi adminiſtraverunt inſimul in eadem apotheca, quia inter eos cenſetur inducta compenſatio. n.13.f.412.

Sed hoc non procedit, ſi unus plus alio adminiſtraverit. n.14 f.412.

Ratio ubi à quolibet ſocio reddenda eſt, uno petente, quod ſibi reddatur, alter opponere poterit, quod etiam ſibi reddatur. c.37. n.15.f 412.

Ratio à ſocio non eſt reddenda, quando ſibi remiſſa fuit poſt adminiſtrationem, nam ante remitti non poteſt. c.36.n.17.f 413.

Rationis redditio an probetur remiſſa per literas continentes hæc verba. Non voglio ch'alcuno diate mai conto de quello che havete havuto. c.37. n.19. 21. & 22 f.414.

Reddere rationem importat. quod quis computa tradat, & reliqua reſtituat. c.37. n.35. f.418.

Ratio reddita præſumitur, ſi per decennium retenta fuerunt bona diviſa, quia alias redditioni rationum non præſcribitur, niſi ſpatio triginta annorum. c.37. n.55. 56. & 57. f. 423.

Rationes redduntur aliquando etiam, ſocietate durante. c 37.n.59.f.423.

Rationes eo in loco ſunt reddendæ, in quo adminiſtratio facta fuit, & ſi ſocius in loco domicilij ad rationem reddendam conveniatur, ibidem libri erunt protandi expenſis & periculo petentis. c.38.n.1. & 2.f.428.

Rationes ut reddantur congruæ, erunt dandæ dilationes. c.38.n.3.f 428. *Et ſi ſocius habet litem cum ejus factore, judicium cum ſocio cœptum, quod rationes reddat, non erit ſuſpendendum, ſed erunt ei dandæ congruæ dilationes.* n 4.f.428.

Rationes reddi poſſunt in loco adminiſtrationis poſt cœptum judicium in loco domicilij, dummodo lis non ſit conteſtata. c.38. n.5. f.428.

Ratione in reddenda quatuor ſunt neceſſaria, codices edi, calculum fieri, reliqua reſtitui, & culpam & moram purgari. c.38. n.6. f 428.

Rationem perfecte edere difficile eſt, & nimis dure non eſt agendum, & aliquando creditur aſſertioni ſocij cum juramento, & an recte ratio reddita fuerit, ſtatur Judicis arbitrio. c.38.n.7.f 428.

Rationes ſine libro reddi non poſſunt. c. 38. n 13.f 429. vid. in verb. Liber.

Rationes quando redduntur, præſentato libro, calculus fieri debet. c. 38 n.43.f.434. vid. in verb. Calculus & Calculatores.

Deinde ſunt reliqua reſtituenda. n. 56. f 436 vid. in verb. Reliqua.

Ratione ſemel reddita regulariter amplius reddi non debet. c.38.n.62.f.437.

Fallit allegato errore. n. 63 f.437. *etiam ſi*

pluries

pluries calculatio facta fuiſſet. n.64. f.437. Poteſt allegari error etiam in ſecunda inſtantia. n.66. f.438. Etiam ab eo, qui negavit, calculum fuiſſe factum. n. 67. f. 438. Etiam facta reſtitutione reliquorum. n 68. f.438. Etiam ſtante juramento. n 80. f.441.

Ratio, quod revideatur, peti poteſt uſque ad triginta annos. c 38. ſub n.64. f.437. Fallit, ſi à partibus fuit conventum intra quod tempus reviſio peti poſſit. n.70. f.438. Fallit, ſi diu ſcriptura ſtetiſſent penes petentem. n.71. f.439. Et ſi ſcriptura à petente vendita fuerunt. n.72. f.439.

Ratio ſi iterum ſub prætextu erroris eſt reddenda, error ab allegante probari debet. c. 38. n. 73. f. 439. & qualiter probetur. n. 74. f. 439. & quod modicus error non attendatur. n.75. f.439.

Ratio ſi iterum eſt reddenda ſuper omnibus capitibus in adminiſtratione contentis reddi debet. c.38. n 81. f.442.

Ratio an & quando ſub prætextu erroris ſit revidenda, ſi ſuper ea fuit judicatum. c.38. n.77. f.439.

Ratio an & quando ſub prætextu erroris ſit revidenda, ſi ſuper ea fuit tranſactum. c.38. n.78. f. 440.

Ratio an & quando ſit revidenda, ſtante quietantia c.38. n.79. f. 440. & quid ſtante juramento. n. 80 f.441.

Ratio, ſi imperfecte reddita fuit, iterum reddi debet. c.38. n 81. f 441.

Ratio ſi fraudulenter & doloſe reddita fuit, iterum reddi debet. c.38. n 82. f.442. Et debet dolus probari, & qualiter ſit probandus. ſub n 82. f.442.

Rationem fuiſſe redditam ſi quis confiteatur, confeſſio non nocet. c.38. n.83. f.442. Quia confeſſio non nocet in his, quæ non dependent à voluntate confitentis. ſub n. 83. f 443. Maxime, ſi ſit facta ſuper impoſſibili, & ſuper inveriſimili. n.84. f.443.

Rationis redditio utrum ſit facienda, ſtante dolo & fraude, etiam ſi fuerit facta liberatio generalis, & fuerit dictum, reliqua non extare, & fuerit appoſita clauſula ex certa ſcientia, & juramentum, & Judicis decretum. c.38. n.85. & 86. f.443. & ſeq.

Reficere in melius rem communem, an uni ex ſociis liceat, invito alio ſocio, & quid agendum ſit, ſi in modo reficiendi ſint diſcordes. c.27. n.29. cum plur. ſeq. f 305.

Rei debendi in ſolidum dicuntur ſocij in ſocietatibus publicarum functionum. c.30. n.30. f. 356.

Rei debendi in ſolidum an pro parte, quam habent in ſocietate, dicantur obligati ſocij ex contractu inſtitoris c 30. n.31. & ſeq. f.356.

Rei credendi an efficiantur ſocij, ſive pro partibus ſolummodo, quas habent in ſocietate. c.30. n.39 & 40 f 358.

Rei plures pro virili eodem tempore conveniri poſſunt. c.30. n.45. f 359.

Rei plures in eodem libello conveniri poſſunt cum proteſtatione, quod actor erit unica ſolutione contentus. c.30. n.45. f.359. Et ſi non contradicant, poterunt conveniri, etiam diverſis libellis. n.46. f.356. Et diverſis temporibus. n.47. & 48. f.359. & ſeq.

Rei plures credendi poſſunt in eodem libello, & in diverſis libellis, eodem tamen tempore, convenire debitorem, ſed non poſſunt eum convenire in diverſis libellis & in diverſis temporibus. c.30. n.50. & ſeq. f.360.

Religioſi ſocietatem contrahere non poſſunt propter defectum poteſtatis. cap. 6. n.48. f. 77.

Religionis ingreſſu an ſolvatur ſocietas. c.33. n.9. & ſeq. f. 389.

Reliquatores qui dicantur. c.38. n.57. f.436.

Reliqua extare præſumuntur. c. 20. n. 12. f.225.

Reliqua ſunt reſtituenda. c.38. n.56. f. 436. & ſunt reſtituenda ſcriptura & inſtrumenta. & etiam liber rationum relaxari debet. c.38. n.58. & 59. f.436.

Reliquorum reſtitutio in folle fieri non debet, ſed cum effectu, & fieri debet expunctis rationibus ad evitandum moram, & etiam cedi debent actiones exiſtentes in perſona reddentis rationem. c. 38. n. 60. & 61. f 437.

Remedium l. 2. C. de reſcin. ven. *habet locum etiam in diviſione. Quid ſi adſit juramentum, & ſi non adſit, læſio mei in ſexta parte. c. 40. n. 28. f. 432. & n. 39. f. 474. & n.40. cum plur. ſeq f. 474.*

Renovatio ſocietatis eſt quid facti, & quod facta fuerit, ab allegante probari debet. c.41. n.1. f 482.

Renovatio ſocietatis fit expreſſis verbis, & fit tacite actus exercendo ſociales. c.41. n.2. & & 3. f. 482.

Et ex actibus illis facta præſumitur, ex quibus à principio præſumitur contracta ſocietas. n.4. f. 482.

Renovatio facta præſumitur, quando hæres utitur inſtitoribus, quibus utebatur defunctus, quando negotia exercentur eo modo, quo prius exercebantur. c.41. n.5. f 482.

Quando ſocij inhabitant apothecam communem, ſed reprobatur. n.6. f.482.

Quando capitalia iterum conferuntur. n.7. f. 483.

Quando facta fuit proteſtatio de ſocietate continuanda, ſi capitale non reſtitueretur. n.8. f.483.

Renovatio ſocietatis facta præſumitur, quando ſocij erant ſoliti eam renovare. & non conſtat de contraria voluntate. c. 41. n. 10. f. 483.

Quando lucra iterum communicata fuerunt. n.11. f. 483. Quando capitale fuit dimiſſum penes ſocium. n. 12. f. 483 ſed reprobatur. n.13. f. 484.

Renovatio facta non præſumitur, ſtante inhabilitate perſonarum. c.41. n.13 f 483.

Ideo non præſumitur facta cum pupillo, etiam ad ejus favorem, etiam juſſu teſtatoris præcedente, etiam ſi major factus eam ratificare intendat. n. 15 f.485.

Neque cum procuratore conſtituto à defuncto duraturo poſt mortem. n.16. f 485.

Renovatio facta non præſumitur pro illo, qui non fit nominatus in inſcriptione librorum. & ſi ille, qui inſcribebatur ſocius, fuit inſcriptus debitor. c.41. n.18. f. 485.

Renovatio facta præſumi non poteſt, ſi fuit mutata forma ſocietatis, & forma negotiationis. c. 41. n 17. & 19 f. 485.

Renovatio facta non præſumitur, ſi ſocius non petijt lucrum, prout petere ſolitus erat. c.41. n. 20. f.486.

Ideo ſocietas officij non præſumitur renovata, ſi in fine ſemeſtris non petije ſocius fructus, prout petere ſolitus erat. Sed hoc fallit, ſi poſtmodum fructus recepti fuerunt, quod tamen declaratur, non procedere, ſi cum officiali fuit facta renovatio, & fructus fuerunt recepti à recognoſcente bonam fidem. c. 41. n. 21. f. 486.

Renovatio facta non præſumitur, non adimpletis adimplendis, & adimplementum ex poſt facto fieri non poteſt. c.41. n.22. f. 489.

Renovatio facta non præſumitur, ſi de ea erat conficienda ſcriptura. c.41. n 23. f.489.

Renovatio, ſtantibus contrariis præſumptionibus, an facta præſumatur, & quæ præſumptiones ſint magis attendendæ. c.41. n. 24. cum plur. ſeq. f.487. & ſeq.

Renovatio ſocietatis cenſetur facta cum illis pactis, modis & temporibus, cum quibus à principio ordinata fuerat, niſi aliter fuerit in ipſa renovatione conventum. c.41. n. 28. f.488.

Renovatio circa tempus qualiter facta cenſeatur. c.41.n.29. f.488.

An pro eo tempore, quod reſtabat? n.30 f.488.

An vero pro toto tempore, quod appoſitum fuerat. n.31. & 32. f.489.

Renovatione facta, pignora appoſita à contrahentibus repetita cenſentur, ſecus ab extraneis. c.41. n.33. f.489.

Renovatione facta, renovati non dicuntur fidejuſſores, & quid ſit dicendum in renovatione ſocietatis officij. c.41. n.34. cum plur. ſeq. f. 489. & ſeq.

Renovatione facta, cenſetur reſtitutum capitale, quod erat in prima ſocietate, & iterum poſitum in ſecunda. c.41.n.35. f.490.

Renovatione facta, an cenſeatur repetita pœna appoſita in prima ſocietate. c.41.n.37. f. 490.

Renovatione facta, an cenſeatur repetitum juramentum? c.41.n.38. & 39. f.491.

Renovatione facta, ſtipulatio, quæ verba requirit, renovata non cenſetur. c. 41. num. 41. f. 491.

Renovatione facta, non intelligitur renovatum inſtrumentum, factum pro prima ſocietate & ejus vigore executio peti non poteſt. c.41. n.42. f. 491.

Renunciatio generalis in contractibus comprehendit majora expreſſis. c.31.n.47 f 491.

Renunciatione ſolvitur ſocietas. c.35. n.4. f.400.

Renunciatio etiam per procuratorem generalem fieri poteſt, dummodo ei non ſit ſpecialiter probibitum. c.35.n.5.f 400.

Et non poteſt renunciare ſocietati, ſine cauſa. n.7. f.400.

Et tenetur docere de mandato. n.26. f.403.

Renunciatio poteſt fieri procuratori, dummodo Dominus eam ratam habeat. c.35. n.8. f. 400.

Renunciatio poteſt fieri curatori. c.35. n.9. f.400.

Renunciatione ſolvitur ſocietas quando omnes ſocij conſentiunt, & ſi non omnes ſocij conſentiant, nocet ſolummodo renuncianti. c.35.n.10. f 400.

Renunciatio præjudicat renuncianti, quando fit à ſocio dolo ad hoc, ut ipſe ſolus acquirat. c.35.n.11. & 12. f. 401.

Renunciatio intempeſtiva ſolum renuncianti nocet. c.35.n.13. 14. & 15. f.401.

Renunciatio ſi ſit intempeſtive facta, an & quando ſocius teneatur ad intereſſe. c.35. n.16. f. 401.

Renunciatio non dicitur intempeſtive facta ſtante pacto, quod recedere liceat, quia pactum, quod liceat recedere, valet, licet pactum de non recedendo ſit ſuper vacaneum, & aliquando iniquum. c.35. n.18. f. 402.

Renunciatio ſeu diſdicta in ſocietate officij quando facienda. c.35.n.19. f. 402.

Renunciatio debet in actis reproduci. c.35. n.24. f. 403.

Renunciatio eſt facienda principali, non fidejuſſori, niſi aliter ſit conventum. c.35.n.25. f. 403.

Renunciatione facta, ſocietas officij durat per quindecim dies. c.35 n.27. f. 403.

Renunciatio fieri poteſt, ſi ſocius ſit rixoſus, & ſi teneat concubinã. Fallit, ſi talis erat tempore contractæ ſocietatis. c.35.n.32. & 33. f. 404.

Renunciatio fieri poteſt, ſi promiſſa non obſervantur, & quando ſocius dicatur in mora obſervandi promiſſa. c. 35. n. 28. & 30. f. 404. *Et poteſt recedi, etiam ſi fuit juratum obtenta tamen abſolutione.* n. 29. f. 404.

Renunciatio fieri poteſt, ſi re frui non liceat, ſuper qua fuit contracta ſocietas. c. 35. n. 31. f. 405.

Renunciatio fieri poteſt, ſi ſocius diu & invitus cauſa Reipublica abfuturus ſit. Fallit, ſi poteſt per alium adminiſtrare, vel conſocio relinquere adminiſtrationem. c. 35. n. 31. f. 404.

Renunciatio fieri poteſt, ſi tempus appoſitum in ſocietate ſit finitum, etiamſi negotia ſint cœpta, & non completa, & non cenſetur prorogatum tempus ad hoc, ut adimpleri poſſint. c. 35. n. 35. f. 405.

Renunciatio proprie non dicitur, quando eſt tranſactum tempus appoſitum in ſocietate, quia dies appoſita pro fine ſocietatis interpellat pro homine, & diſpoſitio facta pro certo tempore, ultra illud non extenditur, non quidem virtute argumenti à contrario ſenſu, ſed ex propria natura limitati temporis. c. 35. n. 36. f. 405.

Res, aut opera, aut induſtria ponitur in ſocietate. c. 1. n. 8. f. 9.

Res eadem diverſo jure cenſeri non debet. c. 5. n. 10. f. 59.

Res perit Domino, ſed ſi res unius ſocij pereat occaſione ſocietatis, damnum eſt commune. c. 19. n. 42. f. 219.

Res an eſſe præſumatur in loco, ubi erat prius. c. 25. n. 32. f. 282.

Res, quod non præſumatur eſſe in loco, ubi erat prius, procedit, quando agitur rei vendicatione, ſecus ſi actione perſonali. Et procedit, ſi jamdiu in loco fuiſſet, ſecus, ſi de recenti, & quando dicatur fuiſſe in loco de recenti, ſtatur arbitrio Judicis. c. 25. n. 34. & 35. f. 282.

Res, quod eſſet in loco, ubi caſus fortuitus evenit, probatur per domeſticos & familiares. c. 25. n. 35. f. 282.

Res, quod eſſet in oppido, ſeu civitate, ubi caſus evenit, præſumitur, ſi ibidem prius erat. c. 25. n. 36. f. 282.

Res præſumitur, quod eſſet in loco, ubi conſervabatur. c. 25. n. 37. f. 282.

Res deſtinata ſocietati Domino perit. c. 27. n. 2. f. 301.

Rei conditione mutata, ita ut ab hominum commercio exempta ſit, ſolvitur ſocietas. c. 34. n. 1. f. 391.

Re perempta, extinguitur ſocietas. c. 34. n. 2. & 3. f. 291. & ſeq.

Et conventio, quod duret ſocietas re perempta, non valet. n. 5. f. 391.

Quid ſi res ſit effecta ſterilis? c. 35. n. 31. f. 405.

Re perempta, etiam durante tempore in ſocietate appoſito, amplius ſocius, qui eam poſuit, eam ponere non tenetur. c. 34. n. 4. f. 391.

Reſignationes officiorum in Romana Curia in fraudem creditorum non admittuntur. c. 34. n. 16. f. 391.

Reſolutio contractus eſt ejus natura, cujus eſt contractus. c. 39 n. 107. f. 464.

Reſtitutio in integrum conceſſa ſocio, ſeu majori, ſeu minori, prodeſt etiam alteri ſocio. c. 12. n. 10. & 11. f. 131.

Reſtitutio in integrum conceditur minori adverſus ſocietatem. c. 5. n. 28. f. 62.

Non conceditur, ſi dolo contracta fuit. n. 29. f. 63.

Non conceditur ad reſcindendum, ſed ad reducendum ad æqualitatem. n. 30. f. 63.

Non conceditur, ſi daretur remedium ordinarium;

dinarium. n.31.& 32.f.63.
Non conceditur, ſi damnum proveniret ex accidenti. n.33.& 34.f.63.
Non conceditur adverſus judicium ſortiu. n.35.f.63.
Non conceditur, quando poteſt dubitari, an ſit obventurum lucrum, ſive damnum. n.36.& 37.f.63.
Reſtitutio in integrum an detur minori contrahenti ſocietatm officij. c.5. n.40. & ſeq. f.64.
Reſtitutio in integrum an concedatur minori, ſi ſe ſupponat periculo, quod poteſt evenire, & non evenire abſque ſpe lucri. c.5. n.42. f.65.
Reſtitutio in integrum an detur minori, qui veniam ætatis obtinuit. c.5.n.43.f.66.
Reſtitutio an concedatur minori deſcriptio in albo mercatorum. c.5. n.44. & ſeq. f.65.
Reſtitutio in integrum non datur majori decem & octo annis, ſi vigore ſtatuti talis ætas habetur pro legitima. c.5.n.47.f.66.
Reſtitutio in integrum an impediat juramentum. c.5.n.46.& ſeq.f.66.
Quid ſi minor juravit, ſe eſſe majorem. n.50. f.67.
An ſaltem reſtitui debeat per denunciationem evangelicam? n.51.&52.f.67.
An ſaltem reſtitui debeat ex alia cauſa. n.53.f.67.
Quid ſi juravit ſe majorem abſque dolo, & interveniente dolo ſecum contrahentis.n.54. & ſeq.f.67.
Quid ſi petat reſtitutionem non adverſus eum, qui ſecum contrahit, ſed adverſus extraneum. n.57.f.67.
Quid ſi minor & contrahens fuerunt in pari dolo? n.58.f.68.
Quid ſi juravit, generaliter contenta in inſtrumento eſſe vera, n.59. cum plur. ſeq. f.68.
Quid ſi juravit ſuper contractu nullo? n.63. cum plur. ſeq.f.68.

S.

SAlaria & ſtipendia communicantur in ſocietate univerſali. c.12. n.26.f.132.
Scientia non præſumitur, niſi probetur. c.14. n.58.& 59.f.152.
Scriptura non eſt de ſubſtantia ſocietatis. c.32.n.25.f.382.
Scriptura ſi eſt neceſſaria ad probationem ſocietatis, probari non poterit, niſi per ſcripturam, & partis confeſſionem. c.29.n.83. f.346.
Scriptura privata an fieri poſſit, quod habeat vim publici inſtrumenti, & cameralis obligationis. c.29.n.84.& ſeq.f.346.
Scriptura ſi ſit conficienda ſuper ſocietate, an ſocietas perfecta dicatur ante confectam ſcripturam. c.29.n.79.f.345. vid. in verb. Inſtrumentum.
Sententia lata per errorem etiam juris an retractetur. c.40. n.8.f.469. vide in verb. Error. & c.38.n.77.f.439
Sententia lata contra unum ex pluribus reis debendi non nocet alteri. c.30.n.49.f.360.
Servus ex defectu poteſtatis ſocietatem contrahere non poteſt. c.6.n.46.f.77.
Servus habens peculium, & etiamſi non habeat juſſu Domini ſocietatem contrahere poteſt. c.6.n.47.f.77.
Ex facto ſervi tenetur Dominus actione quod juſſu & de in rem verſo. ib dem.
Servitutis diviſio qualiter fieri poſſit. c.39.n.83. & 84.f.460.
Servitus in diviſione ſuper parte alterius ſocij non cenſetur reſervata, ideo cauti eſſe debent

bent

bent dividentes, ut eas reſervent. c.39. n. 101. & ſeq. f.450.

Servitutis reſervatio an dicatur facta appoſita clauſula, cum acceßibus & egreßibus, uſque in vias publicas. c. 39. n. 104. f. 464.

Verba in ſervitutis reſervatione concipi debent, ut reſpiciant futurum, & non præſens tempus diviſionis, quando de præſenti ſervitus non debetur. n.105. f. 464.

Servitus ſi eſt continua, non eſt opus reſervatione, quia res tranſit cum onere ſuo. c.39. n. 106 f. 469.

Signum, quo utuntur mercatores, probat ſocietatem. c.11.n.14.f.122.

Signum artificij, peritiæ, & fiduciæ penes quem remanere debeat, ſocietate diſſoluta. c.40 n.46. cum plurib. ſeq. f.446.

Solutio præſumitur facta in duriorem cauſam c. 15. n. 29. f.168.

Solutio in quam cauſam cedere debeat, electio eſt debitoris. c.15.n.30 f.165.

Solutio præſumitur facta ex cauſa magis certa. c.15.n.31.f.167.

Solutio præſumitur facta pro debito antiquiori, & debitum, an ſit antiquius, conſideratur tempore ſolutionis. c.15. n.32. & 33. f. 167.

Solutio cedere debet in cauſam quæſtus, argumenti, & fructuum, & non in cauſam ſortis. c.15. n.34. & 35. f 168.

Solutio facta uni ex ſociis inducit liberationem quoad omnes, procedit, durante ſocietate & probabiliter ignorata diſſolutione. c.30 n.54. & 55. f 357.

Societas eſt amicitiæ ſpecies. Procem. n.20. f.4.

Societas quare inventa. Procem. n.22. f. 4.

Societatis ſignificatio lata. Procem. n.23 f. 4.

Societas alia collegiata, alia ſingulorum. Procem. n.33. f.6.

Societatis appellatione quæ ſocietas veniat. Procem. n. 43. f. 6.

Societatis definitio. c.1.n.4. f.9.

Societatem contrahere quilibet poteſt. c.3 n.2. f. 26. etiam mulieres. n.4. f.26.

Societas ſine conſenſu eſſe non poteſt. c.4.n.2. f. 48.

Societas eſt contractus ultro citroque obligatorius. c.7.n.1.f.79.

Societas poteſt contrahi ſuper omnibus rebus, quæ à commercio noſtro non ſunt exemptæ. c.9. n.3. f.96.

Super omni negotio, dummodo non ſit turpe. n.4. f.96.

Super nominibus debitorum. n.8. f.96.

Super artificio. n.9. f.96.

Super conductione publicarum functionum. n.10. f.96.

Super pretio rei vendendæ. n.11. f.96.

Quod unus ponat rem, alter laborem, alter induſtriam, & alter auctoritatem. n.12. & 13. f.97.

Super animalibus. n.14. f.97. & c. 9. n.56 f. 104.

Super hæreditate ventura. n.15. f.97.

Super officiis Romanæ Curiæ. n.16. f.97.

Super fructibus, abſque re principali. n. 17. f. 97.

Super rebus, quæ adhuc non ſunt, ſed eſſe ſperantur. n.18. f.97.

Societas abſque rebus, quæ ſunt, aut eſſe ſperantur, contrahi non poteſt. c.9. n.19. f.97.

Societas ſuper ſpe, quæ nihil eſt, contrahi non poteſt. c.9.n.21.f.97.

Societatis æqualitas & inæqualitas in capitali qualiter conſiderentur. c.9.n.34. f.99. vide in verb. Æqualitas.

Societatis partes conſtitui poſſunt à tertio de ſociorum voluntate electo. c.9. n.29. f. 98. vide in verb. Arbiter.

Societatis titulus oneroſus. c.9. n. 42. f.101.
Societatis contractus correſpectivus. c.9. n.53. f. 103.
Societas qualiter ſuper fructibus contrahatur abſque re principali. c.9. n. 49. & 51. f. 102.
Societas an ſuper fructibus, vel ſuper re principali contracta dicatur? c.9.n.52.f.103.
Societas an dicatur contracta inter Dominum & colonum partiarium. c.9.n.61. & 62. f.105.
Societas an dicatur contrahi cum paſtore, cui traduntur animalia paſcenda. c.9. n.56. f.104.
Societas tacite & expreſſe contrahitur. c. 10. n.2. cum plur.ſeq.f.108. vid. in verb. Tacita. & in verb. Expreſſa.
Societate ſimpliciter contracta, intelligitur de ſocietate ad quaſtum, niſi aliud ſuadeat qualitas perſonarum. c.10.n.13.f.110.
Societas, quæ contracta fuerit, ut cognoſcatur, prius attenditur, quid dictum, & attenditur potius, quid actum, quando verba repugnant natura ſocietatis. c.10. n.14. f. 110. & ſeq.
Societas incepta dicitur ab eo tempore, quo cœptum fuit communicari. c.10.n.35.f.117.
Societas inducta etiam per unum actum ſuſtenetur. c.10.n.37.f.117.
Societas non diſſolvitur, ſi in abſcondito unus ex ſociis faciat actus diſſociativos. c.10.n.38. f.117.
Societas particularis tacita quomodo contrahatur. c.11.n.3 f.117.
Societas convivendi quomodo contrahatur. c.11. n.5.f.120.
Societas ſolummodo in rebus communicatis contracta cenſetur. c.11.n.8 f.121.
Societas & communio qualiter probentur, c.11. n.9.f.121.
Societas probari non poteſt per teſtes, ſi ad ejus probationem requiritur ſcriptura. c.29.n 83. f. 346.
Societas incidens nuncupata non eſt ſocietas, & ex ea non datur actio pro ſocio. c.11. n.25. f. 123.
Societas quando cenſeatur contracta in re communi nomine empta, in re communi nomine conducta, & in mutuo communi nomine ſuſcepto. c.11.n.26. cum plur.ſeq.f.124.
Societas an cenſeatur contracta, ſi alicui ſit data margarita vendenda, ea conditione, quod ſi decem vendantur, decem reddantur, ſin pluris, quod illud plus retineatur. c.11. n. 32.f.125.
Societas omnium bonorum juſtificatur ratione dubii eventus. c. 15. n.2. f. 102. & c. 26. n 29. f. 181.
Societas leonina quare ſic dicatur, cum poſſit etiam dici aſinina. c.3.n.21.f.30. & c.18. n. 15. cum plur. ſeq. f.197.
Societas, pacto appoſito, quod capitale ſit ſalvum, an ſit injuſta & uſuraria. c.18.n.67. f. 205. vide in verb. Pactum.
Societatis animalium lucra qualiter dividenda. c. 19. n.39. f. 218.
Societas officij qualiter ſuſtineatur. c.18.n.51. f.203. & c.29. n.72.f.343.
Societas tacita & expreſſa non differunt. c.26. n.27. f.281. & n. 36.f.282.
Societas coita, ſi qua juſta hæreditas obveniat, quod ſit communis intelligitur de hæreditate obveniente ab inteſtato, & non de obveniente ex teſtamento. c.12. n.46.f.135.
Quid ſi hæreditas debita ab inteſtato relicta fuit in teſtamento, an erit communis. c.12. n.47. & 48.f.135.
Societas ſuper hæreditate certi hominis contrahi non poteſt. c.12. n.50.f.135.
Societatis non contractæ maxima eſt præſumptio

ptio, ſi quis eam non contraxiſſe ſuo juramento aſſerat. c.31.n.58.f.374.

Societatem probare tenetur ille, qui eam contractam fuiſſe dicit. c.31.n.58.f.374.

Societas neceſſitatem continuationis non habet. c.32.n.1.f.379.

Societas finitur ex perſonis, ex rebus, ex voluntate, & ex actione. c.32.n.1.f.379. *vide in verb.* Morte.

Societas non tranſit ad hæredes. c.32.n.5.f.380. *vide in verb.* Hæres.

Societas eſt contractus nominatus, tamen ſpecialis eſt in eo, quod recedere liceat, ſi promiſſa non obſerventur, etiam ſi fuit juratum, obtenta tamen abſolutione. c.35. n.29. f.383.

Societas ſolvitur actione & ſtipulatione. c.36. n.1. f.406. *vide in verb.* Actio. *& in verb.* ſtipulatio.

Societatis renovatio quomodo facta probetur. c.41. n.2. *cum plur. ſeq.* f. 482. *vide in verb.* Renovatio.

Socij dicuntur inſimul &c. Proœm. n.27. f.5.

Socij dicuntur illi qui rem communem habent Proœm. n.28. f.5.

Socij dicuntur illi, qui inſimul junguntur delectationis cauſa. Proœm. n.29. f.5.

Socij ad malum improprie ſocij nuncupantur. Proœm. n.30. f.5.

Socius ſolummodo tenetur, in quantum facere poteſt. c.6. n.32 f.76.

Socius, altero ſocio invito, ſocietatis naturam mutare non poteſt, c.14. n.19 f.110. & c.15. n.62. f.173.

Socius præſumitur habere animum acquirendi alteri ſocio. c.14. n.20. & 21. f.146.

Socius non ſolum tenetur in communi ponere, ſed etiam in communi acquirere. c.14. n.28. f.147.

Socij omnium bonorum qualiter inter ſe lucra dividere debeant. c.15. n.1. f.162.

Socij ruſtici, & alij operarij qualiter inter ſe quæſita dividere debeant. c.15. n.4. & 5. f.162. & ſeq.

Socio non licet aſſumere alium ſocium. c.15. n.63. f.173.

Socio non licet aliquid facere ultra conventa. c.15. n.65. f.173.

Etiamſi id faceret ſine dolo. n.66. f.173.

Socius an poſſit emere ad credentiam. c.15. n.67. *cum plur. ſeq.* f.174.

Socij ſi ſint diſcordes, quo in loco merces vendi debeant, uno vendente ſuo periculo, alter lucrum non poteſt petere, ſed agit ad intereſſe. c.16. n.7. & 8. f.182.

Socius ſi relinquat capitale in ſocietate, & ſe faciat ſcribere creditorem, lucrum ex eo percipere non poteſt. c.16. n.9. f.182.

Socius, qui amittit operas, dicitur damnum pati. c.18. n.88. f.208.

Socius utrum poſſit pecunias convertere in diverſam negotiationem, ſi illarum periculum ſuſcepit. c.19. n.23. f.214. & n.35. & 36. f.217.

Socius plus parte ſua alienare non poteſt, procedit, quando dolo & culpa alienaret, non procedit in ſocietate omnium bonorum, in qua, ea durante, quanta ſit cujuſque pars ignoratur. c.26. n.32. f.293.

Socio aſſerenti cum juramento amiſiſſe lucrum & capitale, non creditur. c.25. n.25. & 26. f.281.

Socius doloſe à ſocietate recedere non poteſt ad hoc, ut effugiat onus dotandi filias alterius ſocij. c.26. n.39. f.294. *Declaratur* n.43. f.296.

Socij ſi dividant ſocietatem, antequam filia unius ex eis nuptui tradatur, an ſit cautio interponenda ſuper dote danda adveniente tempore nuptus. c.26. n.43 f.296.

Societatis titulus oneroſus. c.9. n. 42. f.101.

Societatis contractus correſpectivus. c.9. n.53. f 103.

Societas qualiter ſuper fructibus contrahatur abſque re principali. c.9. n. 49. & 51. f 102.

Societas an ſuper fructibus, vel ſuper re principali contracta dicatur? c.9 n.52. f.103.

Societas an dicatur contracta inter Dominum & colonum partiarium. c.9.n.61. & 62. f.105.

Societas an dicatur contrahi cum paſtore, cui traduntur animalia paſcenda. c.9. n.56. f.104.

Societas tacite & expreſſe contrahitur. c.10. n.2. cum plur. ſeq. f.108. vid. in verb. Tacita. & in verb. Expreſſa.

Societate ſimpliciter contracta, intelligitur de ſocietate ad quæſtum, niſi aliud ſuadeat qualitas perſonarum. c.10.n.13 f.110.

Societas, qua contracta fuerit, ut cognoſcatur, prius attenditur, quid dictum, & attenditur potius, quid actum, quando verba repugnant naturæ ſocietatis. c.10. n.14. f. 110. & ſeq.

Societas incepta dicitur ab eo tempore, quo cœptum fuit communicari. c.10.n.35. f.117.

Societas inducta etiam per unum actum ſuſtenetur. c.10.n.37. f.117.

Societas non diſſolvitur, ſi in abſcondito unus ex ſociis faciat actus diſſociativos. c.10.n.38. f.117.

Societas particularis tacita quomodo contrahatur. c.11.n.3 f.117.

Societas convivendi quomodo contrahatur. c.11. n.5. f. 120.

Societas ſolummodo in rebus communicatis contracta cenſetur. c.11.n.8 f. 121.

Societas & communio qualiter probentur. c.11. n. 9. f. 121.

Societas probari non poteſt per teſtes, ſi ad ejus probationem requiritur ſcriptura. c.29.n 83. f. 346.

Societas incidens nuncupata non eſt ſocietas, & ex ea non datur actio pro ſocio. c.11. n.25. f. 123.

Societas quando cenſeatur contracta in re communi nomine empta, in re communi nomine conducta, & in mutuo communi nomine ſuſcepto. c.11.n.26. cum plur. ſeq. f.124.

Societas an cenſeatur contracta, ſi alicui ſit data margarita vendenda, ea conditione, quod ſi decem vendantur, decem reddantur, ſin pluris, quod illud plus retineatur. c.11. n. 32. f. 125.

Societas omnium bonorum juſtificatur ratione dubii eventus. c. 15. n.2. f. 102. & c. 26. n 29. f. 181.

Societas leonina quare ſic dicatur, cum poſſit etiam dici aſinina. c.3.n.21. f.30. & c.18. n. 15. cum plur. ſeq. f.197.

Societas, pacto appoſito, quod capitale ſit ſalvum, an ſit injuſta & uſuraria. c.18.n.67. f. 205. vide in verb. Pactum.

Societatis animalium lucra qualiter dividenda. c. 19. n.39. f. 218.

Societas officij qualiter ſuſtineatur. c.18.n.51. f.203. & c.29. n.72. f.343.

Societas tacita & expreſſa non differunt. c.26. n.27. f.281. & n. 36. f. 282.

Societas contta, ſi qua juſta hæreditas obveniat, quod ſit communis intelligitur de hæreditate obveniente ab inteſtato, & non de obveniente ex teſtamento. c.12. n.46. f.13

Quid ſi hæreditas debita ab inteſtato relicta fuit in teſtamento, an erit communis. c.1 n.47. & 48. f.135.

Societas ſuper hæreditate certi hominis contrahi non poteſt. c.12. n.50. f.1

Societatis non contractæ maxima eſt præſu

pio, ſi quis eam non contraxiſſe ſuo iuramento aſſerat. c.31.n.58.f.374.

Societatem probare tenetur ille, qui eam contractam fuiſſe dicit. c.31.n.58.f.374.

Societas neceſſitatem continuationis non habet. c.32.n.1.f.379.

Societas finitur ex perſonis, ex rebus, ex voluntate, & ex actione. c.32.n.1.f.379.*vide in verb.* Morte.

*Societas non tranſit ad hæredes.*c.32.n.5.f.380. *vide in verb.* Hæres.

*Societas eſt contractus nominatus, tamen ſpetiale eſt in eo, quod recedere liceat, ſi promiſſa non obſerventur, etiam ſi fuit iuratum, obtenta tamen abſolutione.*c.35.n.29. f.383.

Societas ſolvitur actione & ſtipulatione. c.36. n.1.f.406. *vide in verb.* Actio. *& in verb.* ſtipulatio.

Societatis renovatio quomodo facta probetur. c.41.n.2. *cum plur. ſeq.* f.482. *vide in verb.* Renovatio.

Socij dicuntur inſimul &c. Proœm. n.27 f.5.

Socij dicuntur illi qui rem communem habent Proœm. n.28 f.5.

[illegible] Proœm. n.29 f.5.

[illegible] n.30 f.5.

[illegible] c.6.n.32 f.75.

[illegible] f.173.

[illegible]

dividere debeant. c.15.n.1.f.162.

Socij ruſtici, & alij operarij qualiter inter ſe quæſita dividere debeant. c.15.n.4.& 5. f.162.& ſeq.

Socio non licet aſſumere alium ſocium. c.15. n.63.f.173.

Socio non licet aliquid facere ultra conventa. c.15.n.65.f.173.

Etiamſi id faceret ſine dolo. n.66.f.173.

*Socius an poſſit emere ad credentiam.*c.15.n.67. *cum plur. ſeq.*f.174.

Socij ſi ſint diſcordes, quo in loco merces vendi debeant, uno vendente ſuo periculo, alter lucrum non poteſt petere, ſed agit ad intereſſe. c.16.n.7.& 8.f.180.

Socius ſi relinquat capitale in ſocietate, & ſe faciat ſcribere creditorem, lucrum ex eo percipere non poteſt. c.16.n.9 f.181.

Socius, qui amittit operas, dicitur damnum pati. c.18 n.88.f.208.

Socius utrum poſſit pecunias convertere in diverſam negotiationem, ſi illarum periculum ſuſcepit. c.19 n.23 f.214.& n.31.& 36 f.217.

Socius pro parte ſua alienare non poteſt, procedit, quando dolo & culpa alienaret, [illegible]

[illegible]

Societatis titulus oneroſus. c.9. n. 42. f.101.

Societatis contractus correſpectivus. c.9. n.53. f 103.

Societas qualiter ſuper fructibus contrahatur abſque re principali. c.9. n. 49. & 51. f 102.

Societas an ſuper fructibus, vel ſuper re principali contracta dicatur? c. 9 n.52. f.103.

Societas an dicatur contracta inter Dominum & colonum partiarium. c.9.n.61. & 62. f. 105.

Societas an dicatur contrahi cum paſtore, cui traduntur animalia paſcenda. c.9. n.56. f.104.

Societas tacite & expreſſe contrahitur. c. 10. n.2. cum plur. ſeq. f.108. vid. in verb. Tacita. & in verb. Expreſſa.

Societate ſimpliciter contracta, intelligitur de ſocietate ad quæſtum, niſi aliud ſuadeat qualitas perſonarum. c.10.n.13.f.110.

Societas, quæ contracta fuerit, ut cognoſcatur, prius attenditur, quid dictum, & attenditur potius, quid actum, quando verba repugnant naturæ ſocietatis. c.10. n.14 f. 110. & ſeq.

Societas incepta dicitur ab eo tempore, quo cœptum fuit communicari. c.10.n.35.f.117.

Societas inducta etiam per unum actum ſuſtinetur. c.10.n.37.f.117.

Societas non diſſolvitur, ſi in abſcondito unus ex ſociis faciat actus diſſociativos. c.10.n.38. f. 117.

Societas particularis tacita quomodo contrahatur. c.11.n.3 f.117.

Societas convivendi quomodo contrahatur. c.11. n.5. f. 120.

Societas ſolummodo in rebus communicatis contracta cenſetur. c.11.n.8 f.121.

Societas & communio qualiter probentur. c.11. n. 9. f. 121.

Societas probari non poteſt per teſtes, ſi ad ejus probationem requiritur ſcriptura. c.29.n 83. f. 346.

Societas incidens nuncupata non eſt ſocietas, & ex ea non datur actio pro ſocio. c.11. n.25. f. 123.

Societas quando cenſeatur contracta in re communi nomine empta, in re communi nomine conducta, & in mutuo communi nomine ſuſcepto. c.11.n.26. cum plur. ſeq. f.124.

Societas an cenſeatur contracta, ſi alicui ſit data margarita vendenda, ea conditione, quod ſi decem vendantur, decem reddantur, ſin pluris, quod illud plus retineatur. c.11. n. 32. f. 125.

Societas omnium bonorum juſtificatur ratione dubii eventus. c. 15. n. 2. f. 102. & c. 26. n 29. f. 181.

Societas leonina quare ſic dicatur, cum poſſit etiam dici aſinina. c.3.n.21.f.30. & c.18. n. 15. cum plur. ſeq. f.197.

Societas, pacto appoſito, quod capitale ſit ſalvum, an ſit injuſta & uſuraria. c.18.n.67. f. 205. vide in verb. Pactum.

Societatis animalium lucra qualiter dividenda. c. 19. n.39. f. 218.

Societas officij qualiter ſuſtineatur. c.18.n.51. f.203. & c.29. n.72. f.343.

Societas tacita & expreſſa non differunt. c.26. n.27. f.281. & n. 36. f.282.

Societas coita, ſi qua juſta hæreditas obveniat, quod ſit communis intelligitur de hæreditate obveniente ab inteſtato, & non de obveniente ex teſtamento. c.12. n.46. f.135. *Quid ſi hæreditas debita ab inteſtato relicta fuit in teſtamento, an erit communis.* c.12. n.47. & 48. f.135.

Societas ſuper hæreditate certi hominis contrahi non poteſt. c.12. n.50. f.135.

Societatis non contractæ maxima eſt præſumptio

pio, ſi quis eam non contraxiſſe ſuo juramento aſſerat. c.31.n.58.f.374.

Societatem probare tenetur ille, qui eam contractam fuiſſe dicit. c.31.n.58.f.374.

Societas neceſſitatem continuationis non habet. c.32.n.1.f.379.

Societas finitur ex perſonis, ex rebus, ex voluntate, & ex actione. c.32.n.1.f.379.vide in verb. Morte.

Societas non tranſit ad hæredes.c.32.n.5.f.380. vide in verb. Hæres.

Societas eſt contractus nominatus, tamen ſpetiale eſt in eo, quod recedere liceat, ſi promiſſa non obſerventur, etiam ſi fuit juratum, obtenta tamen abſolutione.c.35. n.29. f.383.

Societas ſolvitur actione & ſtipulatione. c.36. n.1.f.406. vide in verb. Actio. & in verb. ſtipulatio.

Societatis renovatio quomodo facta probetur. c.41. n.2. cum plur. ſeq. f. 482. vide in verb. Renovatio.

Socij dicuntur inſimul &c. Procem. n.27.f.5.

Socij dicuntur illi qui rem communem habent Procem. n.28.f.5.

Socij dicuntur illi, qui inſimul junguntur delectationis cauſa. Procem. n 29.f.5.

Socij ad malum improprie ſocij nuncupantur. Procem n.30. f.5.

Socius ſolummodo tenetur, in quantum facere poteſt. c.6.n 32 f.76.

Socius, altero ſocio invito, ſocietatis naturam mutare non poteſt,c.14.n.19 f.110. & c.15. n.62. f. 173.

Socius præſumitur habere animum acquirendi alteri ſocio. c.14.n.20.& 21. f 146.

Socius non ſolum tenetur in communi ponere, ſed etiam in communi acquirere.c.14. n.28. f. 147.

Socij omnium bonorum qualiter inter ſe lucra dividere debeant. c.15.n.1.f.162.

Socij ruſtici, & alij operarij qualiter inter ſe quæſita dividere debeant. c. 15. n. 4. & 5. f 162. & ſeq.

Socio non licet aſſumere alium ſocium. c. 15. n.63. f.173.

Socio non licet aliquid facere ultra conventa. c.15.n.65. f. 173.

Etiamſi id faceret ſine dolo. n.66.f.173.

Socius an poſſit emere ad credentiam.c.15.n.67. cum plur. ſeq.f.174.

Socij ſi ſint diſcordes, quo in loco merces vendi debeant, uno vendente ſuo periculo, alter lucrum non poteſt petere,ſed agit ad intereſſe. c.16.n.7. & 8.f. 18 2.

Socius ſi relinquat capitale in ſocietate, & ſe faciat ſcribere creditorem, lucrum ex eo percipere non poteſt. c.16.n.9.f.182.

Socius, qui amittit operas, dicitur damnum pati. c.18.n.88. f.208.

Socius utrum poſſit pecunias convertere in diverſam negotiationem, ſi illarum periculum ſuſcepit. c. 19. n.23. f 214. & n.35. & 36. f. 217.

Socius plus parte ſua alienare non poteſt, procedit, quando dolo & culpa alienaret, non procedit in ſocietate omnium bonorum, in qua, ea durante, quanta ſit cujuſque pars ignoratur. c.26. n.32.f.293.

Socio aſſerenti cum juramento amiſiſſe lucrum & capitale, non creditur. c.25.n.25. & 26. f. 281.

Socius doloſe à ſocietate recedere non poteſt ad hoc, ut effugiat onus dotandi filias alterius ſocij. c.26.n. 39. f. 294. Declaratur n.43. f. 296.

Socij ſi dividant ſocietatem, antequam filia unius ex eis nuptui tradatur, an ſit cautio interponenda ſuper dote danda adveniente tempore nuptus. c.26. n.43 f 296.

Societatis titulus oneroſus. c.9. n. 42. f.101.
Societatis contractus correſpectivus. c.9. n.53. f 103.
Societas qualiter ſuper fructibus contrahatur abſque re principali. c.9. n. 49. & 51. f 102.
Societas an ſuper fructibus, vel ſuper re principali contracta dicatur? c. 9 n.52 f.103.
Societas an dicatur contracta inter Dominum & colonum partiarium. c.9.n.61. & 62. f.105.
Societas an dicatur contrahi cum paſtore, cui traduntur animalia paſcenda. c.9. n.56. f.104.
Societas tacite & expreſſe contrahitur. c. 10. n.2. cum plur. ſeq. f.108. vid. in verb. Tacita. & in verb. Expreſſa.
Societate ſimpliciter contracta, intelligitur de ſocietate ad quæſtum, niſi aliud ſuadeat qualitas perſonarum. c.10.n.13 f.110.
Societas, qua contracta fuerit, ut cognoſcatur, prius attenditur, quid dictum, & attenditur potius, quid actum, quando verba repugnant naturæ ſocietatis. c.10. n.14 f. 110. & ſeq.
Societas incepta dicitur ab eo tempore, quo cœptum fuit communicari. c.10.n.35. f.117.
Societas inducta etiam per unum actum ſuſtenetur. c.10.n.37. f.117.
Societas non diſſolvitur, ſi in abſcondito unus ex ſociis faciat actus diſſociativos. c.10.n.38. f.117.
Societas particularis tacita quomodo contrahatur. c.11.n.3 f 117.
Societas convivendi quomodo contrahatur. c.11. n.5. f.120.
Societas ſolummodo in rebus communicatis contracta cenſetur. c.11.n.8 f.121.
Societas & communio qualiter probentur. c.11. n. 9. f. 121.
Societas probari non poteſt per teſtes, ſi ad ejus probationem requiritur ſcriptura. c.29.n 83. f. 346.
Societas incidens nuncupata non eſt ſocietas, & ex ea non datur actio pro ſocio. c.11. n.25. f. 123.
Societas quando cenſeatur contracta in re communi nomine empta, in re communi nomine conducta, & in mutuo communi nomine ſuſcepto. c.11.n.26. cum plur. ſeq. f.124.
Societas an cenſeatur contracta, ſi alicui ſit data margarita vendenda, ea conditione, quod ſi decem vendantur, decem reddantur, ſin pluris, quod illud plus retineatur. c.11. n. 32. f. 125.
Societas omnium bonorum juſtificatur ratione dubii eventus. c. 15. n.2. f. 102. & c. 26. n 29. f. 181.
Societas leonina quare ſic dicatur, cum poſſit etiam dici aſinina. c.3.n.21. f.30. & c.18. n. 15. cum plur. ſeq. f.197.
Societas, pacto appoſito, quod capitale ſit ſalvum, an ſit injuſta & uſuraria. c.18.n.67. f. 205. vide in verb. Pactum.
Societatis animalium lucra qualiter dividenda. c. 19. n.39. f. 218.
Societas officij qualiter ſuſtineatur. c.18.n.51. f.203. & c.29. n.72. f.343.
Societas tacita & expreſſa non differunt. c.26. n.27. f.281. & n. 36. f.282.
Societas contracta, ſi qua juſta hæreditas obveniat, quod ſit communis intelligitur de hæreditate obveniente ab inteſtato, & non de obveniente ex teſtamento. c.12. n.46. f.135.
Quid ſi hæreditas debita ab inteſtato relicta fuit in teſtamento, an erit communis. c.12. n.47. & 48. f.135.
Societas ſuper hæreditate certi hominis contrahi non poteſt. c.12. n.50. f.135.
Societatis non contractæ maxima eſt præſumptio

pio, ſi quis eam non contraxiſſe ſuo juramento aſſerat. c.31.n.58.f.374.
Societatem probare tenetur ille, qui eam contractam fuiſſe dicit. c.31.n.58.f.374.
Societas neceſſitatem continuationis non habet. c.32.n.1.f. 379.
Societas finitur ex perſonis, ex rebus, ex voluntate, & ex actione. c.32.n.1.f.379. vide in verb. Morte.
Societas non tranſit ad hæredes. c.32.n.5.f.380. vide in verb. Hæres.
Societas eſt contractus nominatus, tamen ſpeciale eſt in eo, quod recedere liceat, ſi promiſſa non obſerventur, etiam ſi fuit juratum, obtenta tamen abſolutione. c.35. n.29. f.383.
Societas ſolvitur actione & ſtipulatione. c.36. n.1.f.406. vide in verb. Actio. & in verb. ſtipulatio.
Societatis renovatio quomodo facta probetur. c.41. n.2. cum plur. ſeq. f. 482. vide in verb. Renovatio.
Socij dicuntur inſimul &c. Proœm. n.27.f.5.
Socij dicuntur illi qui rem communem habent Proœm. n.28.f.5.
Socij dicuntur illi, qui inſimul junguntur delectationis cauſa. Proœm. n 29.f.5.
Socij ad malum impropriè ſocij nuncupantur. Proœm n.30. f. 5.
Socius ſolummodo tenetur, in quantum facere poteſt. c.6.n 32.f.76.
Socius, altero ſocio invito, ſocietatis naturam mutare non poteſt, c.14.n.19 f.110. & c.15. n.62. f. 173.
Socius præſumitur habere animum acquirendi alteri ſocio. c.14.n.20.& 21. f.146.
Socius non ſolum tenetur in communi ponere, ſed etiam in communi acquirere. c.14.n.28. f. 147.
Socij omnium bonorum qualiter inter ſe lucra dividere debeant. c.15.n.1.f.162.
Socij ruſtici, & alij operarij qualiter inter ſe quæſita dividere debeant. c. 15.n. 4. & 5. f. 162. & ſeq.
Socio non licet aſſumere alium ſocium. c. 15. n.63. f.173.
Socio non licet aliquid facere ultra conventa. c.15.n.65. f. 173.
Etiamſi id faceret ſine dolo. n.66.f.173.
Socius an poſſit emere ad credentiam. c.15.n.67. cum plur. ſeq. f.174.
Socij ſi ſint diſcordes, quo in loco merces vendi debeant, uno vendente ſuo periculo, alter lucrum non poteſt petere, ſed agit ad intereſſe. c.16.n.7. & 8. f. 182.
Socius ſi relinquat capitale in ſocietate, & ſe faciat ſcribere creditorem, lucrum ex eo percipere non poteſt. c.16.n.9.f.182.
Socius, qui amittit operas, dicitur damnum pati. c.18.n.88.f.208.
Socius utrum poſſit pecunias convertere in diverſam negotiationem, ſi illarum periculum ſuſcepit. c. 19. n.23. f 214. & n.35. & 36. f. 217.
Socius plus parte ſua alienare non poteſt, procedit, quando dolo & culpa alienaret, non procedit in ſocietate omnium bonorum, in qua, ea durante, quanta ſit cujusque pars ignoratur. c.26. n.32.f.293.
Socio aſſerenti cum juramento amiſiſſe lucrum & capitale, non creditur. c.25.n.25. & 26. f. 281.
Socius doloſe à ſocietate recedere non poteſt ad hoc, ut effugiat onus dotandi filias alterius ſocij. c.26. n. 39. f. 294. Declaratur n.43. f. 296.
Socij ſi dividant ſocietatem, antequam filia unius ex eis nuptui tradatur, an ſit cautio interponenda ſuper dote danda adveniente tempore nuptus. c.26. n.43 f.296.

Socius

Societatis titulus oneroſus. c.9. n. 42. f.101.
Societatis contractus correſpectivus. c.9. n.53. f 103.
Societas qualiter ſuper fructibus contrahatur abſque re principali. c.9. n. 49. & 51. f 102.
Societas an ſuper fructibus, vel ſuper re principali contracta dicatur? c.9 n.52. f.103.
Societas an dicatur contracta inter Dominum & colonum partiarium. c.9.n.61. & 62. f.105.
Societas an dicatur contrahi cum paſtore, cui traduntur animalia paſcenda. c.9. n.56. f.104.
Societas tacite & expreſſe contrahitur. c.10. n.2. cum plur. ſeq. f.108. vid. in verb. Tacita. & in verb. Expreſſa.
Societate ſimpliciter contracta, intelligitur de ſocietate ad quæſtum, niſi aliud ſuadeat qualitas perſonarum. c.10.n.13 f.110.
Societas, qua contracta fuerit, ut cognoſcatur, prius attenditur, quid dictum, & attenditur potius, quid actum, quando verba repugnant natura ſocietatis. c.10. n.14. f. 110. & ſeq.
Societas incepta dicitur ab eo tempore, quo cœptum fuit communicari. c.10.n.35. f.117.
Societas inducta etiam per unum actum ſuſtenetur. c.10.n.37. f.117.
Societas non diſſolvitur, ſi in abſcondito unus ex ſociis faciat actus diſſociativos. c.10.n.38. f.117.
Societas particularis tacita quomodo contrahatur. c.11.n.3 f.117.
Societas convivendi quomodo contrahatur. c.11. n.5. f.120.
Societas ſolummodo in rebus communicatis contracta cenſetur. c.11.n.8 f.121.
Societas & communio qualiter probentur. c.11. n. 9. f. 121.
Societas probari non poteſt per teſtes, ſi ad ejus probationem requiritur ſcriptura. c.29.n 83. f. 346.
Societas incidens nuncupata non eſt ſocietas, & ex ea non datur actio pro ſocio. c.11. n.25. f. 123.
Societas quando cenſeatur contracta in re communi nomine empta, in re communi nomine conducta, & in mutuo communi nomine ſuſcepto. c.11.n.26. cum plur. ſeq. f.124.
Societas an cenſeatur contracta, ſi alicui ſit data margarita vendenda, ea conditione, quod ſi decem vendantur, decem reddantur, ſin pluris, quod illud plus retineatur. c.11. n. 32. f. 125.
Societas omnium bonorum juſtificatur ratione dubii eventus. c. 15. n.2. f. 102. & c. 26. n 29. f. 181.
Societas leonina quare ſic dicatur, cum poſſit etiam dici aſinina. c.3.n. 21. f.30. & c.18. n. 15. cum plur. ſeq. f.197.
Societas, pacto appoſito, quod capitale ſit ſalvum, an ſit injuſta & uſuraria. c.18.n.67. f. 205. vide in verb. Pactum.
Societatis animalium lucra qualiter dividenda. c. 19. n.39. f. 218.
Societas officij qualiter ſuſtineatur. c.18.n.51. f.203. & c.29. n.72. f.343.
Societas tacita & expreſſa non differunt. c.26. n.27. f.281. & n. 36. f.282.
Societas cotta, ſi qua juſta hæreditas obveniat, quod ſit communis intelligitur de hæreditate obveniente ab inteſtato, & non de obveniente ex teſtamento. c.12. n.46. f.135. *Quid ſi hæreditas debita ab inteſtato relicta fuit in teſtamento, an erit communis.* c.12. n.47. & 48. f.135.
Societas ſuper hæreditate certi hominis contrahi non poteſt. c.12. n.50. f.135.
Societatis non contractæ maxima eſt præſum-

pio, ſi quis eam non contraxiſſe ſuo juramento aſſerat. c.31.n.58.f.374.

Societatem probare tenetur ille, qui eam contractam fuiſſe dicit. c.31.n.58.f.374.

Societas neceſſitatem continuationis non habet. c.32.n.1.f.379.

Societas finitur ex perſonis, ex rebus, ex voluntate, & ex actione. c.32.n.1.f.379.vide in verb. Morte.

Societas non tranſit ad hæredes. c.32.n.5.f.380. vide in verb. Hæres.

Societas eſt contractus nominatus, tamen ſpeciale eſt in eo, quod recedere liceat, ſi promiſſa non obſerventur, etiam ſi fuit juratum, obtenta tamen abſolutione. c.35. n.29. f.383.

Societas ſolvitur actione & ſtipulatione. c.36. n.1.f.406. vide in verb. Actio. & in verb. ſtipulatio.

Societatis renovatio quomodo facta probetur. c.41. n.2. cum plur. ſeq. f. 482. vide in verb. Renovatio.

Socij dicuntur inſimul &c. Proœm. n.27.f.5.

Socij dicuntur illi qui rem communem habent Proœm. n.28.f.5.

Socij dicuntur illi, qui inſimul junguntur delectationis cauſa. Proœm. n.29.f.5.

Socij ad malum improprie ſocij nuncupantur. Proœm n.30.f.5.

Socius ſolummodo tenetur, in quantum facere poteſt. c.6.n 32 f.76.

Socius, altero ſocio invito, ſocietatis naturam mutare non poteſt, c.14.n.19 f.110. & c.15. n.62. f. 173.

Socius præſumitur habere animum acquirendi alteri ſocio. c.14.n.20.& 21. f 146.

Socius non ſolum tenetur in communi ponere, ſed etiam in communi acquirere. c.14. n.28. f. 147.

Socij omnium bonorum qualiter inter ſe lucra dividere debeant. c.15.n.1.f.162.

Socij ruſtici, & alij operarij qualiter inter ſe quæſita dividere debeant. c. 15. n. 4. & 5. f 162. & ſeq.

Socio non licet aſſumere alium ſocium. c. 15. n.63. f.173.

Socio non licet aliquid facere ultra conventa. c.15.n.65. f. 173.

Etiamſi id faceret ſine dolo. n.66.f.173.

Socius an poſſit emere ad credentiam. c.15.n.67. cum plur. ſeq. f.174.

Socij ſi ſint diſcordes, quo in loco merces vendi debeant, uno vendente ſuo periculo, alter lucrum non poteſt petere, ſed agit ad intereſſe. c.16.n.7. & 8. f. 182.

Socius ſi relinquat capitale in ſocietate, & ſe faciat ſcribere creditorem, lucrum ex eo percipere non poteſt. c.16.n.9.f.182.

Socius, qui amittit operas, dicitur damnum pati. c.18.n.88.f.208.

Socius utrum poſſit pecunias convertere in diverſam negotiationem, ſi illarum periculum ſuſcepit. c. 19. n.23. f 214. & n.35. & 36. f. 217.

Socius plus parte ſua alienare non poteſt, procedit, quando dolo & culpa alienaret, non procedit in ſocietate omnium bonorum, in qua, ea durante, quanta ſit cujusque pars ignoratur. c.26. n.32.f.293.

Socio aſſerenti cum juramento amiſiſſe lucrum & capitale, non creditur. c.25.n.25. & 26. f. 281.

Socius doloſe à ſocietate recedere non poteſt ad hoc, ut effugiat onus dotandi filias alterius ſocij. c.26. n. 39. f. 294. Declaratur n.43. f. 296.

Socij ſi dividant ſocietatem, antequam filia unius ex eis nuptui tradatur, an ſit cautio interponenda ſuper dote danda adveniente tempore nuptus. c.26. n.43 f.296.

Socius

dinarium. n.31.& 32.f.63.
Non conceditur, ſi damnum proveniret ex accidenti. n.33.& 34.f.63.
Non conceditur adverſus judicium ſortis. n.35.f.63.
Non conceditur, quando poteſt dubitari, an ſit obventurum lucrum, ſive damnum. n.36.& 37.f.63.
Reſtitutio in integrum an detur minori contrahenti ſocietatm officij. c.5. n.40. & ſeq. f.64.
Reſtitutio in integrum an concedatur minori, ſi ſe ſupponat periculo, quod poteſt evenire, & non evenire abſque ſpe lucri. c.5. n.42. f.65.
Reſtitutio in integrum an detur minori, qui veniam ætatis obtinuit. c.5.n.43 f.66.
Reſtitutio an concedatur minori deſcriptio in albo mercatorum. c.5. n.44. & ſeq. f.65.
Reſtitutio in integrum non datur majori decem & octo annis, ſi vigore ſtatus talis ætas habetur pro legitima. c.5.n.47.f.66.
Reſtitutio in integrum an impediat juramentum. c5.n46. & ſeq.f.66.
Quid ſi minor juravit, ſe eſſe majorem. n.50. f.67.
An ſaltem reſtitui debeat per denunciationem evangelicam? n.51.& 52.f.67.
An ſaltem reſtitui debeat ex alia cauſa. n.53.f.67.
Quid ſi juravit ſe majorem abſque dolo, & interveniente dolo ſecum contrahentis. n.54. & ſeq.f.67.
Quid ſi petat reſtitutionem non adverſus eum, qui ſecum contrahit, ſed adverſus extraneum. n.57.f.67.
Quid ſi minor & contrahens fuerunt in pari dolo? n.58.f.68.
Quid ſi juravit, generaliter contenta in inſtrumento eſſe vera, n.59. cum plur. ſeq. f.68.
Quid ſi juravit ſuper contractu nullo? n.63. cum plur. ſeq. f.68.

S.

SAlaria & ſtipendia communicantur in ſocietate univerſali. c.12. n.26.f.132.
Scientia non præſumitur, niſi probetur. c.14. n.58.& 59.f.152.
Scriptura non eſt de ſubſtantia ſocietatis. c.32.n.25.f.382.
Scriptura ſi eſt neceſſaria ad probationem ſocietatis, probari non poterit, niſi per ſcripturam, & partis confeſſionem. c.29.n.83. f.346.
Scriptura privata an fieri poſſit, quod habeat vim publici inſtrumenti, & cameralis obligationis. c.29.n.84.& ſeq.f.346.
Scriptura ſi ſit conficienda ſuper ſocietate, an ſocietas perfecta dicatur ante confectam ſcripturam. c.29.n.79.f.349. vid. in verb. Inſtrumentum.
Sententia lata per errorem etiam juris an retractetur. c.40. n.8.f.469. vide in verb. Error. & c.38.n.77.f.439
Sententia lata contra unum ex pluribus reis debendi non nocet alteri. c.30.n.49 f.360.
Servus ex defectu poteſtatis ſocietatem contrahere non poteſt. c.6. n.46.f.77.
Servus habens peculium, & etiamſi non habeat juſſu Domini ſocietatem contrahere poteſt. c.6.n.47.f.77.
Ex facto ſervi tenetur Dominus actione quod juſſu & de in rem verſo. ib dem
Servitutis diviſio qualiter fieri poſſit. c.39.n.83. & 84.f.460.
Servitus in diviſione ſuper parte alterius ſocij non cenſetur reſervata, ideo cauti eſſe debent.

bent dividentes, ut eas reſervent. c.39. n. 101. & ſeq. f.450.

Servitutis reſervatio an dicatur facta appoſita clauſula, cum acceſſibus & egreſſibus, uſque in vias publicas. c. 39. n. 104. f. 464.

Verba in ſervitutis reſervatione concipi debent, ut reſpiciant futurum, & non præſens tempus diviſionis, quando de præſenti ſervitus non debetur. n.105. f. 464.

Servitus ſi eſt continua, non eſt opus reſervatione, quia res tranſit cum onere ſuo. c.39. n. 106 f. 469.

Signum, quo utuntur mercatores, probat ſocietatem. c.11.n.14.f.122.

Signum artificij, peritiæ, & fiduciæ penes quem remanere debeat, ſocietate diſſoluta. c.40 n.46. cum plurib. ſeq. f.446.

Solutio præſumitur facta in duriorem cauſam c. 15. n. 29 f.168.

Solutio in quam cauſam cedere debeat, electio eſt debitoris. c.15.n.30 f.165.

Solutio præſumitur facta ex cauſa magis certa. c.15.n.31. f.167.

Solutio præſumitur facta pro debito antiquiori, & debitum, an ſit antiquius, conſideratur tempore ſolutionis. c.15. n.32. & 33. f. 167.

Solutio cedere debet in cauſam quæſtus, argumenti, & fructuum, & non in cauſam ſortis. c.15.n.34. & 35. f.168.

Solutio facta uni ex ſociis inducit liberationem quoad omnes, procedit, durante ſocietate & probabiliter ignorata diſſolutione. c.30 n.54. & 55. f. 357.

Societas eſt amicitiæ ſpecies. Proœm. n.20. f.4.

Societas quare inventa. Proœm. n.22. f. 4.

Societatis ſignificatio lata. Proœm. n.23 f.4.

Societas alia collegiata, alia ſingulorum. Proœm. n.33. f.6.

Societatis appellatione quæ ſocietas veniat. Proœm. n. 43. f. 6.

Societatis definitio. c.1.n.4. f.9.

Societatem contrahere quilibet poteſt. c.3 n.2. f. 26. etiam mulieres. n.4. f.26.

Societas ſine conſenſu eſſe non poteſt. c.4.n.2. f. 48.

Societas eſt contractus ultro citroque obligatorius. c.7.n.1. f.79.

Societas poteſt contrahi ſuper omnibus rebus, quæ à commercio noſtro non ſunt exempta. c.9. n.3. f.96.

Super omni negotio, dummodo non ſit turpe. n.4. f.96.

Super nominibus debitorum. n.8. f.96.

Super artificio. n.9. f.96.

Super conductione publicarum functionum. n.10. f.96.

Super pretio rei vendendæ. n.11. f.96.

Quod unus ponat rem, alter laborem, alter induſtriam, & alter auctoritatem. n.12. & 13. f.97.

Super animalibus. n.14. f.97. & c. 9 n.56 f. 104.

Super hæreditate ventura. n.15. f.97.

Super officiis Romanæ Curiæ. n.16. f.97.

Super fructibus, abſque re principali. n. 17. f. 97.

Super rebus, quæ adhuc non ſunt, ſed eſſe ſperantur. n.18. f.97.

Societas abſque rebus, quæ ſunt, aut eſſe ſperantur, contrahi non poteſt. c.9. n.19. f.97.

Societas ſuper ſpe, quæ nihil eſt, contrahi non poteſt. c.9.n.21. f.97.

Societatis æqualitas & inæqualitas in capitali qualiter conſiderentur. c.9.n.34. f.99. vide in verb. Æqualitas.

Societatis partes conſtitui poſſunt à tertio de ſociorum voluntate electo. c.9. n.29. f. 98. vide in verb. Arbiter,

Societatis titulus oneroſus. c.9. n. 42. f.101.

Societatis contractus correſpectivus. c.9. n.53. f. 103.

Societas qualiter ſuper fructibus contrahatur abſque re principali. c.9. n. 49. & 51. f. 102.

Societas an ſuper fructibus, vel ſuper re principali contracta dicatur? c. 9 n.52. f. 103.

Societas an dicatur contracta inter Dominum & colonum partiarium. c.9.n.61. & 62. f. 105.

Societas an dicatur contrahi cum paſtore, cui traduntur animalia paſcenda. c.9. n.56. f.104.

Societas tacite & expreſſe contrahitur. c. 10. n.2. cum plur. ſeq. f.108. vid. in verb. Tacita. & in verb. Expreſſa.

Societate ſimpliciter contracta, intelligitur de ſocietate ad quæſtum, niſi aliud ſuadeat qualitas perſonarum. c.10.n.13. f.110.

Societas, quæ contracta fuerit, ut cognoſcatur, prius attenditur, quid dictum, & attenditur potius, quid actum, quando verba repugnant naturæ ſocietatis. c.10. n.14. f. 110. & ſeq.

Societas incepta dicitur ab eo tempore, quo cœptum fuit communicari. c.10.n.35. f.117.

Societas inducta etiam per unum actum ſuſtinetur. c.10.n.37. f.117.

Societas non diſſolvitur, ſi in abſcondito unus ex ſociis faciat actus diſſociativos. c.10.n.38. f. 117.

Societas particularis tacita quomodo contrahatur. c.11.n.3 f.117.

Societas convivendi quomodo contrahatur. c.11. n.5. f. 120.

Societas ſolummodo in rebus communicatis contracta cenſetur. c.11.n.8 f. 121.

Societas & communio qualiter probentur. c.11. n. 9. f. 121.

Societas probari non poteſt per teſtes, ſi ad ejus probationem requiritur ſcriptura. c.29. n 83. f. 346.

Societas incidens nuncupata non eſt ſocietas, & ex ea non datur actio pro ſocio. c.11. n.25. f. 123.

Societas quando cenſeatur contracta in re communi nomine empta, in re communi nomine conducta, & in mutuo communi nomine ſuſcepto. c.11.n.26. cum plur. ſeq. f.124.

Societas an cenſeatur contracta, ſi alicui ſit data margarita vendenda, ea conditione, quod ſi decem vendantur, decem reddantur, ſin pluris, quod illud plus retineatur. c.11. n. 32. f. 125.

Societas omnium bonorum juſtificatur ratione dubii eventus. c. 15. n.2. f. 102. & c. 26. n 29. f. 181.

Societas leonina quare ſic dicatur, cum poſſit etiam dici aſinina. c.3.n.21. f.30. & c.18. n. 15. cum plur. ſeq. f.197.

Societas, pacto appoſito, quod capitale ſit ſalvum, an ſit injuſta & uſuraria. c.18.n.67. f. 205. vide in verb. Pactum.

Societatis animalium lucra qualiter dividenda. c. 19. n.39. f. 218.

Societas officij qualiter ſuſtineatur. c.18.n.51. f.203. & c.29. n.72. f.343.

Societas tacita & expreſſa non differunt. c.26. n.27. f.281. & n. 36. f.282.

Societas coita, ſi qua juſta hæreditas obveniat, quod ſit communis intelligitur de hæreditate obveniente ab inteſtato, & non de obveniente ex teſtamento. c.12. n.46. f.135.

Quid ſi hæreditas debita ab inteſtato relicta fuit in teſtamento, an erit communis. c.12. n.47. & 48. f.135.

Societas ſuper hæreditate certi hominis contrahi non poteſt. c.12. n.50. f.135.

Societatis non contracta maxima eſt præſumptio

Digitized by Google

ptio, ſi quis eam non contraxiſſe ſuo juramento aſſerat. c.31.n.58.f.374.

Societatem probare tenetur ille, qui eam contractam fuiſſe dicit. c.31.n.58.f.374.

Societas neceſſitatem continuationis non habet. c.32.n.1.f.379.

Societas finitur ex perſonis, ex rebus, ex voluntate, & ex actione. c.32.n.1.f.379.vide in verb. Morte.

Societas non tranſit ad hæredes,c.32.n.5.f.380. vide in verb. Hæres.

Societas eſt contractus nominatus, tamen ſpetiale eſt in eo, quod recedere liceat, ſi promiſſa non obſerventur, etiam ſi fuit juratum, obtenta tamen abſolutione.c.35. n.29. f.383.

Societas ſolvitur actione & ſtipulatione. c.36. n.1.f.406. vide in verb. Actio. & in verb. ſtipulatio.

Societatis renovatio quomodo facta probetur. c.41. n.2. cum plur. ſeq. f. 482. vide in verb. Renovatio.

Socij dicuntur inſimul &c. Proœm. n. 27. f.5.

Socij dicuntur illi qui rem communem habent Proœm. n. 28. f.5.

Socij dicuntur illi, qui inſimul junguntur delectationis cauſa. Proœm. n 29. f.5.

Socij ad malum impropriè ſocij nuncupantur. Proœm n. 30. f. 5.

Socius ſolummodo tenetur, in quantum facere poteſt. c.6.n 32 f.76.

Socius, altero ſocio invito, ſocietatis naturam mutare non poteſt,c.14.n.19 f.110. & c.15. n.62. f. 173.

Socius præſumitur habere animum acquirendi alteri ſocio. c.14.n.20.& 21. f.146.

Socius non ſolum tenetur in communi ponere, ſed etiam in communi acquirere.c.14. n.28. f. 147.

Socij omnium bonorum qualiter inter ſe lucra dividere debeant. c.15.n.1.f.162.

Socij ruſtici, & alij operarij qualiter inter ſe quæſita dividere debeant. c. 15. n. 4. & 5. f 162. & ſeq.

Socio non licet aſſumere alium ſocium. c. 15. n.63. f.173.

Socio non licet aliquid facere ultra conventa. c.15.n.65. f. 173.

Etiamſi id faceret ſine dolo. n.66.f.173.

Socius an poſſit emere ad credentiam.c.15.n.67. cum plur. ſeq.f.174.

Socij ſi ſint diſcordes, quo in loco merces vendi debeant, uno vendente ſuo periculo, alter lucrum non poteſt petere, ſed agit ad intereſſe. c.16.n.7. & 8. f. 182.

Socius ſi relinquat capitale in ſocietate, & ſe faciat ſcribere creditorem, lucrum ex eo percipere non poteſt. c.16.n.9.f.182.

Socius, qui amittit operas, dicitur damnum pati. c.18.n.88.f.208.

Socius utrum poſſit pecunias convertere in diverſam negotiationem, ſi illarum periculum ſuſcepit. c. 19. n.23. f 214. & n.35. & 36. f. 217.

Socius plus parte ſua alienare non poteſt, procedit, quando dolo & culpa alienaret, non procedit in ſocietate omnium bonorum, in qua, ea durante, quanta ſit cujuſque pars ignoratur. c.26. n.32.f.293.

Socio aſſerenti cum juramento amiſiſſe lucrum & capitale, non creditur. c.25.n.25. & 26. f. 281.

Socius doloſè à ſocietate recedere non poteſt ad hoc, ut effugiat onus dotandi filias alterius ſocij. c.26.n. 39. f. 294. Declaratur n.43. f. 296.

Socij ſi dividant ſocietatem, antequam filia unius ex eis nuptui tradatur, an ſit cautio interponenda ſuper dote danda adveniente tempore nuptus. c.26. n.43 f 296.

Digitized by Google

Socius maſculus, ſi vigore ſtatuti excludit ſororem dotatam, dos erit danda de communi. c.26.n.44.f.297.

Socius, qui mutat formam rei, invito ſocio, dicitur deteriorem facere, etiamſi eam meliorem reddat. c.27.n.27.f 305.

Socius dicitur lucrari, ſi ſuam explet voluntatem. & dicitur pati damnum, ſi aliquid fit contra ejus voluntatem. c. 27. n. 28. f. 305. & c.28.n.54. & ſeq. f.324.

Socij ſi ſunt diſcordes in reficiendo, opinio illius erit ſequenda, qui magis idoneam refectionem proponit, dummodo non peccet in extremis. c.27.n.29.f 305.

Socius non poteſt cedere rei, ſi alter ſocius agat ad expenſas & intereſſe. c.27.n.39.f.306.

Socio. qui in re communi reficienda expenſas fecit, quæ remedia competant. c.27. n.37. f.306. vide in verb. Expenſæ.

Socius à ſocio an dicatur habere mandatum. c.28.n.6.f.317. vide in verb. Mandatum.

Socij prohibentis potior eſt conditio. c.28. n.7. f. 317.

Socius rem communem ultra ſuam partem alienare & hypothecare non poteſt, fallit in fiſco habente rem communem cum privato. c.28. n 8. & ſeq. f.317.

Socius poteſt uti re communi ad uſum deſtinatum non alterando ejus formam. c. 28. n.16. f.318.

Declaratur n.42 f.322.

Socius prohiberi non poteſt, ut non vendat frumentum ea conditione emptum, ut vendatur. c.28.n.18 f.318.

Socius ſi colat & ſeminet fundum communem, altero recuſante, non erit obligatus ei dare fructuum partem. c. 28. n.19. f 318.

Socius an domum communem ſolitam locari, invito alio ſocio, locare poſſit. c. 28. n. 29. f. 320.

Socius tota re uti poteſt, ſi ſit individua, & in qualibet minima particula partem habere dicitur. c.28. n.31. & 32. f 320.

Socius poteſt facere ea, quæ ſunt ſocietati utilia, & in hoc dicitur ab alio ſocio habere mandatum. c.28.n.33. & 34 f.320.

Socius poteſt negotium facere, in quo verſetur ejus utilitas, etiamſi non adſit alterius ſocij utilitas, dummodo non ſit cum ejus damno. c.28.n.35.f.321.

Socius delinquendo non poteſt facere incidere ſocium in pœnam. c.29. n.36. f.337.

Socius non repetit ſoluta actione negotiorum geſtorum, ſed actione pro ſocio. c.29. n. 73. f.344.

Socius in dubio præſumitur contraxiſſe proprio nomine, & contraxiſſe communi nomine probatur conjecturis. c 30.n.14.f.353.

Socij ad invicem inſtitores præpoſiti dicuntur. c.30.n.16. & ſeq f.353.

Socius contrahendo ſi dicat, Titius & ſocij, an omnes pariformiter obligentur? c.30. n.26. f. 355.

Socij inſimul contrahentes an obligentur in ſolidum, ſive pro parte, quam quiſque habet in ſocietate. c. 30. n. 27. f. 355. vid. in verb. Obligatio, & in verb Rei debendi.

Socij occupantis conditio melior non efficitur, ſi debitor efficiatur non ſolvendo. c.30. n.54. f. 361.

Socius pro ſocio ſine mandato in judicio eſſe non poteſt, lite conteſtata, poterit unus ſolus proſequi judicium. c.30.n.53 f.361.

Socij plures agentes contra unum conſtituere debent unum procuratorem. c. 31. n. 20. f. 368.

Socius an præferatur extraneo in concurſu contra ſocium. c.31. n.24 f 368.

Socius qui adminiſtravit prius conveniri debet. c.31. n.26. f.359.

Socius utitur re communi ad uſum deſtinatum, etiam rumpendo clauſuras ab alio ſocio appoſitas. c. 22. n.8 f.249.

Socius agens contra ſocium probare debet, à ſe-geſta verſa fuiſſe in ſocietatis utilitatem. c.31. n. 27. f. 369.

Et probatur conjecturis. n.29 f. 369. vide in verb. Geſta.

Socio contra ſocium datur actio pro utiliter geſtis, etiam ſi geſta fuerunt proprio nomine. c.31. n. 28. f. 370.

Socius tenetur ſocietati acquirere, & ſi non acquiſivit, perinde conveniri poteſt, ac ſi acquiſiviſſet. ibidem.

Solitus negotiari quis non dicitur ex unico actu. c.24.n.39.f.266.

Solutio, vide ſupra.

Sortis judicio an terminari debeat, qualiter res ſit reficienda, quando ſocij ſunt diſcordes. c.27. n.30. f.305.

Sortis judicio an ſit terminanda quæſtio facti, quemadmodum terminatur quæſtio juris. c.27. n.30. & 32. f. 305. & c.28. n.47. & ſeq. f. 3[illegible]

Stipulari ſocius alteri ſocio non poteſt, etiam juris canonici diſpoſitione inſpecta, Neque datur denunciatio evangelica. c.14. n. 31. & 32. f.148.

Quid ſtipulante Notario, ſeu appoſito juramento, & quid ſit dicendum in ſocietate univerſali? c.30. n.40. & 43. f. 358. & ſeq.

Stipulatione ſolvitur ſocietas, cum interponitur animo novandi. c.36.n.1. f. 406.

Stulti & fatui non poſſunt contrahere ſocietatem. c.7.n.15.f.83.

Subſtentialia quæ ſint. c. 2. n.13. & 14. f. 14.

Supellectilium conſumptio probatur, probato, quod in tanto tempore tot de dictis ſupellectilibus potuiſſent corrumpi. c.25.n.43.f.283.

T.

TAcita ſocietas omnium bonorum contrahitur actus exercendo ſociales. c.10.n.16. f. 111.

Tacita ſocietas omninm bonorum ad hoc, ut contrahatur, tria copulativè requiruntur, nempe inſimul habitatio, lucrorum omnium communicatio, & ad invicem non reddita ratio. c. 10.n.17. f. 112.

Tacita ſocietas particularis ut cognoſcatur ſuper quibus rebus fuerit contracta, attenditur, quid fuerit communicatum. c. 11. n. 3. f. 120.

Talea pro redimendo ſocio non cenſetur donata, ſed de communi percipi debet. c. 27. n.15. f. 303.

Taxatio quæſtus in certa quantitate utrum inter ſocios fieri poſſit. c. 17. n. 1. & ſequent. f. 185.

Taxatio certa quæſtus eſt uſuraria, ſi capitale in totum, vel pro parte non ſubjaceat periculo. c.17.n.9.& 10. f. 186.

Taxatio certa quæſtus cum pacto ſi adſit, & capitale ſit ſecurum, non valet. c. 17. n.20. f. 188.

Taxatio certa quæſtus ſi eſt veriſimilis, & capitale ſub periculo manet, valet. c.17.n.21. f. 188. Quia potentialiter plus & minus in ea conſiderari poſſunt, & ſubſtinetur ratione incertitudinis. n.22. f.188.

Taxatio certa ratione fructuum an fieri poſſit inter emptorem & venditorem ſuper intereſſe. c. 24. n.69. f.272.

Taxatio in certa quantitate, quod vim probationis habeat, quomodo procedat. c. 24. n. 70.

n.70. & 71.f.272

Tempus in quo cœpta fuerunt negotia ſocietatis, attendi debet. c.14.n.64.f.153.

Taxatio certa in cambiis fieri non poteſt c.24. n.64.f.271.

Tempore tranſacto in ſocietate appoſito ſolvitur ſocietas. c.35.n.36.f.405.

Theſauri conferuntur in ſocietate omnium bonorum. c.12. n.24.f.132.

Thomas, Ætius, & ejus filii J.U.DD noſtrorum temporum omni laude digniſſi. c. 26. n.3.f.288.

Titulus ſocietatis eſt titulus oneroſus. c. 9.n.42. f.101.

Teſtatoris voluntas obſervanda niſi ſit contra legis diſpoſitionem. c.3.n.33. f.33.

Teſtatoris juſſu procedente alienatio rerum minoris fieri poteſt ſine ſolemnitatibus. c.4. n.10.f.49.

Fallit in quatuor caſibus. n. 11. & 12. f.49.

Teſtatoris juſſus probatur ex teſtamento invalido, non tamen ex ſcriptura ab eo confecta. c. 4. n.12.f.50.

Teſtatoris juſſus, ſi obſervatus non fuit, ſecundum talem juſſum ſocietas contracta præſumi non poteſt. c. 4.n.13.f 50.

Teſtes ſingulares deponentes de diverſis actibus ſocialibus probant ſocietatem. c.11.n.12. f.122.

Teſtes ad probandum caſum fortuitum obventum in longinquis regionibus examinantur à judice loci, ubi caſus evenit abſque ulla partis citatione. c.25. n.16. f.279.

Teſtes ſecundum jus gentium examinantur & probant non ſervatis ſolemnitatibus juris civilis. c.25.n.17.f.279.

Teſtator an poſſit hæredibus mendare, ne bona communia dividant, ſive ad tempus, ſive in perpetuum. c.32.n.34. f.383.

Traditio licet non intervenerit, tamen cenſetur intervenire inter ſocios omnium bonorum vigore taciti conſtitui. c. 9. n. 47. f. 102.

Tranſactio, ſi continet errorem, valet, nec obſtat exceptio. c.38. n. 78. f. 440. *ubi quatuor ponuntur caſus.*

Tutor & negociorum geſtor in quibus differant. c.3.n.106. f 44.

Tutor an poſſit authorare in facto proprio: c. 4. n.9. f 49.

Tutor ſi acquirat cum pecuniis communibus cum pupillo acquiſita erunt communia: c. 4.n. 40. f.54. *vid. in verb.* Acquiſitio.

Tutor an poſſit ſocietatem contrahere cum pupillo? vide in verb. Pupillus.

Tutoris eſt pecunia ab eo inducta ex re pupilli. c. 4.n.42.f.55. & *acquiſita ex eis ſunt tutoris.* n.42. f 55.

Tutor tamen tenetur pupillo ad intereſſe. n.43 f. 55.

Tutor an præſumatur contraxiſſe cum propria pecunia & proprio nomine. c.4. n.44. f. 55.

Tutor non poteſt contrahere cum pupillo. c.8. n.5. f, 87.

Tutoris datio per alium verificandi non valet, licet ſecus ſit in conſtitutione procuratoris. c.32.n.30.f.383.

Turrim in melius accommodare, invito alio ſocio, non licet. c.27.n.24. f.304.

V.

VEctigalia juſta & injuſta an fraudare liceat. c.21.n.71. f.243.

Venia ætatis impetrata an quis dicatur eſſe legitima ætatis. c.5.n.20, & 21. f. 61.

Verba

Verba obtinent principatum ſignificandi. c. 10. n.14. f.110.

Verba enunciativa an probent ſocietatem. c. 11. n.13. f.122.

Verborum ſuperfluitas toleratur ad cautelam. c.10. n.8. f.109.

Verba prius attenduntur, & non quid actum fuerit ad cognoſcendum, quæ ſocietas fuerit contracta, niſi verba naturæ ſocietatis repugnent, quia tunc attenditur, quid actum non quid dictum. c. 10. n. 14. f. 110. & c.18. n.11. & 12. f.196.

Verba generalia non ſunt obligatoria. c. 29. n.74. f.344.

Verba generalia ad complacentiam prolata nihil diſponunt. c.37. n.52. f.421.

Veriſimilia & inveriſimilia, ubi agitur de fide adhibenda libro ſociorum, quæ ſint, ſtatur arbitrio Judicis. cap. 38. n. 33. f. 432.

Verſa fuiſſe in utilitatem ſocietatis geſta à ſocio, probatur conjecturis. c.31. n.29. f. 369. vide in verb. Geſta.

Veritas non mutatur per noſtrum affirmare vel negare. c.18. n.71. f.205.

Vidua, quæ poterat acquirere ex bonis mariti, & ex bonis ſui filij pupilli, præſumitur acquiſiviſſe ex bonis mariti ad effugiendum delictum. c.3. n.66. f.37.

Virtus conciliat amicitias. Proœm. num. 18. fol. 4.

Viſitatio loci, quæ fit à Judice, qualiter ſit in actis ſcribenda. c. 39. n. 32. f. 453. & ſeq.

Unionis ratione an una actio alterius actionis naturam ſortiatur. c.32. n.23. & 24. f.382.

Univerſalia prius, deinde particularia ſunt tractanda. Proœm. n.1. f.2.

Voluntas mutata non præſumitur. c. 14. n. 20. & 21. f.146.

Voluntate ſolvitur ſocietas tacite & expreſſe. c. 35. n. 1. & ſeq. f. 399. vide in verb. Renunciatio.

Vota an poſſint adimpleri expenſis communibus. cap. 26. num. 15. & 16. fol. 289. & ſeq.

Uſura prohibita ſunt omni jure. c. 3. n. 22. f 30. & c.18. n.34. f.200.

Uſurarius à conſuetudine non excuſatur in foro poli neque etiam in foro fori. cap. 17. n. 14. f. 187. & c. 18. n. 4. cum plur. ſeq. f. 196. & ſeq.

Uſurarius quod non ſit contractus, an à conſuetudine declarari poſſit. c. 17. n. 14. & 15. fol. 187. & cap. 18. num. 31. & 32. f. 200.

Uſurarius judicatur contractus, ſi complectitur rationem mutui. & lucrum percipiatur, non attento, quid dictum fuerit. c. 18. n.7. f.196.

Uſura, quod non puniatur ratione majoris an diſſimulatione fieri poſſit. c. 18. n. 44. & ſeq. f. 202.

Uſura an ſit uſura, ſtante dubietate, an à conſuetudine declarari poſſit. c.18. n.49. & 50. f. 202.

Uſura an ſit, declaratio pertinet ad Judicem eccleſiaſticum. c.18. n.50. f.202.

Uſura eſt, recipere lucrum ex pecunia data ſuper exercitio, quando ſcitur, quod non exercetur. c.18. n.66. f.205.

Uſuram committit mutans, ſi recipiat ultra ſortem, etiamſi ſuſtineat pecuniæ mutuatæ periculum. c.18. n.66. f.205.

Uſura ut evitetur, potius præſumitur contracta ſocietas, quam mutuum. c. 18. n. 70. f. 205.

Declaratur

Declaratur n.85. f.207.

Uſurarius ſi ſit contractus, non deſinit eſſe talis, licet deficiat animus fœnerandi. c.18. n.71. f.205.

Uſurarius quod non ſit contractus, utrum fieri poſſit conſuetudine immemorabili? c.19. n.29. & 31. f.215. & ſeq.

Uſuraria pravitatis exceptio an impediat executionem inſtrumenti jurati? c. 31. n. 72. f. 376.

Utiliter expenſa facta dicuntur, ſi utiliter facta fuerunt à principio. c.27. n.20. f.304.

Utilitas communis totius ſocietatis præfertur privatæ. c.35. n.16. f. 401. & c.39. n. 92. f. 461.

Utiliter geſta pro pupillo tenent abſque ejus ratificatione. c.3. n 122. f.46.

Vulneratus ſi fuit ſocius cauſa ſocietatis, curari debet expenſis communibus. c.27. n.51. f.302.

Uxor præſumitur acquiſiviſſe de bonis mariti. c.3. n.65. f.37.

Uxor cum marito ſocietatem contrahere poteſt. c.3. n.6. f.27.

F I N I S.

Digitized by Google